AMPHITHEATRI SAPIENTIÆ SOCRATICÆ IOCO-SERIÆ

TOMVS POSTERIOR

RERVM PRO DAMNOSIS habitarum encomia & commentaria continens.

RECENSENTE

CASPARE DORNAVIO

Philos. & Medico.



Cum gratia & priuilegio S. Cæsareæ Majestatis.

HANOVIÆ,

Typis Wechelianis, Impensis Danielis & Dauidis Aubriorum, & Clementis Schleichij.

Anno M. DC. XIX.

AMPHITHEATRI SAPIENTIÆ IOCO-SERIÆ TOMI II. SYLLABVS.

Helena.

Adduntur quædam meretricia.

Busiris.

Phalaris.

Apuleius.

Epicurus.

Bacchus cum ebrietate & complicibus.

Nero Cæsar.

Iulianus Cæsar.

Hostium vtilitas.

Iniustitia.

Parasitica.

Barbaries.

Stultitia.

Mendicitas.

Febris.

Hyems.

Podagra.

Cæcitas.

Sclopus.

Bellum.

Mendacium.

Inuidia.

Mors expetenda.

Senectus.



ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΕΛΕΝΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ,

λόγος ί.

Εἰσί τινες οἳ μέγα φρονοῦσιν, ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι, περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσι: καὶ καταγεγηράκασιν, οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ' εἶναι ψευδῆ λέγειν, οὐδ' ἀντιλέγειν, οὐδὲ δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν. οἱ δὲ διεξιόντες, ὡς ἀνδρία καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη ταυτόν ἐστι, καὶ φύσει μὲν οὐδὲν αὐτῶν ἔχομεν, μία δ' ἐπιστήμη καθ' ἁπάντων ἐστίν. ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ἔριδας διατρίβουσι, τὰς οὐδὲν μὲν ὠφελούσας, πράγματα δὲ παρέχειν τοῖς πλησιάζουσι δυναμένας. ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἑώρων νεωστὶ τὴν περιεργίαν ταύτην ἐν τοῖς λόγοις γεγενημένην, καὶ τούτους ἐπὶ τῇ καινότητι τῶν εὑρημένων φιλοτιμουμένους, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐθαύμαζον αὐτούς. νῦν δὲ τίς ἐστιν οὕτως ὀψιμαθής, ὅστις οὐκ οἶδε Πρωταγόραν καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένους σοφιστάς, ὅτι καὶ τοιαῦτα, καὶ πολὺ τούτων ἔτι πραγματωδέστερα συγγράμματα κατέλιπον ἡμῖν; πῶς γὰρ ἄν τις ὑπερβάλοιτο Γοργίαν, τὸν τολμήσαντα λέγειν, ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστίν; ἢ Ζήνωνα, τὸν ταὐτὰ δυνατὰ καὶ πάλιν ἀδύνατα πειρώμενον ἀποφαίνειν; ἢ Μέλισσον, ὃς ἀπείρων τὸ πλῆθος πεφυκότων τῶν πραγμάτων, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς ἐπεχείρησεν ἀποδείξεις εὑρίσκειν; ἀλλ' ὅμως οὗτοι φανερῶς ἐπιδείξαντες, ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι περὶ ὧν ἄν τις προθῆται ψευδῆ μηχανήσασθαι λόγον, ἔτι περὶ τὸν τόπον τοῦτον διατρίβουσιν: οὓς ἐχρῆν ἀφεμένους ταύτης τῆς τερθρείας, τῆς ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἐξελέγχειν προσποιουμένης, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις πάλαι ἐξεληλεγμένης, τὴν ἀλήθειαν διώκειν, καὶ περὶ τὰς πράξεις ἐν αἷς πολιτευόμεθα, τοὺς συνόντας παιδεύειν, καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν τούτων γυμνάζειν, ἐνθυμουμένους, ὅτι πολὺ κρεῖττόν ἐστι περὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν, ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, καὶ μικρὸν προέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις, ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς, καὶ τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν. ἀλλὰ γὰρ οὐδενὸς αὐτοῖς ἄλλου μέλει, πλὴν τοῦ χρηματίζεσθαι παρὰ τῶν νεωτέρων. ἔστι δ' ἡ περὶ τὰς ἔριδας φιλοσοφία δυναμένη τοῦτο ποιεῖν. οἱ γὰρ μήτε τῶν ἰδίων, μήτε τῶν κοινῶν φροντίζοντες, τούτοις μάλιστα χαίρουσι τῶν λόγων, οἳ μηδὲ πρὸς ἓν χρήσιμοι τυγχάνουσιν ὄντες. τοῖς μὲν οὖν τηλικούτοις πολλὴν συγγνώμην ταύτην ἔχειν ἄξιον. ἐπὶ γὰρ ἅπασι τῶν πραγμάτων περὶ τὰς περιττότητας καὶ θαυματοποιίας ὄντες διακείμενοι διατελοῦσι. τοῖς δὲ παιδεύειν προσποιουμένοις, ἄξιον ἐπιτιμᾶν, ὅτι κατηγοροῦσι μὲν τῶν ἐπὶ τοῖς συμβολαίοις ἐξαπατώντων, καὶ μὴ δικαίως τοῖς λόγοις χρωμένων, αὐτοὶ δ' ἐκείνων δεινότερα ποιοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλους τινὰς ἐζημίωσαν, οὗτοι δὲ τοὺς συνόντας μάλιστα βλάπτουσι. τοσοῦτον δ' ἐπιδεδώκασι πεποιήκασι τὸ ψευδολογεῖν, ὥστ' ἤδη τινὲς ὁρῶντες τούτους ἐκ τῶν τοιούτων ὠφελουμένους, τολμῶσι γράφειν, ὡς ἐστὶν ὁ τῶν πτωχευόντων καὶ φευγόντων βίος ζηλωτότερος, ἢ ὁ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. καὶ ποιοῦνται τεκμήριον, ὡς εἰ περὶ πονηρῶν πραγμάτων ἔχουσί τι λέγειν, περὶ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ῥᾳδίως εὐπορήσουσιν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πάντων εἶναι καταγελαστότατον, τὸ διὰ τούτων τῶν λόγων ζητεῖν πείθειν, ὡς περὶ τῶν πολιτικῶν ἐπιστήμην ἔχουσιν, ἐξὸν ἐν αὐτοῖς οἷς ἐπαγγέλλονται τὴν ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι. τοὺς γὰρ ἀμφισβητοῦντας τοῦ φρονεῖν, καὶ φάσκοντας εἶναι σοφιστάς, οὐκ ἐν τοῖς ἠμελημένοις ὑπὸ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἐν οἷς ἅπαντές εἰσιν ἀνταγωνισταί, προσήκει διαφέρειν καὶ κρείττους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν. νῦν δὲ παραπλήσιον ποιοῦσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις προσποιοῖτο κράτιστος εἶναι τῶν ἀθλητῶν, ἐνταῦθα καταβαίνων, οὗ μηδεὶς ἂν ἄλλος ἀξιώσειε. τίς γὰρ ἂν τῶν εὖ φρονούντων συμφορὰς ἐπιχειρήσειεν ἐπαινεῖν; ἀλλὰ δῆλον, ὅτι δι' ἀσθένειαν ἐνταῦθα καταφεύγουσιν. ἔστι γὰρ τῶν τοιούτων συγγραμμάτων μία τις ὁδός, ἣν οὔθ' εὑρεῖν, οὔτε μαθεῖν, οὔτε μιμήσασθαι δύσκολόν ἐστιν. οἱ δὲ κοινοὶ καὶ πιστοὶ καὶ τούτοις ὅμοιοι τῶν λόγων διὰ πολλῶν ἰδεῶν καὶ καιρῶν δυσκαταμαθήτων εὑρίσκονταί τε καὶ λέγονται: καὶ τοσούτῳ χαλεπωτέραν ἔχουσι τὴν σύνθεσιν, ὅσῳ περ τὸ σεμνύνεσθαι τοῦ σκώπτειν, καὶ τὸ σπουδάζειν τοῦ παίζειν ἐπιπονώτερόν ἐστι. σημεῖον δὲ μέγιστον. τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἅλας,

ISOCRATIS

HELENÆ LAVDATIO, HIERONYMO Wolfio interprete.

Oratio X.

SVnt qui sibi valde placeant, si argumentum absurdum & admirabile aggressi de eo tolerabiliter dicere queant: & per omnem ætatem in ore habent, alii, non posse mentiri quenquam, aut contradicere, neq; duas de rebus iisdem contrarias orationes haberi. Alii fortitudinem & sapientiam & iustitiam idem esse: neque nos istarum rerum natura quicquam habere, sed vnam esse scientiam, qua hæc omnia tradantur. Alii tempus rixis terunt, quæ quidem vtilitatis nihil afferunt, sed negocia facessere possunt auditoribus. Ego vero si nuper ineptias istas in eloquentiæ studium inuectas vidissem, illosque inuentorum nouitate gloriari: non perinde miratus essem eorum insolentiam. Nunc quis adeo rudis est, qui nesciat, Protagoram, ac illius temporis sophistas, & talia, & his longe operosiora scripta nobis reliquisse? Nam qui superari ab vllo posset Gorgias, qui nihil in rerum natura esse dixit, quod sit? aut Zeno, qui probare conatur, eadem & posse & non posse fieri? aut Melissus, qui cum res infinitæ sint, rationes inuenire conatus est, quibus demonstraret, vnum quiddam esse totam rerum vniuersitatem? Etsi autem illi tam euidenter ostenderunt, facile esse de quacunque re, si libeat, falsam orationem comminisci: adhuc tamen in eo loco immorantur isti, quos decuit omissis præstigiis illis, quæ cum verbis alios conuincere se profiteantur, re ipsa iam olim conuictæ sunt, veritati studere: & suos auditores in iis rebus, quæ in vita communi vsum habent, erudire, atque in actionibus ciuilibus, earumque peritia exercere: illud cogitantes, longe præstabilius esse de rebus vtilibus mediocres opiniones habere, quam superuacaneorum exquisitam cognitionem: & paululum eminere in magnis, quam in paruis, præsertim iis quæ vitam nihil iuuant, multum excellere. Verum istis nihil aliud curæ est, nisi vt ab adolescentibus pecunias colligant: idque præstare potest rixarum illa contentio. Nam qui neque publicam, neque priuatam rem curant, hi disputationibus illis potissimum delectantur, quæ omni prorsus vtilitate carent. Ac adolescentibus quidem omnino venia huius erroris danda est, cum omnibus in rebus ea maximi faciant, quæ superuacanea sunt, & à communi sensu abhorrent. Qui autem se magistros perhiberi volunt, reprehendendi sunt: qui cum eos accusent, qui in contractibus fraudant, & sermone ad iniurias abutuntur, ipsi multo grauius delinquunt. Nam illi alienis nocent, hi vero suos discipulos potissimum circumueniunt. Tantopere autem auxerunt mentiendi licentiam, vt iam quidam, dum istos huiusmodi rebus ditescere vident, scribere audeant, mendicorum & exulum vitam magis expetendam esse, quam hominum cæterorum. Id autem venantur, vt vulgo persuadeant, se cum de rebus ita improbatis verba suppetant, ad res præclaras exponendas luculenta oratione facile abundaturos. Mihi vero nihil ita ridiculum videtur, quam quod his rationibus probare student: se rerum ciuilium peritos esse: cum in iis ipsis, quæ pollicentur, specimen eruditionis suæ præbere possent. Nam qui prudentia præstare cæteris, & Sophistæ videri volunt, excellere ac præstare indoctis debent, non rebus quas alii Græci negligunt, sed iis quas vniuersi æmulantur. Nunc perinde faciunt, ac si is, qui se pugilum præstantissimum esse profiteatur, eum in locum descendat, quo nemo sequi dignetur. Quis n. sanæ mentis homo, calamitates laudare instituat? Facile igitur cernitur, eos ob ingeniorum infirmitatem huc confugere. Est enim eiusmodi scriptionum vna quædam via, nec ad inueniendum, nec ad discendum, nec ad imitandum difficilis. Communes autem & fide dignæ & verisimiles orationes, per multas formas & obseruationes cognitu difficiles tum inueniuntur, tum dicuntur: ac tanto difficilius componuntur, quanto grauitas scurrilitate res seria ludis & iocis est laboriosior. Idque ex eo intelligitur, quod neminem vnquam, qui apiculas &

ſalem, & reliqua eius generis laudare voluit verba deſecerunt. Qui vero de rebus omnium confeſſione præclaris & bonis, aut [illegible] virtute præſtantibus aliquid dicere conati ſunt, hi vniuerſi longe tenuius dixerunt, quam argumenti magnitudo poſtulabat. Non enim eiuſdem eſt ingenii pro vtrorumque dicere dignitate: ſed, vt expeditum parua oratione ſuperare, ſic ingentium æquare dicendo magnitudinem, difficillimum. Ac de rebus luculentis difficile eſt aliquid afferre in medium, quod nemo ante vſurparit: de rebus autem contemptis & humilibus, quicquid vel in buccá venerit, omne proprium fuerit. Quapropter eum, qui de Helena ſcripſit, maxime laudo inter eos, qui dicendo aliquid illuſtrare voluerunt: quod eam mulierem celebrandam duxit, quæ & genere & forma & gratia multum excelluit. Sed & ille tamen paruum quiddam non animaduertit. Nam cum ſe laudationem eius ſcribere profiteatur, defenſionem potius factorum eius edidit. Non autem eiuſdem generis eſt, nec de rebus iiſdem habetur ea oratio: imo nihil fieri poſſet magis contrarium. Defendendi enim ſunt, qui alicuius iniuriæ accuſantur: laudandi, qui bono quopiam aliis antecellunt. Ne vero id quod facillimum eſt facere videar, vt in reprehenſione aliorum nihil ipſe meum proferam: de hac ipſa facere verba conabor, prætermiſſis omnibus iis, quæ cæteri dixerunt.

Orationis autem exordium à primordio generis ipſius ducam. Nam cum ſemidei plurimi à Ioue procreati ſint, ſolius huius mulieris pater vocari voluit: & quamuis Alcmenæ filium maximi fecerit, tanto plus tamen honoris Helenæ habuit, vt illi robur dederit, quod vi cæteros omnes vincere poteſt: huic pulchritudinem attribuerit, quæ ipſi robori ſolet imperare. Quia vero non quiete & ocio, ſed bellis & periculis ſplendorem atque excellentiam contingere ſciebat: nec eorum corpora tantum immortalitate donare, ſed etiam perpetuitate nominis ornare decreuerat: alterius vitam laboribus & periculis plurimis obnoxiam eſſe voluit, alterius naturam illuſtrem & expetendam reddidit. Ac primum Theſeus, Ægei verbo, reipſa Neptuni filius, viſa ea, dum quidem immatura eſſet adhuc, ſed aliis forma præſtaret: vſque adeo pulchritudine eius ſuperatus eſt is, qui alios vincere ſolebat, vt cum patriam haberet ampliſſimam & regnum tutiſſimum, in illis ipſis bonis vitam ſibi acerbam fore putaret, niſi eam coniunctam haberet. Poſtquam autem eorum voluntate, quibus illa parebat, ea potiri non potuit (nam illi & ætatem puellæ, & oraculum Delphicum expectabant) ſpreto Tyndarei regno, & Caſtoris Pollucisque viribus, & periculis omnibus, quæ à Lacedæmoniis imminebant, Aphidnam Atticæ oppidum vi raptam pertulit: tantoque ſe Pirithoi beneficio, qui eius rapiendæ ſocius fuerat, affectum eſſe putauit, vt inſtituente illo ambire Proſerpinam Iouis & Cereris filiam, eumque vt ſecum deſcenderet, ad inferos aduocante: poſtquam dehortando & diſſuadendo nihil profecit; quanquam in conſpectu erat calamitas, tamen eum comitatus ſit: exiſtimans hanc mercedem eius deberi meritis; & ſuſceptæ vna periculi ſocietate, ne vlla Pirithoi iuſſa detrectaret. Quod ſi is, qui hæc egit, vulgaris aliquis fuiſſet, & non vir excellentiſſimus: nondum conſtaret, vtrum hæc oratio laus Helenæ an Theſei potius eſſet accuſatio. Nunc inter cæteros illuſtres viros, alium fortitudinis, alium ſapientiæ laude, alios aliis huiuſmodi virtutibus caruiſſe reperias: huic vero ſoli defuiſſe nihil, ſed virtutem omnibus numeris abſolutam contigiſſe. Lubet autem de eo dicere prolixius. Nam laudatores Helenæ, hoc argumento maximam ſibi fidem conciliaturos exiſtimo, ſi oſtenderint amatores & admiratores eius, ipſos aliis admirabiliores extitiſſe. Nam quæ noſtra ætate facta ſunt, de iis haud iniuria noſtrum iudicium interponimus: ſed in rebus ita remotis à noſtra memoria, par nos eſt illorum temporum prudentibus viris aſſentiri. Ac pulcherrimum de Theſeo dicere illud habeo, quod Herculis temporibus natus, ita ſe geſſit, vt pari cum eo gloria floreret. Nec enim ſimili armorum genere duntaxat ſeſe ornarunt, ſed eadem quoque ſtudio habuerunt, vt decebat eorum neceſſitudinem. E fratribus enim geniti, alter Ioue, Neptuno alter, fraternas etiam cupiditates habuerunt.

[illegible]

Μόνοι

Nam

Μόνοι γὰρ οὗτοι τῶν προγεγενημένων ὑπὲρ τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων ἀθληταὶ κατέστησαν. συνέβη δὲ τὸν μὲν ὀνομαστοτέρους καὶ μείζους, τὸν δ᾽ ὠφελιμωτέρους καὶ τοῖς Ἕλλησιν οἰκειοτέρους ποιήσασθαι τοὺς κινδύνους. τῷ μὲν γὰρ Εὐρυσθεὺς προσέταττε, τάς τε βοῦς τὰς ἐξ Ἐρυθείας ἀγαγεῖν, καὶ τὰ μῆλα τὰ τῶν Ἑσπερίδων ἐνεγκεῖν, καὶ τὸν Κέρβερον ἀναγαγεῖν, καὶ τοιούτους πόνους ἄλλους, ἐξ ὧν ἔμελλεν οὐ τοὺς ἄλλους ὠφελήσειν, ἀλλ᾽ αὐτὸς κινδυνεύσειν. ὁ δ᾽ αὐτὸς αὑτοῦ κύριος ὤν, τοιούτους προῃρεῖτο τῶν ἀγώνων, ἐξ ὧν ἔμελλεν ἢ τῶν Ἑλλήνων, ἢ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος εὐεργέτης νομισθήσεσθαι. καὶ τόν τε ταῦρον τὸν ἀφεθέντα μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ χώραν λυμαινόμενον, ὃν πάντες οὐκ ἐτόλμων ὑπομένειν, μόνος χειρωσάμενος, μεγάλου φόβου καὶ μεγάλης ἀπορίας τοὺς οἰκοῦντας τὴν πόλιν ἀπήλλαξε. καὶ μετὰ ταῦτα Λαπίθαις σύμμαχος γενόμενος, καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Κενταύρους τοὺς διφυεῖς, οἳ καὶ τάχει καὶ ῥώμῃ καὶ τόλμῃ διενεγκόντες, τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ᾽ ἔμελλον, ταῖς δ᾽ ἠπείλουν τῶν πόλεων: τούτους μαχεσάμενος, εὐθὺς μὲν αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν, ὀλίγῳ δ᾽ ὕστερον τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισεν. περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τὸ τέρας τὸ τραφὲν μὲν ἐν Κρήτῃ, γενόμενον δ᾽ ἐκ Πασιφάης τῆς Ἡλίου θυγατρός, ᾧ κατὰ μαντείαν δασμὸν ἡ πόλις δὶς ἑπτὰ παῖδας ἀπέστελλεν, ἰδὼν αὐτοὺς ἀγομένους, καὶ πανδημεὶ προπεμπομένους ἐπὶ θάνατον ἄνομον, καὶ προῦπτον καὶ πενθουμένους ἔτι ζῶντας, οὕτως ἠγανάκτησεν, ὥσθ᾽ ἡγήσατο κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν ἄρχων τῆς πόλεως τῆς οὕτως οἰκτρὸν τοῖς ἐχθροῖς φόρον ὑπομενούσης ἀναγκασθείσης τελεῖν. συμπλεύσας δὲ καὶ κρατήσας φύσεως ἐξ ἀνδρὸς καὶ ταύρου μεμιγμένης, καὶ τοιαύτην ἰσχὺν ἐχούσης οἵαν περ εἰκὸς τὴν ἐκ τοιούτων σωμάτων συγκειμένην, τοῖς μὲν παισὶ σωτηρίαν τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκε, τὴν δὲ πόλιν οὕτως ἀνόμου καὶ δεινοῦ καὶ δυσαπαλλάκτου προστάγματος ἠλευθέρωσεν. ἀπορῶ δ᾽ ὅ τι χρήσωμαι τοῖς ἐπιλοίποις. ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ τὰ Θησέως ἔργα, καὶ λέγειν ἠρξάμην περὶ αὐτοῦ, ὀκνῶ μὲν μεταξὺ παυσάμενος παραλιπεῖν τήν τε Σκίρωνος καὶ Κερκυόνος, καὶ τὴν ἄλλων τῶν τοιούτων ὕβριν, πρὸς οὓς ἐκεῖνος ἀγωνισάμενος, πολλῶν καὶ μεγάλων συμφορῶν τοὺς Ἕλληνας ἀπήλλαξεν. αἰσθάνομαι δ᾽ ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τοῦ καιροῦ, καὶ δεδιὼς μή τισι δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν, ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην. ἐξ ἀμφοτέρων οὖν τούτων αἱροῦμαι, τὰ μὲν πλεῖστα παραλιπεῖν διὰ τοὺς δυσκόλως ἀκροωμένους. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχέων διελθεῖν, ἵνα τὰ μὲν ἐκείνοις, τὰ δ᾽ ἐμαυτῷ χαρίσωμαι, καὶ μὴ παντάπασιν ἡττηθῶ τῶν εἰθισμένων φθονεῖν, καὶ τοῖς λεγομένοις ἅπασιν ἐπιτιμᾶν. τὴν μὲν οὖν ἀνδρείαν ἐν τούτοις ἐπεδείξατο τοῖς ἔργοις, ἐν οἷς αὐτὸς καθ᾽ αὑτὸν ἐκινδύνευσε. τὴν δ᾽ ἐπιστήμην ἣν εἶχε περὶ τὸν πόλεμον, ἐν ταῖς μάχαις, ἃς μεθ᾽ ὅλης τῆς πόλεως ἠγωνίσατο. τὴν δ᾽ εὐσέβειαν τὴν πρὸς τοὺς θεούς, ἐν ταῖς Ἀδράστου καὶ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους ἱκετείαις. τοὺς μὲν γάρ, μάχῃ νικήσας Πελοποννησίους διέσωσε: τῷ δὲ τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τελευτήσαντας βίᾳ Θηβαίων, θάψαι παρέδωκε. τὴν δ᾽ ἄλλην ἀρετὴν καὶ τὴν σωφροσύνην ἔν τε τοῖς προειρημένοις, καὶ μάλιστ᾽ ἐν οἷς τὴν πόλιν διῴκησεν. ὁρῶν γὰρ τοὺς βίᾳ τῶν πολιτῶν ἄρχειν ζητοῦντας, ἑτέρων δουλεύοντας, καὶ τοὺς κινδυνεύοντας τὸν βίον τοῖς ἄλλοις καθιστάντας, αὐτοὺς περιδεῶς ζῶντας, καὶ πολεμεῖν ἀναγκαζομένους, μετὰ μὲν τῶν πολιτῶν, πρὸς τοὺς ἐπιστρατευομένους, μετ᾽ ἄλλων δὲ πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους, ἔτι δὲ συλῶντας μὲν τὰ τῶν θεῶν, ἀποκτείνοντας δέ τους βελτίστους τῶν πολιτῶν, ἀπιστοῦντας δὲ τοῖς οἰκειοτάτοις, οὐδὲν δὲ ῥᾳθυμότερον ζῶντας τῶν ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένων, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔξω ζηλουμένους, αὐτοὺς δὲ παρ᾽ αὑτοῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων λυπουμένους (τί γὰρ ἀλγεινότερον, ἢ ζῆν καὶ δεδιέναι μή τις αὐτὸν τῶν παρεστώτων ἀποκτείνῃ, καὶ μηδὲν ἧττον φοβεῖσθαι τοὺς φυλάττοντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας;) τούτων ἁπάντων καταφρονήσας, καὶ νομίσας οὐκ ἄρχοντας, ἀλλὰ νοσήματα τῶν πόλεων εἶναι τοὺς τοιούτους, ἀπέδειξεν ὡς ῥᾴδιόν ἐστιν ἅμα τυραννεῖν, καὶ μηδὲν χεῖρον διακεῖσθαι τῶν ἐξ ἴσου πολιτευομένων. καὶ πρῶτον μὲν τὴν πόλιν σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν, εἰς ταὐτὸν συναγαγών, τηλικαύτην ἐποίησεν, ὥστ᾽ ἔτι καὶ νῦν ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ χρόνου μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων εἶναι. μετὰ δὲ ταῦτα, κοινὴν τὴν πατρίδα καταστήσας, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν συμπολιτευομένων ἐλευθερώσας, ἐξ ἴσου τὴν ἅμιλλαν αὐτοῖς περὶ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε: πιστεύων μὲν ὁμοίως αὐτῶν περιέσεσθαι ἀσκούντων, καὶ ἀμελούντων.

Nam hi soli ex omni memoria, pro defensione humani generis, vt pugiles, semper velut in procinctu steterunt. Sic autem contigit, vt alter celebriora & maiora, alter vtiliora & coniunctiora Græcis certamina subiret. Nam illi Eurystheus imperabat, vt boues ex [illegible] ea abigeret, vt mala Hesperidum afferret, vt Cerberum adduceret, & alios eius generis labores susciperet, quibus nihil aliis profuturus, sed ipse in pericula venturus erat. Hic vero cum sui iuris esset, ea certamina delegit, quibus vel Græciam, vel patriam suam beneficiis sibi obligaret. Proinde cum taurum à Neptuno immissum, qui Atticam vastabat, timide refugientibus aliis omnibus, solus domuit, magnoque metu & magna vrbis omnes incolas inopia liberauit: tum Lapithis post auxiliatus, expeditione contra Centauros bimembres, & celeritate & viribus & audacia præstantes suscepta, qui vrbes alias vastarant, aliis imminebant, aliis minitabantur: his prælio victis, mox eorum ferociæ modum statuit, neq; multo post genus eorum prorsus deleuit. Circa eadem tempora cum monstrum illud in Creta educatum, atq; ex Pasiphae Solis filia natum extinxisset, cui tributi nomine nostra vrbs bisseptenos pueros ex oraculo mittebat, cum videret eos duci, toto populo comitante, ad necem indignam, certumq; interitum, & viuentes adhuc lugeri pro mortuis: tanta indignatione exarsit, vt potius esse duxerit emori, quam viuere turpiter si ipse princeps vrbis eam cogi pateretur, ad tam miserabile tributum hostibus pendendum. Conscenso igitur vna cum illis nauigio, & ea natura superata, quæ quidem à viro & tauro conflata erat, tanto aūt robore pollebat, quanto par est eam, quæ talibus corporibus constat: non pueros solum parentibus incolumes restituit, sed etiam vrbem tam iniusto, tam acerbo & ineuitabili edicto liberauit. Equidem sum animi dubius, quid consilii de reliquis capiam. Postquam enim ad Thesei facinora perueni, deq; illis dicere cœpi, vereor vt deceat, in medio veluti cursu oratione abrupta, Scironis & Cercyonis, aliorumq; eius generis immanitatem prætermittere: quibus ille fortiter superatis, multarum & magnarum calamitatum Græcis remedium attulit. Sed me excedere modum, ac pronidendum esse video, ne qui me putent de hoc laborare magis, quam de ea propter quam hæc instituta fuit oratio. Quæ vtraq; cum ita se habeant, plurima transire silentio statui propter morosos auditores, ac cætera quā breuissime licuerit percurrere: vt partim illis, partim mihi ipsi gratificer: neq; prorsus illis cedam, qui inuidere, atque omnia, quæ dicuntur cauillari consueuerunt. Fortitudinis igitur suæ specimen in his facinoribus edidit, quibus ipse solus pugnauit: rei militaris autem scientiam in prælis ostendit, quæ totius ciuitatis copiis muniтus fecit: pietatem porro erga Deos immortales in Adrasti & liberorum Herculis supplicationibus. Nam hos prælio victis Peloponnesiis, seruauit: illi, eos qui sub Cadmea ceciderant, Thebanis inuitis, sepeliendos tradidit. cæteras vero virtutes & moderationem cum in his quæ diximus, tum in vrbis administrandæ ratione. Cum enim animaduerteret, eos qui ciuibus per vim imperare studerent, seruire aliis: & qui cæteris vitam periculosam redderent, ipsos metu perterritos viuere, cogique bella gerere, ciuibus quidem adiutoribus contra hostes, copiis vero aliunde paratis contra ciues: præterea spoliare templa Deorum, & optimos quosque ciues interficere, & diffidere coniunctissimis, & nihilo viuere tranquillius, quam eos, qui in vincula coniecti, iudicium capitis subituri sunt: sed cum foris felices appareant, ipsos apud sese pluribus quam alios molestiis confici. (quid enim acerbius est, quam in perpetuo viuere metu, ne à proximo quoq; iuguleris: & custodes non minus formidare, quam insidiatores?) His igitur omnibus contemptis, cum id genus hominum non esse principes, sed pestes ciuitatū existimaret: facilius esse demonstrauit, simul & imperare, & nihilo deteriore esse conditione, quam eos, qui pari iure cum cæteris ciuibus acquiescunt. Ac primum ciuitatem, quæ prius sparsim & vicatim habitabat, in vnum locum congregatam, tantam effecit, vt etiam nunc ex eo tempore Græcarum vrbium amplissima sit. Deinde patriam communem omnibus constituit: & libertatis ciuium animis in contentione honorum parem aditum ad magistratus omnibus esse voluit. Confidebat enim se non minus fore principē, si sese exercerent, quam si torperent ignauia.

Cum autem sciret eos honores, qui à viris magnanimis deferrentur, longe suauiores esse, quam eos, qui à seruitute oppressis haberentur: tantum absuit, vt quicquam ciuibus inuitis ageret, vt & ipse summam rerum penes populum esse vellet, & illi ei soli principatum deferrent: existimantes, eius monarchiam fideliorem & æquiorem fore sua democratia. Non enim, quod alii solent, labores ciuibus mandabat, voluptates solus ipse capiebat: sed pericula sibi seorsim vendicabat, vtilitates cōmunes esse omnibus volebat. Quare vitam & sine vllis insidiis, & summa omnium caritate peregit: non peregrino milite imperium muniens, sed beneuolentia ciuium se tuens: potestate rex, beneficiis popularis. Tanta enim æquitate, tam præclare vrbem administrauit, vt etiam hodie quoddam eius mãsuetudinis vestigium, in nostris institutis reliquum, animaduertatur. Eam igitur quæ & Ioue nata, & tantæ virtuti ac modestiæ dominata est, nonne laudari decet, ac honorari, longeque omnibus omnium temporum hominibus anteferri? Nec enim testem fide digniorem, neque iudicem magis idoneum bonorum, quibus Helena prædita fuit, q̃ Thesei mentem adducere poterimus. Ne vero ex inopia in hoc loco immorari, aut viri vnius ad eam laudandam abuti gloria videar, ea quæ restant explicabo. Nam cum post Thesei descensum ad inferos, Lacedæmonem reuersa iam nubilis esset, vniuersi reges illius temporis & principes vrbium, idem quod Theseus de ea senserunt. Etsi enim potestas eis dabatur, primarias è suis vrbibus mulieres deligendi: spretis tamen domesticis nuptiis, ad eam profecti sunt, ambiendi gratia. Cum vero nondũ esset exploratum, communi adhuc fortuna, quinam eius nuptias obtineret: adeo tamen nemo erat qui vocaret in dubium, quin armis de ea dimicandum foret, vt congressi fidem mutuo dederint, se omnino adiuturos eum, qui connubio illius potiretur, si quis eam per vim abduxisset. Putabat enim quisq; se sibi præsidium illud parare. Spe igitur priuata, vno viro excepto sunt omnes frustrati: communis autem quæ de ea fuit opinio, fefellit neminẽ. Post paruum enim temporis spacium orta inter Deas lis est de præstantia formæ, & eius arbiter honorarius Priami filius Alexander delectus. Is Iunone regnum Asiæ pollicente, Minerua victoriam in bellis, Venere coniugium Helenæ: cum non posset inter corpora diiudicare, neq; diuinorum vultuum fulgorem sustinere, ac munerum potius esse index cogeretur: consuetudinem Helenæ cæteris omnibus anteposuit: non q̃ voluptates præcipue spectaret (quanquam enim eas viri sapientes multis aliis rebus præferunt, non tamen eo impulsus est) sed Iouis gener fieri & nominari studuit: existimans eum honorem longe maiorem & præclariorem esse quam Asiæ regnum. Magna enim imperia & potentiam, etiam nihili hominibus olim obuentura: tali vero muliere ex omni posteritate dignatum iri neminem. Animaduertit etiam, se nullum pulchrius patrimonium suis liberis posse relinquere, quam si tam paternam quam maternam originem ad Iouem referrent: quippe qui sciret cætera fortunæ commoda celeriter aut interire, aut transire ad alios: sed nobilitatem semper apud eosdem permanere. Quare hunc delectum in totius sui generis commodum cessurum prospiciebat, cum cætera munera non vltra sui æui terminos duratura essent. Ac nemo vir cordatus est, quin hæc prudentissime cogitata fateatur. Quidam autem ex eorum numero, qui nihil quod rem antecessit considerant, sed ex euẽtu iudicant omnia, conuiciis eum incessere non dubitarũt: quorum amentia ex ipsis maledictis animaduerti ab omnibus facile potest. Quid enim magis ridiculum admittere queant, quam si sua ingenia illi antecellere sperent, cui primas Deæ detulerunt? Nec enim quibus de rebus tanta inter ipsas orta erat contentio, eas cuiuslibet autoritati diiudicandas permiserunt: sed de optimo iudice deligendo non minus eas fuisse solicitas, quam de re ipsa laborasse, facile apparet. Considerandum autem est, qualis fuerit: & iudicium de eo faciendum, non è victarum iracundia, sed ex illarum omnium sentẽtia, cum eius mentem præ cæteris delegerunt. Nihil enim prohibet, à potentioribus male accipi etiam innocentes: cum autem honorem adipisci, vt qui mortalis est, Dearum index fiat. Id vero contingere non potest, nisi viro laude sapientiæ præstantissimo.

εἰδὼς γὰρ τὰς τιμὰς ἡδίους οὔσας τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δουλευόντων· τοσοῦτον ἀπέσχεν ἄκοντάς τι ποιεῖν τοὺς πολίτας· ὥσθ' ὁ μὲν τὸν δῆμον κύριον ἀπέδειξε τῆς πολιτείας, οἱ δὲ μόνον αὐτὸν ἄρχειν ἠξίουν· ἡγούμενοι πιστοτέραν καὶ κοινοτέραν εἶναι τὴν ἐκείνου μοναρχίαν τῆς αὑτῶν δημοκρατίας. οὐ γὰρ ὥσπερ ἕτεροι, τοὺς μὲν πόνους ἄλλοις προσέταττε, τῶν δ' ἡδονῶν αὐτὸς μόνος ἀπέλαυεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν κινδύνους ἰδίους ἐποιεῖτο, τὰς δ' ὠφελείας ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδίδου. καὶ γάρ τοι διετέλεσε τὸν βίον οὐκ ἐπιβουλευόμενος, ἀλλ' ἀγαπώμενος· οὐδ' ἐπακτῷ δυνάμει τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος· τῇ μὲν ἐξουσίᾳ τυραννῶν, ταῖς δ' εὐεργεσίαις δημαγωγῶν. οὕτω γὰρ νομίμως καὶ καλῶς διῴκει τὴν πόλιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν ἴχνος τῆς ἐκείνου πρᾳότητος ἐν τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν καταλελεῖφθαι. τὴν δὲ γεννηθεῖσαν μὲν ὑπὸ Διός, κρατήσασαν δὲ τοιαύτης ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης, πῶς οὐκ ἐπαινεῖν χρὴ καὶ τιμᾶν, καὶ νομίζειν πολὺ τῶν πώποτε γεγενημένων διενεγκεῖν; οὐ γὰρ δὴ μάρτυρά γε πιστότερον, οὐδὲ κριτὴν ἱκανώτερον ἕξομεν ἐπαγαγέσθαι, περὶ τῶν Ἑλένῃ προσόντων ἀγαθῶν, τῆς Θησέως διανοίας. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, δι' ἀπορίαν, διατρίβειν, μηδ' ἀνδρὸς ἑνὸς δόξῃ καταχρώμενος ἐπαινεῖν αὐτήν: βούλομαι καὶ περὶ τῶν ἐχομένων διελθεῖν. μετὰ γὰρ τὴν Θησέως εἰς ᾅδου κατάβασιν, ἐπανελθούσης αὐτῆς εἰς Λακεδαίμονα, καὶ πρὸς τὸ μνηστεύεσθαι καθεστηκυίας: ἅπαντες οἱ τότε βασιλεύοντες καὶ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχον περὶ αὐτῆς. ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς λαμβάνειν ἐν ταῖς αὑτῶν πόλεσι γυναῖκας τὰς πρωτευούσας: ὑπεριδόντες τοὺς οἴκοι γάμους, ἦλθον ὡς ἐκείνην μνηστεύσοντες. οὔπω δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικεῖν: ἀλλ' ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης: οὕτω προδήλως ἅπασιν ἀνθρώποις ἐσομένη περιμάχητος: ὥστε συνελθόντες, πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστερήσοι τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν: νομίζων ἕκαστος, τὴν ἐπικουρίαν ἑαυτῷ παρασκευάζειν. τῆς μὲν οὖν ἰδίας ἐλπίδος, πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ἅπαντες ἐψεύσθησαν: τῆς δὲ κοινῆς δόξης, ἣν ἔσχον περὶ ἐκείνης, οὐδεὶς αὐτῶν διήμαρτεν. Οὐ πολλοῦ γὰρ χρόνου διελθόντος: καὶ γενομένης ἐν θεαῖς περὶ κάλλους ἔριδος: ἧς Ἀλέξανδρος, ὁ Πριάμου κατέστη κριτής: καὶ διδούσης Ἥρας μὲν ἁπάσης αὐτῷ βασιλεύειν τῆς Ἀσίας: Ἀθηνᾶς δὲ, κρατεῖν ἐν τοῖς πολέμοις: Ἀφροδίτης δὲ τὸν γάμον τὸν Ἑλένης: οὔτε περὶ τῶν σωμάτων οἷός τε ὢν διαγνῶναι: ἀλλ' ἡττηθεὶς τῆς τῶν θεῶν ὄψεως: τῶν δὲ δωρεῶν ἀναγκασθεὶς γενέσθαι κριτής: εἵλετο τὴν οἰκειότητα τὴν Ἑλένης ἀντὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων: οὐ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποβλέψας (καίτοι καὶ τοῦτο τοῖς εὖ φρονοῦσι πολλῶν αἱρετώτερόν ἐστιν: ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπὶ τοῦθ' ὥρμησεν) ἀλλ' ἐπεθύμησε Διὸς γενέσθαι κηδεστής: νομίζων πολὺ μείζω καὶ καλλίω ταύτην εἶναι τὴν τιμὴν, ἢ τὴν τῆς Ἀσίας βασιλείαν. καὶ μεγάλας μὲν ἀρχὰς καὶ δυναστείας καὶ φαύλοις ἀνθρώποις ποτὲ παραγενέσθαι: τοιαύτης δὲ γυναικὸς οὐδένα τῶν ἐπιγιγνομένων ἀξιωθήσεσθαι. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲν ἂν κάλλιον κτῆμα καταλιπεῖν τοῖς παισὶν, ἢ παρασκευάσας αὐτοῖς, ὅπως καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς, ἀπὸ Διὸς ὦσι γεγονότες. ἠπίστατο γὰρ, τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας: τὴν δ' εὐγένειαν, ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. ὥστε ταύτην μὲν τὴν αἵρεσιν ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ γένους ἐποιήσατο: τὰς δ' ἑτέρας δωρεὰς ὑπὲρ τοῦ χρόνου μόνου τοῦ καθ' ἑαυτόν. τῶν μὲν οὖν εὖ φρονούντων οὐδεὶς αὐτῷ λογισμῶν τούτων ἐπιτιμήσειε: τῶν δὲ μηδὲν περὶ τοῦ πράγματος ἐνθυμουμένων: ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον μόνον σκοπούντων: ἤδη τινὲς ἐλοιδόρησαν αὐτόν: ὧν τὴν ἄνοιαν, ἐξ ὧν ἐβλασφήμησαν περὶ ἐκείνου, ῥᾴδιον ἅπασι καταμαθεῖν. πῶς γὰρ οὐ καταγέλαστοι τυγχάνουσιν: οἳ τὴν ἑαυτῶν σύνεσιν ἱκανωτέραν εἶναι νομίζουσι, τῆς ὑπὸ τῶν θεῶν προκριθείσης; οὐ γὰρ δὴ περὶ ὧν εἰς τοσαύτην φιλονικίαν κατέστησαν, τὸν τυχόντα διαγνώμονα κρίνειν ἐποιήσαντο: ἀλλὰ δῆλον, ὅτι τοσαύτην εἶχον σπουδὴν, κριτὴν ἐκλέξασθαι τὸν βέλτιστον: ὅσην περ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο. χρὴ δὲ σκοπεῖν, ὁποῖός τις ἦν: καὶ δοκιμάζειν αὐτὸν, μὴ ἐκ τῆς ὀργῆς τῶν ἀποτυχουσῶν: ἀλλ' ἐξ ὧν ἅπασαι βουλευσάμεναι προείλοντο τὴν ἐκείνου διάνοιαν. κακῶς μὲν γὰρ παθεῖν ὑπὸ τῶν κρειττόνων, οὐδὲν κωλύει καὶ τοὺς μηδὲν ἐξημαρτηκότας. τοιαύτης δὲ τιμῆς τυχεῖν, ὥστε θνητὸν ὄντα, θεῶν γενέσθαι κριτὴν, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ τὸν πολὺ τῇ γνώμῃ διαφέροντα.

Θαυμάζω

Miror

Θαυμάζω δ' εἴ τις οἴεται κακῶς βεβουλεῦσθαι τὸν μετὰ ταύτης ζῆν ἑλόμενον, ἧς ἕνεκα πολλοὶ τῶν ἡμιθέων ἀποθνήσκειν ἠθέλησαν. πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη ἀνόητος, εἰ τὰς θεὰς εἰδὼς περὶ κάλλους φιλονεικούσας, αὐτὸς κάλλους κατεφρόνησε, καὶ μὴ ταύτην ἐνόμισε μεγίστην εἶναι τῶν δωρεῶν, περὶ ἧς κἀκείνας ἑώρα μάλιστα σπουδαζούσας. τίς δ' ἂν τὸν γάμον τὸν Ἑλένης ὑπερεῖδεν, ἧς ἁρπασθείσης, οἱ μὲν Ἕλληνες οὕτως ἠγανάκτησαν, ὥσπερ ὅλης τῆς Ἑλλάδος πεπορθημένης; οἱ δὲ βάρβαροι τοσοῦτον ἐφρόνησαν, ὅσον περ ἂν εἰ πάντων ἡμῶν ἐκράτησαν, δῆλον δ' ὡς ἑκάτεροι διετέθησαν. πολλῶν γὰρ αὐτοῖς πρότερον ἐγκλημάτων γενομένων, περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἡσυχίαν ἦγον, ὑπὲρ δὲ ταύτης τοσοῦτον συνεστήσαντο πόλεμον, οὐ μόνον τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς ἀλλὰ καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου, καὶ τῷ πλήθει τῶν παρασκευῶν, ὅσος οὐδεὶς πώποτε γέγονεν. ἐξὸν δὲ τοῖς μὲν ἀποδοῦσιν Ἑλένην ἀπηλλάχθαι τῶν παρόντων κακῶν, τοῖς δ' ἀμελήσασιν ἐκείνης, ἀδεῶς οἰκεῖν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον; οὐδέτεροι ταῦτ' ἠθέλησαν, ἀλλ' οἱ μὲν περιεώρων, καὶ πόλεις ἀναστάτους γιγνομένας, καὶ τὴν χώραν πορθουμένην, ὥστε μὴ προέσθαι αὐτὴν τοῖς Ἕλλησιν, οἱ δ' ᾑροῦντο μένοντες ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας καταγηράσκειν, καὶ μηδέποτε τοὺς ἑαυτῶν ἰδεῖν, μᾶλλον, ἢ ἐκείνην καταλιπόντες, εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἐπανελθεῖν. καὶ ταῦτ' ἐποίουν οὐχ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου φιλονεικοῦντες, ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς Ἀσίας, οἱ δ' ὑπὲρ τῆς Εὐρώπης; νομίζοντες ἐν ὁποτέρᾳ τὸ σῶμα τὸ ἐκείνης κατοικήσει, ταύτην τὴν χώραν εὐδαιμονεστέραν ἔσεσθαι. τοσοῦτος δ' ἔρως ἐνέπεσε τῶν πόνων καὶ τῆς στρατείας ἐκείνης, οὐ μόνον τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς, ὥστ' οὐδὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας ἀπέτρεψαν τῶν ἀγώνων τῶν περὶ Τροίαν. ἀλλὰ Ζεὺς, μὲν προειδὼς τὴν Σαρπηδόνος εἱμαρμένην, Ἠὼς δὲ τὴν Μέμνονος, Ποσειδῶν δὲ τὴν Κύκνου, Θέτις δὲ τὴν Ἀχιλλέως, ὅμως αὐτοὺς συνεξώρμησαν καὶ συνέπεμψαν, ἡγούμενοι κάλλιον αὐτοῖς εἶναι τεθνάναι μαχομένοις περὶ τῆς Διὸς θυγατρὸς μᾶλλον, ἢ ζῆν ἀπολειφθεῖσι τῶν περὶ ἐκείνης κινδύνων. καὶ τί δεῖ θαυμάζειν ἃ περὶ τῶν παίδων ἔγνωσαν, αὐτοὶ γὰρ πολὺ μείζω καὶ δεινοτέραν ἐποιήσαντο τὴν παράταξιν, τῆς πρὸς τοὺς γίγαντας αὐτοῖς γενομένης. πρὸς μὲν γὰρ ἐκείνους μετ' ἀλλήλων ἐμαχέσαντο, περὶ δὲ ταύτης πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἐπολέμησαν. εἰκότως δὲ κἀκεῖνοι ταῦτ' ἔγνωσαν, κἀγὼ τηλικαύταις ὑπερβολαῖς ἔχω χρήσασθαι περὶ αὐτῆς. κάλλους γὰρ πλεῖστον μέρος μετέσχεν, ὃ σεμνότατον καὶ τιμιώτατον καὶ θειότατον τῶν ὄντων ἐστί. ῥᾴδιον δὲ διαγνῶναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ. τῶν μὲν γὰρ ἀνδρείας ἢ σοφίας ἢ δικαιοσύνης μὴ μετεχόντων, πολλὰ φανήσεται τιμώμενα μᾶλλον, ἢ τούτων ἕκαστον. τῶν δὲ κάλλους ἀπεστερημένων, οὐδὲν εὑρήσομεν ἀγαπώμενον, ἀλλὰ πάντα καταπεφρονημένα πλὴν ὅσα ταύτης τῆς ἰδέας κεκοινώνηκε, καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ τοῦτο μάλιστα εὐδοκιμοῦσαν, διότι κάλλιστον τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐστίν. γνοίη δ' ἄν τις κἀκεῖθεν, ὅσον διαφέρει τῶν ὄντων, ἐξ ὧν αὐτοὶ διατιθέμεθα πρὸς ἕκαστον αὐτῶν. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ὧν ἂν ἐν χρείᾳ γιγνώμεθα, τυχεῖν μόνον βουλόμεθα, περαιτέρω δὲ περὶ αὐτῶν οὐδὲν τῇ ψυχῇ προσπεπόνθαμεν. τῶν δὲ καλῶν ἔρως ἡμῖν ἐγγίγνεται, τοσούτῳ μείζω τοῦ βούλεσθαι ῥώμην ἔχων, ὅσῳ περ καὶ τὸ πρᾶγμα κρεῖττόν ἐστι. καὶ τοῖς μὲν κατὰ σύνεσιν ἢ κατ' ἄλλο τι προέχουσι, φθονοῦμεν, ἢν μὴ τῷ ποιεῖν ἡμᾶς εὖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσαγάγωνται, καὶ στέργειν σφᾶς αὐτοὺς ἀναγκάσωσι. τοῖς δὲ καλοῖς εὐθὺς ἰδόντες εὖνοι γιγνόμεθα, καὶ μόνους αὐτοὺς ὥσπερ τοὺς θεοὺς οὐκ ἀπαγορεύομεν θεραπεύοντες, ἀλλ' ἥδιον δουλεύομεν τοῖς τοιούτοις, ἢ τῶν ἄλλων ἄρχομεν, πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς πολλὰ προστάττουσιν, ἢ τοῖς μηδὲν ἐπαγγέλλουσι. καὶ τοὺς μὲν ἄλλῃ

τινὶ

Mirum autem esse quenquam, qui male sibi consuluisse illum putet, qui cum ea viuere decreuerit, propter quam multi ex Semideis emori voluerunt. An vero non desipuisset, qui Deas de forma contendere sciret, si formã ipse spreuisset: nec id maximum donum existimasset, quod ab illis quoque maximi fieri vidisset? Quis vero coniugiu Helenæ aspernatus esset, qua rapta Græci nõ secus, ac si tota Græcia vastata fuisset, indignati sunt: & Barbari ita superbierunt, quasi nos omnes superassent? Neq; vero obscurum est quibus animis vtriq; fuerint. Nã cum ante multa inter eos crimina intercessissent, propter alia nihil mouerunt: sed ob hanc tantum bellum concitarunt, non solum iræ magnitudine, sed & longitudine temporis, & multitudine apparatuum, quantum ad eum diem nullũ fuerat vnquam. Etsi autem potestas dabatur, alteris, Helena reddita, vrgentibus malis liberari: alteris, ea neglecta, omne deinceps tempus ętatis domi secure degere: neutri tamẽ hæc voluerunt, sed illi & vrbes excindi, & agros vastari siuerunt, ne Græci ea potirentur: hi peregre consenescere, & suos nunquam intueri, quam hac relicta domum reuerti maluerunt. Et hæc egerunt, non quod vel Alexandrum vel Menelaum tanti facerent: sed alteri pro Europa, alteri pro Asia dimicabant, existimantes in vtra corpus eius incoleret, eam regionem feliciorẽ fore. Tanta certe cupiditas incessit laborũ & expeditionis illius, non Græcis tantum & Barbaris, sed Diis etiam, vt ne filios quidem suos à Troiani belli discriminibus abesse vellent. Nam Iupiter præscius fati Sarpedonis, Aurora Memnonis, Neptunus Cygni, Thetis Achillis, tamen eos cohortati cęteris adiunxerunt: existimantes gloriosius eis fore, si de filia Iouis dimicantes occumberent, quam si periculorũ illorũ expertes domi consenescerent. Quis vero miretur, eos de suis filiis ita statuisse: cum ipsi Dij eo bello multo acrius & vehementius præliati sint, quam bello Giganteo? Nam contra illos coniunctis viribus dimicarunt: propter hanc ipsi inter sese pugnauerunt. Recte autem & illi sic senserunt, & hæc mihi grandiloquentia concessa est. Nam insigni pulchritudine prędita fuit, qua in tota rerum natura nihil est augustius, nihil preciosius, nihil diuinius. Cuius vires hinc facile intelliguntur. Multa enim sunt, quibus plus honoris, quam vel fortitudine, vel iustitia, vel sapientia præditis habeatur. Eorum autẽ quæ pulchritudine destituuntur, nihil diligi, sed contemni potius omnia, quæ huius boni experta sint: & virtutem eo potissimum celebrari, quod omnium actionum pulcherrima sit, reperiemus. Quantum autem pulchritudo antecellat omnib. rebus, è nostris affectionib. erga formosos intelligi potest. Nam cæteris rebus, quarũ vsus aliquis nobis esse potest, tantum potiri volumus, animi vero propensione vlterius haud progredimur: sed pulchrorũ amor natura nobis est insitus, cuius tanto maiores vires sunt, quã vt deliberandi spacium præbeat, quanto res ipsa est potentior. Ac eos quidem, qui vel sapientia vel alia quapiam facultate præcellunt inuidemus, nisi nos quotidianis beneficiis alliciant, & sui amorem extorqueant: formosis autem à primo aspectu beneuolentia coniungimur, & eos solos quemadmodum Deos colendo non defatigamur, sed libentius illis inseruiemus, quam aliis imperamus: maioremque illis gratiã habemus, si multa imperent, quam si nihil faciendum denuncient. Iam si qui alteri cuipiam

præcel-

præcellentiæ obnoxij sunt, eos insectamur, & adulatores nominamus: seruos autem pulchritudinis, elegantes & industrios existimamus. Tanta denique pietate & cura formam complectimur, vt si qui formosorum malo consilio florē ætatis prostituerunt, seueriore censura notemus, quā eos, qui aliena corpora violarunt. Qui vero ita suam formā custodiunt, vt tanquam in templū nullus improbis pateat aditus: eos reliqua ætate perinde ac si toti ciuitati benefecissent, honoramus. Et quid opus est humanis opinionib. recensendis immorari? cum Iupiter Optimus Maximus in alijs potentiam suam demonstret, ad pulchritudinē vero humili persona assumpta dignetur accedere? Nam sub Amphytrionis specie, ad Alcmenam venit: in aureum hymbrē mutatus, cum Danae congressus est: cygnus factus, in sinum Nemeseos confugit: ac iterum sub eiusdem avis specie, Ledam sibi despondit. Semper deniq; arte quapiā, nunquam vi, tales naturas venatus est. Tanta autem apud Deos forma honoratior est, quam apud nos, vt etiam suis vxoribus, si cuius pulchritudine vincantur, ignoscant. Ac multę immortalium proferri possunt, quæ cum humanæ formæ succemberent, tantum abfuit, vt vlla rem eam sibi dedecori esse putaret, aut clam habere studeret, vt tanquam re bene ac laudabiliter gesta, hymnis celebrarimus quā sileri voluerint. Cuius rei signum euidentissimum illud est, quod plures inueniemus ob formę præstantiam immortalitatē adeptas, quam propter virtutes cæteras vniuersas. Quibus Helenā tanto meliore conditione fuit, quanto eis etiam facie præstitit. Non enim tantum immortalitatem adepta est, sed potestatē diuinam consecuta, primū fratres, qui fato iam concesserant, inter Deos retulit. Cum autem euidentē facere mutationē illam vellet, honores ita manifestos eis dedit, vt in mari conspecti periclitantes seruarit, quicunq; ipsos pie inuocarint. Deinde Menelao tantam gratiam retulit pro laborib. & periculis sua causa susceptis, vt cum genus omne Pelopidorū interisset malis inexplicabilib. oppressum non tantum ex illis calamitatibus eum eripuerit, sed mortalem eius sortem diuinitate mutarit, eumq; contubernalē sibi & assessorem in omne ęvum constituerit. Harum rerum Spartiatarum vrbs, diligentissima vetustatis custos, re ipsa testimonium mihi perhibebit. Nam in hunc vsque diem Therapnis in Laconia patrio ritu sanctē illis sacra faciunt, non vt heroibus, sed vtrisq; vt Diuis. Ostendit etiam Stesichoro suam potentiā: qui cum initio sui carminis eam nonnihil perstrinxisset maledictis, surrexit oculis orbatus: sed postquam causa calamitatis intellecta, palinodiam quam vocant fecit, eius beneficio visum recepit. Quin etiam Homeridarum quidam aiunt, eam nocte Homero apparuisse, ac mandasse vt de iis scriberet, qui ad Troiam militassent, quo mors eorum optabilior, quam aliorū vita redderetur: ac poesim ex parte Homeri etiam solertia, inprimis vero propter Helenā ita gratiosam, & apud omnes celebrem esse factam. Eos igitur, qui opibus pollent, donariis & sacrificiis & supplicationibus, ceterisq; cultibus eruditos, studiosa & honorifica celebratione placare & honorare decet eam, quæ tum irrogare pœnam, tum gratiam referre possit. Nam liberaliter institutos tales ei primitias immolare conuenit. Plura sunt autem quæ commemoraui. Nam præter artes & ingeniose cogitata, cæterasque vtilitates, quæ in illam Troianumque bellum referri possent, jure id quoque Helenæ ascribetur, quod Barbaris non seruimus.

τῇ δυνάμει γεγονόσιν λοιδοροῦμεν καὶ κόλακας ἀποκαλοῦμεν, τοὺς δὲ τῷ κάλλει λατρεύοντας, φιλοκάλους καὶ φιλοπόνους νομίζομεν εἶναι. τοσαύτῃ δ' εὐσεβείᾳ καὶ προνοίᾳ χρώμεθα περὶ τὴν ἰδέαν τὴν τοιαύτην, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν κεκτημένων τὸ κάλλος, τοὺς μὲν μισθαρνήσαντας καὶ κακῶς βουλευσαμένους περὶ τὴν αὑτῶν ἡλικίαν, μᾶλλον ἀτιμάζομεν, ἢ τοὺς εἰς τὰ τῶν ἄλλων σώματα ἐξαμαρτάνοντας. ὅσοι δ' ἂν τὴν αὑτῶν ὥραν διαφυλάξωσιν, ἄβατον τοῖς πονηροῖς ὥσπερ ἱερὸν ποιήσαντες, τούτους εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον τιμῶμεν, ὥσπερ τοὺς ὅλην τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ἐργασαμένους. καὶ τί δεῖ τὰς ἀνθρωπίνας δόξας λέγοντα διατρίβειν; ἀλλὰ Ζεὺς ὁ κρατῶν ἁπάντων, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τὴν αὑτοῦ δύναμιν ἐνδείκνυται, πρὸς δὲ τὸ κάλλος ταπεινὸς γιγνόμενος ἀξιοῖ πλησιάζειν. Ἀμφιτρύωνι μὲν γὰρ εἰκασθεὶς, ὡς Ἀλκμήνην ἦλθε, χρυσὸς δὲ ῥυεὶς Δανάῃ συνεγένετο, κύκνος δὲ γενόμενος, εἰς τοὺς Νεμέσεως κόλπους κατέφυγε, τούτῳ δὲ πάλιν ὁμοιωθεὶς Λήδαν ἐνυμφεύσατο· ἀεὶ δὲ μετὰ τέχνης, ἀλλ' οὐ μετὰ βίας θηρώμενος φαίνεται τὰς φύσεις τὰς τοιαύτας. τοσούτῳ δὲ μᾶλλον προτετίμηται τὸ κάλλος παρ' ἐκείνοις ἢ παρ' ἡμῖν, ὥστε καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἑαυτῶν ὑπὸ τούτου κρατουμέναις συγγνώμην ἔχουσι. καὶ πολλὰς ἄν τις ἐπιδείξειε τῶν ἀθανάτων, αἳ θνητοῦ κάλλους ἡττήθησαν, ὧν οὐδεμία λαθεῖν τὸ γεγενημένον, ὡς αἰσχύνην ἔχον ἐζήτησεν, ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων, ὑμνεῖσθαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι περὶ αὐτῶν ἠβουλήθησαν. Μέγιστον δὲ τῶν εἰρημένων τεκμήριον· πλείους γὰρ ἂν εὕροιμεν διὰ τὸ κάλλος ἀθανάτους γεγενημένους, ἢ διὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας· ὧν Ἑλένη τοσούτῳ πλέον ἔσχεν, ὅσωπερ καὶ τὴν ὄψιν αὐτῶν διήνεγκεν. οὐ γὰρ μόνον ἀθανασίας ἔτυχεν, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν ἰσόθεον λαβοῦσα, πρῶτον μὲν τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη κατεχομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμένης, εἰς θεοὺς ἀνήγαγε. βουλομένη δὲ πιστὴν ποιῆσαι τὴν μεταβολὴν, οὕτως αὐτοῖς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔδωκεν, ὥσθ' ὁρωμένους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόντων σῴζειν, οἵτινες ἂν εὐσεβῶς αὐτοὺς ἐπικαλέσωνται. μετὰ δὲ ταῦτα Μενελάῳ τοσαύτην χάριν ἀπέδωκεν ὑπὲρ τῶν πόνων καὶ τῶν κινδύνων, οὓς δι' ἐκείνην ὑπέμεινεν, ὥστε τοῦ γένους ἅπαντος τοῦ Πελοπιδῶν διαφθαρέντος, καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις περιπεσόντος, οὐ μόνον αὐτὸν τῶν συμφορῶν τούτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ θεὸν ἀντὶ θνητοῦ ποιήσασα, σύνοικον αὑτῇ καὶ πάρεδρον εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα κατεστήσατο. καὶ τούτοις ἔχω τὴν πόλιν τὴν Σπαρτιατῶν, τὴν μάλιστα τὰ παλαιὰ διασῴζουσαν, ἔργῳ παρασχέσθαι μαρτυροῦσαν. ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς, θυσίας αὐτοῖς ἁγίας καὶ πατρίας ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ' ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. ἐνεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος. ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε. λέγουσι δέ τινες καὶ τῶν Ὁμηριδῶν, ὡς ἐπιστᾶσα τῆς νυκτὸς Ὁμήρῳ, προσέταξε ποιεῖν περὶ τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν, βουλομένη τὸν ἐκείνων θάνατον ζηλωτότερον ἢ τὸν βίον τὸν τῶν ἄλλων καταστῆσαι. καὶ μέρος μέν τι καὶ διὰ τὴν Ὁμήρου τέχνην, μάλιστα δὲ διὰ ταύτην, οὕτως ἐπαφρόδιτον καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴν αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὴν ποίησιν. ὡς οὖν καὶ δίκην λαμβάνειν καὶ χάριν ἀποδοῦναι δυναμένην, τοὺς μὲν τοῖς χρήμασι προέχοντας, ἀναθήμασι καὶ θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις προσόδοις ἱλάσκεσθαι καὶ τιμᾶν αὐτὴν χρή, τοὺς δὲ φιλοσόφους, πειρᾶσθαι λέγειν τι περὶ αὐτῆς ἄξιον τῶν ὑπαρχόντων ἐκείνῃ. τοῖς γὰρ πεπαιδευμένοις πρέπει τοιαύτας ποιεῖσθαι τὰς ἀπαρχάς. πολὺ δὲ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστί. χωρὶς γὰρ τεχνῶν καὶ φιλοσοφιῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὠφελειῶν, ἃς ἔχοι τις ἂν εἰς ἐκείνην καὶ τὸν πόλεμον τὸν Τρωικὸν, ἀνενεγκεῖν δικαίως ἂν καὶ τὸ μὴ δουλεύειν ἡμᾶς τοῖς βαρβάροις, Ἑλένην αἰτίαν εἶναι νομίζοιμεν.

εὑρή

εὑρήσομεν γὰρ τοὺς Ἕλληνας διὰ ταύτην ὁμονοήσαντας καὶ κοινὴν στρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ποιησαμένους, καὶ τότε πρῶτον τὴν Εὐρώπην κατὰ τῆς Ἀσίας τρόπαιον στήσασαν· ἐξ ὧν τοσαύτης μεταβολῆς ἐτύχομεν, ὥστε τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον οἱ δυστυχοῦντες ἐν τοῖς βαρβάροις, τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἠξίουν ἄρχειν· καὶ Δαναὸς μὲν Αἰγύπτου φυγὼν, Ἄργος κατέσχε· Κάδμος δὲ ὁ Σιδώνιος Θηβῶν ἐβασίλευσε. Κᾶρες δὲ τὰς νήσους κατῴκουν· Πελοποννήσου δὲ συμπάσης ὁ Ταντάλου Πέλοψ ἐκράτησε. μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν πόλεμον τοσαύτην ἐπίδοσιν τὸ γένος ἡμῶν ἔλαβεν, ὥστε καὶ πόλεις μεγάλας καὶ χώραν πολλὴν ἀφελέσθαι τῶν βαρβάρων. ἢν οὖν τινες βούλωνται ταῦτα ἐπεξεργάζεσθαι καὶ μηκύνειν, οὐκ ἀπορήσουσιν ἀφορμῆς, ὅθεν Ἑλένην, ἔξω τῶν εἰρημένων, ἕξουσιν ἐπαινεῖν, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ καινοὺς λόγους ἐξοίσονται περὶ αὐτῆς.

constat enim, cum propter eam Græci concordiam iniissent, & communem expeditionem contra Barbaros suscepissent, tum primum Europam de Asia triumphasse: vnde res nostræ ita mutatæ sunt, vt superioribus temporibus si qui apud Barbaros calamitate premebantur, imperium in Græcas vrbes sibi arrogarent. Nam Danaus ex Ægypto profugus, Argos occupauit: Cadmus Sidonius Thebis imperauit: Cares, insulas tenuerunt: Pelops Tantali filius, vniuersam Peloponnesum subegit. Post illud autem bellũ nostræ gentis opes ita auctæ sunt, vt & magnas vrbes & multas prouincias Barbaris eripuerint. Quare si qui sunt, qui hęc velint expolire & dilatare, non eis occasio defutura est Helenæ extra ea, quæ diximus laudandæ: sed multa & præclara & noua de ea dicendi materia suppeditabitur.

GEORGII SABINI DE MERETRICE NOCTV INTERFECTA.

Dum se fingit anus formosam nocte puellam,
Et lupa fucato decipit ore procum,
Suppositam veluti calchas pro Virgine ceruam
Sic procus hanc mactans confecit ense Lupam.

CÆLI CALCAGNINI DE LAIDE ANV.

Dum tenera & vernis similis mea floribus ætas,
Vt rosa quæ nondum prompta suo calyce est;
Forma ridens & blanda Charis complexa sorores,
Et mecum ludos nudus agebat amor.
Huic nostras pressisse manus, suxisse papillas
Mos erat, & femori complicuisse femur.
Dum ludit, Charis ex amaranthis vincula nectit,
Et nexo primas detrahit, arma fuga.
Forma abiit; furtim successit serior ætas;
At nondum soluit vincula nexa Charis.
Vinctus adhuc, Charitesq; inter, & nescius exit,
Laidos in rugis nunc quoq; ludit Amor.

SCÆVOLÆ SAMMARTHANI IVLIODVNENSIS.

Amor Vetulæ

Qvicunq; ille fuit, monstrum qui dixit amorem;
Quo mihi vero verior ille fuit.
Quam varias prima me semper ab usq; iuuenta
Egerit in formas, si numerare velim:
Scribentem varijs tot tantaq; monstra figuris
Deficietq; manus, deficietq; dies.
Nec tamen ex illis fuit ante molestior vlla,
Quam quæ nunc animum sollicitudo premit.
Eheu quam cæco pectus mihi carpitur igni!
Credo erit a sola morte petenda salus.
Quippe (quod est mirum) non has mihi candida flãmas
Virgo mouet, flammas quæ leuet ipsa meas.
Verum anus (ô pudor) & priscis æquæua Sibyllis,
Iam nihil ipsa calens est mihi sola calor.
Debueram certe melioribus ignibus vri;
Sed fuit hæc fastus pœna secuta meos.
Nam Veneris cæcas penitus deponere curas
Mens erat & Clario corda vouere Deo.
Quis nescit sexus vitium? cum spernere multas
Inciperem, multis virginibus placui.
Sed placui frustra: stabat mihi robore pectus
Durius & nullis mobile blanditiis.
Exarsit subito contempti Numinis ira,
Dum mihi quas flammas obiicit, abiicio.
Nec mora; qui spernis dignas ardore puellas,
Accipe, quid læsi Numinis ira queat.
Dixit, & ex vetula torquens spectantis ocellis
Egit in hoc miserum tela sinistra caput.
Nunc cogor canos mirari sæpe capillos,
Rugosasque genas, pallidulumque labrum.
Nec mihi (sic sum amens) laxus sinus iste videtur
Esse, nec os vacuum dentibus esse suis.
Quin etiam precibus nostris elata superbit,
Seque aliquam, si quod iam illa rogata, putat:
Amplexusq; fugit nostros, roseisq; labellis
Ora, licet buxo pallidiora, negat.
Quid ais autem mea lux? certe decor iste senecta
Me iuuat, & merito me mihi surripuit;
Et merito precibus nostris dignissimus vnus
Conficit hac longo nos in amore situ.
Nonne etiam cana est & tota argentea luna?
Illa tamen reliquis ignibus vna præit.
Esse puto dentes; nulli tamen esse putentur,
Liberior lingua cursus more tuo est.
Nec sinus & non est rugis decor; ignea circum
Lumina Phœbeos dum referunt radios.
Vt tamen ista iuuent oculos animumq; furentem:
Est in tam sicco corpore nulla Venus.
Et licet illa meis accedat candida votis;
Certe nullum habet languida membra calor.
Heu mihi quisnam igitur finis spectandus amanti.
Finiat ardores mors nisi sola meos?
Si quis adhuc vsus Medeæ mansit ab arte,
Et quisquam magico tanta labore potes:
Te per ego Veneris bene notos omnibus ignes,
Quos qui non sentit, sentiet ille nihil;
Fac precor exutam rursum induat illa iuuentam;
Et liceat veris flore nitere seni.
Tunc ego crediderim vestris seruire parentem
Naturam, atque Deos, atque elementa sacris.

FRANCISCI FRANCHINI

Epitaphium Penelopis meretriculæ.

Penelopes tumulum fractosq; Cupidinis arcus,
Exstinctasq; faces adspice; quisquis ades;
Et lachryma: lachrymis exstincta tristibus ornant
Et Venus & Charites funera Penelopes.

HADRIANI MARI

Epitaphium Linæ anus.

Lina suauis anus, pueris chara atque puellis,
Quos viuens gratis iuuerat officiis.
Hic iacet. extinctam pueri mœstaq; puella
Deplorant lacrymis insatiabilibus.
Namque vbi nunc dulces exercebuntur amores:
Securum timidis quis dabit hospitium?
Quo non fama nocens penetrans auscultet amantes,
Vnde abeat patriam credita virgo domum,
Composito bene dissimulans sua gaudia vultu,
Nocte domi virgo, luce foris mulier.
Et longum placido secura fruatur amore,
Nil famæ metuens inuidiǽq; minas.
Exsecranda palus, stygiiq; æquanda paludi.
E qua crudelem combibit illa necem.

Dulcia quid turpem limum post musta propinas?
Iam satura est Baccho, non habet vnda locum.
At vos qui lacrymis tumulum, pia turba, rigatis,
Annosi potius fundite dona meri.
Et tumulo plantate rosas, namque hæc licet ipsa
Non rosa sed potius spina rubusque fuit:
Candidulos Veneris flores tamen usque ferebat
Fertilis in vestras quam bene delicias.

Aliud eiusdem.

Lina anus heic iaceo; mutetur proxima prima
Littera in E, fiet vita peracta palam.

IO. IOVIANI PONTANI THERMIONILLÆ MERETRICulæ Tumulus.

HVnc tumulum (si quis tumulum vocet hunc, vbi Naiis,
Syluicolis habitat, Naias amata procis)
Hunc tumulum, colitque nurus, teneraque puella,
Et multo veniens thure frequentat anus.
Nai, doce causam; nam te pars tangit honoris.
Sic ego, sic roseo Naias ore refert.
Docta lyra, docta & cantu, spectanda choreis,
Et præsignis acu Thermionilla fuit.
Hanc multi petiere, & multos ipsa petiuit;
Ausa dare & cunctis, ausa rogare prior.
Cui precium sine honore fuit, primaque iuuenta
Exegit gratis munus amoris amans
Inde vbi ruga genas laxauerat, aduocat artes
Sedula, & ignotas tentat inire vias.
Munera dat, blandasque preces ad munera iungit;
Et precibus gratos adiicit apta modos.
Ante hanc indocta sciuere ad vota puella,
Et nulli motus, linguaque muta fuit.
Prima leues agitare nates, tremulumque mouere
Scit femur, & grates continuare vices.
Et docet inter opus miscere ad gaudia rixas,
Et querulum murmur, verbaque digna iocis.
Oscula nunc repetita dare, ac repetita referre,
Et nunc pugnaces opposuisse manus.
Prima Arabum molli de pectore fudit amomum
Pestanam & Cypria miscuit arte rosam.
Et leuem erasa vellit lanugine pubem;
Vt nunc ars hæc sit, quæ rudis vsus erat.
At postquam confecta situ, confecta senecta
Tabuit, & nullum comperit arte locum.
Vrbe procul lecta, molles concessit in hortos,
Deliciasque petit nude Priape, tuas.
Sacra Dea multa cum relligione ministrat,
Et pleno felix pectore numen habet.
Hanc adeunt, quæcunque optat, vel amare recusat;
Atque redit votis vtraque plena suis.
Ipsa velit, faciles educit carmine partus,
Fœcundam & steriles quæ fuit ante, facit.
Ipsa velit, sanas compellat amare nouercas,
Hippolyta partes sollicitante suas.
Longum est enumerare; Cithæida vicit. & illam
Quæ potuit fratris spargere membra sui;
Quæ potuit nautas in mille nouare figuras:
Tantum illi carmen, Marsicaque herba dedit.
Hinc tumulum colitque nurus, teneroque puello,
Et multo veniens thure frequentat anus.
Ipsa ministeriis data sum comes, & mea certo
Nota fides: vni fidit & illa mihi.
Si meritum quæris: vtraque est accepta Priapo,
Prostitutæ & pretium virginitatis habet.

DANIELIS HEINSII Cento Virgilianus.

Ad amicum conscriptus, qui postquam ignarus cum a[illegible], publico scortillo, cum qua tum alii, tum plurimi scholastici consueuerant, congredi soleret, solus præter expectationem prole ab ea est donatus.

B.7. Nympha noster amor, dulces ante omnia Musæ; G.2.
B.10. Pauca meo Gallo sed quæ legat ipsa Lycoris.
A.3. Expediam dictis, si quid mea carmina possunt A.9
A.1. Musa mihi causas memora, quo numine læso
A.1. Insignem pietate virum, tot adire labores A.1.
Impulerit, [illegible] patriæ communis Erinnys A.3.
G.2. [illegible] populi [illegible] nec ferrea iura, G.2.
G.2. At secura quies, & nescia fallere vita
B. [illegible] [illegible] ætas, egere volentem: A 8.
A 11. [illegible] animi Lunam libas honorem, A 4.
B 8 Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion;
A.5. Cressa genus Pholoe (longa est iniuria, longa A.1.
Ambages) non illa colo calathisue Mineruæ A.7.
Fœmineas assueta manus, noua pectore versat A.1.
A.1 Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.
A.6. Stabant orantes primi transmittere cursum
A 3. Connubiis aruisque noui operata iuuentus: A 6.
A.4. Illa solo fixos oculos auersa tenebat,
A 6. Et ferruginea subuectat corpora cymba,
A.10. Tros Rutulusue fuat; nunc hos nunc accipit illos;
A. 6.
A.1. Nuda genu, laxis laterum compagibus omnes. A.1.
A.5. Deponunt animos, ac magnæ laudis egentes.
A.5. Nec vires Heroum infusaque numina prosunt,
A 11. Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Deiicit, aut quot humi victa longo ordine gentes; A.8.
G.4. Quam multa in syluis auium se millia condunt.
A.11. Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret, iuuenes fortissima frustra A 2.
Pectora (Dii talem terris auertite pestem) A.3.
A 1. Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,
A.1. Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis.
A.5 Olli serua datur, Veneris iustissima cura. A.10.
A.1. Per tot ducta viros immani corpore priscus. A.3.
G.3. Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar,
A 4. Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.
A.4. Heu quid agat! quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? quis fallere possit amantem? A.4.
G 3. Abnegat, & meliora Deos sedet omina poscens.
B.10. Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati. duri magno sed amore dolores A.5.
Polluto, notumque furens quid fœmina possit.
A.6. Ergo iter inceptum peragunt: fortissimus heros A.6.
A.8. Optatos dedit amplexus: quem candida Maia A 8.
A.12. Voce vocat, subitaque animum dulcedine mouit A.11
A.9. Fortunati ambo; risit pater optimus olli A.5.
A 8. Componens manibusque manus atque oribus ora.
A.3. Nec sopor illud erat, potuit quæ plurima virtus. A.11.
Esse fuit, fessos quatit æger anhelitus artus. A.9.
G.3. Nec mora nec requies, illum Germania bellum; G 1.
A 12. Hinc pater Æneas, vasto certamine tendunt A.12.
A.7. Teutonico ritu soliti torquere cateias;
A.9. Succedunt seruantque vices; amor omnibus idem;
B.3. Idem amor exitio est pecori, pecorisque magistro.
A.3. Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti.
A.7. Indulgent vino & vertunt crateras aheneos.
A.4. At regina graui iam dudum saucia cura,
Vulnus alit venis, docuit post exitus ingens. A.5.
A.2. Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, ingeminant curæ rursusque resurgens. A.4.
A 11. Postquam omnis longe comitum processerat ordo,
A.1. Fit strepitus tectis; ferit aurea sidera clamor. A.2.
A.4. Ter reuoluta thoro est: non hæc te carmine fallo, G.2
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.
B.4 Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
B.4. Casta faue Lucina tuus hic omnia plena G 2.
Muneribus, quæ sit rebus fortuna videtis. A.2.
A.2. Insonuere cauæ gemitumque dedere cauernæ
A.9. Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
B.4. Iam noua progenies cui non risere parentes, B 4.
A 2. (Haud ignota loquor) cœlo demittitur alta B 4.

B.3.Dic mihi Damœta cuius pecus ocyus omnes
Diffugimus visu exangues. it tristis arator G.3
A.10.Omnis & agricola, veluti qui sentib. anguē A.3
Pressit: humi nitens, tumidū quē bruma togebat, A.2
A.8.Defensi tenebris, & dono noctis opaca.
A.5.Caussa latet: pressa est insignis gloria facti. A.12
A.5.Obstupuit visu Aeneas, longeq; recusat, A.5
A.4.Arrectaq; horrore coma, nec iā amplius hasta A.11
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
G.3.Atq; opero in medio defixa relinquit aratra.
A.8.Sermonum memor, & promissi muneris heros.
B.1.Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
A.1.Nate Dea, qua nunc animo sententia surgit!
A.4.Nusquam tuta fides. tu post correcta latebas B.3
A.3.Ne dubita: nam vera vides; mirabile dictum, A.2
A.12.Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
B.1.Non equidem inuideo: nec tecum talia gessi, A.9
A.4.Omnia tuta timens: non oĩa possumus oēs. B.8
A.8.Accipe daque fidem, dura solatia luctus;
G.5.Ni refugis, patē æternam p.ctosq; Hymenæos. A.4
A.1.Adsit lætitia Bacchus dator, & bona Iuno.
B.8.Sparge marite nuces, nil heic nisi carmina desunt. B.8
A.8.Quicquid in arte mea possum, mirabile dictu, A.2
A.9.Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.
B.10.Nec te pœniteat pecoris diuine Poeta!
B.10.Omnia vincit amor, quis n.mod° adsit amori? B.2
A.1.*Vnū illud tibi nate Dea (ne temne quod vltro?* A.7
A.3.Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo.
G.3.Turpis oues tentat scabies, & sæpe sine vllis
G.3.Coniugiis miseros fallunt aconita legenteis, G.2
G.3.Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
G.3.Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas, alitur vitium viuitq; tegendo: G.3
A.3.*Signa tibi dicam, descendit corpore pestis.* A.3
A.2.*Pestis & ira Deum, morsu depascitur artus;*
A.3.*Sacra Dionea matri; latet anguis in herba.* B.3
A.3.*Linquere pollutum hospitiū, via prima salutis.* A.6
G.3.Pascitur in magna silua formosa iuuenca.
A.8.*Heic tibi certa Domus, certi, ne absiste, Penates.*
B.8.Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

IOSEPHI SCALIGERI

Epitaphium meretriculæ.

HIc recumbit Sana, mater dulcium Cupidinum;
Sana nomine, at reapse mitior cuniculo;
Mollior quouis cinædo, plena melle, mel merum.
Non iuuenta Comis æque, non venustior Venus.
Namq; vitam si requiris atq; mores noscere,
Donec ætas, & sororum fila passa sunt trium:
Ex Platonis disciplina vixit hoc matrum decus.
Nemini negauit vnquam, si quis argentum daret,
Vel probe paratus esset à rigente fascino;
Scilicet, natam sciebat semet haud sole sibi;
Sed patri, sed patriæ, sed omnibus mortalibus,
Quos amica vi trahebat in plagam Cupidinis.
Copias opesque nulli floris inuidens sui.
Quodq; miraculi est ad instar, cum daret cunctis, tamē
Largiendo rem coegit, prodigendo auxit domum.
Vos amatorum manipli, vos fututorum cohors,
Prosedarum exercitores, Cypridis nepotuli,
Quos ad vltimam redegit lassitudinem viros
Indomabilis virago; si quis est sensus super,
Si qua cura vos remordet tam valentis feminæ;
Ne precemini quietem sempiternam mortuæ.
Quippe nil quieto peius odit ætate in sua:
Sed Deos orate, motu continenti gaudeat:
Quippe cœlum est æmulata: semper in motu fuit.

NICOLAI GRVDII

Fauniæ meretriculæ.

FAunia lasciuas inter memoranda puellas,
Illa ego famosis gloria fornicibus;
Qua teneros mouisse iocos haud doctior vlla,
Nec fuerat Veneris fingere mille modos.
Dum lusu nimium dulci lassata recumbo;
En subito ineuntam Mors nigra me rapuit.
Omnia cum rapiant; non sunt mihi fata dolori:
Sed quod non medium Mors fuit inter opus.

IO. THOMÆ MVSCONII

De puella duobus nupta.

DVm genitor natæ tædas non curat adultæ,
Nupsit amatori sponte puella suo;
Quærenti Veneris furtiua gaudia, densum
Nunc nemus exhibuit, nunc seges alta thorum.
Multi abiere dies, generum pater optat, & illa
Non negat; in gremio nupta iacetq; viri.
At prior, vxorem repetit, pater abnuit; illa
Pellitur è patria tunc sine dote domo.
Illa quidem vellet, quod lex vetat, esse duobus
Iuncta viris: merito iura priora valent.
Posterior repetit sponsa data dona maritus;
Primaq; promissi pignora coniugij
Accipit. Vxorem retinet prior. augur Apollo,
Dic quis erit prolis, quam dabit illa, pater?

MAXÆMYLLIANI VRIENTII

In Lupam.

VIrgo audis, materq; paris, vera Anti-Maria,
Edita mœcha mari, succuba mœcha mari.

EVRICII CORDI

De Perilla mendica meretrice.

QVid pia subtrahitur mendica dona Perilla?
Non minus est, quā quæ stat prope digna Crocis
Pœnitet hanc acta, si quid fuit improba vita;
Et dolet admissi territa mole stupri.
Audiit esse minus quoniam se mille profanis,
Vni quam sacro substituisse viro.
Mille sacris quondam se substituisse fatetur.
Desijt; & peccat iam minus illa, date.

ISOCRATIS
BVSIRIDIS LAVDATIO

Oratio XI. Hieronymo VVolfio interprete.

QVum moderationem tuam, Polycrates, mutatumq; vitę genus ex aliis cognouissem, & orationū tuarum quasdam ipse legissem: de' tota quidē docēdi ratione, ad q̄ necessitate compulsus es, cupidissime recū ac libere disseruissē. Arbitror n. omniū esse officiū, qui & exercitatiores sunt, & solidiorē rei cognitionē habent, vt hoc quasi tributum vltro cōferant ad eos subleuādos, qui nulla sua culpa calamitosi, philosophiā docendo rem facere conantur. Sed quia nondū ita contigit vt cōueniremus: cætera quidē differem⁹, dū coram copiosius colloqui licuerit. Quæ v. in præsentia tibi conferre possem, ea vt ad te scribenda, sic cęteros sumo studio celanda esse duxi. Etsi aūt intelligo plerisq; velut innatum esse, vt cum admonentur, non ad secuturas vtilitatęs respiciant, sed reprehensiones tanto iniquiorib. animis ferant, quanto seueriore censura in errata inquisitū fuerit, subeundę tn̄ hæ sunt offensiones his qui aliquib. ex animo beneuolūt: operaq; danda est, vt qui hoc modo erga consultores affecti sunt, ab ista opinione deducantur. Cū igitur animaduertam, defensione Busiridis & Socratis accusatione, te vel inprimis gloriari solere: ostendere tibi conabor, te in vtraq; oratione longe ab oratoris officio aberrasse. Nam cum nemo ignoret, ei quem laudare volumus, tribuenda esse plura bona, q̄ reuera habeat: in vituperando aūt, cōtrariam viam esse insistendam: tm̄ abest vt eam in dicendo rationem tu secutus sis, vt Busiridis defensionē professus, non modo crimina, quę illi obiiciūtur, non refutaris, sed tam insignem ei notam immanitatis inusseris, vt nihil contumeliosius excogitari queat. Nam cū alii, quibus illi maledicere libitū est, vnam in eo mactationem hospitum execrentur: tu etiam deuorare homines solitum, criminatus es. Cū vero Socratem accusare instituisses, Alcibiadem ei, quasi laudare velles, discipulum tribuisti: quem ab eo fuisse eruditum, nemo notat: sed longe aliis antecelluisse, omnes confitentur. Quare si defunctis potestas daretur, suo arbitratu de tuis orationibus statuendi: alter tibi gratiam haberet: alter, tametsi in alios fuisset humanissimus, tanta indignatione cōmoueretur, vt tua verba quouis supplicio vindicaret. Quare qui fieri potest, vt non erubescat potius quam glorietur is, quem diligi magis constet ab iis, quos vituperarit, quam ab iis quos laudādos susceperit? Adeo autem tibi curæ non fuit consentanea loqui, vt dixeris, eum Aeoli & Orphei gloriam æmulatum esse: idemque demonstres, nihil illi studio fuisse, quod cum eorum congrueret institutis. Nunquid enim facinora istius cum factis Aeoli, quæ memorantur, conferemus? At is quidem hospites in suum littus eiectos, in patriam quemq; suam reducendos curauit: iste vero (si tibi quidem habenda fides est) hospites sacrificatos deuorauit. Nunquid eum cum Orphei factis comparabimus? At is mortuos ab inferis reduxit: iste viuentes ante fatum orco tradidit. Quare summopere scire velim, quid is facturus fuisset, si eos contempsisset: quem in admiratione virtutis eorum omnia contraria studio habuisse constat. Illud autem est omnium absurdissimum, quod in genealogiis versatus, dicere non dubitasti, eum illos esse æmulatum, quorum patres

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΒΟΥΣΙΡΙΣ ΛΟΓΟΣ ΙΑ΄.

ΤΗΝ μὲν ἐπιείκειαν τὴν σὴν ὦ Πολύκρατες, καὶ τὴν τοῦ βίου μεταβολὴν, παρ' ἄλλων πυνθανόμενος οἶδα· τῶν δὲ λόγων τινὰς ὧν γέγραφας, αὐτὸς ἀνεγνωκὼς, ἥδιστα μὲν ἄν σοι περὶ ὅλης ἐπαρρησιασάμην τῆς παιδεύσεως, περὶ ἣν ἠναγκάσθης διατρίβειν. ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς μὲν ἀναξίως δυστυχοῦσιν, ἐκ δὲ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν, ἅπαντας τοὺς πλείω πεπραγματευμένους καὶ μᾶλλον ἀπηκριβωμένους προσήκειν ἐθελοντὰς τοῦτον εἰσφέρειν τὸν ἔρανον. ἐπειδὴ δ' οὔπω περιτετυχήκαμεν ἀλλήλοις, περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὁπόταν εἰς ταυτὸ συνέλθωμεν, τόθ' ἡμῖν ἐξέσται διὰ πλειόνων ποιήσασθαι τὴν συνουσίαν. ἃ δ' ἐν τῷ παρόντι δυναίμην ἂν ὠφελῆσαι σε ταῦτα δ' ᾠήθην δεῖν σοὶ μὲν ἐπιστεῖλαι, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους ὡς οἷόν τε μάλιστ' ἀποκρύψασθαι. γινώσκω μὲν οὖν, ὅτι τοῖς πλείστοις τῶν νουθετουμένων ἔμφυτόν ἐστι μὴ πρὸς τὰς ὠφελείας ἀποβλέπειν, ἀλλὰ τοσούτῳ χαλεπώτερον ἀκούειν τῶν λεγομένων, ὅσῳ περ αὐτοῖς ἀκριβέστερον, αὐτῶν ἐξετάζῃ τὰς ἁμαρτίας. ὅμως δ' οὐκ ὀκνητέον ὑπομένειν τὴν ἀπέχθειαν ταύτην τοῖς εὐνοϊκῶς πρός τινας ἔχουσιν, ἀλλὰ πειρατέον μεθιστάναι τὴν δόξαν τῶν οὕτω πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας διακειμένων. αἰσθανόμενος οὖν οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον, ἐπί τε τῇ Βουσίριδος ἀπολογίᾳ καὶ τῇ Σωκράτους κατηγορίᾳ, πειράσομαί σοι ποιῆσαι καταφανὲς ὅτι τοῦ δέοντος πολὺ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις διήμαρτες. ἁπάντων γὰρ εἰδότων, ὅτι δεῖ τοὺς μὲν εὐλογεῖν τινὰς βουλομένους, πλείω τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν αὐτοῖς τὰ προσόντα ἀποφαίνειν· τοὺς δὲ κατηγοροῦντας τἀναντία τούτων ποιεῖν, τοσούτου δέεις οὕτω κεχρῆσθαι τοῖς λόγοις, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν Βουσίριδος ἀπολογήσεσθαι φάσκων, οὐχ ὅπως τῆς ὑπαρχούσης αὐτὸν διαβολῆς ἀπήλλαξας, ἀλλὰ καὶ τηλικαύτην αὐτῷ τὸ μέγεθος παρανομίαν προσῆψας, ἧς οὐκ ἔσθ' ὅπως ἄν τις δεινοτέραν ἐξευρεῖν δυνηθείη. τῶν γὰρ ἄλλων τῶν ἐπικεχειρηκότων ἐκεῖνον λοιδορεῖν, τοσοῦτον μόνον περὶ αὐτοῦ βλασφημούντων, ὡς ἔθυε τῶν ξένων τοὺς ἀφικνουμένους· σὺ καὶ κατεσθίειν αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους ᾐτιάσω. Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐγχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητὴν, ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον· ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν. τοιγαροῦν εἰ γένοιτό τις ἐξουσία τοῖς τετελευτηκόσι, βουλεύσασθαι περὶ τῶν εἰρημένων, ὁ μὲν Σωκράτης χάριν ἂν εἰδείη σοι· ὁ δὲ Βούσιρις, εἰ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους πρᾳότατος ἦν, ἀλλ' οὖν ἐπί γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσειεν, ὥστε μηδεμιᾶς ἂν ἀποσχέσθαι τιμωρίας. καί τοι πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον, ἢ σεμνύνεσθαι προσήκει, τὸν παρὰ τοῖς ἐγκωμιαζομένοις· οὕτω δ' ἠμέλησας, εἰ μηδὲν ὁμολογούμενον ἐρεῖς, ὥσθ' ἔφης μὲν αὐτὸν τὴν Αἰόλου καὶ τὴν Ὀρφέως ζηλῶσαι δόξαν, ἀποφαίνεις δ' αὐτὸν οὐδὲν τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιτηδεύσαντα. πότερον γὰρ τοῖς περὶ Αἰόλου λεγομένοις αὐτὸν παραβάλωμεν; ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τῶν ξένων τοὺς ἐπὶ τὴν χώραν ἐκπίπτοντας εἰς τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀπέστελλεν· ὁ δ' εἰ χρὴ τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις πιστεύειν, τοὺς ξένους θύσας κατήσθιεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς Ὀρφέως ἔργοις ὁμοιώσομεν; ἀλλ' ὁ μὲν ἐξ ᾅδου τοὺς τεθνεῶτας ἀνῆγεν· ὁ δὲ πρὸ μοίρας τοὺς ζῶντας ἀπώλλυεν. ὥσθ' ἡδέως ἂν εἰδείην, ὅ, τι ποτ' ἂν ἐποίησεν, εἰ καταφρονῶν αὐτῶν ἐτύγχανεν, ὃς θαυμάζων τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνων ἅπαντα φαίνεται τἀναντία διαπραττόμενος. ὃ δὲ πάντων ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τὰς γενεαλογίας ἐσπουδακὼς, ἐτόλμησας εἰπεῖν ὡς οὗτος ἐζήλωσεν,

σιν. ὧν οὐδ' οἱ πατέρες τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γεγονότες ἦσαν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὸ προχειρότατον ποιεῖν, ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν εἰρημένων μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἐμαυτοῦ, πειράσομαί σοι διὰ βραχέων δηλῶσαι, τὰ περὶ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, καίπερ οὐ σπουδαίαν οὖσαν οὐδὲ σεμνοὺς λόγους ἔχουσαν, ὡς ἔδει καὶ τὸ ἐγκώμιον καὶ τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι. περὶ μὲν οὖν τῆς Βουσίριδος εὐγενείας, τίς οὐκ ἂν διαπορηθείη ῥᾳδίως; ἐκεῖνος πατρὸς μὲν ἦν Ποσειδῶνος, μητρὸς δὲ Λιβύης τῆς Ἐπάφου τοῦ Διός, ἥν φασι πρώτην γυναῖκα βασιλεύσασαν, ὁμώνυμον αὑτῇ τὴν χώραν καταστῆσαι. τυχὼν δὲ τοιούτων προγόνων, οὐκ ἐπὶ τούτοις μέγα ἐφρόνησεν, ἀλλ' ᾠήθη δεῖν καὶ τῆς ἀρετῆς τῆς αὑτοῦ μνημεῖον εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον καταλιπεῖν. τὴν μὲν οὖν μητρῴαν ἀρχὴν ὑπερεῖδεν, ἐλάττω νομίσας ἢ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν εἶναι. πολλοὺς δὲ καταστρεψάμενος καὶ μεγίστην δύναμιν κτησάμενος ἐν Αἰγύπτῳ κατεστήσατο τὴν βασιλείαν, οὐκ ἐκ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων προκρίνας τὴν ἐκεῖ πολὺ διαφέρειν οἴκησιν. ἑώρα γὰρ τοὺς μὲν ἄλλους τόπους οὐκ εὐκαίρως οὐδ' εὐαρμόστως πρὸς τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου φύσιν ἔχοντας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ὑπ' ὄμβρων κατακλυζομένους, τοὺς δ' ὑπὸ καυμάτων διαφθειρομένους, ταύτην δὲ τὴν χώραν ἐν καλλίστῳ μὲν τοῦ κόσμου κειμένην, πλεῖστα δὲ καὶ παντοδαπώτατα φέρειν δυναμένην, ἀθανάτῳ δὲ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην, ὃς οὐ μόνον φυλακὴν, ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἱκανὴν αὐτῇ παρέχειν πέφυκεν, ἀνάλωτος ὢν καὶ δυσμεταχείριστος τοῖς ἐπιβουλεύουσι, τοῖς δ' ἐντὸς αὐτοῦ κατοικοῦσιν εὐάγωγος καὶ πρὸς πολλὰ χρήσιμος. πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῖς πρὸς τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν ἰσόθεον πεποίηκε. τῶν γὰρ ὄμβρων καὶ τῶν αὐχμῶν, τοῖς μὲν ἄλλοις ὁ Ζεὺς ταμίας ἐστίν, ἐκείνων δ' ἕκαστος ἀμφοτέρων τούτων αὐτὸς αὑτῷ κύριος καθέστηκεν. εἰς τοσοῦτον δ' ὑπερβολῆς εὐδαιμονίας ἥκουσιν, ὥσθ' ἡ μὲν ἀρετῇ καὶ τῇ φύσει τῆς χώρας καὶ τῷ πλάτει τῶν πεδίων ἤπειρον νέμονται, τῇ δὲ δυνάμει νῆσον οἰκοῦσιν. κύκλῳ γὰρ αὐτὴν περιέχων καὶ πᾶσαν διαρρέων ὁ Νεῖλος, ἀμφότερα αὐτοῖς παρέχει. ἀρξάμενος δ' ὅθεν περ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἅμα τὸν τόπον κάλλιστον κατέσχε, καὶ τροφὴν ἱκανὴν τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐξεῦρε. μετὰ δὲ ταῦτα διελόμενος χωρὶς ἑκάστους, τοὺς μὲν ἐπὶ τὰς ἱερωσύνας κατέστησε, τοὺς δ' ἐπὶ τὰς τέχνας ἔτρεψε, τοὺς δὲ τὰ περὶ τὸν πόλεμον μελετᾶν ἠνάγκασεν, ἡγούμενος τὰ μὲν ἀναγκαῖα καὶ τὰς περιουσίας ἔκ τε τῆς χώρας καὶ τῶν τεχνῶν δεῖν ὑπάρχειν, τούτων δ' εἶναι φυλακὴν ἀσφαλεστάτην τήν τε περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν. ἅπαντας δὲ τοὺς ἀριθμοὺς περιλαβὼν ἐξ ὧν ἄριστ' ἄν τις τὰ κοινὰ διοικήσειεν, αἰεὶ τοῖς αὐτοῖς τὰς αὐτὰς πράξεις μεταχειρίζεσθαι προσέταξεν, εἰδὼς τοὺς μὲν μεταβαλλομένους τὰς ἐργασίας πρὸς οὐδὲν τῶν ἔργων ἀκριβῶς ἔχοντας, τοὺς δ' ἐπὶ ταῖς αὐταῖς πράξεσι συνεχῶς ἐπιμένοντας, εἰς ὑπερβολὴν ἕκαστον ἀποτελοῦντας. τοιγαροῦν πρὸς τὰς τέχνας εὑρήσομεν αὐτοὺς πλέον διαφέροντας τῶν ἄλλων δημιουργῶν, ἢ τοὺς ἄλλους τῶν ἰδιωτῶν, καὶ περὶ τὴν σύνταξιν δι' ἧς τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἄλλην πολιτείαν διαφυλάττουσιν, οὕτω καλῶς ἔχοντας, ὥστε καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ὑπὲρ τῶν τοιούτων λέγειν ἐπιχειροῦντας, καὶ μάλιστ' εὐδοκιμοῦντας, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ προαιρεῖσθαι πολιτείαν ἐπαινεῖν, καὶ Λακεδαιμονίους μέρος τι τῶν ἐκεῖθεν μιμουμένους, ἄριστα διοικεῖν τὴν αὑτῶν πόλιν. καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν, καὶ τὰ συσσίτια, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἄσκησιν, ἔτι δὲ τὸ μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἀποροῦντας, τῶν κοινῶν προσταγμάτων ἀμελεῖν, μηδ' ἐπὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις διατρίβειν, ἀλλὰ τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς στρατείαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἐκεῖθεν ἅπαντα ταῦτ' εἰλήφασι. τοσούτῳ δὲ χεῖρον τούτοις κέχρηνται τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ὅσον οὗτοι μὲν ἅπαντες στρατιῶται καθεστῶτες, βίᾳ τὰ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ἀξιοῦσιν. ἐκεῖνοι δ' οὕτως οἰκοῦσιν, ὥσπερ χρὴ τοὺς μήτε τῶν ἰδίων ἀμελοῦντας, μήτε τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύοντας. γνοίη δ' ἄν τις ἐνθένδε τὸ διάφορον ἑκατέρας τῆς πολιτείας. εἰ μὲν γὰρ ἅπαντες μιμησαίμεθα τὴν Λακεδαιμονίων ἀργίαν καὶ πλεονεξίαν, εὐθὺς ἂν ἀπολοίμεθα, καὶ διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, καὶ διὰ τὸν πόλεμον

latum, quorum patres illis temporibus nondũ nati erãt. Ne v. id, quod cuiuis in promptu est, facete videar, vt tua dicta reprehendã, meorumq; nihil proferã: conabor tibi paucis ostẽdere in hoc ipso argumẽto (quanq̃ id minime quidẽ probum est, neq. honestã orationem suppeditat) q̃ sit cũ laudandi tũ defendẽdi ratio iucunda. De nobilitate igitur Busiridis quis non facile dixerit? cui pater Neptunus, Libye Iouis ex Epapho neptis mater fuit, q̃ mulierẽ primam ferũt regno potitã, regioni suũ nomẽ indidisse. Cum aũt tales ei parentes contigissent, nõ splendore na taliũ superbiit: sed etiam suæ virtutis perpetuum monimentũ esse relinquendũ existimauit. Quare maternũ imperium aspernatus, vt naturæ suæ p̃stantia minus, multis vi armorum subactis, maximaq; potentia parta in Aegypto, regnũ constituit, existimans sedem illã non iis tantũ quas obtineret, sed & vniuersis regionib. multum p̃stare. Videbat n. cætera loca non cõmode, nec conueniẽter ad vniuersi mundi naturã sita esse: sed alia hymbrib. inundari, alia feruorib. infestari: hanc v. regionem in cõmodissima orbis parte sitã, & plurimorũ atq; omnis generis bonorum esse feracissimam: & Nilo, velut imortali muro, circundatam, qui eam non tantũ muniat, sed insita vi ẽt liberaliter alat, insuperabilis & inexpugnabilis insidiatoribus: iis autẽ qui intra eum habitant, ad deriuationes & alia complura opportunus. Nam p̃ter ea q̃ diximus, potentiam quoq; illorũ in cultura terræ prope diuinã effecit. Hymbrium n. & siccitatum, quorũ aliis Iupiter promus condus est, horum vtrorumq. potestatem quiuis p se habet: ac tam imẽnsa felicitate sunt, vt si p̃stantiam spectes, naturamq; regionis, & campos latissime patentes, terra continẽte fruantur: exportatione aũt rerum quib. abundant, & importatione quarũ egent, ob fluminis huius cõmoditatem insulam incolant. Nã circumcirca eam ambiens, & totam interfluens, magnã eis opportunitatẽ vtriusque rei suppeditat. Inde igitur auspicatus, vnde sapientiores ordiri decet, simul & amœnissimum locum occupauit, & talem, vnde incolis omnia ad victum necessaria abunde suppeterẽt. Deinde ciuib. ordine distributis, alios sacris præfecit, alios opificijs destinauit, alios rei militari vacare coegit: existimans res necessarias & opes, tum è terræ cultu, tum ex opificijs suppeditari oportere: earum autem custodiam tutissimam esse, tum rei militaris exercitationem, tum pietatem erga Deos. Omnes igitur numeros earum rerum, per quas optime Respublica constitui queat, absoluit. Nã vt singuli easdẽ res perpetuo tractarent, imperauit: haud ignarus, eos qui subinde aliud atq. aliud mun⁹ susciperent, nihil exquisite cognitum habere: eos aũt qui reb. iisdẽ perpetuo essent occupati, in suo scientiæ genere plurimũ excellere. Vnde hoc consecuti sunt, vt & in singulis artib. longe pl⁹ alijs artificib. p̃stent, q̃ cęteri artifices hominib. artiũ ignaris: & ordinẽ, quo regnũ cæteraq; reipubl. munia tuentur, tam p̃clarum seruent, vt ẽt philosophi celeberrimi, cum his de reb. disputationes instituũt, Aegyptiam Reipubl. formã cæteris anteponant: & Lacedæmonij, qui partẽ quãdam inde ad se transtulerunt, suam Rempubl. optime administrent. Nã vt militũ nemo sine venia magistratuũ pegre abeat, & cõcœnationes, & corporum exercitationem, p̃tereaq; ne inopia rerum necessariarum coacti publica edicta negligant, aut alijs artib. occupentur, sed omnẽ ætatẽ, omne studium in armis & expeditionib. cõsumant: ab Aegyptiis hęc omnia petita sunt. Tanto aũt peius his institutis vtuntur, q̃ ipsi oẽs militiæ dediti, vi aliis sua eripere student: illi aũt ita viuunt, vt eos decet, qui nec sua negligunt, nec insidiantur alienis. Quantum porro inter vtramq; gerendæ Reipub. rationem intersit, ex eo perspici potest: q̃ si omnes pigritiam & auaritiam Lacedæmoniorum imitemur, mox cum ob victus quotidiani penuriam, tum propter intestina bella periremus: sin Aegyptiorum instituta secuti alij opus facere, alij horum opes

tueri voluerimus, suis quiq; contenti finibus, beatam vitam exigemus. Quin etiam sapientiæ studium illi merito acceptum feretur. Nam sacerdotib⁹ ita prospexit, primũ vt è sacris reditibus opes haberent: deinde, cum summa legibus eorum sanctimonia requiratur, vt temperanter viuerent: deniq; cum immunes sint à militia, cæterisque laborib⁹, vt quiete atque in ocio degant. Illi igitur his vsi cõmoditatib⁹, ad corpora juuanda medicinã inuenerũt, non eam, quæ periculosis medicamentis vtitur: sed eiusmodi, quæ cum æque tuto sumi possint vt cibi quotidiani, tantas vtilitates habẽt, vt nemo neget eos & saluberrimis esse corporib. & diutissimi viuere. Ingeniis autem Philosophiæ exercitationem demonstrarunt: quæ tum leges sancire, tum rerum naturã indagare potest. Ac senibus quidem optimarum rerum curam delegauit: adolescentibus autem persuasit, vt omisso voluptatum studio, in Astronomia & Arithmetica & Geometria versarentur: quarum facultates alii vt ad alia conducibiles laudãt, alii eas ad virtutem quoq; consequendã adiumenti plurimũ afferre contendunt. Maximis autem laudib⁹ & admiratione digna est eorum pietas & Numinis cultus. Nã qui ita se pararũt, vt vel scientiæ vel virtutis nomine maiorem de se, quam pro dignitate opinionem excitarint, hi deceptis nocent. Qui autem diuinis reb⁹ ita præsunt, vt et auxilia & pœnę certiores ac paratiores, quã sunt esse videantur: hi vero vitæ mortaliũ plurimũ prosunt. Nã qui ab initio timorẽ hunc nobis iniecerunt, in causa fuere, ne inter nos plane bestiarum more viueremus. Illi igitur hæc ita sancte augusteque administrant, vt etiam jurisiurandi religio illorum sacris interpositis sanctior sit, quam quæ apud alios recepta est: & vt existiment singulis peccatis confestim paratam esse pœnam, neque fore vt in præsentia delitescant, aut vltio in liberos differatur. Neq; temere sic opinantur. Multas n. eis, & varias diuinitatis exercitationes ille constituit, vt qui quædam ex animalibus apud nos contemptis coli & honorari lege data voluerit: non quod eorum vim ignoraret, sed partim censuit, vulgus assuefaciendum esse ad obseruanda omnia principum edicta: partim in rebus euidentibus experiri voluit, quomodo erga occulta affecti essent. Putabat enim, eos qui hæc negligerent, fortassis etiam maiora contempturos: qui autẽ æque in omnibus ordinem cõseruarent, eos iam edidisse specimen suæ in colenda religione cõstantiæ. Multa, nisi festinatio prohiberet, & magna de sanctitate Ægyptiorum cõmemorari possent, quæ ego neque solus neq. primus perspexi: sed multi cum nostræ tũ superioris ætatis homines, quorum de numero fuit etiam Samius Pythagoras: qui cum in Ægyptum profectus, illorum disciplinæ se tradidisset, tum reliquam philosophiam primus in Græciam intulit, tum sacrificiorum & consecrationem in templis maius quam cæteri studium habuit: existimans, etiamsi ꝓpterea nihilo plus à Dijs consequeretur, at apud homines, se ob eam rem in maxima celebritate futurum: id quod ei contigit. Tantum enim nobilitate cæteris excelluit, vt & adolescentes omnes eius discipuli esse cuperent, & senes apud eum esse mallent suos liberos, quam rem familiarẽ curare. Atq; hæc in dubiũ vocari non debent. Nam etiam nunc qui se discipulos eius profitẽtur, eos magis tacentes admiramur, quam alios eloquentiæ gloria ꝑstantissimos. Fortassis autem ijs quę diximus occurres, me regionem quidem & leges & pietatem, atq; etiam sapientiam Ægyptiorum laudare: sed harum rerum autorẽ eum esse, quem proposuerim, nulla ratione demonstrare posse. Ego v. si quis alius hoc mihi opponeret, erudite me ab eo reprehendi putarem: sed tibi non cõuenit hoc obijcere. Cum enim Busiridem laudare voluisses, dicere non dubitasti, eum & Nilum vi ab suo cursu abruptũ regionem circumfluere coegisse, & hospites, qui aduenissent, deuorasse:

τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. εἰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίων χρῆσθαι νομίμοις βουληθείημεν, καὶ τοῖς μὲν ἐργάζεσθαι, τοῖς δὲ τὰ τούτων σώζειν δόξειεν· ἕκαστοι τὰ αὐτῶν ἔχοντες, εὐδαιμόνως ἂν τὸν βίον διατελοίμεθα. καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς περὶ τὴν φρόνησιν ἐπιμελείας, εἰκότως ἄν τις ἐκεῖνον αἴτιον εἶναι νομίσειεν. τοῖς γὰρ ἱερεῦσι παρεσκεύασεν εὐπορίαν μὲν ταῖς ἐκ τῶν ἱερῶν προσόδοις, σωφροσύνην δὲ ταῖς ἁγνείαις ταῖς ὑπὸ τῶν νόμων προστεταγμέναις, σχολὴν δὲ ταῖς τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἀτελείαις. μεθ' ὧν ἐκεῖνοι βιοτεύοντες, τοῖς μὲν σώμασιν ἰατρικὴν ἐξεῦρον ἐπικουρίαν, οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις χρωμένην, ἀλλὰ τοιούτοις, ἃ τὴν μὲν ἀσφάλειαν ἔχει ὁμοίαν τῇ τροφῇ τῇ καθ' ἡμέραν, τὰς δ' ὠφελείας τηλικαύτας, ὥστ' ἐκείνους ὁμολογουμένως ὑγιεινοτάτους καὶ μακροβιωτάτους εἶναι. ταῖς δὲ ψυχαῖς φιλοσοφίας ἄσκησιν κατέδειξαν, ἣ καὶ νομοθετῆσαι, καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων δύναται ζητῆσαι. καὶ τοὺς μὲν πρεσβυτέρους ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἔταξε, τοὺς δὲ νεωτέρους ἀμελήσαντας τῶν ἡδονῶν, ἐν ἀστρονομίᾳ καὶ λογισμοῖς καὶ γεωμετρίᾳ διατρίβειν ἔπεισεν· ὧν τὰς δυνάμεις οἱ μὲν ὡς πρὸς ἔνια χρησίμους ἐπαινοῦσιν, οἱ δ', ὡς πλεῖστα πρὸς ἀρετὴν συλλαμβανομένας ἀποφαίνειν ἐπιχειροῦσι. μάλιστα δ' ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν τὴν εὐσέβειαν αὐτῶν ἄξιον, καὶ τὴν περὶ τοὺς θεοὺς θεραπείαν. ὅσοι μὲν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς οὕτω κατεσχημάτισαν, ὥσθ' ἢ κατὰ φιλοσοφίαν ἢ κατ' ἄλλην τινὰ ἀρετὴν ὑπολαμβάνεσθαι μείζους, ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν, οὗτοι βλάπτουσι τοὺς ἐξαπατηθέντας. ὅσοι δὲ τῶν θείων πραγμάτων οὕτω προέστησαν, ὥστε καὶ τὰς ἐπιμελείας καὶ τὰς τιμωρίας εἶναι δοκεῖν ἀκριβεστέρας τῶν συμβαινόντων, οἱ δὲ τοιοῦτοι πλεῖστα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ὠφελοῦσιν. καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν οἱ τὸν φόβον ἡμῖν ἐμποιήσαντες, αἴτιοι γεγόνασι τοῦ μὴ παντάπασι θηριωδῶς διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. ἐκεῖνοι τοίνυν οὕτως ἁγίως καὶ σεμνῶς περὶ ταῦτα ἔχουσιν, ὥστε καὶ τοὺς ὅρκους πιστοτέρους εἶναι τοὺς ἐν τοῖς ἐκείνων ἱεροῖς, ἢ τοὺς παρ' ἄλλοις καθεστηκότας· καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἕκαστον οἴεσθαι παραχρῆμα δώσειν δίκην, ἀλλ' οὐ διαλήσειν τὸν παρόντα χρόνον, οὐδ' εἰς τοὺς παῖδας ἀναβληθήσεσθαι τὰς τιμωρίας, καὶ ταῦτ' εἰκότως δοξάζουσι. πολλὰς γὰρ αὐτοῖς καὶ παντοδαπὰς ἀσκήσεις τῆς ὁσιότητος ἐκεῖνος κατέστησεν, ὅστις καὶ τῶν ζώων τῶν παρ' ἡμῖν καταφρονουμένων ἔνια σέβεσθαι καὶ τιμᾶν ἐνομοθέτησεν, οὐκ ἀγνοῶν τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἀλλ' ἅμα μὲν ἐθίζειν οἰόμενος δεῖν τὸν ὄχλον ἅπασιν ἐμμένειν τοῖς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων παραγγελλομένοις, ἅμα δὲ βουλόμενος πεῖραν λαμβάνειν ἐν τοῖς φανεροῖς, ἥντινα περὶ τῶν ἀφανῶν διάνοιαν ἔχουσιν. ἐνόμιζε γὰρ τοὺς μὲν τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν· τοὺς δ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως ἐμμένοντας τῇ τάξει, βεβαίως ἔσεσθαι τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν ἐπιδεδειγμένους. ἔχοι δ' ἄν τις μὴ σπεύδειν ὡρμημένος, πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν, ἣν οὔτε μόνος, οὔτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακώς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένων, ὧν καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιός ἐστιν· ὃς ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος, τήν τ' ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν, ἡγούμενος, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ διὰ ταῦτα πλέον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν, ἀλλὰ παρά γε τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων μάλιστ' ἂν εὐδοκιμήσειν. ὅπερ αὐτῷ καὶ συνέβη. τοσοῦτον γὰρ εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἥδιον ὁρᾶν τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν ἐκείνῳ συγγιγνομένους, ἢ τῶν οἰκείων ἐπιμελουμένους. καὶ τούτοις οὐχ οἷόν τ' ἀπιστεῖν· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τοὺς προσποιουμένους ἐκείνου μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. ἴσως ἂν οὖν τοῖς εἰρημένοις ἀπαντήσειας, ὅτι τὴν μὲν χώραν καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν εὐσέβειαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐπαινῶ τὴν Αἰγυπτίων, ὡς δ' οὗτος αἴτιος ἦν, οὐδ' ὑποθέμενος οὐδὲ μίαν ἔχω λέγειν ἀπόδειξιν. ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἄλλος τίς μοι τὸν τρόπον τοῦτον ἐπέπληττεν, ἡγούμην ἂν αὐτὸν πεπαιδευμένως ἐπιτιμᾶν. σοὶ δ' οὐ προσήκει ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ὑπόληψιν. βουληθεὶς γὰρ Βούσιριν εὐλογεῖν, προείλου λέγειν, ὡς τόν τε Νεῖλον περὶ τὴν χώραν περιέρρηξε, καὶ τῶν ξένων τοὺς ἀφικνουμένους κατήσθιεν·

ὡς

ὡς δ' αὐτὸς ἐποίησεν, οὐδὲ μίαν πίστιν εἴρηκας. καίτοι πῶς οὐ καταγέλαστόν ἐστι, ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων ἀπαιτεῖν, οἷς αὐτὸς μηδὲ κατὰ μικρὸν κεχρημένος τυγχάνεις; ἀλλὰ τοσοῦτον πλεῖστον ἀπέχεις τοῦ πιστὰ λέγειν, ὅσον ἐγὼ μὲν οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἀδυνάτων, ἀλλὰ νόμους καὶ πολιτείας, αἵπερ εἰσὶ πράξεις τῶν ἀνδρῶν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν. σὺ δὲ τοιούτων δημιουργὸν ἀποφαίνεις, ὧν οὐδέτερον οὐδεὶς ἂν ἀνθρώπων ποιήσειεν, ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς τῶν θηρίων ὠμότητος, τὸ δὲ τῆς τῶν θεῶν δυνάμεως ἔργον ἐστίν. ἔπειτ' εἰ καὶ τυγχάνομεν ἀμφότεροι ψευδῆ λέγοντες, ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν τούτοις κέχρημαι τοῖς λόγοις, οἷσπερ χρὴ τοὺς ἐπαινοῦντας· σὺ δ' οἷς προσήκει τοὺς λοιδοροῦντας. ὥστ' οὐ μόνον τῆς ἀληθείας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδέας ὅλης, δι' ἧς εὐλογεῖν δεῖ, φαίνει διημαρτηκώς. χωρὶς δὲ τούτων, εἰ δεῖ τὸν σὸν ἀπαλλαγέντα τὸν ἐμὸν λόγον ἐξετάζειν, οὐδεὶς ἂν αὐτῷ δικαίως ἀπιστήσειεν. εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις ἦν φανερὸς ὁ ταῦτα πράξας, ἃ ἐγώ φημι γεγενῆσθαι δι' ἐκεῖνον, ὁμολογῶ λίαν εἶναι τολμηρός, εἰ περὶ ὧν ἅπαντες ἐπίστανται, περὶ τούτων μεταπείθειν ἐπιχειρῶ. νῦν δ' ἐν κοινῷ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ δοξάσαι δέον περὶ αὐτῶν· τίνα ἄν τις τῶν ἐκεῖ καθεστώτων ἐκ τῶν εἰκότων σκοπούμενος αἰτιώτερον εἶναι νομίσειεν, ἢ τὸν ἐκ Ποσειδῶνος μὲν γεγονότα, πρὸς δὲ μητρὸς ἀπὸ Διὸς ὄντα, μεγίστην δὲ δύναμιν τῶν κατ' αὐτὸν κτησάμενον, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὀνομαστότατον γεγενημένον; οὐ γὰρ δή που τοὺς ἅπασι τούτοις ἀπολελειμμένους προσήκει μᾶλλον, ἢ 'κεῖνον, τηλικούτων ἀγαθῶν εὑρετὴν γεγενῆσθαι. καὶ μὴν δὴ καὶ τοῖς χρόνοις ῥᾳδίως ἄν τις τοὺς λόγους τοὺς τῶν λοιδορούντων ἐκεῖνον, ψευδεῖς ὄντας ἐπιδείξειεν. οἱ γὰρ αὐτοὶ τῆς Βουσίριδος ξενοκτονίας κατηγοροῦσι καὶ φασὶν αὐτὸν ὑφ' Ἡρακλέους ἀποθανεῖν. ὁμολογεῖται δὲ παρὰ πάντων τῶν λογοποιῶν Περσέως τοῦ Διὸς καὶ Δανάης, Ἡρακλέα μὲν εἶναι τέταρτον γενεαῖς νεώτερον, Βούσιριν δὲ πλεῖον ἢ διακοσίοις ἔτεσι πρεσβύτερον. καίτοι τὸν βουλόμενον διαλύσασθαι τὰς ὑπὲρ ἐκείνου διαβολάς, πῶς οὐκ ἄτοπόν ἐστι ταύτην τὴν πίστιν παραλιπεῖν τὴν οὕτως ἐναργῆ καὶ τηλικαύτην δύναμιν ἔχουσαν; ἀλλὰ γὰρ οὐδέν σοι τῆς ἀληθείας ἐμέλησεν, ἀλλὰ ταῖς τῶν ποιητῶν βλασφημίαις ἐπηκολούθησας, οἳ δεινότερα μὲν πεποιηκότας καὶ πεπονθότας ἀποφαίνουσι τοὺς ἐκ τῶν ἀθανάτων γεγονότας, ἢ τοὺς ἐκ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀνοσιωτάτων. τοιούτους δὲ λόγους περὶ αὐτῶν τῶν θεῶν εἰρήκασιν, οἵους οὐδεὶς ἂν περὶ τῶν ἐχθρῶν τολμήσειεν εἰπεῖν. οὐ γὰρ μόνον κλοπὰς καὶ μοιχείας καὶ παρ' ἀνθρώποις θητείας αὐτοῖς ὠνείδισαν, ἀλλὰ καὶ παίδων βρώσεις καὶ πατέρων ἐκτομὰς καὶ μητέρων συνουσίας καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας ἐλογοποίησαν κατ' αὐτῶν. ὑπὲρ ὧν τὴν μὲν ἀξίαν δίκην οὐκ ἔδοσαν, οὐ μὴν ἀτιμώρητοί γε διέφυγον. ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν ἀλῆται καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεεῖς κατέστησαν, οἱ δ' ἐτυφλώθησαν, ἄλλοι δὲ φεύγοντες τὴν πατρίδα καὶ τοῖς οἰκείοις πολεμοῦντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν. Ὀρφεὺς δ' ὁ μάλιστα τῶν τοιούτων λόγων ἁψάμενος, διασπασθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησεν. ὥστ' ἂν σωφρονῶμεν, οὐ μιμησόμεθα τοὺς λόγους τοὺς ἐκείνων, οὐδὲ περὶ μὲν τῆς ἀλλήλων κατηγορίας νομοθετήσομεν, τῆς δ' εἰς τοὺς θεοὺς παρρησίας ὀλιγωρήσομεν, ἀλλὰ φυλαξόμεθα, καὶ νομιοῦμεν ὁμοίως τούς τε λέγοντας τὰ τοιαῦτα πλημμελεῖν, καὶ τοὺς πιστεύοντας αὐτοῖς. ἐγὼ μὲν οὖν, οὐχ ὅπως τοὺς θεούς, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐξ ἐκείνων γεγονότας, οὐδεμιᾶς ἡγοῦμαι κακίας μετασχεῖν, ἀλλ' αὐτούς τε τὰς πάσας ἔχοντας ἀρετὰς φῦναι, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων ἡγεμόνας καὶ διδασκάλους γενέσθαι. καὶ γὰρ ἄλογον, εἰ τῆς μὲν ἡμετέρας εὐπαιδίας εἰς τοὺς θεοὺς τὴν αἰτίαν ἀναφέρομεν, τῆς δὲ σφετέρας αὐτῶν μηδὲν αὐτοὺς φροντίζειν νομίζομεν. ἀλλ' εἰ μὲν ἡμῶν τις τῶν ἀνθρώπων φύσεως κατασταίη κύριος, οὐδ' ἂν τοὺς οἰκέτας ἐάσειεν εἶναι πονηρούς. ἐκείνων δ' οὐ καταγνωσόμεθα, εἰ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας περιεῖδον, οὕτως ἀσεβεῖς καὶ παρανόμους ὄντας; καὶ σὺ μὲν οἴει καὶ τοὺς μηδὲν προσήκοντας, ἄν σοι πλησιάσωσι, βελτίους ποιήσειν, τοὺς δὲ θεοὺς οὐδεμίαν ἡγῇ τῆς τῶν παίδων ἀρετῆς ἔχειν ἐπιμέλειαν; καίτοι κατὰ τὸν σὸν λόγον, δυοῖν τοῖν αἰσχίστοιν οὐ διαμαρτάνουσιν. εἰ μὲν γὰρ μὴ βούλονται χρηστοὺς αὐτοὺς εἶναι, χείρους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν. εἰ δὲ βούλονται μέν, ἀποροῦσι δ' ὅπως ποιή-

nullum autem argumentum, quo probaretur hæc ab eo esse facta, protulisti. Nonne igitur ridiculum fuerit, te ab alijs exigere, quę tute ne minima quidē ex parte vnquam præstitisti? Nam longe absurdiora, quam nos dicis: qui nihil illi, quod fieri nequeat, tribuimus, sed leges & Reipublicæ constitutionē, quæ pręstantiū virorum opera esse solent. Tu v. talium facinorū opificē eum nobis exhibes, quorū neutrū vllus homo fecerit. Nā alterum beluinæ crudelitatis est, alterū diuinę potentiæ. Deinde vt falsa vterq; dicamus: ego tamen his verbis vsus sum, quę laudantiū sunt: tu ijs, quę vituperantib⁹ conueniunt. Quare non veritatem tantum neglexisti, sed à tota forma laudationū aberrasti. Iam si tuis fabulis omissis mea oratio excutienda est, nemo ei iure fidem abrogabit. Nam si quē alium hæc fecisse constaret, quę ego illi tribuo, ne ipse quidē negarim, me nimis audacē esse, qui notā omnib. veritatē extorquere studerē. Nunc cum res in medio posita, & cōjectura niti necesse sit, quemnā aliquis institutorū & legū, quę apud Ægyptios sunt, si verisimiles cōjecturas cōsideret, potius autorē esse credat, quam eum qui sit & Neptuno genit⁹, & maternū genus ad Iouē referat, & maxima potētia præditus, & apud alios maximi nominis fuerit? Nec n. consentaneū est his rebus omnib. inferiores aliquos tantorū honorū potius, quam illum, autores extitisse. Quin etiā ipsa ratione temporū, qui cōuicia in eum iaciunt, mendacij facile conuincuntur. Nā ijdē sunt, qui Busiridē & cęsorū hospitū accusent, & ab Hercule interfectū esse dicant. Constat autem inter omnes historicos, Perseo Iouis filio & Danae, quatuor ætatib⁹ Herculē esse iuniorē: Busiridem v. plusquam ducentis annis seniorē. Quid autē absurdius, cum factas illi calumnias refutare institueres, quam argumentū hoc tam euidens tā firmū prætermisisse? Verum tu veritatis nulla ratione habita poetarū maledicta secutus es: qui ex Dijs imortalib. genitos, atrociora tum perpetrasse, tum pertulisse asserūt, quam hominū nefariorū filios: talesq; fabulas de ipsis Dijs cōmenti sunt, quales nemo in suos inimicos dicere audeat. Nec n. furta solum, & adulteria, & apud homines seruitutes eis exprobrarunt: sed & liberorū deuorationes & patrū exectiones, & matrum cōcubitus, & multas alias iniurias de eis ferunt. Quorū nondum illi quidē meritas pœnas dederunt, non tamen omni supplicio caruerunt. Nam alij errones & mendici fuerunt, alij cœcati sunt: alij pulsi patria, bellum perpetuum cōtra domesticos suos gesserunt. Orpheus a. talium fabularum præcipuus autor, in frusta discerptus interijt. Quare si sapimus, illorū delicia non imitabimur. Neq; n. decet, cum legibus cautū sit, ne alius alium cōuicijs laceremus, vt omnis licentia quidvis de Dijs effutiendi detur: quin cauem⁹ potius, & tam eos, qui talia dicunt, quam qui credunt, delinquere putamus? Ego vero non Deos tantum, sed illorum filios etiā, alienos ab omni scelere ac vitio fuisse crediderim: & tum ipsos natura virtutes omnes insitas habuisse, tum alijs ad honestissima & præclarissima quæq; studia duces & magistros extitisse. Absurdū n. est, cum nostræ sobolis prosperitatem Dijs acceptā feramus, existimare eis eandē rem in semetipsis curæ non esse. Atq; adeo si cui nostrum ius & arbitrium naturæ humanę permittatur, quis est, qui famulos suos improbos esse pateretur? & illos non damnaremus, si ex sese genitos tanta impietate & scelerib. pollui siuissent? Tu quidem te putas, etiam tibi prorsus alienos, si te magistro vtantur, optimos esse redditurū: Deos v. nullā prius existimas curam habere virtutis suorum liberûm? At ista ratione à duobus turpissimis criminibus non absunt. Nam si bonos eos ne quidem esse volunt, deteriore sunt quam homines ingenio: sin, cum velint, qua ratione id efficiant, ignorant, sophistis sunt imbecilliores.

Etsi a. multa in re insint, per quæ & laudatio & defensio extendi posset: non tamen plurib' verbis opus esse censeo. Nec n. apud alios ostentandi mei, sed erudiendi tui causa: vtq; ostenderem, quomodo horum vtrumq; fieri debeas, hæc disserui. Nam oratio quidem à te conscripta, non defensio Busiridis, sed confessio, recte existimari potest. Nec n. eum culpa vacare ostẽdis, sed alios eadem illa fecisse declaras: q ignauissimum est delinquentium effugium. Cum n. facile non sit, vllum reperire facinus prius non perpetratum: si eos qui in singulis deprehensi sunt, nihil graue admisisse putabim', modo alios eadem fecisse constet: nonne omnib' facilimas defensiones faciemus, & male cogitantibus magnam fenestram ad licentiam aperiemus? Optime a. perspicies, q̃ stulte ista dicta sunt, si ad teipsum omnia retuleris. Illud n. cogita: si magnis & acribus criminibus accusatus esses, atq; ad istum modũ aliquis tibi patrocinaretur, quid animi tibi fore censes? Equidem scio, te illi multo infensiorẽ futurum, q̃ ipsis accusatoribus. An vero turpe non est, alios ita defendere, quemadmodum te defendi, iniquissime ferres? Præterea illud quoq; considera, & apud animum tuum cogita: si quis tuorum familiarium induci se pateretur ad ea faciẽda, quæ tu laudare soles: an non miserrimus esset omniũ, & qui nunc sunt, & qui vnq̃ fuerunt? Scribendæne sunt einsmodi orationes, quarum id summum bonum sit, si nemini auditorum persuadere possint? Fortassis a. dices, nec te id latuisse, sed exemplum studiosis relinquere voluisse, res turpes & malas defendendi. Verũ si prius ignorabas, nunc saltem te intellexisse arbitror, multo facilius aliquem absolutum iri, si nec os aperuerit, q̃ si isto modo causam suam egerit. Quin illud etiam perspicuum est, cũ studia bonarum literarum veluti fatali calamitate vrgeãtur, & in odio sint: ab istius generis orationib' maiorem etiam illis inuidiam concitari. Itaq; si mihi obtemperare volueris, aut in posterum (idque potissimum erit) nulla improba argumenta tractabis: aut operam certe dabis, vt ea dicas, per quę nec tuam existimationem imminuas, nec imitatores tui corrumpas, nec eloquentiæ disciplinę crimen confles. Neq; miraberis, me, tametsi natu minorem, nec vlla tibi necessitudine coniunctum, tam expedite monere te aggressum esse. Existimo enim his de rebus dare consilia nec natu maximorum, nec coniunctissimorum, sed eorum, qui prodesse plurimũ & possunt, & volunt, esse munus.

σιν, ἐλάττω τῶν σοφιστῶν τῶν δευτέρων ἔχουσιν. πολλῶν δ' ἐνόντων εἰπεῖν, ἐξ ὧν αὐτῆς καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἀπολογίαν μηκύνειεν, οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν μακρολογεῖν. οὐ γὰρ ἐπίδειξιν τοῖς ἄλλοις ποιούμενος, ἀλλ' ὑποδεῖξαί σοι βουλόμενος, ὡς χρὴ τούτων ἑκάτερον ποιεῖν, διείλεγμαι περὶ αὐτῶν. ἐπεὶ τόν γε λόγον ὃν σὺ γέγραφας, οὐκ ἀπολογίαν ὑπὲρ Βουσίριδος, ἀλλ' ὁμολογίαν τῶν ἐγκαλουμένων δικαίως ἄν τις εἶναι νομίσειεν. οὐ γὰρ ἀπολύεις αὐτὸν τῶν αἰτιῶν, ἀλλ' ἀποφαίνεις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ταῦτα πεποιήκασι, ῥᾳθυμοτάτην τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὑρίσκων καταφυγήν. εἰ γὰρ τῶν μὲν ἀδικημάτων οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ὃ μή πω τυγχάνει γεγενημένον, τοὺς δ' ἐφ' ἑκάστοις αὐτῶν ἁλισκομένους μηδὲν ἡγοίμεθα δεινὸν ποιεῖν, ὅτ' ἂν ἕτεροι ταὐτὰ φαίνωνται διαπεπραγμένοι: πῶς οὐκ ἂν καὶ τὰς ἀπολογίας ἅπασι ῥᾳδίας ποιήσαιμεν, καὶ τοῖς βουλομένοις εἶναι πονηροῖς πολλὴν ἐξουσίαν κατασκευάσαιμεν; μάλιστα δ' ἂν κατίδοις τὴν εὐήθειαν τῶν εἰρημένων ἐπὶ σαυτοῦ θεωρήσας. ἐνθυμήθητι γάρ, εἰ μεγάλων καὶ δεινῶν αἰτιῶν περὶ σὲ γεγενημένων, οὕτω τίς σοι τὸν τρόπον συνείποι, πῶς ἂν διατεθείης; ἐγὼ μὲν οἶδ' ὅτι πολὺ μᾶλλον αὐτὸν μισήσειας, ἢ τοὺς κατηγοροῦντας. καίτοι πῶς οὐκ αἰσχρὸν, τοιαύτας ὑπὲρ τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας, ἐφ' αἷς ὑπὲρ σαυτοῦ λεγομέναις μάλιστ' ἂν ὀργισθείης; σκέψαι δὲ κἀκεῖνο, καὶ διέλθε πρὸς αὑτόν. εἴ τις τῶν σοι συνόντων ἐπιχειρήσειε ποιεῖν, ἃ σὺ τυγχάνεις εὐλογῶν, πῶς οὐκ ἂν ἀθλιώτατος εἴη, καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν πώποτε γεγενημένων; ἆρ' οὖν χρὴ τοιούτους λόγους συγγράφειν, οἷς τοῦτο προσέσται μέγιστον ἀγαθὸν, ἢν μηδένα πείσωσι τῶν ἀκουσάντων διαπεισθῶσιν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἂν εἴποις, ὡς οὐδὲ σὲ τοῦτο παρέλαθεν, ἀλλ' ἐβουλήθης τοῖς φιλοσόφοις παράδειγμα καταλιπεῖν ὡς χρὴ περὶ τῶν αἰσχρῶν αἰτιῶν καὶ δυσχερῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας. ἀλλ' εἰ καὶ πρότερον ἠγνόεις, οἶμαί σοι νῦν γεγενῆσθαι φανερὸν, ὅτι πολὺ θᾶττον ἄν τις σωθείη μηδὲν φθεγξάμενος, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπολογησάμενος. καὶ μὴν δὴ καὶ τοῦτο δῆλον, ὅτι τῆς φιλοσοφίας ἐπικινδύνως διακειμένης, καὶ φθονουμένης, διὰ τοὺς τοιούτους τῶν λόγων ἔτι μᾶλλον αὐτὴν μισήσουσιν. ἢν οὖν μοι πείθῃ, μάλιστα μὲν οὐ ποιήσεις τοῦ λοιποῦ πονηρὰς ὑποθέσεις. εἰ δὲ μὴ, τοιαύτας ζητήσεις λέγειν, ἐξ ὧν μήτ' αὐτὸς χείρων εἶναι δόξεις, μήτε τοὺς μιμουμένους λυμανῇ, μήτε τὴν περὶ τοὺς λόγους παίδευσιν διαβαλῇς. καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ νεώτερος ὢν, καὶ μηδὲν σοι προσήκων οὕτω προχείρως ἐπιχειρῶ σε νουθετεῖν. ἡγοῦμαι γὰρ οὐ τῶν πρεσβυτάτων οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων, ἀλλὰ τῶν πλεῖστα εἰδότων καὶ βουλομένων ὠφελεῖν, ἔργον εἶναι, περὶ τῶν τοιούτων συμβουλεύειν.

ANDREÆ ARNAVDI

PHALARIS APOLOGIA.

Tertius nostræ Scenæ actus Phalarim habet. Is inter magnos à calumnia fulminatos, crudelitate damnatur. Eius nomen cuncti horrent. Quid enim horrendum magis, quam hominem homini insidiari? quid atrocius, quam in carcerem detrudere, quæstione affligere, aqua & igni interdicere, exilio damnare, lapidibus obruere, de saxo præcipitare, aquis suffocare, capite plectere, affigere cruci, viuum cremare, & excoriare, in Taurum conijcere æneum, quem circum flammæ voluuntur. Hæc omnia Phalaris in ciues: non quidem fures, non parricidas, nõ Reipublicæ perturbatores, non Deorum contemptores: sed qui in caput aut nomen eius moliti erant aliquid. In caput illius, inquam, qui violenter imperium vsurparat; qui libertatẽ illustrissimæ ciuitatis rapuerat; qui iugum liberis imposuerat: licet vilis fortunæ vir & exul. Sed si humanam sortem intueamur: si ius naturæ, si gentium, & diuinum, aliter de Phalari sentiemus. Nam si Platoni credimus, quidam nati sunt ad seruiendum, ad imperandum alij. Secundum naturam est, inquit Iurisconsult. fundus inferior seruiat superiori. Sic mentem natura in capite, tanquam in arce posuit. Sic & mundus sine Rectore iam olim corruisset. Hinc imperia à prima illa gentium origine instituta. Hinc inter Deos ipsos Dei mandato, Principes, Reges & magistratus habiti. Hinc quibus Regem non tribuit, electione fit. Hinc quibus Monarchia aut incognita, aut inuisa, aristocratia instituitur, aut Democratia. Qui altero istorum non reguntur, in oligarchiam incidunt, vel in omnium pessimam Anarchiam, seu verius meram confusionem. Certum enim est, non magis homines sine aere, pisces sine aqua, mundum sine Sole vitam viuere posse, quam hominum cœtum sine Duce. Ita vt quos necessitudo nõ dat, necessitas statim tribuat.

Phalaris igitur non iniuria, nec nouo iure Agrigentinorum Rex factus non tam Populo inuisus, quam ambitiosis è fastigio Reipub. deturbatis, & his iuribus Dominus factus, si rempub. & seipsum tueri conatus est, & perturbatores demi de medio iussit; ideo crudelis vocãdus? Plurium itaq; Tyrannorum crudo imperio in vnius dulce translato, totidemq; tyrannis liberata Republica, in hunc profligan tyrannuli libertatis prætextu, concionibus, & alijs modis, semper belluam illam multorum capitum

pitum plebem concitabant, & cunctos in tormenta ac mortem præcipites agebant.

Sed non tam hos, quam nos miror, qui etiam hoc nomine Phalarim vocamus, & eundem semper immanem, ferum & ferocem proclamamus: nomen eius inter homines nominandū non sinim*. Quē tamen si religiosum, si providum, sit justum, si fortem, si liberalem, si clementem, si Musarum & Philosophiæ amantissimum, & virtutum omnium refertissimum, & pacis amantissimū ostendero, aduertite, quæso: & huic improbissime calumniis petito, puri o lectores vindictam fieri: & pro eius ingenuitate & justitia vindicias dari. Quod si in Cæsare (qui inter Deos relatus, cuius nomē à cæteris Imperatorib. tanq̄ sacrum assumptum & legib. nostris veneratum) istud toleratur: Si violandum est ius, regnādi causa violandum: q̄ noster hic laudādus, qui nunq̄ ius aut fidē violasse reperitur? Neroni impune est, q̄ dixerit: Oderint, dum metuant. Is autē noster precib. suasionib. monitis, munerib. se tueri conatus est, & ciues in officio cōtinere. Quis Regi Æthiopum crudelitati vertet; quod filios omnes perpetuo carcere damnet, præter primogenitū, aut magis aptum ad regni gubernaculū, ne turbetur publica tranquillitas? *Reg.* Quod si hoc illi in filios, cur non Phalari in extraneos concedatur. Pro illo igitur Iulia lex maiestatis aperte clamat, omniumq; regnorum rerumq; publicarum leges. Nonne juris naturæ, & ciuilis est seipsum tueri? Quem iniuria affectum & dānatum à Phalaride ostendent? Nullum certe, imo Insidiatoribus confessis & conuictis vitam datā, & inimicos amātissime acceptos. Accusabat n. necessitate impetu & vitæ cōseruandæ, si quibusdā nocendum esset, & eorum pertinaciam obstinatam: sæpe dicens: Illis satius esse: eum clemētem pati, q̄ multo peiora. Illud addens: Quæcunq; ab eo mala pati debebant transacta esse, & non nisi bona sperāda. Quorum omnium amplissimam eius epistolæ fidem faciunt.

Quis igitur Phalaris fuerit, vnde, quibusve progenitoribus. *Epist. ad Lycinū & ad Epistratū.* De eius religione, & opinione de Diis, *epist. ad Casanaos:* Deorum gratia, in quorum manib. est seruare omnia, & perdere est, &c. *Et ad Alcandrū:* Tum Deo confidimus, qui nos contra omnium injurias tuebitur, in quo certissima mihi spes est, *Et ad Messenios.* In Deos sacrilegium commisistis. Quid n. refert munera iam dicata, aut tantū destinata Diis auferre? Vtraq; n. illorum non mittentium sunt. Nos igitur gratiam in Deos, vos impietatem ostendistis, &c. *Et ad Euandrum, aut Peristhenem vltima. Hic etiam addo qua Lucianus in Phalari primo & secundo. Eius de Facto ad Gorgiam:* Fatum n. ab hominib. non regitur: & profectò qui huiusmodi perscrutatus aut bona aut mala futura metuit, eum stultissimū existimo: siue præuideri futura, siue præuisa caueri posse sibi persuadeat, &c. Quod si euitari nequeūt, q̄obrem ea præscire annititur: cum siue sciat, siue nesciat, sit futurum? Sin vero eum cognouerit, euitari etiam posse & disponi, & in aliud, quā præuiderit, transferri & peius fatum meliori mutari dixerit, ego sane non arbitror: Dei namq; hoc opus est, non hominis, Cæterum, si quis eos meminerit, qui Iouis filii ferūtur, Æacum scilicet & Minoem, & Rhadamantum, & alios semideos neq; immortales fuisse neq; aliter, q̄ pro sui fati necessitate mortuos, si neq; fatum neque mortē ægre tulerit, aut formidauerit, minime mihi stultus videtur. *Illius prudentiam ostendunt, quæ ad Ariphradem, Antonoem, Hegesippum, Ariphantum, & Trasibulum.*

Iustitia cernitur, in ea ad *Epicharmum*: Sufficis solus nobis, cum justos nos arbitraris, &c. Et infra. Hominum enim præstantiam, non numerum reputamus. *Et ad Alcandrum:* Neq; iniuste, neque supra vires quicquā audeo. *Et ad Pollucem:* Et mortem, & mortis causas opus erat simul ostendere. *Et ad Athenienses:* Tum Perilli arte laudata, mores puniendos duximus. & ipso autore pejorem inuenimus neminem. *Et ad Himerenses:* Verum nos, neque modestos homines, & qui nullam mihi, neq; patriç injuriam intulerunt, iniusto afficiēdos supplicio, neque communem Græcorum legem violandam duximus: & si vos plurimas abrogaueritis, quibus contra nos tulistis sententiam, &c. Et infra. Atqui vos neque imitat* sum, neque imitabor. *Et ad Himerens. & ad Stesichorum:* Erga bonos autem tales simus, quales ante tyrannidem (Hoc est regiam potestatē Hic *Lucian in Phalari 1. & 2.*

Magnanimitas eius, ad *Lycinum.* & animo in hunc vsq; diem inuicto. *Et ad Herodicum*: Ego autem degeneris viri officium existimo nescium, atque incautum aggredi. *Et ad Aristomenem*: Quid enim viro generoso melius, quam in virtutis & victoriæ contentione fortiter vitam finire? *Et ad Aristeneum*: Tuo autem dolore afficior, cum mihi tantopere timeas: fatum namq; adueniet, etsi Aristeneus nimia solicitudine conficiatur. Sed longe molesta satius est eum pati, qui nihil veretur, quā prius si quis timet. Sed hoc, quia subobscurius, ego sic verto. Sati* est cito sine timore mori, quam perpetuo viuere & temere tremere. *Et ad Alcandrum*: Neque tu neq; hominum quisquam me vnquam perterrere verbis, sed ne rebus quidem spe et. *Et ad Gorgiam*: Ego autem neq; mortem, neq; mortis genus effugio.

Modestia vero illius tum apparuit, cum ei tanquam bene vel optime merito statuæ oblatæ fuerunt ab Ertneníibus: sic enim ait Quod autem statuas mihi erigere pollicemini, nolite, quæso, id contendere: simul enim cum nostra in vos liberalitate hunc eoam sumptum cōdonamus. Auram quoq; popularem respuit in ea *ad Hegesipum*: Quod magis quam opus fuerit, inflatus, suis ipse flatibus prostratus, &c. multa pulchre, quæ vide, etiam in ea *ad Antonoem.* De virtute in genere illud præclarissimum, *ad Axiocham*: Gloriari, profectò, inquit, de nobilitate, & de alio quouis bono licet: ego autem virtutem solam nobilitatem scio; cætera omnia fortunam.

Ideo improbos odio maximo habuit, *ad Vicium* Iisdē de rebus, quibus filium tuum odio habes, quod mores tuos non imitatur, ab omnibus diligitur. Et ad Meniclē: & *ad Polycletum: & ad Pythagoram: & ad Cleostratum:* Quippe qui alios castigare vult, omni eum crimine liberum esse oportet.* Adulatores, & laudes fastidio illi erant. *ad Polygnotum:* Nec animaduertis, ait, sermonem, verū vmbram à sapientibus existimatam. *Et ad Velitenses.* Inuidos quoque nō bene audisse apud eum, hæc verba docent, *ad Sameam.* Cumq; proximorum felicitates pie, & humane proprios dolores ducas & [illegible] mitares, breui ad de scripti: me certamine vicisse. Liberalitatem exercuisse maxime, videre est, *ad Aglaum*: Thesauros nostros, ait, quoscunque nobis Deus lar[illegible] est, ad fortunæ mutationes condidimus, non in sinu terræ, quemadmodum admones, sed in amicis, qui à nobis dona accipere non dedignantur: &c. Pulchre & prudenter. *Et ad Menoaclem: & ad Amphinemum:* cuius initium, Cum in viros bonos aliquid confero non dare mihi, sed accipere ab his potius beneficium videor. Quare te rogo, ne tanquam dantem me, sed debentem tibi gratiam eo, quod quæ misimus accepisti, existimes. *Et ad Antonoem. Et ad Astypalenses.* Vos igitur, ait quæ à nobis accipitis, date videbimini: adeo petitionem vestram in beneficii locum adscribimus. Quis enim ignorat, munera dantis esse laudem: recte autem his vti accipientis? *Et ad Tenerum.* Sed aduersam eius Fortunam exuperemus. Et multis aliis locis. Eius Pietas in vxorem & liberos: *ad Erythiam*: Poteris autem, inquit, ex animi tui affectibus patrum in filios metu intellecto, mihi quod sic ad te scribam, ignoscere. *Et ad Paurolam*: Patrem potius, q̄ matrem negligas oportet: non enim paria sunt & patris, & in filiorum educatione officia. Tu igitur quæ vtrique parenti officia debes, vni matri redde: paternis namq; officiis materno amore satisfacies. *Et ad Paurolam: Et ad Erythiam*: Rigidissimo enim jure, patris filius est, non matris: humaniori vero vtrisque par.

Amicis amicissim⁹ cernitur, *ad Cleobolū*: Cum suauiorē amicū me aspernātur, &c. Et ad Lacritū; Lacritū nobis: serues incolumē, quē ego ꝑ omnib. locis, ciuitatib. tyrānidib. & ipsa deniq;, per Deos, anima mihi esse arbitror. *Et iterū ad eundē.* Memēto aūt ꝙ depositū tibi teipsum, cum à nobis dimissū es, cōmisimus ꝙ saluū reddere ꝓmisisti: id nunc maiorē in modū rogamus. Erga creditores facilis fuit, & humanus. *ad Ennenses*: ꝙ si hac estis sententia, cum à legatis vestris exhaustū ærariū, & ex priuato pecunias vos contulisse audiā, hoc etiam debito vestram libero ciuitatem: vel, si placet, quæ accepi reddere paratus sum: modo in Reip. vtilitatē non in eius direptores conferatis. Quo fit, vt pauperes publice sitis, *Et epist. 61. eisdem*. Sed aut creditorib. diuites esse oportet, aut futurib. pauperes, &c. *Et mox.* Itaq; licet, vel pecuniis vestris seruatis propriā mihi habere gratiā; vel perditis, exigi et iam quæ donauimus. *Et ad Melitenses*: sed, vt, aiunt, ad amicos nulla vtendū excusatione. Verū nolite, quæso, illum mores sectari, qui cum mutuū accipiunt, honestissimis nominib⁹, cō exigitur, grauissimos debitores appellant. Decet n. qui beneficiū accepit, eorum, qui dederūt, meminisse: & quoad debito se soluerint, eosdē creditores existimare. *Et infra*, siquidē & bonis & prauis æquū est creditum reddere. Equidē, & cum mutuū do, & cum exigo, idem ipse sum, & mihi ipsi simillimus: quib. autem dantur, hi mores pro tempore, vt aiunt, Chameleontis, pro subiecto solo colores mutāt. Quippe cum accipiūt, vt bene meritum, vt Deum, creditorem laudant: cum reposcuntur in eum, vt in tyrannū, vt in impium inuehūtur. *Idem ad Antimachum.* Nec obiiciatur, quam tāto pore horrent, crudelitas: quod n. iuste, & coacte fit, immanitas dici non potest. *Ipse loquitur: ad Tyrsenum: & ad Pythagoram*: Viam namq; mitiorem, inquiēs, tuis aggrediar adinotutionib. si vna cum Pythagoræ sententia, veritas quæq; certam mihi salutem pollicebitur. *Et ad Xenophonem*: Me autē huiusmodi esse necessitate, quæ Diis potentior est, &c. *Et ad Diometellem*: neq; Deorum mihi quempiam affers securitatis fideiussorem, &c. *Et infr.* Neque animaduertis periculosius esse deponere principatum, quam occupare. *Et ad Epicharmum: & ad Cebronem: & ad Euctemonem. & ad Pollucem*: Minus grau⁹ iniuriam patior, q̃ puniam. *Et ad Arimachū*: Aliis quidē natura, mihi vero necessitate contingere talem esse. *Et ad Athenienses*: & ad Cleonetem, & ad Theaneum.

Imo natura clemens fuit. *ad Zeuxippum*: Filio tuo ꝓpter iuuentam, tibi propter senium parcim⁹: q̃uis nullā veniam mereamini. *Et ad Leontinos*: Leonidam, quē tres meas exploratum misistis captum à me, cum interimere possem, liberaui. *Et ad Anphradē*: Idcirco nō putaui ob filii malitiā nihil male meriti Patris senectam dolore afficiendam. Et nonnullos, cum omni spe decidissent liberaui. *Et ad Eteonicum. Et ad Hieronem*· Nisi quod Culicē Elephas, indus non curat, &c. *Et ad Pollucem*; Ego n. eos, qui me iniuriis prosequuntur, & bis, & ter venia dignat⁹ sum. Nemo tamē eorū est, quē primo deprehensum iterum malū videri pudeat. *Et ad Polycletum*: Liberaui, tui gratia Callæschmm, qui mihi tam manifeste insidias fecerat. *Et ad Epistratum*: Noli me ad tui vltionem cogere: cum ter iam tibi pepercerim. *Et ad Himerenses*, Liberauimos Stesichorū Himerenses, & quæcunq; contra eos machinatus est, Dearum quib. is curæ est, & Deorū atq; Heroum gratia condonauimus. Sed pudoit sacrū virum, & scientia, & vere Musis eruditū vna cum scelesto interimere. *Et ad Peristhenē*: Nunc tamē seruandas censui. Admiraris profecto, ꝙ meam in eos iram extinxerim. *Et ad Abaridum. Et ad Phadimū*: Ego n. non suā humanitatem malitia esse inferiorem. *Plura Lucian. in Phalar. 1. & 3.*

ANDREÆ ARNAVDI APVLEII APOLOGIA.

QVartus & postremus est Lucius Apuleius noster, qui ab omnib⁹ fere barbarus notatus, à paucis laudatus tanquā proscriptus: vt cuius sermo à lingua Latina longe alienus existimetur. Patria ei Madaura Numidiæ: Pater Lucius, Frater Caius historiarum scriptor.

Asinus ille vere aureus, aut potius aurum ipsum, tanto dicendi lepore, tanto cultu, tanto verborum minime triuialium copia est conciñatus: vt de eo merito dici possit: Musas Apuleiano sermone loquunturas, si Latine loqui vellent. Huius eloquentiam Sidonius Apollinaris velut fulminantem præconio virtutis extollit. Et diuus August in epist. eundem eloquentissimum testatur. Apuleius Afer, inquit, honesto patriæ suæ loco natus, & liberaliter educatus, magnaq; præditus eloquentia, &c. In libro de ciuitate Dei. Platonem eum Græca, & Latina lingua nobilem vocat. Ibi igitur videre est, quam docte doctiores doceat, omni dote, & doctrina refertus Asin⁹ illæ vera humanæ fortis comœdia. Asinus, inquam, multo lucidior Lucio illo Luciano primo autore. In quo etiamsi quædam obscœna videantur verba, nihilominus de ea dici potest.

Versu lasciuius, mente pudicus erat.

Vtpote qui Philosophiam apprime callebat, & colebat. Sed etsi quatuor orationes eius in auditorio Carthaginensi ab ipso habitas intueamur: quid dulcius quæso, quid acutius? vbi de Aquila, & de Marcyæ cum Apolline certamine: de dicendi periculo: vbi omnia ad limā, & lineam: de Hyppia Sophista, quibus & indumentis indutus, & calceamentis inductus: de silentio Pythagorico: de gratiarum actione ob statuam decretam, de Philemone mediæ comœdiæ scriptore: de comœdiæ decore, & de eius comedico interitu pulchra. Legandaque eius esse ossa, mox carmina, & ante lethū abire, quam lectum: & potius implere facta, quam fanda: & consumere potius animum, quam historiam· & id generis infinita. Nec prætereunda eius dissertatio Carthagini publica: vbi Protagoræ cū Euathlo contentio pulcherrima, & acutissima. Hæc autem verba si non placeant: si non arridet Stylus lōge aliis verbis in libro de dogmate Platonis, de Philosophia. De Deo Socratis, quod ex promptu dixit. vbi Repentina, inquit, noscitis, & ignoscitis: &, In subitariis rebus venia prolixior: & plura admiranda. Alia iterum ratione, & oratione liber illius de mundo compositus est: quemq; de virtutibus herbarum scripsit. Ista vero si palato non satisfaciant, audiamus duas ipsius Apologias, quib. apud Claudium Maximum Proconsuleo, aduersus Æmilianum calumniatorem se defendit, ornatius an acutius dubium certe. In his plurima interseruit mirus ille nouator verborum: quæ maxime delectant, docent, & mouent tanto cū decore, tanta cum Venere: vt nihil venustius, nihil doctius, nihil vehementius. In fine quarum, nouo more, binis fere verbis respondet, epilogo pulcherrimo. Verum quid plura? Ipsum adite & audite.

ANDREÆ ARNAVDI EPICVRI APOLOGIA.

EPicurum iniustius lacessitum ab obtrectatoribus, & laniatum certo certius sum ostensurus: si vel minimā aurium vestrarum partē tribueritis: si æqua lāce animum suspensum seruaueritis: Tantum fuit hominum odium in Epicurum: vt hunc, etiam Diis inuisum facere voluerint. Idq; non tam, quod obscurus, heluo, & lasciuus fuerit: quod multa tum in oratione, tum in vita peccauerit, quam quod Deorum etiam contemptor fuerit. Neq; ipsum solum, sed & amicos, & sectatores omnibus probris improbe lacerarūt. Quod quam iniquo animo factum, vos æque accipite. Epicurus Neoclis, & Chærastrates filius, ex familia Philaidarum fuit. Plut. E Gargetio municipio oriundus. *Suid.* Athenas patriam habuit. *Metrod.* Quæ non minus celebris, quam libera: primus, & instar omnium, testis erit laudis Epicuri. Natus septem annis post Platonis obitum, primum Sami versatus cum Parentibus: deinde Mityletus vnum annū Scholæ præfuit: post Lampsaci: ac demum Athenis in suis hortis. *Suid.*

Eum

Eum primum Grammaticam docuisse, ac demum, lectis Democriti libris, Philosophiæ dedisse operam Hermippus autor est: atq; ob id Timonem de illo dixisse:

Vltimus ex Physicis, Samiaq; hic vltimus era
Præceptor Iuuenum, & morum formator amœnus.

Decimo quarto ætatis anno Philosophiæ dare operam cœpit: Gramaticos insectatus, & Sophistas, quod percunctanti, quidnam esset Chaos apud Hesiodum, exponere non potuissent. *Apollodor.* Audiuit Nasiphaen, & Democritum Platonis discipulũ. *Suid.* Et cum Athenis aliquãdiu absens fuisset, tandem illuc concessit. Ibiq; congregatis discipulis aliquousq; cum cæteris philosophatus est. Tandem secta à se vocata, paulo post constructa, eousque progressus est; vt inter magnos Philosophos fuerit habitus. Hoc fateri cogitur acerrimus aduersarius Plutarchus. Ex *Seneca* apertius: Hoc, inquit, Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni: omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi vixerunt, sed quemadmodũ ipsis viuendum esset. De virtute, non de me loquor: & cum vitijs cõuitium facio in primis meis facio: cum potero, viuam quomodo oportet. Sectatores ideo, & amicos habuit multos; vt eos ne integræ quidem vrbes capere possent. Qui manserunt omnes in fide, præter vnum Metrodorum, qui ab ipso se ad Carneadem contulit. Cui forte grauis erat viri incomparabilis immensa bonitas, illiusq; scholæ perpetua successio: quæ, cæteris ferme deficientibus, sola perstitit: perpetuis vicibus discipulis sibi inuicem succedentibus. *Laert.* De amicitia illud præclarũ dixit: Qui se spectat, & ꝓpter hoc ad amicitiã venit, male cogitat. *Senec.*

Tanti deniq; amicorum cõsuetudinem fecit, vt dixerit: Ante circumspiciendum est, cum quibus edas & bibas; quam quid edas & bibas. Nam sine amico visceratio Leonis, ac Lupi vita est. *Seneca.* Et vt ostendatur, non tam verbo illum, quam exemplo docuisse, ita *Seneca.* Metrodorum, Hermachum, & Polyænum non tam docuit schola, quam contubernium Epicuri. Summa præterea in Parentes pietas, in fratres beneficentia, mansuetudo in seruos, & in omnes humanitas. Amicitiam in Patriã vsq, in finem constantissime tenuit: quippe qui per summam modestiam ad Rempublicam accedere noluit. *Laert.* Inde forsan *Seneca*, Cum Epicuro conquiescere. Eius de virtute opinionem à *Seneca* accipite. Virtuti (inquit ex Epicuro) inseruiẽdum, vt vera libertate frui liceat. Idem, licet cõtrariæ sectæ Philosophus. Initium est virtutis (inquit) notitia peccati. Egregie hoc mihi dixisse videtur Epicurus. De sapientia sic loquitur: Perfecte sapientem seipso contentum esse: & ideo nec amicis indigere. Tamen habere amicum vult (ait Senec.) vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat (quod Epicur⁹ dicebat) non ob hoc vt habeat, qui sibi ægro assideat, succurrat in vinculis coniecto vel inopi: sed vt habeat aliquem; cui ipse ægro assideat; quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat: quemadmodum cœpit, sic desinet.

Is ipse Epicurus de prudentia: Non conuiuia, inquit, & commessationes, non mulierum congressus, non cætera, quæ adfert preciosior mensa, suauem gignũt vitam: verum ratio sobria, causasq; perscrutans, cur quęq; vel eligenda sunt: opinionesq; expellẽs, per quas animus occupat tumult⁹. Horũ omniũ initium, maximũq; bonum prudentia. *Laert.* Mox de prudentia & Iustitia simul ad Mœniceum ait: Nullum iucunde viuere posse, nisi prudenter, honeste, iusteq; viuatur. Virtutes enim suaui, & iucundæ vitæ sunt coniunctæ: iucundaq; vita separati à virtutibus nequit. Hoc inuitus Epicuro tribuit *Plutarch.* Quam integer, & ab hypocrysi alienus fuerit. *Senec.* Fac, inquit Epicurus, omnia, tanquam spectet aliquis.

Magnanimitatem illius docent hæc verba: Agamus Deo gratias, inquit, quod nemo inuitus inuita teneri potest. Calcare ipsas necessitates licet. *Sen.* Contemptor acerrimus fuit mortis, vt qui dicebat: Nihil ad nos pertinere mortẽ. Bonum enim ac malum in sensu est. Sensus autem priuatio mors est. Itaq; quod acerbissimum malorum, & horrendũ maxime mors est. nihil ad nos. Quoniam cum nos sumus, mors nõ adest: cum vero mors adest, nos jam non sumus. Neq; igitur ad viuentes, nec ad mortuos, pertinet. Nam his, qui sunt, illa non est: quibus vero adest, iam illi nõ sunt. Porro, qui Iuuenem bene viuere, Senem bene ex vita discedere admonet; fatuus est: non modo ob amorem vitæ, verum quod eadem sit meditatio bene viuẽdi ac bene moriendi. Longe autem deterius, qui dicit: Bonum quidem non natum esse, aut vbi natus eris, mox orci limen adire. Nam si ita crederet (addit ille) quomodo non discedebat e vita? Id quippe illi in promptu erat: siquidẽ hæc illi fuisset rata sententia. *Laert.* Et *Sen.* Obiurgat Epicurus, inquit, nõ minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos, qui timent: & ait: Ridiculum esse, currere ad mortem tædio vitæ, cũ genere vitæ; vt currẽdum esset ad mortem, effeceris. *Item*: Quid tam ridiculum, quam oppetere mortẽ; quum vitam tibi inquietã feceris metu mortis? Item Seneca plura passim de eius sapientia, & fortitudine. Fuisse autem illum temperantiæ, ac modestiæ verum exemplar, infra plus satis inimicis, & inuidis patebit: vbi de frugalitate, & de summo bono dicetur. Liberalitatem eius prædicant & beneficentia, & humanitas tum in suos, tum in omnes: & præcipue hęc vna sententia Beatius dare, quam accipere. Quam etiam ipse *Plut.* illi acceptam refert. Ambitione omni prorsus vacasse, supra est ostensum ex eo, quod sũma ductus modestia ad Rempublica accedere noluit.

*Auaritiæ nescius omnino fuit: quippe qui existimaret, eum miserum: qui quamuis totius mundi Dominus sit, eius tamen opes non amplissimæ illi viderentur. *Senec.* Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris diues. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Ita refert Senec. Multis parasse diuitias non finis miseriarum fuit, sed mutatio. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. *Senec.* Diuitiæ enim sunt ad legem naturæ composita paupertas. Hoc sæpe dicit Epicurus (ait *Senec.*) aliter atq; aliter sed nunquam nimis dicitur; quod nunquam satis dicitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda. Præterea (referente eod.) Honesta, inquit, rẽs est læta paupertas. Et, Redige te ad pauca, ẽ quibus cadere non possis. Et Iuuenalis. — *Non Epicurum*

Suspicit exigui lætum plantaribus horti.

Qui autem illum impium, & Deorum contemptorem vocarunt, eundem audiant *ad Menicaeum*. Quę autem assidue te admonebam, ea & age & meditare bene viuendi elementa hæc esse arbitrans: primum quidem Deum esse, animal immortale ac beatum: puta sicut cõmunis de Deo dictat intelligentia: nihil illi aut ab immortalitate, aut à beatitudine alienũ applicans. Cæterũ omne quod *illius cum immortalitate beatitudinem seruare possit, de eo opinare. Dii nempe sunt, vt certa est illorũ cognitio. Non autem tales sunt, cuiusmodi eos plerique arbitrantur. Impius autem est, non qui tollit multitudinis Deos, sed qui Diis opiniones multitudinis applicat. Non n. sunt anticipationes, sed opinationes falsæ, quæ plurimi de Diis sentiunt. Hinc detrimenta maxima pessimis quibusq; à Diis inferuntur: & cõmoda item ꝓbis. Nam virtutibus per omnia delectati, similes amplectuntur ac omne, quod eiusmodi non est, alienum existimantes. Quid de summo bono, quod ipse constituit in voluptate: Hic nodus, quẽ in scirpo quęrunt eius inuidi. Ipsum audite, *ad Mœniceũ*: De concupiscentiis, inquit, noscendũ est, quid eligendum, quidue fugiendũ, ad bonam corporis tuendam valetudinẽ, corporisq; quietẽ.

Hic enim finis est bene beateq; viuendi. Huius enim gratia omnia agimus! vt neq. doleamus, neq. perturbemur. Vbi vero id semel consequuti erimus, soluitur omnis tempestas animi. Quocirca voluptatem finẽ dicimus, ac principium beatę vitæ. Hanc n. primum bonũ, atq; ingenitũ nouimus: atq; ab hac affectionẽ omnem, ac deuiationẽ inchoamus. Atq; huic occurrim⁹ perturbatione, tanq̃ norma quoduis bonum discernentes. Quoniam v.

prumum

primú insitum bonú est: idcirco non omnē voluptatem eligimus: verum sæpe plerasq; transgredimur: dolotesq; nonnullos voluptatibus præstare arbitramur. Ex diuturna toleratione dolorum maior nos voluptas sequitur.

Frugalitatem præterea magnum existimamus bonú: non vt semper vtamur paucis; verú vt, nisi multa habeamus, vtamur modicis. Credentes verissime illos magnificentia frui suauissime, qui illa minimum indigent, &c. Panis ergo cibarius, & aqua summá voluptatem afferút; cum egens quis illa in cibum sumit. Itaq; simplicibus & non magnifice paratis cibis assuescere, & salubritatis est, & hominem ad vitæ vsus necessarios impigrum reddit: ac splendidis, si per interualla sumantur, nos commodius aptat: atq; aduersus fortunam irretitos facit.

Ipse quoq; in epistolis aqua tantum, & cibario pane se contentum testatur. Et mitte, inquit, mihi casei cythridi paululum: vt cum epulari preciosius voluero, possim.

Cum itaq; (iterum ad *Menicæum*) dicamus voluptatē finem esse, non luxuriosorum, & nepotum voluptates, easque quæ in gustu & ingluuie sunt positæ (vt quidam ignorantes, aut à nostra sententia discrepantes, aut male accipientes arbitrantur) sed non dolere corpore, animoq; tranquillo esse, & perturbatione vacare dicim⁹. Non enim conuiuia, & comessationes, non mulierú congressus, non piscium vsus, & cęterorú, quæ affert pretiosior mensa suauem gignût vitam: verum ratio sobria, causasq; perscrutans, cur quæq; vel eligenda vel fugienda sunt: opinionesq; expellēs, per quas animos occupat tumultus. Horum omnium initium & maximum bonum est prudentia. Quocirca Philosophiam quoq; prudentia antecellit: ex qua reliquę virtutes omnes oriuntur doccntes, quod non jucunde viuere possit quispiam, nisi prudēter, honeste justeq; viuatur. Virtutes enim suaui, & jucundæ vitæ coniunctæ sunt: jucundaq; vita separari à virtutibus nequit. Inseparabilem quoq; à voluptate virtutē solam asserimus: cætera vere se parari: nempe vt mortalia, &c. Fine illo vtēdum, qui felicitatis & beatitudinis initium, sit: quod beatum atque immortale est, &c. Iustus enim à perturbatione remotissimus, iniustus vero perturbatione plenus est, &c.

Cæterum de illius temperantia sic refert *Senec.* Certos habebat dies ille magister voluptatis Epicurus, quibus maligne famē extingueret; visurus, an aliquid deesset ex plena & consummata valetudine, vel quātum deesset: & an dignum, quod quis magno labore pensaret. Hoc certe in his epistolis ait, quas scripsit Carino, de magistratu ad Polyænū. Et quidē gloriatur, se nō toto asse pasci Metrodorū, qui nondū tantū ꝓfecerit, toto. Hinc Athenæ⁹.

Quis furor, ô ciues, vt vos, ob vile lucellum,
Rixas, & bellum sollicitetis atrox?
Nam natura opibus facile est contenta pusillis:
Contenta at nullis ambitio est opibus.
Hoc Epicurus ait, dulces quem nempe Camœnæ
Aut Suada tripodes edocuere sacri.

Multa & pulcra, hac de re *Sen.* qui passim se Epicuri æmulum fatetur. Idem de beata vita. Ita, non ab Epicuro impulsi, luxuriantur, sed vitiis dediti luxuriā suam in sinu Philosophiæ absconderunt, &c. Et mox: Hoc est, cur ista voluptatis, laudatio perniciosa sit: quia honesta præcepta intra latent; quod corrumpit, apparet. Mea quidem ista sententia est (inuitis hæc nostris popularibus dicā). sancta Epicurum & recta præcepisse: &, si propius accedas, tristia. Voluptas enim illa ad parum, & exile reuocatur. Et quam nos virtuti legem dicimus, ille dicit voluptati. Iubet illam parere naturæ. Parum est autem luxuriæ, quod naturæ satis est, &c.

Infinita pene volumina scripsit, & eius successores in schola, etiam de rebus grauibus & præclaris. Illum Chrysippus, in scribendo multa æmulatus est. Sicut Carneades refert, parasitum illum dicens. Nam si quid Epicurus scriberet, idem scribere Chrysippus contendebat. Laborem in scribendo eius epistolæ; Herodoto, de natura. 2. Pythocli, de meteoris, tertia Menicæo, de Philosophia, & his, quæ ad bene viuendum conferunt, satis adhuc nobis ampla sunt testimonia. Multos eiusdem libros enumerat *Laert.* Quam autem grauia fuerint eius scripta, patet ex *Sene.* Librum inquit, quem mihi promiseras, accepi, &c. Leuis mihi visus est, cū esset nec mei nec tui tēporis: sed qui primo aspectu aut Titi Liuij aut Epicuri posset videri. Tanta autem dulcedine me tenuit & traxit, &c.

Obiisse calculo vrinæ exitū impediente, morbo quatuordecim diebus fatigatū, & monentem amicos, vt ipsi⁹ decretorum memores essent, inter verba defecisse Hermachus in epistoli tradit. Quam autem alacriter mortē obierit, hæc eius epistola ad Idomeneum testatur. Cum ageremus, inquit, vitæ beatum, & eundē supremum diē, scribebamus hæc. Tanta autem vis morbi vrgebat vesicę & viscerum; vt nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Compensabatur tamen cum his animi lætitia, q̄ capiebam memoria rationum, inuentorumq; nostrorū, &c. Sed tu, vt dignum est, fac, vt Metrodori tueare, liberos, &c. Hoc illius extremum testamentum fuit, cum aliud iam fecisset. & multis de rebus disposuisset: quod videre licet apud Laertium.

Successit illi in scholæ administratione Hermachos: cui etiam libros suos testamento legauerat. Successores sibi inuicem alios quatuordecim insignes habuit. *Suid.* De quibus etiam *Laert.* Schola eius permansit vsque ad Cæsarem primum annos CCLXXV. *Suid.* Cætris fere omnib. deficientibus: vt hic in principio dictum est.

Quantus deniq; fuerit Epicurus Athenæ patria testatur: quæ illum, ob doctrinam, statuis æreis decorauit. *Tortell.* Quod eo maius quo rarius: quia Nemo Propheta in Patria.

Præterea illi sacræ feriæ omni mente constitutæ sunt, quæ Ichades dicebātur. Inde Ichadistę dicti Epicurei Eisdēq; feriis natali eius, vicesima Luna, sacrificabatur. *Plin.*

Ipsius deniq; vultus gestabant per cubicula, & secum circumferebant. Imo vero (vt Cic. dicit) non in annulis modo, sed & in poculis habebant. Cæl.

FORTVNÆ EPICVREORVM DEÆ, EX CAVSARVM IGNORATIONE NATÆ, ET IN cœlo collocatæ.

LVSVS à *Ioh. Campano Vodniano cusus.*

FORTVNÆ PROSOPOPOEIA.

Qui me spectatis quæ sim, fortasse rogatis
Sum DEA, *sed stultis, Epicuri dogmate fultis*
Me spernens verum grauis IGNORATIO *rerum*
Produxit Gnatam multo sibi nomine gratam
At pater est QVÆSTVS, *cursus velut æquoris æstus*
Cous me pinxit Sphæræq; insistere finxit
Ve nunquam, stantem, sed dempto fine vagantem
Vnde mihi nomen, pulchre concedit in omen
Dum feror huc illo, miserę incerta vat illo
Nec lateo fano, campo discursito plano,
Et pateo ventis, fati sine fine furentis,
Inq; horas mutor pennis pro cruribus vtor,
Continuo ludo, quem cœpi ludere ludo
Contribuo Plutum, rapio mutata tributum,
Sæpe viros sterno, quos ad peiora reserno,
Sublimi alta throno, quis non vicere corono.
His solis plaudo, reliquos hoc munere fraudo
Vos quoq; ne fraudem, nostram hinc cognoscite laudē.

EIVSDEM

Cum nil sim, cum sim vanum sine Numine nomen
Quare diua vocor vel super astra locor?
Dicam Fortunam, Diuam non omnibus vnam,
Dicam ludentem Dominam sphæraq; sedentem,
Cantabo fortem ludicro præpete sortem
Et natam quæstu, sublatamq; æquoris æstu,
Vsque vagabundam velut alti gurgitis vndam
Et nimium raro diuturnam, sæpe diurnam

Pros-

Pressantem gnauos, tollentem ad sydera prauos
NICOLEOS, vati da millia flabra. NOVATI,
Et fortis lusum nostro lege carmine cusum
Sic Fortuna bono faueat tibi blanda Patrono
Lusum Fortuna qui pinxit imagine Luna
Nemo putet stultum. vidit (mihi credite) multum.
Cernis, vt in Luna facies non fulgeat vna,
Nam modo decrescit sumto modo robore crescit
Et iam triste tonat, iam maxima munera donat,
Quid dixi, donat? cum tantum in fanore ponat
Horrida nunc cultu, blando nunc aurea vultu,
Nulla tuta mora, decies mutatur in hora.
Nunc statim est stare, nunc per loca mille vagantis
Fortuna vitrea sunt, vt leuis aura, chorea
Tam cito tax illi puto, non variantur, vt illi
Fortuna status centumgeminiq; rotatus
Fingitur hinc vndis ponti dare vela profundis,
Aut minime lentos in montis vertice ventos
Nocte dieq; pati vel plano currere prati
Atq; rota ferri hinc illuc, hinc mox inde referri
Et nunc ad cælos cultores tollere anhelos,
Nunc, stygis in fundo miseros mergere profundo.
FORTVNA in dira quot CASIBVS vtitur ira?
FORTVNÆ ventis nimium ne crede fauentis
FORTVNÆ nemo bene fidit in orbis eremo.
FORTVNAM sani metuunt metuuntq; prophani.
FORTVNA vt certat! dum læta in tristia vertat
FORTVNA varia viden' vt gemit Iphigenia.
Cum iacet in threnis patriis electa Mycenis
Inq. malis tantis adit impia regna Thoantis
Heu ratio vitæ misera inconstansq; cupita!
Paulum læta videt sors donec prospera ridet
At simul illa furis cor cura tenacius vrit
Sors innixa rota turbat terræ omnia tota
Inuictum verum neq; curat in ordine rerum
Omnia commiscens. Sortis violentia gliscens
Stare loco nescit, modo clara repente nigrescit
Heu nihil ille videt, qui cum sors prospera ridet
Credit constantem, iam sentiet esse vagantem
Quam miserum infestet mutataq; Protea præstet
Sors similis vento, quem frustra prendere tento
Sors similis flori, fumoq; leuiq; vapori
Sors par torrenti turbato atq; aspra strepenti
Sors instar fellis folijq;, leuis, vaga, mollis
Sors pede miru vago, stellaq; cadentis imago
Induitur florem, bullaq; vitriq; nitorem
Sorti nulla fides, plorabis, qui modo rides:
Vt campi florem, perdunt, vt vitra nitorem.
Sic & sors cultum & natos fallere vultus
Nam modo quo flabat facilis, curasq; leuabat
Mox mutata fremit, dum quæ dedit, omnia demit.
Sors declinatur, nil tam varie variatur
SORTIS opus mire tot in orbem CASIBVS ire,
SORTI qui credit, sors illum lubrica lædit
SORTEM fallacem fortem liquet esse fugacem
SORS ô sors fragilis, quibus es male pendula filis
SORTE fit orator prius arcti ruris arator
Sors homines circum mirum rotat improba circum
Nec fortunatos semper sinit esse beatos
Plurima frons illi, volucres volat vnda capilli
Mobilitate viget, viden' vna vt cuncta fatiget?
Hac modo si flores, ores, ne post modo plores
Hæc Dea more freti renuit dare membra quieti
Esse eadem nescit, subito, modo dulcis, acescit
Vndam imitata maris fatis nos vrget amaris
Cuncta sua læta Fortuna volubilitate,
Ira cum turget fingit, quatit, arctat, & vrget
In fortis cyclo varia est res plena periclo
Sorte vides volui res nostras atq; reuolui
Incerta dextra sors rem gerit intus & extra
Euripo similis raptisq; per aera filis
Nullus pes illi, nulli post terga capilli
Non desunt pennæ, quas explicat illa perennæ
Non vt eas tangas, sed vt elusus male plangas
SORS nunc accedit, nunc immutata recedit,
Nunquam certa satis, nimis insidiosa beatis.
Læta iuuat flando, affligit mutata reflando
Omnia sors versat, cælo leuat, in stygem mersat
Tollit submersum, mirumq; facit vaga versum
Sors est læta domus condus, mutataq; promus
Hac vorrente domum, ne longe quæsito promum,
Vete clade domet sors illinc omnia promet
Huic condo credes rem cellas prædia & ædes?
Non est (vt nostis) rationis acerbior hostis
Cuncta facit temere, procul hinc constantia quære
Quas tenuis sedes, certas sors non habet ædes.
Sors calcat caulas, sors altas territat aulas
Fortuna leges neq; magis temnit e reges,
Fascibus hæc Marium fraudat regnoq; Darium
Hac adimit Ciro Cræsoq; quod offerat Iro
Quid superest tristi virtus quoq; vindida Bruto
Nec non Varrones, inconcussiq; Catones
Et mens Stilponis, pietasq; inuicta Solonis.
Succumbunt sorti licet haud cessura cohorti
Aspicis vt Zeno sub fato sortis aheno
Naufragus palliolum referat trans æquora solum.
Sors & multorum mutauit fata iocorum
Res vbi nunc Sparta felici tempore parta?
Troia vbi iam fortis taces hoc quoq; turbine Sortis.
Contra vim sortis non est vis tuta cohortis
Quamlibet armata contraq; stare parata
Hinc rerum DOMINÆ parens rus, regna, carina
Fors vt adoretur, caloq; suprema locetur.
Possidet immundo male dedita pectora mundo
Imperium cunctis meruit sors aurea punctis
Omnibus hanc oris omnes & in omnibus oris
Voce vocant stantem placide plaudeq; volantem,
Damnant turbantem damnant immane minantem
Sors rea nunc agitur, prece nunc vt Numen adatur
Et modo laudatur, modo, ceu mala, vituperatur
Audit, cæca furens, leuis, inconstans, grauis, vrens
Et numen brutum, nullo vlli tempore tutum,
Anceps, incertum, fallax, fraude refertum.
Infidum, varium, dubium, leue, vile, prophanum
Imprudens, prudens & nunc mala, nunc bona cudens
Ventosum, vehemens, vitreũ modo dans, modo demens
Mille malis plenum, mutabile, triste serenum.
Ingratum, carum, modo iucundum modo amarum
Luminibus cassum, male forte, volubile, crassum,
Insanum, tardum, properum, versabile, bardum
Infestum, indulgens, modo caligans, modo fulgens,
O fors Fortuna! o nulli de millibus vna!
Tu nimium insanis! scriptis tu fulta prophanis
Paginam vtramq; facis ludi studiosa procacis
Heu cur non pontes? cur non colis improba montes?
Cur homines ludis? cur illis tristia cudis?
Fautrix vapparum, fabricatrix insidiarum.
Sic fors est mundo saxo male nixa rotundo
Quo saxum impellit, fors signa fugacia vellit
Sors nihil expendit, quà fert via lubrica, tendit
Et quid discernat, cum bruta sit & male cernat?
Atq; oculis fraudet, quos cælo tollere gaudet:
Sortis enim est viscus, grauis auri pondere fiscus,
Quo nullum saturat, dat opes vt fortius vrat
Auri cordi sitit: caue tali munere vti
Non tibi cum pluto fors dat quoq; viuere tuto
Forsitan & virus habeat quas illa requiras
Centum doctorum mentem fortuna virorum
Quantumuis leuis difflat spiramine venti.
Solus cuncta videt si cui fors læta resedet,
Illum laudamus sapientumq; Alpha putamus
Et Sophia munus laudemq; vir occupat vnus,
Sit tantum diues, cunctos longo ordine ciues
Post sese linquet; nihil omnibus ille relinquet
Contra sunt stulti geminum vt sint Pallade culti,
Quorum virtutis fortuitis dat auara tributis For-

Fortuna indignos tollit, fortuna malignos
Fortuno plausus magnos accendit ad ausus
Fortuna serui, si vis vt sint tibi serui.
Fortunam cultu, fortunam pellice vultu,
Fortuna, inque, venit satifer lumen amœni,
Fortuna parta sunt nobis omnia farta
Per sortem tuto nunquam fas degere Pluto,
Sors tenui duros disturbat flamine muros,
Ingressum sortis remorabere partis
Paristibusq; nouis. Sors irruit obuia quouis
Sors humilesq; greges sublimesq; ardua reges
Torquet, humi fundit, susos saeuissima tundit,
Pompeius magnus (quantus leo nuper!) vt agnus
Mactatur, fortis mutato flamine sortis
Insanit Tereus, mutata sorte Phalereus
Annis qui denis doctus regnauit Athenis,
Dignus censetur, qui post benefacta necetur.
Fortuna clari pressantur amantur auari,
Doctis sudorem, pigris sors addit honorem
Et minime bellos supra auos attollit asellos.
Sors dat Bucconi, quod sustulit ante Maroni.
Sors leuat ignauos, & inertia pectora Dauos,
Harpiias ditat, meritis dare præmia vitat:
Sors æquum spernit, quia cæco lumine cernit,
Promissis non stat, raro sibi lubrica constat
Nil prosunt cera, cum vult fortuna nocere
Sæuit opes verrens, & proxima fulmine terrens
Sors facit inflatos, quot fecerat ante beatos
Nam turgent fastu Fortuna mobilis astu
Pausanias testis, quem magnis gloria gestis
Parta tulit cœlo. pleno hic simul ostia velo
Intrauit, natum se credidit esse beatum
Stupra patrat stultus, sed non euadit inultus
Nam pœnas pendit, Spartam dum prodere tendit
Inclusus duris post talia crimina muris.
Sors Dominum seruo cogit parere proteruo,
Sors facit atratos regum quoq; sanguine natos,
Sors cui fata paras, prius cum nomina clarat
Vis vt dem testes? primus procedat Orestes
Quam cito mendicus fit Pyladis fit amicus!
Cum qui rex fuerat, miser, expes, indigus errat
Ille Syracusas fatis crudelibus vsas
Qui modo terrebat, duroq; rigore premebat,
Mox miser exactus fortunaq; impete fractus
Castra subit Cynthi, nouus hospes in vrbe Corinthi,
Illi legauit genitor, quæcunq; parauit
Sed non fortunam legare potis fuit vnam
Sors Priami vxorem seruilem ferre laborem
Cogit, & in duris sensim tabescere curis,
Sors spe fallaci suadet fera bella Syphaci
Qui tandem fusus regniq; à culmine trusus
Vincla tulit dextra qua prælia gesserat extra
Sors Baiazetum subigit graue cernere lethum
Nam cauea inclusum vita vrget linquere fusum
Fortuna fructus grauis est post gaudia luctus
Fors fasces offert mutatisq; protinus aufert,
Fors numeros nummis permutat, & infima summis
Fors fato forti cultorem pauperis forti.
Vt superet Ninum, regem facit Abdolominum:
Sors nescit legem, vexat cum paupere regem,
Sors est Fac Totum: sors mundi est prospera votum:
Illius à Domina sunt regnis mille ruina
Nec reges mirum Fortuna incurrere gyrum
Incastos mores vomit hac quoq; mille furores
Sæpe videns fessum (quia nouit habere gressum)
Etiam prostratum releuatq; fouetq; leuatum

Sic vi fortuna fracturus guttura fune
Repperit ad Laurum, quod auarus condidit, aurum.
Sic vi fortuna fregit sua guttura fune,
Factus ouis Lauro, amisso, quod condidit, auro
Fors locat in prima qui sede sedebat in ima
Quiq; fuit modo fex, fit, si fortuna fauet, rex
Stadicij paruum coluit Premyslius aruum
Hac tamen à villa vocat illum Boia Sybilla
Dignaturq; toro sceptroq; Lybussa decoro
Numen ò immundi nimium variabile mundi
Captum oculis lumen, magnum, sed Nomine, numen
De stipulis ignis suete illucere malignis
Vt sine fine rotas stirpes longo agmine totas!
Nunc raucum stridens, nunc læto lumine ridens
Tu constans lusu, dubio tu mobilis vsu
Quod dederas tollis, fragilis, vaga, lubrica, mollis,
Rebus in humanis permiscens sacra prophanis.
Tu mutas mores cum magnos addis honores,
Tu tollis cristas, tollentes decutis istas,
Tu Dominus crudus, tibi sunt mortalia ludus.
Tu cum regna regis, frustra est sapientia regis.
Tu quibus indulges, nimium cum turgida fulges
Efficis amentes & nulla pericla timentes
Te iactante minas timet hic, timet ille, ruinas
Ne timeas tandem, plagam leuis accipe grandem
A meliore Dea, mundumq; regente. Pronoeâ
Hæc agnoscatur, cœloq; locata colatur.
Hæc nostras partes, hæc nostras asserat artes,
Huic ego me dedo, mea soli huic omnia credo
Nicoleonq; meum. Duce tali spero tropæum.

DE FORTVNA
DIALOGISMVS.

QVÆ Dea? fors Fortuna. Qui huic pater? æquoris æstus
Cur ita? plus illa non maris vnde fremit
Sub pedibus quid habet? globus est. Sed cur stat in illo?
Hoc signum subita mobilitatis habet
Lumen vbi est? cæca est. quo fingunt nomine cæcam?
Quod cæcos, multo cæcior ipsa, fouet
Ergo soror Pluti? imo parens, hunc cui dat? iniquis.
Non quandoq; bonis? his quoq; quando videt.
Pennatus quo pes illi? volat vsq; comata
Quo frons? quod, primo cum venit apta capi est.
Quo rota? cuncta rotat. quo partes orbis in ista?
Ludit in his ludum iugiter illa suum.
Quis nouus hospes et medijs emergit ab vndis?
Irus, ab exili quem leuat illa loco
Qui super hunc alius cœlo sese arduus infert?
Qui varia possit munera pluma Dea.
Ille autem summus? Crœsus, vel quisquis amica
Muneribus Sortis vectus in alta tumet.
Quid monet ille cadens? stantes debere videre
Ne, sortis variet si leuis aura, cadant
Qui cecidit, quid agis? Solio deiectus ab alto
Sum quia non potuit dicere, dicit, Eram
Iamne ergo non est? Est sed Miser, indigus, expes
Non est rex, non est nobilis: ante Fuit.
Tu quoq; ne felix dicare Fuisse, labora
Et, bona quæ tibi dat Sors, reuerenter habe.

M. I. C. V.

Maior sum, quam cui possit fortuna nocere. Ovid.



Habet Fortuna regressum Virg.

Nos quoque floruimus. Ovid. *Fuimus Troes.* Virg.

Lusus Fortunæ variatur imagine Lunæ
Crescit, decrescit, constans consistere nescit.

*R*Hythmometro versu Sortis variabile Regnum
 Pingitur: inversus consona verba fiunt.
Vidit vt hos Fortuna modos, rhythmumq; sonantem,
 Attonita in subitos est stimulata sonos.
Non hæc in nostro nascuntur carmina Regno.
 Ingenium creat hæc assiduusque labor.
Diuitias & Regna damus, largimur honores
 Sæpe malum efferimus, sæpe bonum premimus.
Ludit in humanis ita nostra potentia rebus,
 Quodque libet (sic sunt numina nostra) licet.
Ingenium tantum nostro sub numine non est,
 Hoc natura sibi vendicat arsque bonum.
Fallor: & ingenium nostras transibit in vrbes.
 Campanus versu diuite doctus adest.
Excipito ô vatem ciues, distendite portas,
 Liber in has sedes inferat ille pedes.
Ille decus magnum Regno gentiq; parabit,
 Vate hoc Regna polos vertice nostra petent.
Hæc ita iactantem diuina Pronœa notabat,
 Morata insana numina vana Dea.
Vnde tibi Regnum quæ nil nisi nomina gestas?
 Inquit, & haud veris ludis imaginibus?
Vnde tibi genus est?   est ignorantia mater:
 Et, quis te genuit, quis pater? Error erat:
Vbera quis tenera præbebat? Opinio vulgi.
 Nomine quid vestro vanius esse potest?
Regnat in humanis diuina potentia rebus,
 Nec casu quenquam Rex bonus ire sinit.
Regna & diuitias donat, largitur honores,
 Subleuat ille bonos, deprimit ille malos.
Is sortes, temerè quas iactas esse putares,
 Euentu nullo ludificante regit.
Quicquid habet superum moles, & Dædala tellus,
 Omnia ad imperium stantque caduntque Dei.
Quodque tibi indulgens Campano Vate triumphas?
 Eius diuersus pectora sensus habet.
Non, quod tu gestis, regnum tibi lucis inane
 Iste nobilius versibus esse putat:
Arguit errorem vulgi, gentisque prophanæ,
 A quorum vacuo pectore numen abest.
Nec quicquam hunc Vatem speras tibi credula ciuem,
 Quas iactas vrbes non petit ille tuas.
Atque ita Fortunam contra diuina Pronœa
 Intonuit iustos ore diserta sonos.
Ergóne prorsus erit Fortuna nomen inane?
 Amplius & nullus nominis vsus erit?
Est aliquid Fortuna tamen: sic dicitur autor
 Fortunæ atque Faber quilibet esse suæ.
Fortuna est etiam, qualem diuina Pronœa
 Dirigit, & certis legibus ire iubet.
Si quæ diuina videantur dissona legi,
 Tramite si qua non conueniente rapi:
Siue quod improba gens congestum possidet aurum,
 Altior & solio sceptra timenda gerit:
Seu quod, queis pietas cordi est, rectique cupido,
 Neglecto absimili conditione iacent:
Ille ferox turget, miserum nece, fraudibus vrget;
 Immeritò hic pœnas suppliciumque luit:
Cæca hominum mens est, causas discernere nescit,
 Quas Deus arcano pectore solus habet.
Et quia mens cæca est, Fortunam pinxit Apelles
 Captam oculis: pictor sic quoque cæcus erat.
Sunt tamen & causæ quas pagina sacra reuelat.
 Quis sapis è sacro has codice, mando, lege:
Quas si tu gnauâ pergas euoluere mente,
 Rectorem dices noscere cuncta Deum.

M. Laurent: Benedictus.

ANDREÆ ARNAVDI
BACCHI APOLOGIA.

A Baccho incipiam, qui & Ianus, & Noa: pater omnium gentium: cui rerum principia veteres tribuêre: Sicut Vertumno media, & fines. Primi namq; homines olim in Ægypto geniti hunc mundi orbem conspicientes, admirantesque vniuersam naturam duos esse Deos: quid eosque æternos arbitrati sunt: Solem videlicet & Lunam: & illum Osiridem, hanc Isidem certâ nominis ratione appellarunt. Hunc Iouis, & Semeles filium, & historici & Poetæ asserunt: puerumq; exemptum femori Iouis insertum fuisse. Quem ille postea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris, enixus est: eumq;

materetera Iuno elam nutriuit. postmodumq; Nymphis tradidit, quæ etiam illi alimenta præbuerunt.

Is vniuersum peragrauit orbem. Et quia omnibus fere visus, mille nominib⁹ variegatus fuit: quorum maiorem partem à collatis humano generi beneficiis est consecutus. Dictus enim fuit Chaos, semen mundi, hominum sator, Ogyges, Dysir, Olibama, Arsa, anima mundi, Deus pacis, Iustitiæ, & sanctitatis, Oenotrius, Gallus, Osyris, Dionysius, Sirius, Phænicios, Sagus, siue sanctus, Hyle siue Hirelon, Bromius, Lenæus, Lyæus, Dimeter, Apis, Sol, Diespiter, Apollo, Titan, Pæan, Phanes, Horus, Nyctelius, Dithyrambus, Liber, Sabazius: aliisq; cõpluribus.

Bacchos (vt Eustathio placet, *ἀπὸ τοῦ βαχχᾶν* à vociferando, & vlulando: quod vastior ille Mœnadum sonus in ipso Dei nomine redderetur.

Janus à jain יין: quod apud Arameos, & Hebræos est vinum, quasi vitifer & vinifer.

Chaos, ad similitudinem primi Chaeos: quod prius rerum, hoc personarum, ab aquarum clade, semen fuerit. Inde semen mundi dictus, & sator hominum. Ovid.

Me Chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant:
Aspice quam longi temporis acta canam!

Inde etiam Hyle, seu Hyleton, quod idem est, quod Chaos, seu mundus. *Trism.*

Noa, rerum præceptor: ratione inuentorum, de quibus infra. Ogyges: quia anoqui dixerunt Noam Dysir *Ogygiam* Sagam: id est, illustrem Sacrorum Pontificem.

Oenotrius: quod vinũ, & far inuenerit. *Fab. Pict.*

Gallus: ab vsu nauigandi: seu à rate, quæ ab vndis saluet. Hinc nam & sagæ ratem gallerim vocant. Et ita fere nostri Galli. Vel quod apud Arameos, & Hebræos gallim גלים vndam & inundationem significet.

Osiris: vt qui suis veluti pluribus oculis terram, ac mare lustraret: id est multos oculos habẽs. Quod autem idem sit Bacchus & Osiris: *Plut.* Et quod idem Bacchus, & Osiris: Ceres & Isis, & quod fuerint conjuges, *Diod. & Trism.* Inde etiam cælum, quod circumierit terram. Hac item ratione Olibama, & Serapis, id est, cælum. Sol itidem, quod vniuersum peragrauit orbem: & quod solus. Hine ab Assyriis Adad quod solum significat: & ab Hebræis schemsch שמש quod proprium sonat. Inde etiam Phœbus & Titan.

Apollo item, quasi mala pellens. Ideo Athenienses hunc Alexicacon, & Homerus Vlion vocarunt: id est, malorum expulsorem, vel vt aliis placet ab ὄλλω, pereo, perdo: quod Pythonem interemit. Et vt in nocte Dionysius, sic in die Apollo: qui idem cum Baccho. *Plut.* Diespiter insuper, quasi diei pater. *Macrob.* Arsa porro, quod idem quod Sol. Horus denique, quod Sol horis distinguatur.

Nyctelius, quod nocturno tempore eius quædam sacra celebrabantur: quæ Nyctelia dicta sunt.

Dionysius: à Patre Ioue, & Nisa ciuitate, in qua outritus. Vnde dionysia festa in honorẽ eius celebrata.

Syrius, Phœnicius à regione.

Bromius: à tonitru, cum quo natus.

Lenæus: à torculari, quo vinum exprimitur.

Dimeter: quod duas matres habuerit.

Apis: à boue & agricultura inuenta. Dithyrambus: quod iterum satus.

Liber à liberando: siue, quod Bæotiæ vrbes liberas fecerit: inde Deus libertatis: vel quod vinum curas soluat. Seu quod vino vsi libere loquantur. Inde in vino veritas, Eadem ratione

Lyæus, ex *Pind. & Plut.* Et Lysion: quasi liberator: quod curas soluat.

Eubulus: id est bene consulens. *Plut.*

Ad rem quod attinet: Vnus inter Gigantes erat, qui Deorum venerarior, & prudentior cunctis, reliquiis ex probis erat in Syria. Huic nomen Noa, cum tribus filiis Sem, Iaphet, Cham, & vxoribus Tythea magna, Pandora, seu Vlodora, Noela, Noegla. Is timens, quam ex astris prospiciebat, cladem anno 78. ante inundationem, nauim instar arcæ coopertam fabricare cœpit. Anno igitur 78 ab inchoata naui, ex improuiso exundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea: fluminaque ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt super omnes montes: accedentibus item impetuosissime, & supra naturam è cælo copiosissimis imbribus, multis diebus corruẽtibus. Ita omne humanum genus aquis suffocatum, excepto Noa cum sua familia, quæ naui recepta est. *Beros.*

Hinc Noam Scythę omnium Deorum maiorum, & minorum Patrem appellarunt, & humanæ gentis auctorem: & Chaos, & semen mundi: vt supra. Tyream vero ejus vxorem Aretiam, id est, terram nominarunt: in quam semen Chaos posuit: & ex qua, tanquam ex terra, cuncti prodierũt homines. *Beros.*

Inde forsan factum, vt Pausanias in Laconicis subobscure tradiderit, Bacchum in arcam coniectum fuisse.

Hic concitatione quadam animi, ac soluto, liberoque motu Bæotis vaticinabatur. Sicut Epimenides Cois: & Sibylla Erythrea Troianis.

Medicinam etiam inuenit. Cum enim exercitus eius peste interiret, prudentissime in montes ex locis planis milites traduxit. Vbi cum venti frigidi afflarent & aquæ potu vterentur, quæ pura è fontibus manabat, à morbo fuerũt liberati. Locum montanum, in quo exercitus euasit à peste, Meron appellauit. Vnde Græci in Iouis *μηρῷ* hoc est femore Bacchum nutritum ferunt. Diod. Habitus etiam fuit medicus; quia non solum vinum inuenit, quod est potens, & placida medicina: sed etiam quia captos furore bacchanti docuerit; vt se coronarent hedera, quæ vino contrariam proprietatem habet. *Plutarch.*

Primus omnium syluescentem vitem satiuam fecit: viniq; vsum hominibus monstrauit, ad religionẽ magis, quam ad vsum. *Diod. Fab. Pict. Comest. Et Virg.*

Quid tibi præcipiam de Bacchi munere quæris?

Zythum quoq; conficere ex hordeo, paululum à vini sapore differens, docuit eos, quorum regio vitem ferre non potest. Sacrata fuit illi pinus; vt quæ vino dulcedinem affert: quia vinea fertur producere vinum dulce, vbi naturaliter Pinus crescit. *Plut.*

Agriculturam quoq; inuenit, teste Diod. qui ait, Bacchum fuisse Osirim, & Cererem Isidem apud Ægyptios, eosque coniuges. Et *Tibul.*

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexperta commisit germina terra,
Pomaque non notis legit ab arboribus.

Plantationem item. *Plut.* ex se, & ex *Pind.*

Instrumenta ad vsum nauigandi monstrauit: quo factum est, vt posteri, duce Iaphet, mari se audacter commiserint. *Ann.*

Bellicæ artis primus peritissimus fuit, & strenuus Dux; quod pulchre de bello Indico refert *Lucianus.* Is post deuictos Scythas, aliosque populos magno Ioui primitias rerum obtulit. *Ovid.* Et Thracem proditorem pugna superatum priuauit oculis, cum Lycurgo. *Diod.* Castrametationem etiam cõperisse dicitur. *Polyæn.* Primus omnium triumphauit, vectus Indico Elephanto. *Diod.* Cymbalis, & tympanis, pro tuba signum dabat. Et hostes vino inebrians ad saltationem impulit. Et quæcunque alia sunt Orgia Bacchi, omnia fuerunt eius stratagemata; quibus Indos aliasque terras in suam potestatem redegit. *Polyæn.* Et tantus fuit, vt Alexander magnus,

Cyrus, Agesila*, Themistocles, Pericles. &c. Bacchi æmuli in omni virtutum genere fuerint: maximeq; in bello. *Regius. ex Plin.*

Fabulis artis inuentio illius etiam est. Deus enim illum docuit fabricare arcam, ad humani corporis mensuram: vt qui ipse totam mundi machinam ad humani corporis symmetriam fabricauit. Vnde magnus ille, hic vero minor mūdus nuncupatur. Hinc microcosmologi humanum corpus per sex pedes, pedem per decem gradus: & gradum quemque per minutas quinque metiuntur. Hinc numerantur sexaginta gradus, qui faciunt minutas CCC. quibus æquiparantur totidem cubiti geometrici, quib. descripta est arca à Mose. Sicut enim corpus humanum est in longitudine trecentarum minutarum, in latitudine quinquaginta, in profunditate triginta: sic & arcæ longitudo, & latitudo, & profunditas totidem cubitorum. *C. A.* Idem columnas extruxit duas in Oriente, sicut Alexander post eum aras. Strab.

Artes mechanicas non solum docuit: sed & mathematicas, duabus ingentib. columnis insculptas. Quarum vna latericia erat; ne conflagratione periret: marmorea altera, ne diluuio abiumeretur. *Ioseph.*

Tanti Musicam fecit, vt omnes qui in exercitu musicis exercerentur, fecerit immunes. Quod Parnassum redolet: vbi Bacchæ tertio quoque anno, vel alternis annis, ad sacra Bacchu facienda, conueniebant. *Diod.*

Quod autem tot modis homines bearit, constat, tot nomina sortitum: & gentium consensu eidem aras, templa, statuas dicata. *Diod.* Non enim similiter eosdem Deos colunt Ægypti, præter Isidem, & Osirim, quem Bacchum esse aiunt. *Herodot.* Hos peræque vniuersi colunt: vt habetur in oraculo:

Sol & Osiris idem, Dionysius, Horus, Apollo,
Rex & idem, rettinet &c. *A. C.*

Eidem sacrificulæ, quæ Bacchæ, & Mænades, & Bassarides, & Thyades noctu Baccho sacrificātes alternis annis in Parnasso monte Bœotiæ: necnon tertio quoque anno ad Cithæronem montem cateruatim cum thyrsis conueniebant: vbi Bacchi Orgia celebrabantur. *Ouid.* Illi quoque fuerunt virgines sacræ apud Elienses, quas illi sedecim vocant. *Plut.*

Et in Sphæris cælestibus vim duplicem obseruarunt, qui Theologiam Orphicam professi sunt: vnā in cognoscendo, aliā in viuificando, & regendo. Priorem illam virtutem vocant Bacchum, alteram Musam. Nec inebriatur pet aliquem Bacchum, qui suæ Musæ prius copulatus non fuerit. Itaq; nouem Bacchi circa nouem Musas designātur. Vnde in nona Sphæra ponit Orpheus Bacchum Cribtonium, & Musam Calliopem; in cælo stellato, Picionium & Vraniam: in cælo Saturni, Amphietum & Polybymniam: in cœlo Iouis, Sabasium & Terpsichorem: in cælo Martis, Bassarium atque Clio: in cælo Solis, Trictenum, & Melpomenem: in cælo Veneris, Lysium, & Erato: in cælo Mercurij, Silenum & Euterpen: in cælo Lunæ, Bacchum Lyæum, & Thaliam Musam. *Lil. Girald.* Socius etiam Musarum, & Nympharum dicitur à *Plut.* Quid? quod etiam Silenum Bacchi nutricium, & pædagogum inter sydera, in gratiam Alumni translatum Aratus dicit.

Sic vetustissima illa ætas omnes Principes suos iustos, & benemeritos Deos appellabat, & tanquam numina colebat. Quibus etiam ipse Deus nostet nomen suum communicare passus est. Et idcirco quasi Deos voluit suspici, coli, & venerari: & propria appellatione Deos vocauit. Ad *Mosem*, inquit, Ego te dedi Deum Pharaoni. Et alibi: Dijs non detrahes. Iterum: Si furtum latuerit; applicabitur Dominus domus ad Deos. Et *Psalmista:* Principes populorum congregati cum Deo Abraham: quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. *Et alibi:* Deus stetit in cōcilio Deorum: in medio autem Deos dijudicat. *Et paulo post:* Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Decimas etiā, & primitias decernens & gladij potestatem tribuens, eisdem maledici vetuit, obedientiam præstandam, etiā discolis, præcipiens. Vnde & cælos, & stellas, mēses, & dies illorum nominibus vocarunt: vt Ianuarius à Iano nostro. &c. *C. A.*

Refuso igitur sub Noa in omnem terram mari, immissoque diluuio, toto orbe contecto, cum vnū spatium cæli, & pelagi esset, deleto vniuerso humano genere paucis in arca fidei suæ ad substituendam prolem merito reseruatis, non mirum, si huic saluatori generis humani pæana, fana, & sacra vota, & delubra consecrarint vetusti illi parum versuti patres, summi, veri, & omnipotentis Dei parum gnari; benefactoribus plurimum benedicentes, ac grati.

Miror igitur, vnde tam iniqua nostra nouitas veræ vetustatis ignara tot conuitijs, & contumelijs Ianum penenet. & nisi à vini repertura, aut quod inebriatus fuerit, hoc sit, aliud non video. Quod etiam magis iniuriose fit; quia cum non fuerint ausi id exprelle, & nominanim in Noam probum, iustum, & sobrium, à Deo amatum: eundem tamen sub alio nomine non minus verendo, Bacchi scilicet, aut Osiridis, aut Iani, nullis modis lacessant. Cum certissimum sit, non ad libidinem, & potulentiam à Noe factum, sed ad religionem. Cui rei non minimo argumento est, quod vsque ad Mezentium Larthem Thuscia vix, nisi in sacrificiis, vsa sit vino. Bacch* est, qui libationem inuenit, hoc est, oblationem vini, q Dijs fit. *Plut.* Hinc libatio dicitur à Libero Patre, qui primus Ioui libauit. Ouid.

Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen.

Illud addendum de Bacchanalib*: ea nempe simplicissime fieri solita. De quibus sic *Plutarch.* Patriū Bacchanalium festum olim populariter, atque hilariter agebatur: pompa erat, amphora vini, clematisque: deinde hircum trahebat quispiam; hunc alius sequebatur nucum cophinum gestans: postremo loco phallus erat. At ista nunc despiciuntur, obscuranturque: nimirum, dum obiter circumferuntur aurea vasa, magnificæ vestes: dum aguntur cultus, ac personæ: ita quæ erant necessaria atque vtilia in diuitijs, ea sunt obruta superfluis & raris, &c.

Vini itaque vim inexpertus, vel vapore ebrius, minus quidem pudice cecidit. Hæc autem prima violentia, aut vini violentia tot, & tantas excitauit tragœdias; vt inuentor meri immerito pessundetur: eiusque fanum ideo sic contumeliose profanatum videamus. Inde factæ aræ ab iniquis, aut ignaris posteris exaratæ, statuæ euulsæ: & in locum clauium, mitræ, tyaræ, tinnnabulorum, sacerdotalis vestis (quæ omnia Dei antiquitus insignia erant) nunc obesissimus, propinans, extructis mensis, sedens, aut discumbens, leva pernam, dextra vino pateram refertam tenens pingitur. Et vinum, à quo diuinitatem assecutus est, in eum conuertētes debacchantur ipsi ingrati, dignitans, & Deitatis nomina fœdantes: sub vini nomine diuinum numen profanant. Tales, inquam, grates ab ingratis redduntur generis humani restauratori, omnium gennum patri primo, non solum agri, sed sacri cultori, & solo sui seculi probo, tot rerum, & fere omnium repertori,

tori, ſcientiarum artiumque doctori: vt ob vnicum temulentiæ ſignum (quod ne à Deo quidem ſummo exprobratum eſt) tot iniurias euomentes, tot tumultus excitauerint. Cęteros antiquitas commendat, hunc deſtruit. Gentes omnes paternam maieſtatem & authoritatem reuerentur, (quod ne belluæ renuunt) nos negamus. Veri parricidæ crudeliter eum offendimus, & eius nomen, ac famam occidimus: multo peiores Cham magico & veneficio, qui Patris videns pudenda impudenter eluſit. Non ita inofficioſe, & impie Semiramis de Parentibus & Auis.

Mihi Pater Iuppiter Belus: auus Saturnus Babylonius: Proauus Cus Saturnus Æthiops: Abauus Saturnus Ægyptius: attauus Cœlus Phœnix, Ogyges, &c. Et mox

Columnam, templum, ſtatuas, Ioni Belo ſocero, & eius matri Rea, in hoc Olympo, Semiramis dicaui. Betos.

CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI

Declamatio

In laudem Ebrietatis mire feſtiua Lipſiæ in corona virorum doctiſſimorum pronunciata.

NOn dubium eſt mihi, auditores iucundiſſimi: quin laudaturus apud nos ſobrios Ebrietatem, bis ebrius appariturus ſim: partim quod homo ego iuuenis, dicendi imperitus, ex hoc ſuggeſto, in tanta literatiſſimorum virorum corona, in tanta ſtudioſorum iuuenum turba dicturus prodierim, partim quod de re tam abſurda, tam ridicula, tam Chriſtiano homine, vt in ſpeciem videri poteſt, indigna, dicturus venerim: Sed agite, auditores optimi: quod ego ex hoc pulpito dico, non nouum exemplum eſt, non à me hodie in ſcholas inuectum. Fuerunt ante me plures, licet ingenio, facundia me longe ſuperiores, iuuenes tamen fuerunt, qui hunc declamandi morem, aliquandiu exploſum, in ſcholas magno ſtudiorum noſtrorum commodo, reduxerunt. Illorum exemplo, imo veſtra potius, auditores benignitate, hanc cathedram conſcendi.

Vos auditores, adeſte æquo animo, & qui æquales meos candide audiuiſtis, me quoq; candide audiatis, oro. Ne ſinite quæſo, me mea de vobis apud animum concepta perſuaſione fruſtrari. Quod ſi me non expectata dicendi facultas ſequetur; ſi aliquando pronuntiando, me turpiter dedero: reputate, me iuuenem eſſe, qui eloquentiæ ſtudioſus potius, quam eloquens eſſe poſſit: reputate me de ebrietate dicere, qua, licet facundiſſima ſit; tamen ſæpe verborum torrente, velut tempeſtate quadam abrepta hæret. Porro, quod de Ebrietate apud vos ſobrios, dicturus prodij; nec ipſum culpare quis poterit: ſiquidem vt oculati potius quam oculis capti, de colore iudicant: ſic vos ſobrij quam ebrij, probanda an exigenda ſit Ebrietas, melius decreueritis. Pro tribunalibus turpe iudicatur; ſi cognitionem anteuertant calculi: nec ſententia fertur, niſi cauſa diligenter expenſa. Vos prius quæſo audite & rem cognoſcite: deinde, ſi videtur, damnate, ac reiicite: hoc tantum abeſt vt verear, vt etiam me hydropotis perſuaſurum confidam: Ebrietatem eſſe antiquitatis gratia admirandam, vtilitate refertiſſimam. Quæ cum oſtendero, veſtra adſit æquanimitas, & qui ſobrij, vt opinior, adeſtis omnes, ſobrie iudicate. Sed iam ad rem: multas res commendat antiquitas. At quid Ebrietate antiquius? Vt quæ à Iudæis, Græcis, Troianis, & cæteris deniq; populis vetuſtiſſimis, in hæc noſtra tempora, ad hos noſtros populos deducta eſt. Ego, ne exemplorum farragine vobis moleſtus ſim; paucula quædam conuerram. Noe vir *Noe.* ille Iudæus, homo adeo iuſtus, vt etiam cum Deo ambulaſſe in ſcriptura dicatur; præterquam quod vineam plantabat, in qua vinum, præſens admodum Ebrietatis effector, proueniret: ipſe quoque vinum, quod feliciſſime prouenerat, bibens, inebriatus eſt. Sic enim ſcriptura de illo loquitur. Loth *Loth.* vir Deo in paucis charus, vt quem Deus, quando iam Sodomam, quando Gomorrham incendio conflagrare vellet, cum familia ſua ſuperſtitem eſſe, vel demiſſis de cœlo angelis, voluerit, adeo Ebrietatis ſtudioſus fuit: vt aliquando Ebrius cum ſuis ipſius filiabus concubuerit. Quid dicam de Ioſeph? qui *Ioſeph.* nobis ipſiſſime Chriſtum adumbrat; an non Ebrietati indulſit? ſcriptura certe narrat Ioſeph, & fratres, qui fame vel ſagittina ingruente ad ſeſe venerunt, & lautiſſime accepiſſe, & ad Ebrietatem vſque cum illis bibiſſe. Quis nunc veſtrum, optimi auditores, non admiratur Ebrietatem? vt quæ ab orbe condito, à tam ſanctis viris, tam ſancte culta ſit? De Græcorum erga Ebrietatem ſtudio, quid *Græcorum Ebrietas.* attinet multa commemorare? cum plena ſit teſtimoniorum vetuſtas; cum Alcibiades vel hac vna immortalitatem ſibi compararit. Extat Platonis Sympoſium; extant Plutarchi quæſtiones cõuiuales: ex quibus facile coniucere licet, quam illa gens Ebrietatis ſtudioſa fuerit; quantum Ebrietati tribuerit: nempe quæ inter pocula de rebus grauiſſimis dimicarit, conſultarit. Extant Ebrietatis apud Græcos elogia quam plurima. Ego ne Chryſippeo rerum aceruo moleſtus ſim; vel vnum ex Equitibus Ariſtophanis Encomion adferam. ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσι δίκας, εὐδαιμονοῦσι. *Encomium Ebrietatis ex Ariſtophane.* Hoc eſt, quando biberint homines, tunc diteſcunt, peragunt, vincunt cauſas, bene fortunati euadunt.

Græci ne Ebrietatis ſtudium intercideret, leges quaſdam ſympoſiorum promulgabant. Inter *Leges ſympoſiorum.* alias eſt lex illa nulli non opinor, melius quam vngues ſui, nota: ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι, Aut bibat aut abeat. Eſt & illa lex, ἢ πέντε πῖνε, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα: hoc eſt, aut quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. *In primo formeno valeto.* Eſt tertia lex, μισῶ μνάμονα συμπόταν. Odi memorem compotorem. Plutarchus & orator & Philoſophus grauiſſimus, ſcribit Dores in Sicilia ſympoſiorum præfectos μνάμονας appellaſſe, quos latini modiperatores vocant, authore Nonio Marcello; quod bibendi modum imperarent. Et hæc quidem de Græcia. Venio ad Romanos, qui vſque *Romanorum Ebrietas.* adeo Ebrietatis cultores fuerunt, vt mihi vix veriſimile ſit, Franciſcanos ſuum Franciſcum, Dominicaſtros ſuum Dominicum religioſius colere. Tiberius Claudius Nero Imperator Romanus longe clariſſimus, adeo vini auidus fuit; vt pro Tiberio Claudio Nerone, Biberius Caldius Mero appellaretur: quæ cognomenta tantum abeſt, vt laudem ſuarum gloriam obſcuratura putaret; vt etiam hinc vel vnicam gloriam apud poſteros ſperarit. Lucius Piſo, quod biduo, duabuſq; noctibus, potationẽ apud Tiberiom Cęſarem continuaſſet, vrbis Romanæ præfecturam adeptus eſt. Prætereo Druſum Cæſarem, in quo, Tiberium dicam an Biberiũ, bibendi fortitudine renatum credas. Taceo Marcum Antonium, vt nulla alia re, Ebrietatis tamen gloria clariſſimum. Omitto Catonem Cenſorem grauiſſimum, qui vt alijs rebus omnibus, ita & Ebrietatis laude

alijs pal-

alijs palmam præripuit. Agite vero auditores optimi; an nõ hæc Exempla Ebrietatem mirabilem, honestam reddunt? Possem hic recensere Ægyptios, apud quos ne Ebrietatis numen excluderetur potũ ex fruge confici solitum fuisse, Plinius autor est. *Ægyptu.* Possem hic commemorare Hispanos, qui omnes ebrietatis placidissimum numẽ religiosissime coluerunt. Sed venio ad nostros populos, qui vt omnia à veteribus, ita ebrietatis quoq; studiũ, velut per manus acceperunt. Est apud nos gens Saxonica, adeo ebrietatis laude celebris; vt præ illa, Græcia sobria fuisse videri possit. *Saxonum ebrietas.* Dabitis mihi veniam, quicunque adestis Saxones. Nam non tam lædendi patriam vestram, populares vestros; quam ornandi ebrietatem gratia, vestri mẽtionem facio. Spartam nactus sum; hanc ornem oportet. Neq; vero vos Saxones, hanc laudem vobis priuatim asseritis. Date mihi populũ Germanicum, qui non libenter bibit; qui nõ ebrietatis studio impendio deditus. Date mihi Francum, date mihi Sueuum, date mihi Bauarum, date Polonum; si non ebrietatis Symmistes vel religiosissimus fuerit: nullum recusabo supplicium: adeo verum est quod Erasm⁹ ille magnus scribit; vt Britannos πολυφαγίας ita Germanos πολυποσίας laudẽ vendicare. Nõ parum ebrietatem cohonestant, tot compotãdi rationes, a tot populis, & inuentæ & ad posteros vehiti per manus traditæ. *Compotandi rationes.* Sunt qui ad Musarum, sunt qui ad Gratiarum nomina compotant. Certatur poculis dimidiaris, contenditur integris poculis, plerique contendunt trifolijs, addito ne parum vinosi putentur, auctario quodam non vulgari. In plerisq; regionibus & plenis vasis compotationis certamina sumũtur. Nobiles fere familiares suos poculo quodam honorario, quod Græce significantius quam Latine φιλοτησίαν appellaueris, excipiunt. *Einwillkũ men.* Plerique peracta compotatione, in harenam descendunt, adeo belli gladiatores; vt sæpe vitro abiecto, abiecto poculo in medio luto se prouoluant. Certatur & poculis feriarum Pentecostes. Vulgaris compotandi ratio est, si duo calicem exiccent. Sed quid arenam metior? citi⁹ Iupiter tellurem effundet in undas, diluuio miscens, vt inquit Poeta, quam ego omnes cõpotandi rationes percensuero. Has vero paucas quasdam enumeraui; vt ostenderem vobis: quam nullo non studio solers in rebus inueniendis mortalium genus, ebrietatem promoueret, honestaret, coleret. Sed parum sit, ebrietatem tot populis, tot legibus, tot ceremonijs celebrari, cohonestari, nisi etiam ostendero nos natura duce, ad ebrietatem inflammari. Natura quot quęso vini genera producit? quæ si quis ipso numero, quod aiunt, explorata habere vult, Plinium lib. 24. historiæ mundi excutiat. Cur vero, natura in tot vini generibus producendis occuparetur, nisi nos illis μακρᾷ χειρί, liceat mihi Græce dicere, vti vellet? In nostris regionibus lupus salictarius prouenit; ex quo Lipsenses ceruisiam conficiunt. *Lupus salictarius.* In Saxonia partim ex tritico, partim ex hordeo ceruisia paratur. Natura vero cur tot potus genera, tot res ad potus facientes, produceret, excoleret? nisi nos κατακόρως, vt Græca voce vtar, potare vellet? Sed quid tam multa de honestate ebrietatis verba fundo? expectatis dubio procul & illius vtilitatem, quam cum vobis recensuero; vos quæso, vt hactenus fecistis, benignas mihi dicenti præbete aures. *Commoda ebrietatis.* Nec dubito, quin futura cõmodorum ebrietatis commemoratione auris quantumuis delassata recreari possit. Principio Homerus ille ingeniorum fons in vltimo Iliados libro, sane quam eleganter scribit duo dolia in Iouis limine sita esse; quorũ alterum sit plenum tristibus, alterum lætis: ex quib. ille, mortalium fortunam temperans: Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ, hoc est, nunc lætis vitam miscet nunc tristibus idem. Verum ad modum maligne temperat Iupiter ille Homericus; nimio plus admiscens malorum, quam bonorum: *Homerus.* vt si suã quisque fortunam ad calculum vocet, minima sit futura ratio illorum, quæ nobis ex animi sententia eueniunt. Id quod eleganter dictum est a Pindaro, *Pindarus.* ἓν γὰρ παρ' ἐσθλὸν, πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς. Quæ sic transpones. Ad vnum tantum bonum, duo pariter incommoda mortalibus in mortales distribuũt. Iam si quid esset, quod tantorum malorum sensum, si non prorsus auferret; at saltem mitigaret: an tantũ non obuijs manibus, vt aiunt, arripiendum esset? Si quis corporis morbo affligatur, & remediũ quoddam nactus est: quod si non penitus morbum tollit, at saltem lenit: Deus bone, quam illud obseruat, magnifacit, iactitat! Quanto pluris faciendũ esset, quod pestilentissimos animi morbos, nocentissimas animi curas, si nõ stirpitus euelleret, at tolerabiles redderet. Si autem quid aliud est, quod animi morbis, quod curis medetur, Ebrietas certe est. *Ebrietas animi morbis medetur.* Quotus n. quisque tam ærumnosus est, tam inexplicabili curarum labyrintho implicitus tam contracta fronte? quin, si paulo meracius biberit, ærumnarum, curarum obliuiscatur; frontem explicet, spes iubeat esse ratas? Hoc enim vult illud Nepenthe ἀνώδυνον, vt Plutarchi voce vtar, quod Helena Telemacho tam adeo solicito propinans, omnes curas animi abstergit. *Nepenthe i. e. carens molestia.* Poetæ rerum omnium adumbratores Bacchum nullo alio nomine Liberum vocant nisi quod mentem curis, solicitudinibus, morbis animi crudelissimis liberat. *Baccus cur Liber.* Sũt in vrbibus Ciues, qui sobrij propter fortunæ malignitatem, nec interdiu, nec noctu suauiter quiescere possunt. Interdiu sæpe à creditorib. appellantur, in ius vocantur, in neruum ire iubẽtur Iam postulat vxor ad macellum pecuniam, iam liberi ad emendos panes pecuniam efflagitant. Multum illis dandum est: sed quod dẽt, exiguum suppeditat: nam nihil dicere religio est. Noctu eædem curæ vel citis quadrigis recurrunt. Recursat animo creditorum tyrannis, rei familiaris inopia; mentem subit, in tam angustissima re, longissimam illis alendam esse familiam. Cogitant omnia sua pignora opposita esse, dolent se ἄγεσθαι ἐ φέρεσθαι, vt inquit Strepsiades apud Aristophanem. At vbi largioribus poculis sese ingurgitarint, Iesu bone, quos non Crœsos, quos non Lucullos præ se contemnunt? Iesu bone, quam animo beatissimi sunt, etiam si vel paupertate pauperiores sint. Cura debitorum nihil animum illorum tangit; nihil de alendis liberis, nihil de alenda tota familia distorquentur: non quid in ius vocati respondeant iudici, reputant. Homines illi infelicissimi quidem sunt, sed ebrietatis beneficio, felicissimi, vt quæ animum curarum pondere, vel Ætna grauiore oneratum, exonerat: vt quæ animum mœrore tantum non confectum, omni lætitia delibatũ reddit. Adeo verum est quod Homerus scribit:

ἡ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε χάρμα βροτοῖσιν.

Et hinc esse opinor; quod Lipsenses ciues ceruisiam & domesticam & Torgensem Gaudium vocant. *Cur Ceruisia tam Lipensis quã Torgensis gaudium dicatur.* Etenim homines quantumuis miseros, tristes, miro gaudio perfundit. Monachi certe qui ferre possent tot labores? tot vigiliarum, tot excubiarum, vt sic dicam, Iliadas qui absoluere possent tam iniquum precum diurnarum, iuxta ac nocturnarum pensum? si non aliquando vel vino optimo, vel ceruisia exquisitissima sese exhilararẽt? Sed quid de Monachis tantum dico? date mihi vllum hominum genus, quod non hoc commodi ex ebrietate capiat; quod non molestum curarum agmen huius pręsidio profliget; quod non labores suos adamantinos, dulci adeo ebrietatis laxamento mitiget, molliat. En habetis; ebrietatem animi morbos lenire. Quid si corpo- *Ebrietas corporis morbos mitigat.*

corporis quoque mala mitigare probem? quid vultis amplius? Annon vero conspicitis homines, quantumvis morbo graui implicitos, si largius biberint, tantum non reualescere? quod si verbis parum creditis, at factis credite. Agitur in Mysia circiter ferias Petri & Pauli mercatus quidam in oppido non procul à Lipsia, ad quem Gallico morbo correpti, claudi, muti, cæci, breuiter nulli non ægroti confluunt. A prandio vbi bene poti sunt, publicas choreas ducitant. Illic subito videas è Gallo gallaceo, gallum gallinaceum fieri, claudum quouis passere salaciorem, quauis capra petulantiorem salitare; motum si non loqui, at gestire ad loquendum, cæcū vel nullo ductore, nullo loco impingere. Tam saluaris res est ebrietas; vt etiam morbos corporis si non prorsus auferat, at leniat, molliat. His cōmodis accedit illud quoque: Philosophorum sententiæ in hoc conspirant, homines præter rationis vsum orationis facultate bestijs præstare. Iam vero parum referret homines oratione bruta antecellere nisi pari facultate, pari successu, in omnes transfunderetur. Vt v. ex æquo in omnes oratio transfundatur sola, ebrietas præstat, cui rei fidem facit versiculus ille vel pueris notus, *Fluit melior post pocula sermo.* item ille Horatianus testatur: *Fœcundi calices quem non fecere disertum?* Id verum esse, quotidiana experientia discim⁹. Agricolæ natura alioqui taciturni, natura ἀχεσιμυθοι tum ceruisia madenti; O quos nō stentores, O quos non porticus ἐκπαίχιζον, O quos non ferme Nestores loquendo, clamitando superant! Id quod à vero non alienum esse, neminem vestrum ignorare arbitror; qui modo in tabernis ceruisiarijs, in Oenopolijs versatus est. Solemus illos, qui ad nos mittūtur, prius iubere, vt bibant, quam, quod in mandatis secum ad nos deferunt, exponant. Vnde Achilles legatos illos ad se placandum missos, prius liberioribus poculis reficit, quam legationis mandata percenseant. In nuptijs primum omnes muti, omnes elingues sunt, at vbi ceruisia maduerint, vino incaluerint, nulla non æra dodonæa. nulla nō Archytæ crepitacula, vociferando, saltitando superant. Qui nobiscum prandent, qui nobiscum cænant, si rogātur, cur tam taciturni sint; mox illud τὸ ἀληθὲς in promptu habent: se adhuc sobrios esse: mox vbi paululū biberint se loquaciores fore. Et sunt hæc admiratione digna. Sed audite Aristotelem lib. de Natur. animan. 8. narrantem, Psittacum quoque loquaciorem fieri, si vinum biberit. Quid; quod vinum, vn⁹ ebrietatis autor, non parum ad ingenij acrimoniam facit; Audire n. est operæ pretium hoc nostro seculo, quā agricolæ ad pocula de Eccio, de Luthero velut pro foris & aris digladientur. Audimus quam bene poti Biblia teneant, Biblia interpretētur, nulli monacho, nulli sacerdoti cedant. Hinc est opinor, quod cum Apostoli, Spiritu Sancto illorum pectoribus lapso, magnifica Dei loquerentur, plerisque musto pleni visi sunt. O vtinam plerique nostri temporis Apostoli, si non quotidie at saltem die dominico vel μεχρὶ μέθης biberent, vt pro Dormi secure, Scala Cæli purissimum Christi Euangelium docere possent. Pene silentio præterieram Poetas, qui sobrii, nihil posteritate dignum, nihil venustum præstare possunt: at ebrii, nihil non elegans, nihil non cedro dignū euomunt. Suffragatur mihi Horatius, qui præterquā quod Homerum illum Poetarū alpha, vinosum appellat, addit quoque. *Nulla placere diu, neq; viuere carmina possunt, quæ scribuntur aquæ potoribus.* Adstipulatur versiculus ille prouerbialis apud Athenæum secundo dipnosophistarum libro ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. Omitto Poetam dicentem, Possum nil ego sobrius, bibenti succurrunt quindecim poetæ. Quis non igitur Ebrietatem ambibit? quis non illam amplexetur? vt quæ Orationis vim, qua bestias excellimus, in nobis ex æquo exuscitat, è crassis, stupidis ingeniosos, industrios, penè dixeram, διδασκάλους facit, quæ poetas, aues adeo [illegible], reddit. Et sunt hæc quidem commoda maxima: sed audietis non minora. Alcibiades in Symposio Platonis οἶνος inquit ἄνευ παίδων & μετὰ παίδων ἐστὶν ἀληθής, hoc est: *Vinum est sine pueritia & cum pueritia veridicum est.* Magistratus nescio quæ tormentorum genera excogitant, quibus verum à furibus homicidis, sacrilegis exculpant; cum id Ebrietate leui, vt Horatius loquitur, tormento & efficacius efficere possint. Quantum quæso temporis exigitur? dum carnifex, hominem aliquem aut in tympanum, aut scalas distractum, candelis ardentibus sub axillas adurit; cum membratim corpus diducit, sæpe illa inhumanitate & oleum, & operam perdens. Proinde multo rectius, multo hominibus dignius est, illud cuiusdam Persæ apophtegma, qui negauit tormentis opus esse, ad exquirendum verum: vino enim id rectius elici. Etenim quidquid est in corde sobriorum, hoc in lingua Ebriorum est: adeo vt aliquando etiam, voces per iugulum redituras, effutiant. Hinc principes consiliariorum suorum ingenia, mores, animum erga se exploraturi ad compotationem largiorem illos inuitant. Id quod Horatius indicat, dum in arte poetica inquit, *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero quem perspexisse laborent, An sit amicitia dignus.* Sunt qui corporis robur magno emerent: at illud vel vna Ebrietas præstat. Et si mihi forsitan derogas fidem; audi quid dicat poetarum minime mendax Homerus:

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Id quod perspexerunt imperatores, qui in bello præter alia multa, hoc vnum prospiciunt: ne exercitus potus inopia laboret: dubio procul non clam illis est, corporis robur, perpetua bellandi assiduitate exhaustum, vino, ceruisia, restaurari.

A balneis nemo non nostrum poculis largioribus indulget, nullo alio nomine; nisi vt vires caloribus debilitatas, restauret. Quid? quod homines alioqui vel quibusuis damis fugaciores, vbi paululum biberint, nec cum Marte ipso, nec cum Bellona in certamen descendere formidant. Cui rei fidem facit Horatius in lib. Epistol. *Quid non ebrietas designat? operta recludit. Spes iubet esse ratas; ad prælia trudit inermem.* Sunt Philosophi, qui non adeo igne, non adeo aqua, atque amicitia opus esse asserunt. Illa vero nullibi facilius contrahitur, quam inter pocula. Plutarchus meosam φιλόποτον, hoc est, amicitiæ conciliatorem vocat, quando cium in vna mensa accumbunt; quorum alius alium vel nunquam de facie vidit; mox vltro citroque bibendi vicissitudine arctissimo amicitiæ fœdere copulantur. Huc pertinet quod in tabernis meritoriis, & aliis locis, in quibus ad compotandum conuenitur, alius alii conciliandæ amicitiæ gratia propinat. Scytæ Luciano authore vel adamante firmiores amicitias putabant, quas inter pocula contraxerant. Porro Christus charitatem suum mandatum esse dixit, tesseram esse docuit, qua illi, qui sub suo præsidio militent, cognoscantur. At illa inter compotores maxima est Charitas quæ vel Paulo teste, non tam sui compendii quam aliorum est studiosa. Iam quotus quisque potatorum est, qui non mallet suum compotorem, quam se plenis poculis obrui? Illa compotorum charitas, etiam popularibus?

In nerbo purch.

Ebrietas homines facundos facit.

In disertis in verbu.

Plutarchus de mana loquacitate.

Homerus in 9. Iliados.

Psittacus loquacior fit si vinum biberit.

Act. 2.

Id est ad ebrietatem vsque.

Ironia.

Homerus vinosus.

Id est a quambibere nihil probum & vtile parias.

Id est Dee effatis. In vino veritas.

Ebrietas fortes facit

Viro fatigato robur valde vinum auget

Ebrietas amicitiam conciliat.

ribus sermonibus iactatur, Et modo quisquis valet, Ebrietatem vt homine indignam calumnietur; cum hæc amicitia iungat homines, hæc charitatem inter homines exuscitet. Non vllum verbum de Ebrietatis commodis faciam, si hoc vnum addidero: Ebrietatem venenum quoq; ipsum, quo non aliud præsentius, è medio tollit homines, in hominibus extinguere. Quod si fortasse vobis non verisimile videbimur: audite quæso, quid Liuius Historicus ille celebri de Vibio Virio Senatore Campano memoriæ prodiderit; qui [illegible] ne epulatus, cum septem & viginti Senatoribus alijs venenum sumpsisset, impletæ vino ciboque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. O diuinam ebrietatem, quæ venenum venenū est, quæ, quod homines [illegible] prorsus exanimat, eneruat, innoxium facit. At vero hic non dubito; quum plerique inter vos nihil tam immodicis laudibus, ebrietatem efferenti, obiecturi sunt. Ecquorsum attinet te argumētis, nescio quibus, ebrietatem attollere? Nostin quid Christus saluator noster dicat? Ne grauētur corda vestra crapula & ebrietate. Præterea Paulus ad Ephesios inquit: Ne bibite vinum, in quo est luxuria. Audite vos quicunq; his locis ebrietatis laudes eleuatis: non nego locos, nō nego auctoritates: sed recte interpretor, sed ebrietatis à me laudatæ laudibus, ne tantillum quidem detrahere contendo. Primo omnium, Christus nō dicit: ne inebriamini, sed ne grauentur corda vestra ebrietate. Dubio procul interminans ebrietatem illā furiosam quæ non voluptate quadam mentem perfundit; sed prorsus extinguit: de qua nos non vllum verbum fecimus. Nos illius ebrietatis Encomium decantauimus; quę à tot sanctis viris, tot populis celebrata est, celebraturque: quæ tot commodorum nundinas secum importat. De illa vero corda hominum grauante, nihil diximus quicquam. Porro qđ Paulus dicit; Ne bibite vinum, in quo est luxuria: nō certe nobis vini vsum in totū interdicit. Geneseos cap. 1. Scriptura inquit, quod omnia quæ Deus creauit, fuerunt valde bona. Vinum cum creatura Dei sit, qui nam fas erit, ab hominibus prohiberi: ne in vsum vertatur? Paulus alias omnibus à Deo in vsum nostrum creatis, cum gratiarum actione vtendum esse scribit. Quinam igitur hoc loco vini vsum nobis interminabitur? Proinde videtur mihi Apostolus, immoderatum illum vini vsum interdicere, qui mentem eripiat, qui nulla voluptate nos recreet. Alioqui si in totum nos à vino, ebrietatis effectore maximo, abstinere vult; cur nam Timotheum suum iubet, vt vino, ad resocillandum stomachum vtatur? Auditis optimi auditores, quam nihil agant, qui his scripturæ locis, ebrietatis laudes obnubilare volūt! Quod si vobis non tot sancti viri, tot populi ebrietatis studiosissimi cultores, ebrietatem cōmendant; si vobis non ebrietatem commendatam reddit; quę morbis tam animi, quam corporis medetur, orationis facultatem nobis suppeditat; ingeniosos, solertes facitque Poetarum furorem adauget; vires corporis fractas restaurat; venena extinguit: si inquam hæc vobis ebrietatem non fauorabilem fecerint: pœnitebit me tam multorum verborum; donec vixero. Ego dicendi finem facio. Vos valete: & quæ dixi expendite: vt pernoscatis ebrietas exigenda, an recipienda sit vobis prius.

DIXI.

GERARDI BVCOLDIANI PRO EBRIEtate oratio Coloniæ dicta.

CVm plerique mortales, viri doctissimi, præclaris [illegible] ingenij monumentis immortalē prope laudē merito consecuti sint: nun haud dubie hi mihi de rebus humanis potissimū bene meriti videntur; qui rerum naturas indagando, falsas animis nostris opiniones insulerunt: neque magis quid imperita illa hominum multitudo sentiret, quam quod ratio dictaret sequendum esse putarunt. Siquidem ita ferè naturæ comparatum est; vt quæ Principes illi Philosophi, ratione duce, de rerum natura verissima comperierunt, vulgo propemodum omnia paradoxa habeantur. Quapropter id mihi imprimis iure lętandum esse video, in ea me hominum corona, ebrietatem rem vulgo alijs absurdissimam laudandam suscepisse; qui vt sunt eruditi, ita nō tam vulgi opinionibus, quam rationi & argumentis acquiescendum esse putabunt. Neq; profecto dubito, quin si me; quo volo sine stomacho peruenire sinetis, facile vobis sim probaturus; in nulla vnquam re magis, cum in multis, atq; in ebrietate damnanda vulgus caecutijsse. Cæterum cum id, quod laudo, non rudes modo omnes, verum etiā doctos nonnullos in speciem execratos esse video; non possum non vestra hic præiudicia, si qua domo attuleritis, magnopere timere. Quanquam vestræ humanitatis minime esse puto; eū iniquo animo audire, qui in vos æquissimo, quid vulgus erret, ostensurus venerit: nec sapientiæ id, quod vulgus potius probet, quam quod ratio vobis præscribat, verisimilimum ducere. Proinde pro vestra vos humanitate & sapientia oratos velim; ne qua nostræ hic orationi præiudicia sint offutura: præsertim cum ita hanc prouinciam susceperim; vt is solet, quem neque premium ad dicendum; neque cupido ad fallendum impulerit: nulla denique res, quæ mihi fructuosa, vobis autem suspiciosa videri possit. Quæ cum ita sint, æquas aures postulo: & cogitare vos volo; quam multa, cum dicturos omnes, tum me præsertim hac in caussa perturbēt. Primum quod ebrietas, quam defendendam suscipio, vel ipso statim nomine nescio quam pre se inuidiam ferat: quam quæso tantisper vel ad vnius horæ vsuram deponite: dum detestandane, an expetenda sit, videatis. Deinde quod dicendi imperitus & minime exercitatus rem multo difficillimam, vt quam plerique ab omni laude alienissimam ducant, oratione defendam. Accedit eo, quod cuiusque vestrum expectationi minime me satisfacturum pręuideam, tum quod alios vndecunque doctissimos suo iure aliquid in me desideraturos agnoscam: tum quod alios naturæ quodam vitio ne firmissimis quidem argumentis in aliam, quam induerint, sentētiam pertrahi posse timescam. Tulit ita veterū mos; vt is, qui diceret, interim sederet: interim etiā biberet: quod ipsum quanquam mihi minime concedi expetam; admonere tamen vos debebit; veteres adeo nō iniquos dicenti fuisse, vt vel colligendi atque adeo reficiendi spatium concesserint. Quare si nemo vestrum ignoret; quam parum his, quę vulgus probet, tribuendū sit: tantisper quæso, dum meum hic ago negocium, vocabuli inuidiam deponite: atq; eo animo me audite: quo hi solent, qui nō cum vulgo potius errare, quā rationi & Argumētis locum dare malunt: ita futurum, vt ebrietatē nō Germania propulsandam, si ignota esset: sed omni studio recipiēdam putetis. Dicturus igitur de huius Encomio, satis me laudare puto; si quod in procliui est, ostendero: primum cunctis hāc mortalib. esse antiquissimā: deinde corporib. humanis saluberrimā: postremo ingenijs hominum amicissimam.

Quæ vt sunt profecto maxima: ita obrenta & confessa viam mihi sternant ad ea facile declinanda, quæ ejaculetur aduersarius. Quid igitur Deum immortalem in orbe terrarum Ebrietate, quæ cum origine mundi & hominis vna initium sumsit, antiquius? Nam simul atq; hæc, quam videmus, mundi machina constitota esset, liquor statim ille, qui vinum vocatur, quo potissimum inebriamur, non humano sed diuino quodam ipsius Bacchi (vt in fabulis est) hoc est solis beneficio mortalibus contigit. Voluerunt enim ingeniosi vates vini repertorem Bacchũ; ipsum Solem accipi: quod ipsum satis innuunt, cum eundem Διόνυσον, hoc est, Διὸς νόον id est mundi animam vocant: pro solis enim accessu & recessu omnia aut languescunt aut maturescunt. Equidem neminem tam Amusum arbitror; vt aut Poëtarum figmenta magna ex parte ad ipsam Physiologiam minime exigenda putet: aut tam nullius judicij: vt vitem atq; adeo quæ humi nascuntur omnia, humana aliquando industria excogitata existimet. Harum rerum omnium semina non humana industria inuenta; sed cœlo in terram delapsa a Sole potissimũ gubernantur. Quin etiam Maro noster, qui, si quisquam alius maxime veterum Poetarum, mysteria introspexit, cum aruorum cultus describendos susciperet, atque eos planetas, qui potissimum in terram imperium haberent, inuocaret: Solem ipsum Bacchum, Lunam vero Cererem vocat. Vos o, inquit, clarissima non terræ modo, sed totius vniuersi mundi lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres: vestro minime humano, si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista: Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis. Cæterum Bacchi appellatione nobis solem venire, cum pleriq; veteres, tum Orpheus hoc versu manifeste indicat:

εἷς Ζεύς, εἷς ᾅδης, εἷς ἥλιος, εἷς Διόνυσος.

Quanquam Cicero Orpheum nunquam extitisse Aristotelis authoritate contendat: & Suidas huius diuersa opuscula diuersorum authorum fuisse non inficias eat. Verum siue Orphei siue alterius sit, in nullo pono discrimine. Satis esse puto veteres ostẽdere voluisse, Dionysium eundem, qui Sol, Planetam accipiendum. Atq; tum potius solem Dionysium vocari volebant; cum in infero atq; adeo nocturno hemisphærio ferretur: Apollinem autem tum, cum in supero, atq; adeo diurno. Cum ergo vini repertorem Bacchum ipsum solem esse constet; quis nostrum in dubium vocet ipsum vinum, atque adeo Ebrietatem origine antiquissimam esse, imo vero cum mundi exordio vna initium sumsisse? Etenim ita natura comparatum est; vt Sol, cuius vi & potentia in terris fere reguntur omnia, nulla nouarum plantarum & arborum semina ex nihilo producat; sed sua quibusq; locis ab initio mundi concessa & instillata conseruet; & quæ forte ex his temporis tractu emoriuntur, rursum exsuscitet & regeneret. Neq; vero quisquam eorum, qui ex professo Physiologiam scripserunt, de herbarum & plantarum, atq; adeo de earum rerum omnium origine, quas terra producit, quicquam in posteros transmisit: quod videlicet hæ res omnes vna cum mundi primordijs initium sumserunt. Quæ cum ita sint, quis nostrum inficias eat, vitem atq; adeo vinum origine antiquissima videri? Quod si vitem ab initio rerum omniũ semper fuisse cõstat; fructum suum post multa tandem secula aut produxisse, aut hominem animantiũ omnium maxime industrium diu latuisse putandum est? ridiculum. At vero fuit quondam iam inde à creatione sua hominum genus harum illecebrarum ignarum: & incertis sedibus ferino more victum quæritans: hos Orpheum Græcum vatem & Theologum omnium primum ab agresti illa vita ad ciuilitatem & ciuium more sedes locandas pertraxisse: animosq; legibus & religione imbuisse: vt quos lex non posset, religio in officio retineret. Non me fugit, viri doctissimi, hãc vulgo receptam opinionem. Quid, si hic grauissimorum hominum authoritate, Orpheum nunquam fuisse conuincam? quem quæso adducent, qui ex agrestibus ciuiles, ex immanibus pius fecisset? Verum vt palàm fiat; quam absurda hæc sint: & secum è diametro pugnantia: cõcedo interim sic Orphei fabulam accipiendam; illum ciuilitatis & pietatis authorem extitisse. Do igitur, quod classici authores negant, Orpheum aliquando extitisse: quódque minime est verisimile, ab agresti quadam vita & vaga ad ciuilitatem & sedes firmandas, homines omnium primum vocasse. Do, quod secum pugnat, doctum vatem & Theologum fuisse, animosque rudium legibus & religione in officio retinuisse. Orpheus igitur extitit: vbi cedo? in Græcia. homines ad humanitatem pellexit: cedo quos? num Indos? num Afros? num Ægyptios? num Parthos? denique totius orbis innumeras gentes, diuersissimarũ linguarum homines potuit? quos igitur ab agresti vita ad ciuilem auocauit? Græcos: solos? solos. O infelices Græcos! qui ad Orphei vsque tempora non homines, sed vmbræ; non humani, sed feri, non industrij, sed stolidi extitissetis. Bruta profecto omnia in illis, vbi enata sunt, locis victum quæritant; nusquam longius vagantur: Græcus autem incertis sedibus vagatus esse creditur. Bruta atque adeo formicæ antra sibi aduersus tempestates effodiunt: in eadem, vnde in futuram hyemem viuant, congerunt: Græcus autem his omnibus stolidior, lectis carens, & nudus interim vagans, si Dijs placet, nihil sibi aduersus hybernas niues prospiciendum esse putauit. Verum vnde quæso, bone Orpheu, ista tibi literarum cognitio? vnde de Dijs scientia? Quod si ante te non literatos, sed rudes, non humanos sed immanes omnes fuisse putandum est: vnde tibi summa harum rerum scientia? Videtis hic quam ridicula & vana hominum commenta sunt, quæ his de rebus memoriæ prodita sunt. Sic igitur vobis rationem ducem sequentes persuadere: naturam vel potius Deum vni animantium omnium homini sermonis & rationis vsum iam inde à creatione sua statim dedisse: vt cum cætera animantia his in locis, vbi in lucem prodierint, perpetuo versari, victum in proximo quærere, fœtus annixe educare vellet, non modo idem diligentius homo faceret; sed & mentis concepta alteri explicaret; tum agros frumento, montana vero vitibus conserendo in futurum sibi consuleret: dedisse manus ad laborem, quo vel ipso admoneretur, sibi non vagandum, sed terræ fructus in suum vsum esse conuertendos: dedisse oculos non feruos, sed placidos & animi signa præ se ferentes: dedisse deniq; caput non pronum, sed sublime, vt meminerit in reliqua animantia omnia imperium se habere.

Quæ porro naturæ munera in homine si diligentius expendas, inuenies totum beneuolentiæ, paci, disciplinæ, denique omnibus his virtutibus natum esse; quæ minimum cum brutis, plurimum cum dijs commune habent: vt plane absurdissimum sit hoc animal, tam regium, tam industrium, tam diuinum præ inertia, præ stoliditate, in tam multa secula vini vsum ignorasse: eo liquore caruisse, quem sibi, non brutis architectrix illa natura tribuit.

Quamdiu igitur ebrietas? recte admones, tam diu fuisse quis dubitat, quamdiu homo: nisi quis forte veteres contentos fuisse ducat, supremis saltem labris vinum libasse. Ea fere vini natura est; vt quo plus bibas, hoc plus appetas; adeo vt vel ipsa

bruta ho-

bruta hoc liquore potissimum delectentur. Vidi equitem, mihi alioqui ab hinc sex annis ex ebrietate inductum: vt equo, quem insignem habebat, venam ad summam vsque vino impletam apponeret, periculum videlicet facturus, eademne equo, quæ sibi, gaudia pareret: hanc statim equus impigre exhausit: & non multo post, dij boni, quantum risum spectatoribus mouit: vix scias pluresne sol parallelos ducat, ac ille orbes fecerit. Porro cibi satietas nos statim capit: vini autem nulla vnquam: ad fercula sedere horam vnam atque alteram vix sine nausea possumus: sedere autem ad pocula dies & noctes non grauamur: illa satietatem afferunt: hæc appetitum excitant: illa stomachum grauant: hæc totum hominem exhilarant: illa pallidos reddunt: hæc ruborem suffundunt: illa nauseam inducunt: hæc gaudium pariunt. Quæ profecto res, si vlla alia, potissimum nobis sit argumento; hominum vitæ comitem ebrietatem statim fuisse. Quod si cibum capere homini semper necessarium fuit, potu carere aut potuisse aut voluisse putandum est? Vetustissimus quisque author ebrietatis passim meminit: hanc Plinius in nulla mundi parte cessasse testatur. Et Homerus, quo nec grauior nec vetustior author extat, sæpenumero Græcos οἰνοβαρεῖς, hoc est, ebrios introducit. Qui idem cum felicissimum regem depingere nobis vellet; Alcinoum cum suis ad perpetua pocula sedentem, introduxit. Est ergo ebrietas non nuper admodum recepta res; sed vna cum hominis origine innecta: quam non inuenimus, sed ab ipsa natura arripuimus: quam non ab alijs accepimus, didicimus: sed ipsi semper nouimus, secuti sumus: ad quam non inducti, sed facti; non admoniti, sed nati sumus: vt præcipua vitæ hæc comes videri possit, quæ corpori gratiam esset allatura. Quid igitur, bone Deus, corpori ebrietate salubrius? quid maiorem gratiam tribuens? Etenim cum duo sint, quibus potissimum nutriatur, cibo & potu: tamen adeo magis potu alitur; vt si voraces cum potoribus conferas, illi macilenti, hi succipleni; illi tetro ac mustelino colore; hi gratioso videantur: denique illi tristitiam, hi gratiam præ se ferant. Et quidem non potest non, si inuidia desit, in confesso vobis omnibus esse, eos omnium mortalium facile felicissimos existimandos; quibus res familiaris est tam ampla domi, vt perpetua symposia celebrent: vt hoc vitæ curriculum, quod breuissimum est, cum Baccho in delicijs secure transigant: his in oculis decor, in vultu splendor, in toto deniq; corpore succus & nitor est gratissimus: vt his plane ea felicitas, quæ inter mortales est, maxima contigisse videatur. Age vero cum perniciosa res corpori cura sit; quis quæso ebrio iam securior? quis mœrore minus angitur? nulla profecto res est, quæ animi molestias, quæ hominem macerant & miserum reddunt, perinde auferat atq. Bacchus: quod ipsum & Palladius his testatur versibus:

δὴ τοῦ μεθύοντα Βάκχος ἀποσκεδάσει μερίμνας,
ῥηγνυμένας καθαραῖς ἐν ἄλλαις φιάλαις.

Quod si veris rationibus hominis naturam expendamus; num ad curas, num ad labores, num ad nauiganda maria, num ad perferendas tempestates natum arbitremur? sic iudico: vnum hoc animal non ad curas, sed ad gaudia; non ad labores, sed quietem; non ad nauiganda maria, sed ad celebranda symposia: denique non ad perferendas tempestates, sed ad habenda colloquia à natura factum. Siquidem vni animantium natura corpus mollissima carne, & cute læui, atque adeo totius corporis eiusmodi figuram tribuit, quæ nescio quas beneuolentiæ notas præ se ferret: vt vel hoc ipsum indicio sit, vnum hoc animal non ærumnis & labori, sed delicijs & quieti natum esse: dedit manus ad comprensandum: oculos ad visum accommodatos: denique rationis & linguæ vsum, quæ omnia existimandi copiam dant; creatum hominem ad conciliandos sibi aliorum animos: & ineundam amicitiam, quæ propinandis poculis con & conseruatur potissimum. Quanquam non ita omnes nos ad felicitatem nasci velim; vt vnquam defuisse putem, qui rerum ad vitam necessariarum causa aut sibi aut ditioribus laborem non subierint. Atque hic Græcorum vatibus minime accedo, qui aurea illa Saturni tempora fuisse cecinerunt: quibus sine vlla mortalium opera omnis omnia tellus produxerit. Nascuntur profecto alij ad labores, alij ad sympotica gaudia, atque adeo ad ebrietatem: quibus fortunæ beneficio maior corporis non contingit felicitas. Negotiator suum sequatur lucellum: vinum aduehat: curet vt maximo vendat: Ebrius interim immemor & compendij securus vina bibat. Physicus nimio studio sese maceret; de nocte vigilet, dum cœlestes ἰδέας obseruet: Ebrius autem corpus curet, in multam noctem de Bacchi laudibus sermones producat: sobrius bibendi legem sibi statuat: metuat ne plus vini sumtum obsit: ebrius autem liber viuat, nec id metuat, quod corpus alit, & gratiam tribuit. O æquas hominum conditiones! O necessarias, si Dijs placet hominibus curas! At vero Ebrietas non modo non souet corpus & beat; sed potius debilitat: adeo vt qui semel se inebriauerit, præ ægritudine sæpenumero postridie vomat & in plures etiam dies capite laboret. Hic quæso doctissimi viri, animaduertite, quid vulgus erret: quam nulla de re recte iudicet. Ebrietas nocet corpori; quod videlicet is, qui se inebriauerit, præ ægritudine sæpenumero postridie vomat in plures etiam dies capite laboret. An vero quisquam tam aut iniqui, aut nullius iudicij erit: qui ipsum vomitum, ipsum capitis dolorem, ebrietatem potius, quam morbum vocet? cum præsertim multis de causis homines vomant & capite laborent. Quin & eodem pacto, si libet, cantum & saltum ebrietatem voca: quod ebrius sæpenumero iam canat, iam saliet. Quod si id negas, quod sobrios interim idem facere intelligis; an ipsum vomitum & capitis dolorem, qui & multis & maxime frugi hominibus varijs ex causis accidit, ebrietatem esse iudicabis? toto erras cœlo. Quid igitur ebrietas? est bibendi assiduitas: aut si mauis, est ex optimo potu securus animi affectus. Attamen vomitus & doloris causa est ebrietas. Non hercle magis, quam ipsa saturitas. Nam vt saturitas est comedendi quædam satietas: ita & ebrietas est quasi bibendi quædam saturitas: atque adeo non doloris causa, vt vel potius securus sit animi affectus. Quanquam non inficias eo; fieri interim, vt ij, qui Baccho non sunt assueti, qualis est rustica gens & tenuior plebs, id mali patiantur & quidem turpissime sese dent, si forte plus vini absumserint. Facit id insueta res; quæ quantum valeat, vel hinc coniecturam facias licet. Habet religio, vt stato tempore carnium esu homines abstineant: quo elapso pleriq; propter desuetudinem ex primo statim esu grauem morbum contrahunt; vt vel in vitæ discrimen sæpenumero vocentur. Quod si tamen nemo hic saturitatem accuset; nemo carnis esum, quia casu noceat, perhorrescat: quis ipsam ebrietatem insectetur? quæ est potus quasi satietas quædam, imo lætus animi affectus: quis vini vsum, quia

insuetis

insuetus interim non conducat, noxium putet? Age vero, si vinum omnino noxium putas, iube eradicetur vites; sterilescat vinea; nulla fit agricultura. Quin etiam fabros ferrarios, quia ferrum aliquem lædit, officina sua detrude. Porro nulla res est tam necessaria, tam salutaris rebus humanis, atque adeo ipse ignis, & aqua, quibus vitam ducimus, quæ nihil incommodi secum trahat. Quod si ergo neque vomitum, neque capitis dolorem, imo ne caussam quidem vllius ægritudinis ebrietati obiicere potes: dubitandumne corporibus humanis saluberrimam hanc fateri: quæ & alimentum tribuat & gratiam ministret? Miseret me hic rerum humanarum & communis omnium nostrum conditionis; qui cum cæteris animantibus omnibus ratione antecellere videamur, adeo in maximis omnium rerum momentis cæcutimus; vt nihil tam secum è diametro pugnet, ac nostra de rebus omnibus diuersa inter se iudicia. Plerique Physici tantum sibi sumserunt; vt non modo rerum naturas scrutari, verum etiam literis mandare & in posteros transmittere non dubitarint: nihil fuisse tam obscurum, tam omnem captum excedēs, quod se subterfugisse faterentur. Contra haud parū multi, inter quos Archesilaus, Socrates, Democrit⁹, Anaxagoras & Empedocles: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse contenderunt: angustos hominū sensus esse, imbecilles animos, breuia curricula vitæ: omnia in occulto latere arbitrantes. Alij Solem multo terra maiorem, alij bipedali magnitudine putarunt. Epicurus summum bonum voluptatem, summum malum dolorem esse iudicauit. Huic alij adeo nullam fidem habuerunt; vt vel insanum dicerent, qui id in animum induxerit. Quid quæso medius fidius ita secum pugnet, atq; horum diuersæ opiniones? O cæcas hominum mentes, rectè exclamat ille, ô pectora cæca! Cæterum si vlla ratio, vlla iudicandi vis homini relicta est, illudne inimicum corpori putabimus; quod non dolorem sed alimoniam, non turpitudinem sed gratiam affert? Infantes simul atq; nati, nullis adhuc malis institutis deprauati, sed natura ipsa incorrupte & integre iudicante, vinum appetunt, & si permittatur, ad ebrietatem vsque sumunt. Quod si ea ætas, quæ vt omniū rerum est imperita, ita nullius quoque fraudis conscia, natura duce ebrietatem sequitur: nos qui vsu longo saluberrimam videm⁹, inimicam corpori putabimus? Vlysses Homericus princeps, quo nemo mortalium neque prudentior neque eloquentior, neque rerum humanarum omnium peritior vsquā gentium exstitit: vt qui omnia maria nauigauit, omnes terras, Europam, Asiam, Africam adiit, innumera oppida & gentes vidit, mores cognouit; qui tex regios animos didicit, rursum hac persona fortunæ casu deposita mendicus tenuiorum atque adeo infimæ sortis hominum ingenia perspexit: hic Vlysses, quo neminem mortalium de rebus humanis aut verius aut grauius iudicaturum putes, apud Phæacum regem fatetur: summum bonum esse sympoticam vitam agere.

Sic ille:

Ἀλκίνοε κρεῖον πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ.
τοιοῦδ' οἷος ὅδ' ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.
οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζονται ἀοιδοῦ
ἥμενοι ἑξείης παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι,
σίτου καὶ κρειῶν μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
οἰνοχόος φορέῃς καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν:
τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Quod si secus visum esset ingeniosissimo vati, qui adeo nil mortale sonare, adeo omnem humanum captum excedere visus est Aristoteli: vt non mortalem sed e genijs illum natum fuisse in posteros transmiserit: num prudentissimum principem Vlyssem in hanc sententiam dicentem introduxisset? Quid? Dido Maioniana, postquam Æneam Troia profugum hospitio excepisset, & hoc humanius tractare voluisset; quem simul atque vidit misere statum depenire cæpit; nonne pateram, non quamuis, sed illā ingentem, quam à maiorib. suis & quidem à primo illo Assyriorum rege Belo veluti per manus datam conseruabat, proferri statim iussit? atque in orbem propinauit? verbis interim increpitans; nisi quisque impigre stam non tam ebibisset, quam exhausisset potius. Quod ipsum si aut parum decorum, aut minus salubre putasset; num hospitem, quē vel in matrimonij iura sibi conciliarum volebat, poculis inciuilibus vrsisset? Age vero si turpitudinem, si capitis dolorem, imo totius corporis debilitatem in ebrietate ponis: num monachos se inebriantes vidisti? quibus cum omnibus, quæ sunt ad voluptatem statis temporibus interdictum sit, cibo, mutuo colloquio & id genus alijs ab omni propemodum humanitate alienis: pot⁹ tamen omni tempore permissus est; adeo vt cum maxime ieiunant, dij boni, quā crassa capita præsentent. Viderunt profecto ingeniosi homines: reliquis omnibus genium vtcunq; defraudari posse: Baccho autem nullo pacto posse. Quare si ebrietas vt vbique gentium est nonssima; ita corpori maximam & alimoniam & gratiam affert; qua quæso insalubrem criminerur? cum præsertim eam inde à pueritia, natura duce, sequamur omnes; & nemo non vetustissimorum autorum laudibus vehat. Ostendi vtcunq; ebrietatem origine esse antiquissimam, deinde corporibus nostris saluberrimam: restat, vt quantum & ingenijs lucem afferat, doceam. An vero quicquam tam amicum hominū ingenijs est atque ebrietas? quæ lætiores reddit; ingenia acuit; disertos facit; memoriam alit; denique faciliores exhibet. Ecquid, dij boni, perinde animos hominum exhilarat, curis liberat, atque ebrietas? sola hęc inebriandi ars, quoties cognat⁹, quoties amicus ciuiliter tractandus est, præ cæteris animantibus homini concessa videtur. Nulla hercle ratio est exhilarandorum animorum aut præsentior aut accommodatior: adeo vt diuin⁹ ille vates Semeles filium Bacchum, hominum gaudium vocarit:

τὸν δὲ inquit Διώνυσον Σεμέλη τέκε χάρμα βροτοῖσι.

Quin & Plato de legib⁹, adeo animos lætiores Baccho reddi non inficiatur; vt vel crebras vini inuitatiunculas faciundas esse propemodum iubeat. Marcus quoque Varro libro quodam ex Satyris Menippæis, teste Gellio, præcipit: conuiuarum numerum incipere oportere à gratiarum numero & progredi ad Musarum, id est proficisci à tribus & consistere in nouem: ne qua videlicet iniuria sympolio fiat; cum periculum sit, ne pauciores silentium, plures etiam turbas pariant. An vero cum tam Græci quam Latini Bacchum vocant; illi Lyæum & Lysium a soluendo, hi Liberum a liberando; quod curis animos liberet; aliud significare voluerunt, ac ipsam ebrietatem lætitiæ datricem esse putandam? Neque vero is, qui summis saltem labris pocula libat, curis liberatur: sed qui vt Bitias ille Virgilianus impiger exhauriat: idque toties, dum se inebriet, hoc est impleat. Etenim vt is, qui ienticulatus est, minus voluptatis cepit homine pranso & saturo: ita hic quoque, q pitissat & summis saltē labris vina degustat, nō

eadem voluptas & securitas, quæ vino plenū ipsum ebrium, concomitatur. Atque hæc est ea felicitas, quæ illi Epigrammatum scriptori Macedonio tanti est; vt hanc præ triumphis & opibus etiam maximis sibi expetat. Iudicauit profecto vel reges ipsos, nisi curis animus vacaret, parum felices esse putandos. Sic ille

ἤθελον οὐ χρύσειά τε καὶ ἄστεα μύρια γαίας,
οὐδ' ὅσα τὰς Θήβας εἶπεν Ὅμηρος ἔχειν:
ἀλλ' ἵνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύζοιτο Λυαίου
χείλεος ἀενάου, μαζὰ λαιομένη.
καὶ γεραρῶν συνέπινε φίλων χορός. οἱ δὲ περισσοὶ
Ἀνέρες ἐργατίναι κάμνοντες, ἐφ' ἡμερίοιν.
ἔστω ἐμοὶ πολὺς ὄλβος ἀεὶ φίλος· οὐδ' ἀλεγίζω
τῶν χρυσέων ὑπάτων ἢ φιάλην κατέχων.

Quid? an non & ingenium, si vlla alia res, maxime ebrietas acuit? siquidem nemo est mortalium tam felix, tam ab omni parte beatus; qui tenuius nullis plane curis & molestijs, quo minus ingenium valeat, sit obnoxius: quas vbi Baccho immerserit, ingenio illum plus posse, dubitandum est? maiori gratia aut dictu rum aut scripturum, si quando res poscat, negandum est? sic mihi persuasum habeo, quemadmodum hominum vulgus hoc ipso, quod præstantiori cibo & maxime potu vtatur, brutis animantibus ingenio antecellit, & plus sibi in futurum prospicit: ita feliciores mortalium principes illos viros, qui videlicet delicatissimo cibo, firmissimoque vino fere semper vtuntur, vulgus illud hominum, quod ad ingenium & consilium attinet, multis passibus post se relinquere. Neque vero obscurum est, illorum hominum concilia & incepta, qui tenuissimo cibo & potu indies vtuntur, si veris rationibus expendas, adeo sæpenumero non profuisse Reipublicæ; vt si à Principibus illis senatoribus permittatur, statum Reipublicæ plane conuellant, & euertant. Verum hic videmus, Primates illos viros, quod optimo cibo & potu perpetuo vtuntur: tantum ingenio & consilio præstare imperitæ multitudini, quantum ipsa animantibus illis brutis. An non Alexander ille Magnus, vt potator fuit maximus, ita literis & belli artibus clarissimus extitit? qui profecto nisi ingenio & consilio plurimum valuisset, nunquam terrarum orbem tam paucis cum annis tam multarum copijs sibi subiugasset. Quin & Marcus Antonius homo nouus, cum iam inde à vitæ primordijs ebrietatem non modo secutus esset: sed & eius laudes edito volumine celebrasset, in tantum vitium ingenii dotibus & singulari consilio statim euasit; vt Romanæ vrbis atque adeo terrarum orbis gubernacula teneret. Quid? num princeps ille Philosophorum Plato crebras vini inuitatiunculas faciundas voluisset; nisi id ingenio conducere putasset? Num Plutarchus sermones conuiuales scribendi operam sumsisset; si Bacchum ingenio parum amicum iudicasset? Age vero num Homeri, num Ennii ebriosorum vatum ingeniis clariora vsquam gentium extiterunt? qui cum maxime vino incaluissent, cum maxime ebrii essent, omni posteritate maxime dignos versus, veluti numine quodam afflati, cecinerunt: vt ex insigni ebrietate haud paruam laudem vel Horatii iudicio consecuti videantur, Sic ille:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:
Ennius ipse pater, nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit.

Cratinus item ille Græcorum Comicorum vetustissimus, vt idem testatur, adeo ingeniis nostris Bacchum amicum putauit, vt illorum carmina, qui non Baccho, sed tenuissimo potu vterentur, statim, credo ante actores ipsos, interitura iudicaret, sic ille:

Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

In hanc sententiam illud Νικαινέτου:

οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ,
ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τίκτοις ἔπος.

Quæ cum ita sint; quis est, qui ingeniis hominum parum amicam ebrietatem putet? cum præsertim ea hæc sit: quæ & disertos faciat. Nam cum ea Bacchi natura sit, vt seclusis curis homines lætiores atque adeo ingeniosiores reddat: tum maximam inprimis linguæ liberalitatem donat: idq; & Craton ille Philosophus apud Plutarchū his testatur verbis: ὁ τῶν πάντων μὲν ὁ Διόνυσος λύσιός ἐστι, καὶ λύει μάλιστα τῆς γλώττης ἀφαιρῶν τὰ χαλινά, καὶ πολλὴν ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσι. Neque vero & illud nostri Flacci quicquam fugit:

Facundi calices quem non fecere disertum?

An vero quisquam nostrum est tam alienus à Baccho, qui quantam hic facundiam præstat, penitus ignoret? An non videmus omnes, illos etiam homines, qui naturæ quodam vitio ad tristitiam & taciturnitatem nati videntur, vbi se inebriarint, vel ipso Mercurio facundiores illico reddi? Quapropter non minus iocunde ac erudite Græci vates hūc DEVM à loquentium murmure sæpe numero ἰακχον vocant. Nemo me hercle tam superstitiose grauis est, qui non ebrius plurimum de sua grauitate remittat: nemo tam seuerus: qui non ebrius omnem grauitatis personam deponat: & vna cum his, quibuscum est, disertus esse studeat: adeo vt nihil sit tam aut indagatu obscurum, aut dictu ridiculum, quod non in disputationem vocitet, & quam liberrimo ore discutiat. Suo profecto iure Epigrammatum ille scriptor Onestes potatores mihi laudasse videtur: quod videlicet tum Musarum mentionem faciant; tum improbiores ridendo pungant. Sic ille:

Μούσας ναιετάειν φιλοπαίγμονος ἔρνεα Βάκχου
ὦ Σικυὼν, σοὶ κῶμον ἄγων χαρίτων.
ἐν γὰρ ἐλέγχει ἔχει γλυκερώτατον, ἔν τε γέλωτι
κέντρον, χ' ὡραϊσθὲν αἰσὶν ἔσω φρένισιν.

Quippe summi quiq; Philosophi Plato, Xenophon, Aristoteles, Epicurus, ad pocula veluti ad orationis fomitem, sermones habitos conscripserunt: tum etiam vates ipsi tam Græci atque Latini, quoties longiore narratione opus fuit, ad pocula narrantes introduxerunt; quæ cum lætiores & ingeniosiores reddunt, tum maxime disertos faciunt. An vero Homericæ Helenæ pharmacon illud νηπενθὲς & ἄχολον, quod in vina coniecit, aliud fuisse putandum est, quam iucundissimam eius de Vlysse ad pocula orationem? qua non potuit non sibi Telemachi animum conciliare, atque adeo alacriorem reddere. Et cum nemo profecto aut ingeniosus, aut disertus haberi possit, qui non memoria plurimum valeat: quid iam quæso est, quod perinde memoriam alat ac ebrietas? quæ vt ingenium & facundiam præstet: ita simul & ipsam memoriam corroborat potissimum. Athenæus autor grauis testatur; Musis & memoriæ Græcos in sympoliis sacrificasse: quod iste videlicet plurimum cum Baccho commune haberent. An non videmos potatores ipsos beneficiorum in se vel ante multos annos collatorum maxime meminisse? & tum potissimum, cum ebrii sunt, de se bene meritis gratias agere & largius propinare: sua denique officia & studia omnia vicissim deferre? Quæ profecto diuinissimum vatem Homerum inprimis considerasse videas, qui suum Vlyssem ea omnia, quæ Troia profectus, decē annos mari perpessus fuit, non ieiunum, sed ad regales mensas, ad ipsa pocula narrare voluit.

Vidit enim ingeniosus vates, tam varia per tot annos sua naufragia, tot vitæ discrimina, tot diuersarum gentium mores, tot oppida, vt ne meneclarore etiam opus esse videatur, nullo pacto recordari, nisi ad memoriæ alumnum ipsum Bacchum diceret, potuisse. Vidit idem & noster vates, qui suum Æneam Troiæ ruinas & longos deinde suos errores ab alto thoro ad firmissima quæque vina, Didoni narrantem introduxit. Quod si diuinus vates, Bacchum memoriæ inimicum putasset; num ad pocula & quidem apud Bitiam poterem illum maximum Æneam collocasset? Porro veteres adeo memoriam ebriis non ademerunt; vt vel prouerbio isto μισῶ μνάμονα συμπόταν in eos, qui nugarum & iniuriarum omnium meminerunt, inueherentur. Quin etiam ipsi Baccho νάρθηκα. hoc est ferulam consecrabant: quo ipso quid quæso aliud putandum est significari? quam nugarum & iniuriarum omnium memores, puerili animaduersione dignos. Antipater non maris periculum, imo ne Iouis quidem fulmen tantopere sibi metuendum putat, atque iniuriarum omnium memorem compotorem. sic ille,

> Οὔ μοι πληϊάδων φοβερὴ δύσις, οὐδὲ θαλάσσης
> Ὀρνυμένον συφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ.
> Οὐδ᾽ ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανός, ὡς κακὸν ἄνδρα
> Ταρβέω, καὶ μύθων μναμονας ὑδροπότας.

Atque hinc est, quod Euripides trimetro isto illam malorum obliuionem sapientem cecinerit:

> ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφή.

Sed quorsum attinet externarum gentium authoritate rem confirmare; cum hoc tempore nemo propemodum Germanorum sit, qui de ebriosorum memoria dubitet? Nam quæso cum aut in mensa, aut supernè ad laquearia rosas depingunt, aliud significare volunt; quam ne ubi vino incaluerint, quas meminerint illatas olim iniurias, temere effutiant? Quandoquidem nulla non in re, cum in iucundis tum in odiosis illorum memoria plurimum valet. Quæ cum luce clariora sint; quis est, qui memoriæ nutricem ipsam ebrietatem esse inficias eat? Iam vero facilitatem in vllisne mortalibus maiorem esse, atque in ebriis putandum est? quæ hercle tanta in his est; vt maiorem nec desideremus, nec in vllis videamus. Nam adeo faciles aditus ad hos sunt; vt non modo quosuis sine discrimine ad colloquium facile admittant; verum etiam alios ipsi confabulandi gratia vltro adeant: & eos interim, quibus multis passibus dignitate antecellant. Neque verò obscurum est, tenuiores optare sortos, ditiores quos suis de rebus aditum sunt, Baccho probe indulsisse: arbitrantes hercle faciliores fore, siue aliquid petent; siue culpam, quam forte commiserunt, deprecabuntur. Negociatores & præsertim illi, qui ad imponendum aliis se comparant, quos ieiunos ob grauitatem ad commotandas res tentare non audebant: ebrios solicitare non dubitant. Adeo profecto de horum facilitate constat; vt nemo sit tam rerum omnium imperitus; qui non vt quisquam maxime est ebrius, ita facilimum aditum ad eum fateatur. Quapropter si summorum autorum iudicio ea est ebrietas, quæ seclusis curis lætiores reddat, ingenium acuat; disertos faciat; memoriam ipsam alat; faciliores denique exhibeat; quis nostrum est, qui non hanc ingeniis hominum amicam & salutarem iudicet? quis non omnibus modis sequendam putet? At vero adeo non ingeniis hominum conducit ebrietas; vt etiam ipsa magis peruertat: vt quæ cum vitæ periculo ferrum homini ministret: ad scortandum impellat: seditiosas per iugulum voces spargere cogat: denique in nulla non vitia veluti præcipitem mittat. Hic quæso quam iuuque hæc in ebrietatem dicantur, animaduertite.

Peruertit scilicet animos hominum, ferrum periculose porrigendo. Quid? ferrumne; an læsisse ferro vituperas? læsisse. factum non ebrietatem accusas? Quod si lædere ferro ebrietatem vocas? cur non maxime bellum & clades illas cruentissimas? aut si propterea ita vocas, quod ferro interim vtatur ebrius: cur non eodem pacto & liberiorem orationem, saltationem, ipsum denique somnum, quod his omnibus ebrius vtatur, ebrietatem vocas? Quod si sobriorum minus recte facta nemo sobrietati obiicienda putat; quis est qui ebriorum facta, qualiacunque sint, ebrietati obiiciat? Age vero qui hanc ex factis metiris; anne tum demum, cum ebrius benefacit, cum aliis ignoscit, gratificatur: & multis id genus modis alios sibi demeretur, bonam ebrietatem judicabis? Sic tibi persuade; quemadmodum sobriorum minus recte facta sobrietatem minime in odium trahunt: ita nec ebriorum facta, qualiacunque sint, ebrietati, quacum nihil commune habent, obiici debere. Recte hercle facta quorumcunque tum ebriorum, tum sceleratorum semper laudanda puto: quæ contra, adeo non laudanda, vt tecum, si libet, etiam accusauero. Cicero, cum Marcus Antonius tantũ vini in Hippiæ Mimi nuptiis bibisset, vt postridie in concionem vocatus in conspectu populi Romani vomere cogeretur; factum illud turpissimum, non ebrietatem, quam ne nominauit quidem, insectatus est: quam filium suum Marcum vnice colere, quam Antonium etiam ipsum edito volumine celebrasse cognouit. Proinde neminem hic tam ineptum judico, vt ipsa ebriorum facta, qualicunque sint, ebrietatem vocet: aut huic obiicienda putet. Atque quanquam ebriorum facta non ipsa sint ebrietas: propterea tamen male audiat semper; quod videlicet est jurgiorum amatrix, atque adeo ipsissima causa; quod proniores ad stringendum in alios ferrum reddit; & in eos interim, quos sobrii ne verbo quidem sibi abalienandos putassent. Scio hercle rudioribus animis in speciem hæc veriora videri posse, quæ tamen si paulo diligentius introspiciant & ratione ipsa secum expendant; adeo hic non criminatur ebrietas: vt nulla cum re magis è diametro pugnare videatur. Nam quod causa jurgiorum malus animi affectus sit necesse est; ebrietas autem eiusmodi affectus sit, qui curas pellat, animos lætiores faciat; quid quæso est, quod magis secum pugnare possit? Quod si id non aliunde, vt maxime, hinc certe sciri posset; quod nulla non gens, nulla non ætas ipsa symposia, ipsum Bacchum sequatur, colat: non hercle vt jurgetur, sed lætetur: non ferrum stringat, sed pocula contrectet: non enecet, sed viuat. Num vero quis tam sit demens; vt id, quod ille vitæ discrimen duceret, sequatur, colat, amplectatur? Numquis eos natos, amicos, vt ferro potius se conficerent; quam vt lætiores fierent poculis, quod indies fit, vrgendos arbitretur? Bacchi est amicos exhilarare; non ferrum, quod Martis est, stringere. Quæ cum ita sint; quis jurgiorum causam & concitatricem ebrietatem putet? At cedo quæso, qui Martium quendam furorem in ebriis accusas; quid tandem est, quod vt laudibus vehas, magnum operæ precium esse putas? sobrietas. Quid? sobrietatem dicis: ô bellum hominem! Hæc illa est; quam si cum ebrietate conferas, adeo hæc nullum in contemptum trahetur, vt etiam magis expetenda videatur. Etenim sobrietas inprimis ea est; quæ bella serit, inuidiam & iram alit; nihil non denique curarum & miseriarum secum trahit. Quis quæso milites conscribit? Sobrios: quis de ciuitatum excidio cogitat? Sobrius. Quis sub armis volens ferro crepat? Sobrius. Quis

insan

insano vultu cruentissimas clades ædit? Sobrius jam vero quis è diuerso animũ corpusq; optimo liquore pascit? Ebrius: Quis nullas plane insidias ciuitatibus struit? Ebrius: Quis inermis ad jucundas confabulationes se cõparat? Ebrius: Quis deniq. ad nihil min⁹, quã ad euertẽdas ciuitates accõmodatus est? Ebrius. Ille milites ad fundẽdũ sanguinẽ quærit: hic vt lætus sit, aliorumq; animos sibi cõciliet, symposia edit: ille de ciuium salute cogitat: hic securus Baccho se oblectat: ille armis non humanis indutus, totus ferreus horret: hic placito vestitu sedens affabilis esse studet: ille truculento vultu ferrum in hominum viscera condit: hic læto aspectu subinde aliis atque aliis pocula propinat. O præclaram & pacis amatricem sobrietatem; quæ tuo jure, si Diis placet, pacis encomium ebrietati præripias! Sed quæso cæteras huius virtutes videamus. An non sobrius ira, inuidia, curis item maximis laborat? Imposturas exercet? Quid? Philosophi nostri, ne dicam Sophistæ, qui maxime sobrii haberi volunt, adeo vt impetiri oribus etiam in votis sit, ab his potissimum vitæ exemplum sumere: nonne pessimis id genus affectibus ita anguntur; vt vel ipso statim vultu, & colore tum pallido tum mustelino inuidiæ morbum prodant? Nonne horum impostura, quam in fallenda juuentute exercent, vt à vulgi captu est aliениssima; ita rebus humanis perniciosissima deprehenditur? Quid enim perniciosius Reipublicæ accidere possit, quam vt isti ætati, quę vt rerum communium est imperita, ita minime sibi in futurum prospiciẽs, ab his parui interim lucelli causa imponatur, quorum fidei optime mãdata esse putabatur: à quib. illis literis imbutos parentes reposcant; quibus non modo statum Reipublicæ retineant, verum etiam ipsam religionem conseruent? Quam vero horum expectationem sobrii illi frustrentur; plus hercle satis nostra hæc tempora testantur. Quid vero quæso interim ebrius? nihil profecto grauius in hunc, cuiusmodi multa in sobrium dicas. Nam dum hic curis & liuore perit; ille securus ad pocula sedens probe cutem curat: dum hic aliis insidias tendit; ille suis compotoribus propinando bonam fortunam imprecatur. Quapropter ita sẽper persuasum habui, sobrietatem tale quidpiam esse; quod suam & laudem & vituperium haberet; atque adeo medium quoddam esse inter sitim & ebrietatem, felicitatem maximam. Nam cum miserum sit hominem præ inopia sitire: ita sordidum, diuitem præ auaritia non sæpè bibendi sibi legem præscribere: eo liquore, quem soli homini rerum architectrix natura concesserit, genium defraudare: neque vna cum ebriis breue illud vitæ curriculum naturæ concedendo transigere. Quis igitur est, qui non hanc pro illa sobrietate magnopere expetendam putet? At vero ebrius scortator? dii boni, quid hoc vitii est? Age vero si verę obiici possit, vt minime, humanum esse negares? Quid quæso rei scortatori cum ebrio? ille amicam; hic vina cogitat: ille obseruat anxie; hic bibit secure; ille lucem fugit, socios odit; hic amat: ille sursum deorsum cursitando, omnia conclauia perreptando, animi dolorem & corporis internecionem venatur; hic poculis assidendo, animum & corpus fouet: ille propter riuales curis se conficit; hic suis compotoribus securum & lætum sese præbet: denique ille amore pallescit & deperit, hic optimo liquore rubescit & nutrimentum capit. Neque hercle his accedo, qui ebrium redituras per jugulum voces minime retinere cauillantur. Quandoquidem cum nemo fere, nisi aut ira aut inuidia impulsus alterius dignitati detrahat, & ea sit ebrietas, quæ animos lætiores reddat: quis est, qui ebrium veluti odiosum conuitiatorem, criminetur? & verbis non modo se inuidia onerare, sed vitæ etiam periculum sibi conciliare? Eam porro Bacchi vim & naturam esse in confesso omnibus est, vt animi tenebras pellat; lætos faciat: vnde etiam potissimum fit, vt nulla non gens, nulla non ætas eum cupiat, sequatur, celebret. Iam vero vitium eiusmodi obiicis, quod nihil commune cum ebrio habet: relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non possit. Non iram in ebrio, nisi forte ex prouocatione, sed lætitiam; non inuidiam, sed alacritatem, beneuolentiam vides. Ea igitur cum non reperias, quæ ad conuitiandum alteri animos impellunt: in quo nullam conuitiandi causam vides; in eo te conuiuum accusaturum putas? Cum igitur neque cædes neque scortationes, neque ipsa denique linguæ vitia ebrio obiicias, quid est; cur non cum tot classicis autoribus ebrietatem vna laudibus vehamus? vna cum his ingeniis hominum amicissimam judicemus? Non possum non hic de communi omnium nostrum infelicitate conqueri: Nam cum cætera animantia omnia, duce natura voluptatem & corporis alimoniam potissimum sequantur; mala autem maxime auersentur: solus homo, quo natura fert, sequendum esse dubitat: & hoc ipso, quo præ cæteris animantibus certissimam sibi fruendarum rerum scientiam tribuit, suam vtendi inscitiam, imo stultitiam prodit. Quid enim magis miserum, magis ridiculum sit, quam id insalubre & vitium ducere; quod cum natura appetat, tum corpus nutriat & animum oblectet? Quæ igitur damnandæ ebrietatis ratio? vnde iniqua hæc animorum persuasio? Causa hercle magna sit necesse est; cur ἄλογα illa bruta homine plus sapere videantur. Quæ porro si veris rationibus tecum expendas; inuidiam & auaritiam senum damnandæ ebrietatis causam fuisse inuenies. Illi enim cum longo vsu res humanas propemodum cognitas haberent, viderentque, vna hac bibendi voluptate excepta, reliquas omnes vt momentaneas, ita omni ætati præsertim sua ingrauescenti noxias; non potuerunt non Bacchum, quẽ sibi tamen solis cuperent, iuuentuti inuidere, atque ita nos à pueris instituere; vt nullum grauius vitium atque ebrietatem duceremus. Videmus profecto, vt quisque senum Bacchum maxime amplectitur; ita quos habet filios ab eo maxime deterrere: atque ebrietatem vt pestem maximam detestari. Quantum autem ea in animis nostris valeant, quæ pueris nobis inculcata sunt; inde existimandi copia est: quod ipsa superstitio, quia in plerisq; propemodum inueterauit, ne certissimis quidem argumentis ex animis illorum tolli possit. Quemadmodum igitur hanc, rem omnium pessimam, (quod iam inde à pueritia, ea imbuti sunt, & ab iis interim, quibus fallere bono sit) nunc quoque magnopere defendendam putant: ita ebrietatem, quia nos pueri vt vitium, fugiendam semper accepimus, nulla iam dignam laude judicamus. Quapropter si turpe ducitis; à senibus nobis veteratorie imponi, & miserum, in falsa opinione diutius detineri: quod illi longo vsu tum corpori tum ingenio saluberrimum sciunt, & juuentuti inuident, vos item ipsa ratione expetendum, an execrandum sit, jam mecum perpendite. An vero si omnem vitæ cursum, omnes res humanas diligenter expendamus; non hos senes felicissimos judicabimus, qui suis muneribus defuncti perpetua iam Sympolia celebrant? Quis, bone DEVS, his in vultu color? qui oculi? quæ totius corporis gratia? quo supercilio, jam vt à pueris virã instituerint, commemorant? quas gentes juuenes adierint? quæ pericula subeũdo rem pararint? Quod si quis hos infelices judicet, quos felices putet, hercle non video: si in his ipsam ebrietatem felicitatem fateatur necesse est: num in junioribus eãdem ipsam pestem habendam esse putet? Auaritia inquam,

auaritia illa ſenum & inuidia in cauſſa fuit, cur nobis male audiat ebrietas, quod & hinc tum aliunde videas licet: quod ſenes ipſo etiam Demea in filios ſeueriores, non grauantur ſuos gratuita illa conuiuia & ſympoſia, quę illi εἰλαπίνας vocat, quod ex ſuo nihil conferant, frequentare: genio ſuo omnibus modis ibi indulgere. An non illi hic ſe produnt? Hæc ſenint, imo laudant: & intereſſe, ſi res ita ferat, libenter ſolent. Verum ſi illis ſympoſiis, vbi ſua quoque ſymbola dederunt, interfuiſſe deprehendant: dij boni, quas hic tragœdias excitant: dies eos deficit, dum obiurgant; dum vitium deteſtantur; dū ad ſuam adoleſcentiam, non quæ fuerit, ſed quam fuiſſe fingunt, illorum componut. An vero iam obſcurum eſt, ſenum auaritiam & inuidiam damnandæ ebrietatis cauſſam fuiſſe: cum quam ipſi maxime ſequuntur, ſui compendii gratia iuuentuti inuideant? At vero expedit adoleſcenti in metu parentib. eſſe: neque ad otium & delicias, ſed ad laborem & opus potius aliquod animum ſtatim adijcere. Num quis id negat? ſed quid inde? Proptereane quod ad otium & delicias, ſed ad laborem & opus aliquod animum adiciet adoleſcens, damnanda erit ebrietas? aut hoc ipſo, quod ebrietatem laudo, honorem parentibus deferendum, beneque vitam inſtituendam eſſe vitupero: Ebrietatem probo: de vitæ inſtitutione nihil diſputo: illam felicitatem iudico; hanc tamen ſi bona ſit, non improbo. Neque hercle video; cur mihi non liceat, dum meum hic negocium ago, illamque defendo cauſſam; cur male iuuentuti audiat, quæ ſenum auaritia & inuidia potiſſimum ſit, meo iure prodere. Equidem parentibus & ſenibus obſecundandum ſemper eſſe puto: illorum tamen impoſturam & fraudem declinandam nobis volo. Quod tamen illi longo rerum vſu plus nobis videant, laudo: & honori illis eſſe volo. Verum quod ſui compendii cauſſa in falſa animi perſuaſione nos retinendos putant, improbo. Quanam impudentia vitium erit ebrietas; cum illud ni fallor id ſit, quod hominem vitiat & turpiorem reddit: hæc autem ea ſit maxime, quæ totum hominem exhilarat, & lætiorem facit. Quare, Doctiſſimi viri, ſi ebrietas eſt origine antiquiſſima; ſi corporibus humanis eſt ſaluberrima; denique ſi ingeniis hominum eſt amiciſſima: vt quæ lætiores reddat, ingenium acuat, diſertos faciat, memoriam alat, faciliores denuq; exhibeat: mecum quæſo hanc laudibus vehite; neq; id vitium ducite, quod nulla non gens, nulla non ætas ſequitur: quod pueri cupiunt, iuuenes celebrāt, ſenes autem ſummam felicitatem recte putāt: quod ipſi neque didicimus à quoquam, neque legimus apud quenquam, neque à maioribus accepimus vnquam: ſed natura duce, natura inquam duce appetimus omnes, ſequimur, amplectimur: ad quod non admoniti, ſed facti; non inſtituti, ſed nati ſumus: vt vna cum vita ſoli homini, animantium omnium facile regi, vnica hæc inebriandi ratio à Dijs immortalibus infuſa eſſe videatur: vt quoties amicus, quoties cognatus ciuiliter excipiendus eſſet, ea præſentiſſima eſſet voluptas; quę cum corpori alimoniam, tum animo alacritatem & gaudium eſſet allatura. Pudeat nos tandem, pudeat inquam, communis omnium noſtrum erroris; id fugiendum putantes, quod ratione duce cum corporibus noſtris, tum ingenijs amiciſſimum perſpicimus: quod claſſicos autores ſummis laudibus extuliſſe videmus: quod cūctas nationes ab origine mundi ſemper celebraſſe, & hoc item ſeculo eodem ſtudio ſequi agnoſcimus. Quod ſi hic Germania de ſuorum alumnorum peruerſitate interrogetur; nonne in hanc ſententiam ſuo iure quereretur? proh Deum immortalem! quos ego nunc homines habeo? quis hic veſtitus? quis victus? qui mores? quæ hæc animorum perſuaſio? quæ peruerſitas? vbi mei Germani, quos ego ſemper fortiſſimos viros tuli? ſi modo horum veſtitum conſidero, aut Anglos, aut Gallos, interim etiam Hiſpanos eſſe ſuſpicor: ſi victum; Aſiaticos agnoſco: ſi mores; à meis alieniſſimos eſſe video: ſi animorū opiniones & iudicia ſpectu; ſuperſtitioſos & peruerſos inuenio. Produxi ego ſatis beneuole, cum vina tum frumenta, atque adeo, quæ ad vitam ſuſtētandam neceſſaria eſſent omnia: his dum mei citra turpitudinis notam pro ſua libidine fruerētur; maxime frugi homines & fortes habui: nūc poſtquam noua quędam ſobrietas animos occupauit, noua religio inceſſit, molliſſimos homines & luxu fluentes habeo. Baccho liberius indulgeri, dum ſobrij haberi volunt, criminantur: interea tamen ſuos præ nimio luxu in Angliam, in Galliam, imo in Aſiam ad omnia maria, ad omnes portus, vt molliter veſtiant, vt palato ſatisfaciant, mittunt. Vino animos curis liberari non patiuntur; luxu autem diffluere libenter ferunt. Nihil iam Anglia, nihil Gallia, niſi Aſia, atque Africa, nihil denique omnia maria, omnes vbique portus habent, quod non ad me vndique aduehatur, quo non mei quotidie fruantur. Quæ hæc eſt ſobrietas? O incredibilem peruerſionem! O me miſeram, quæ omnium externarum nugarum facta ſum receptaculum! Cum mei Germani externarum gentium merces, imo nugas non admitterent; ſed his, quæ ego miniſtraui, contenti viuerent; vino ſuo liberius & ſæpius vti minime turpe ducerēt; dij boni, quos tum viros tuli? quæ fortitudo? quæ bellica virtus? Non ſolum me ab hoſtili incurſione defenderunt; hoſtem propulſarunt: ſed & imperij fines protulerunt: vicinis linguam ſuam & nomen inuexerunt. Sola ego alumnorum meorum virtute freta, nullius externi principis tyrannidem ſenſi. Sola ego Romanorum arma declinaui: imperium non admiſi. Nunc cum ſobrii haberi volunt, non fortes, ſed molles; non temperantes, ſed luxu fluentes cerno. Eheu horum temporum conditionem! Vereor ego, vereor, ne in foribus ſit, vt quam libertatem horum maioribus, ebrijs illis Germanis acceptam refero, noua hac & ſuperſtitioſa horum ſobrietate aliquando amittam. Hæc profecto & id genus alia, vel grauiora ſi roges, ſuo iure queratur Germania. Quare ſi maioribus noſtris, fortiſſimis hominibus nulla in re ad virtutem viam obſepſit ebrietas; nos quoque, qui illorum virtutem minime æquamus, huiusne pudeat quæſo: cum præſertim, quod fateri cogimur omnes, & corpori gratiam, & ingenio lucem afferat maximam. Dixi.

ROBERTI TVRNERI IESVITÆ ORATIO,

DE LAVDE EBRIETATIS, TEMpore Bacchanalium habita Duaci.

FVgiant hinc Catones vultu ſeueri: faceſſant Philoſophi oculis graues; exterminentur Theologi, conſcientiæ lege arctiſſime conſtricti. nihil de Catonis ſeueritate nimis tetrica; nihil de Philoſophorum grauitate nimis enientita; nihil de Theologorum conſcientia nimis anguſta olebit mea oratio. quid tuam exordii formam exigis Rethor; hebes es; volo eſſe ſolutus. quid tuam argumenti formam deſideras Dialectice; ineptus es; volo eſſe fluxus. ex illorum ego grege annumeror, Philoſophus, qui nihil vel Rhetorica vel Dialectica, vel alia demum arte perpoliri, ac ne limari quidem poſſe contendo. naturam ego Ducem ſequor, atque adeo veſtigijs perſequor; ex media Epicurei ſchola excitatus huc prodeo: felicitatem naturæ, corporis, fortunæ bonis terminari pernego: Idæam à Platone informatā

potius

poti⁹ animo quam à Deo aut natura re efformatam irrideo: voluptatib⁹ colliquefcere hoc demum hoc perfectæ fælicitatis est. sed de omnibus voluptatib. nolo dicere; & de singulis hodie nō possum dicere: vnam ergo de cæteris, tanquam flosculum, delibabo, cuius odore vos (si mihi per vestram patientiam liceat) ita perfundam, vt quanta sit in reliquis posita vis, vel lyncei perspiciatis, vel plumbei ignoretis. Ebrietas illa quidem est, res (ita meus mihi genius faueat) omnium præstantissima, iucundissima, diuinissima: ridetis? quid si cōsuetudine? quid si natura? quid si exemplo? quid si ratione rarū fecero? annón liberi in meam ciuitatem; studiosi in meam scholā; prudentes in meam sectam cooptari; quam serui in sobrietatis pistrinum; miseri in Stoæ tenebras? stulti in Lycei angustias compingi malitis; annuitis: noui vestrum ingenium: consentitis; laudo prudentiam, sed quo maior vestri ingenij prudentiæq; lux appareat, animū, vt facitis, aduertite; vsq; dum hanc tam præclaram virtutem suis coloribus eleganter vobis collustrauero. Apud nationes, quas vel morū barbaries fœdissime infuscarat, vel vitæ elegantia bellissime excoluerat; consuetudo tātum valuit: vt q̄ semel more & consuetudine in Repub. vel vita hominum inueterauerat, id summa quadam cum laude fuisse coniunctum existimarint: legem ergo capite sancierunt Athenienses optimi Reip. constituendæ Magistri; ne quis consuetudinem trium annorum violaret: cū nulla lex sanctior potuerit rogari; nulla certior & iustior sciscí, quam quæ consuetudine, id est, suffragio totius populi, & confirmatione multæ ætatis fuerit fixa, & in æs quasi incisa. Longa retrò tempora animis recolite (Auditores) an quicquam videatur ebrietate antiquius? antiquitatis annales replicate, an quicquam videatur lōgius repetitum? memoriam vestram appellate an quicquam videatur consuetudine certius, & sanctius firmatū? nam vt reliqua, quæ multa sunt, quæ magna sunt, quæ firma sunt, omittam: quis vestrum est, qui à parentibus non acceperit? quis parentum, qui ab auis non hauserit? quis auorum, qui a proauis non imbiberit? (reliquam atauorum ætatem eodem modo connectite) sanctam quandam & piam sententiam de cute curanda, & vino valentissimo pectore, vastissimo gutture, his Bacchanalium festis diebus exhauriendo? at quæ sunt illa tandem Bacchanalia? tam es hospes & peregrinus in nostræ gentis moribus; vt tritissima ignores? pudoris est. tempora sunt (per Bacchum, reliquosque geniū cuiusque Deos) omnium iucundissima: dies sunt sepositi ad iocum excitandum, sepositi ad cutem farciendam, sepositi ad corpus fulciendum: & cur hoc tempore sepositi? hic hic aduertite maiorum nostrorum prudentiam summam in illis instituendis, & posteræ ætatis religionem singularem in illis obseruandis. cum reliquum totum anni tempus decurrerint vel ad focum tanquam languidi boues, vel in lecto, tanquam luculentæ sues, omnemque in animo poliendo curam fixerint; siue ad focum considerent pœnas eorum, qui flamma plantur; siue in lecto contemplentur iucunditatem eorum, qui in Deorum consilio æternâ felicitate circumfluunt: quidni aliquid de hac vitæ seueritate remittentes, hos paucos dies corpori languenti concederent, & cuti laxæ ac diffluenti impartirent? nimis profectò illa seuera viuendi ratio, nimis arcta, & eremitica, semper ad focum cogitare de pœna purgatorij, vel in lecto de suauitate cœli. Ad hanc iustitiæ normam si actiones nostras exquisite reuocemus, sanctum quadragesimæ tempus frustra institutum, nullo honore, nullo cultu, nulla reuerentia à Christianis coleretur. Hi ergò dies in summa iucunditate vsq; ad ebrietatem, in summa ingluuie vsque ad stultitiam, in summis sordibus vsque ad insaniam consumendi sunt. hoc tempore vinum non extremis solum labris sorbillandum, more mulierum: sed summis latenb⁹ hauriendum & exhauriendum vsq; ad nauseam, vomitū; instituto maiorum sanctissimo, ac vi consuetudinis certissima. quid aliter hæserit in nostro nomine sordium, quas quadragesimæ ieiunio, & seueritate elueremus? Sed si quis hanc helluandi bacchandiq; consuetudinē conuitio oneret; quasi in mores hominum ad molliriem iam lapsos irrepserit, annón (amabo te) ille, & Bacchi maiestatem violabit, & rei veritatem luculentissimam labefactabit? omnium mentibus anticipatum informatumq; est; nihil esse libertate viribus, nihil dulcius, nihil humano generi salutarius; quippe quæ homines, diuinæ naturæ certissima communione conglutinet. Dij etenim etsi abunde habeant voluptatum, quibus colliquescant; illa tamen illis videtur præstantissima, quod voluntatem habeant solutam, neq; huius, neq; illius imperio constrictā. Quod fuit, quod antiquis Græcis & Romanis animos tam magnos fecerat? quid, quod Veneris hodie spiritus inflarat? nisi quod in illorum Repub. diuinæ libertatis forma expressa retinearur, id est, quod summa in suauitate, summa in voluptate, summa in libertate, regiæ potestatis iugo soluti, vitam diuinam propagent. Excute totam iam totius humani generis vitam: excute, quicunque es ebrietati infestus; annón ebrij soli tibi videntur liberi? annón soli Dij ipsi? sobrius si veteris in popinis, in scortis; pœna constituetis, eaq; meritissima: sobrius si alterius famam cōtumelia insectetis, supplicio aspere coerceberis, eoq; dignissimo: sobrius si patrem vultu, inimicum voce violes, iniuriarum tecum agetur lege communi, idq; iustissime: sobrius si patri perniciem, magistratui insidias machineris, tecum capitis agetur lege naturæ: idq; æquissime. at ebrius si turpi te venere inquines, vino te sepultum fuisse contende, iustissima erit veniæ causa; ebrius si patrem pugno, amicum vnguibus, Remp. insidiis violes; ebrietatem menti tuæ caliginem offudisse asfere: nulla tibi pœna proponetur. sobrius Regem cuniculis oppugnas? certa crux. ebrius regiam maiestatem minuis? certa impunitas. ebrius percussor es & sicarius? non ebrio, sed sobrio tibi halitus laqueo impedietur: vt te sobrium fuisse factum merito possis dolere. num vera prædico; rem iam experimini. si enim quisquam vestrum vino oppressus furiat, tanquam Athamantes tragicus; si omnia cōuitijs, clamore, vlulatu compleat, quis illi aures non deliniret verborum delitijs, vultus suauitate, signis humanitatis ac beneuolentiæ plenis? illi profectò caput tunc demulceretur, illi tanquam equo se totienti poppysmus obtruderetur. at postquam interposita noxillum nobis sobrium finxerit, quid audiret? lapides profectò & fulmina, nebulo, sycophanta, hisce te moribus, hisce te sordibus esse oblitum? tene esse dignum & Catholico, & nostris institutis formato, immaduisse vino? quid plura? quid manifestiora? si cum ebrijs sobrios conferas, nihilo plus agas, quam si miserrimos cum felicissimis. hi enim pistrini terminis inclusi: illi libertatis rude donati. hi profectò serui, illi reges omnibus vndique bonis abunde circumfluentes videbuntur. quid? annón illud vere regium est: cum vinolentus domum protrias, omnes lateres, tundas, prosternas; te contra excipi humanissime, salutari Dominum, verborum lenitate, quasi in gyrum quendam rationis duci, annon hoc vere regium est? quid? annón hoc regium est, cum crapula oppressus concidas; te in cathedra, tanquam in solio, collocari; vbi vomas turpiter canino, ructes fœde porcino, teterrimū pædorem exhales

DE JVRE POTANDI.

Positio 1.

COrtidiana esse addiscẽda, Lucerna illa Juris Paulus in *l. legant 25. de liberat. legat.* admonet. Cum itaque nihil (quod sciam) sit familiarius, nihilq; magis solenne, quam ipsius Bacchi sacra; & verendum, ne nobis obuciatur, quod olim Seruio Mutius opponebat *in l. necessarium 2. §. Seruius 43. ff. de orig. iur.* turpe esse Germano jus conuiuiorum, in quo quotidie versatur, ignorare: Non abs re esse duxi, si nonnullas obseruationes tam Theoreticas quam Practicas in gratiam eorum, qui aliquando animum ad forum applicare desiderant, euentilarem; quo rudiores excitarentur & excolerentur: eruditioribus vero penitius in eam rem inquirendi ansa propinaretur.

2. ORIGO *huius Dionysii festi quod sit antiquissima omnibus constat.* Visum itidem promiscuum omnibus gentibus communem esse, æque notum est: temporum tamen euolutione nemo non Germanis propter sedulam eorum deuotamq; erga hoc numẽ religionem & culturam, principatum obtulit; quam laudem pressis velut manibus proterue adhuc præ cæteris sibi retinent & defendunt. Ad hos itaq;, eorumq; consuetudines, præsens collimabit dissertatio, quam tamen principaliter ad praxin Academicam, volo accommodatam.

3. Huius Numinis cultus in commessationibus & potationibus consistit. Potatio est strenua, poculis suscepta velitatio. Jus POTANDI est, quod inde resultat, comprehendens ritus & solennitates, quidque alterum alteri ex lege præstare conueniat subindicans.

4. Causam Primam ipsi antiquitati adscripsi. *Secundariæ sunt plurimæ; procreantes vel ex liberalitate ipsius domini, cuius impensis Potationes expediuntur: vel ex quadã honestate: aliquando etiam ex necessitate.*

5. *Liberalitas illa causatur vel ex sola affectione,* vt si amicos inuitem nullam ob aliam quam amicitiæ causam: *vel ex aliis circumstantiis.* Sic ipsa aeris constitutio, nonnunquam occasionem à studiis feriandi Bacchoq; indulgendi præbet: quod fit, si nebulosæ forsan incidant pluuiæ, quibus corpus ad desidiam prouocatur, cui si solitudo accedat, facile melancholia contrahi potest. Hoc itaque ne fiat accitis amicis ad potandum aliquando deuenitur. Pari ratione maiore vrgente solis feruore, vnde corporis prouenit lassitudo, Musis inuigilare difficile est: Assumendũ igitur aliquid liquoris, quo ista flãma restinguatur, in quo dum laboratur, è re sæpius occasio bibendi nascitur. *Quæri hinc potest: An expediat diebus canicularibus studere:* Matutino tempore modica quidẽ olei impensio extra periculum esse putamus: pomeridianum vero tempus noxium omnino. Videmus enim tunc temporis canes in rabiem agi, qui tamen nullius rei cogitationi inhærent. Quo dubio procul veneranda respexit antiquitas: quæ in quibusdam Academiis & scholis circa id tempus pomeridianas suspendit lectiones. Tabellarii quoq; bene nummati expectatus aduentus regulariter aliquo symposiõ salutandus venit: ibi in sanitatem patris, matris & omnium eorum, qui aureos nummos mittere solent, bibitur: reliqui non curantur.

6. *Propter honestatem* aliquando instruenda potatio, studiaq; interrumpenda; vt si amicus nos interpellet. Maxima nãq; esset rusticitas & importuna sedulitas, nolle amico perexigui tẽporis usurã vacare.

7. *Necessitas eos potissimum* stringit, qui nouiter ad Academias accesserunt. Illi namq; per Schoristas, (vt vocãt) aditi vinum aut cereuisiam, prout fert eorum crumena, ad satietatem apponere coguntur: nisi pugnos sentire malunt, *Quæ consuetudo num rationabilis & vtrumne quis salua conscientia Schoristarũ consortio se aggregare possit, si quæratur?* Vtrumque de jure negamus. Incurrunt enim hæc recte contra juris nostri principia, quę honestatem morum jubent: alterius læsionem vetant: Fures & prædones si homines execrantur, quis hosce laudabit? Quorsum alias *Edictum quod metus causa?* Quorsum *Interdictum vi et armis?* Si non ad hosce per vim interrumpentes hospites spectent? De facto autem & consuetudine loci quid obtineat vide disputationem famosam De Jure & natura Pennalium per tot.

8. MATERIA EST VINUM ET CEREVISIA: quorum vtrũq; in multiplici est differentia: nec dubium si de præstantia quæras, quin vinum cereuisiæ longe præualeat. In suo tamen genere vtroq; considerato, cuiusnam bonitas præponderet, vnius nõ est judicare: tot enim de eo sunt sententiæ, quot capita. Quod vel inde constat: dum plurimi reperiãtur, qui aquam aut lac vino etiam excellentissimo preponãt. Meo palato magis adblanditur cereuisia Rostochiẽsis, Hamburgensis, Dantsger dubbelt Bier, Preuszingk, Braunschweigische Mumme, Knisenack, Hãnouersch Broyhan, Englisch Bier, Servester, Torget, quam Kuckuck, Buffel, Rastrum, Klatsche, longeque pluris æstimo vinum Lacedæmonicum, vel purum Rhenanum, vt Klingenberger, Muscateller, Raps, Hambacher, Maluasier, Peter Simens, Allekante, Riesfelder, Nothalter, Bacharacher quam omnia Francica & Hessiaca vina.

9. FORMA *potandi dignoscitur ex ipsis bibitionũ modis,* qui vel *sunt totales vel partiales. Totales sunt,* quãdo totum exhauritur:: *Idq; fit vel continue vel discontinue. Continue* quãdo vno haustu totum euacuatur; *Idq; expeditur vel floricus vel hausticus. Floricus* bibitur, cũ os poculi labris circumcluditur, vnoq; impetu potus ad gutturem demittitur: cuius reflexio bullulas quasdam efflat, quas flores nostri dicunt: *Haustiscus*, cum visitato modo totum sine respiratione extrahitur.

10. Cuius ratione in dubium venit: *Si quis inchoet aliquod poculum floricos ordine ebibendum. & forsan vnus è medio hoc præstare nequeat* (nam non omnibus contingit adire Corinthum.) *Quid sit faciendum?* Nemo ad impossibile obligatur, *c. nemo 6. De R. I. in 6.* & sufficit ad suum modum fuisse diligentem & gratuum *l. Quod Nerva. 32. ff. Depos.*

11. *Sed quid si nec haustícos ebibere queat?* Illa est lata culpa, non nouisse id, quod omnes tenent. *l. lata 223. ff. De V. S.* quæ dolo comparatur. *l. 1. §1. ff. si mens. fals. mod. dix.* Ea propter excusationem non merebitur. Bibat itaque usque dum oculi diffluant.

12. *Quid si de virium suarum tenuitate non protestetur, inchoetq; floricus ebibendum, sed complementũ addere non valeat: quid iuris?* Ille de nouo inchoare debet: non enim illud affectare debuerat, cuius erat imperitus. *l. idem 8. §. 1. ff. Ad l. Aquil.*

13. Quandoquidem hæc stricte obseruanda sunt: *Numne Virge assidens aliquantulum adiuuare poterit:* Aff. Quia minima non curat prætor. *l. 4. ff. De in Integ. restit.*

14. *At quid si strenue bibat?* Tum negamus: hoc namq; in fraudem legis fieret, quæ circumuentionẽ non patitur. *l. contra 29. cum l. seq. ff. De ll.* præsumptio tamen pro virgine est: cum raro sint bibaces, LL. autem ad id, quod frequentius fit, feruntur. *l. jura 3. cum seqq. ff. De LL.*

15. *Anne eidem de Anu afferendum?* Istud pernegamus, namq; singultus vetulæ solent ducere, & plus æquo absumere. Desuper plurima noxia in effœto & rancido isto corpore continentur, quæ vltro cuipiam communicationem poculi dissuadere debent.

16. *Hæc pocula vel ordine procedunt vel extra ordinem. Ordine* quando nullã trãsgredimur personam: sed in omnes secundum sessionum seriem poculum promouetur. Huiusmodi est *poculum* quod vocant

sanitatis, quod alicuius sanitatis comprecandæ stabiendæque causa nudo capite & quidem stando tota Compania expeditur, De hoc quæri solet: *An sit rationabile?* Dicimus finem quidem esse bonum: intermedia autem non usq; adeò conuenientia: Nam quis nesciat quam multi sint, qui huiusmodi valetudinarus poculis, alterius procurare valetudinem intendentes, suam ipsius exhalent. Illos equidem in seipsos iniuriosos, ipsamq; naturam violare constat, quæ quidem alus prodesse dictitat: sed non cum suo detrimento. *l. 2. §. In f. ff. De aq. & aq. pluv. arc. l. 6. C. De Seruit. & aq.* & vt loquuntur Dd. ordinata caritas à se ipso incipit. Magnus tamen huius vbiq; est vsus, cum primis in aulis principum.

17. Succedit huic alia quæstio: *An honestum sit vt quis patiatur præsens suam ab alus bibi sanitatem?* Ita obtinet vsu, vt quis non reputetur politicus, qui talem sibi exhiberi patiatur honorem. Imo multoties inciuilitati ascribitur, si quis sine protestatione inchoari permittat sanitatem proximi cognati. *Amatorius tamen seu Veneris Mancipiu* specialiter indultum est, vt in suarum Aniniularum (licet præsentiū) sanitatem huiusmodi votivos haustus instillent, qui maximos in us pruritus excitare solent, cordaque & renes penetrare. Imo tanto hoc ipso incenduntur æstu, licet poculum sit ingens valde, cuius profunditatem vacca quadrima haut valeret absorbere, illi tamen sine difficultate *in* 𝔗𝔲 *vuū* ad vnguem vsq; caugere possint.

18. *Extra ordinem bibitur* cum ordinis ratio non attenditur, sed huc illucve poculum destinare licet. *Quod vel simpliciter fit, vel cum singulari sensu*: Simpliciter veluti si nihil præter ipsum bibendi actum introducat poculum quemadmodum communiter bibi solet. Hic salebrosa satis incidit quæstio, quam multi tanquam altas radices hominum attingere noluerūt. *An is qui aduersario suo hoc pacto propinat, iniuriam sibi factam remisisse videatur?* Aientibus assentimur: nam cum huiusmodi propitiationes votiua quadam salutis comprecatione perficiantur, quis neget, restinctum esse animi feruorem in eum, qui nobis faustissima quæq; comprecatur. Eo respicit *§. fin. Inst. De iniur.* dissimulatione iniuriarum actionem aboleri vbi notant Dd. illud fieri per salutationem reciprocam, compositionem manuum, conuiualem & familiarem conuersationem. Idem tradunt prędictis modis iniuriam ad animum semel reuocatam, tacite remissam censeri, quod tamen communius non absolute recipitur, sed cum quadam limitatione, si id lite nōdum mota fiat. Quod vos notare volo, quibus publicas popinas crebrius visitare moris est, vt sicubi vobis cum alio res sit, nolitis vel illi præbibere vel ab illo profectum suscipere, nisi ipsimet reconciliationem appetatis. Vnde protestari quosdam videmus, quoties cum inimicis ipsis cōuiualiter conuersandū sit, causæ inde nihil decedere debere, das si jm auff hoffrecht eins bringen wollē.

19. *Singularem præ se fert sensum* POCVLVM *quod vocant* FRATERNITATIS moribus introductum, quo aliquis velut initiationis ritu verbis solennibus in fratrem cooptatur: vulgo vocāt die Bruderschafft oder auffn dutz trincken, Formula communis adoptantis hæc esse solet? Si non domino iuuenis nimis aut inæqualis viderer, optarem cum eodem amicitiam & fraternitatem pangere: Respondet alter, bibe in nomine domini, erit id mihi perquam gratum. bibit ille, traditq; adoptando, vbi in ipso traditionis actu hæc verba consueta adhibentur. Nomen est mihi N. N. faciam quod tibi sit acceptum, omittamque quod sit ingratum, omninoque me ita geram vt bonum addecet fratrem. Cui alter infit; Et idem ego ero in omnibus. Ibi postmodum nō multis adiectis mussitationibus ab inuicem rogationes fiunt, vt hę: fraternitas mutuis visitationibus stabiliatur, Hæc vt dixi fraternitas consuetudine inducta est, quam jus ciuile prorsus ignorat, nullus siquidem per adoptionem illo jure fratrem sibi quærere potest. *l. nec ap. 7. C. De haeredit. instit.* Ipsam namq; adoptio naturam imitatur. *§. 4. Inst. De Adopt.* Contra naturam autem foret fratrem ex fratre nasci.

20. Circa quod generaliter indagare licet. *Quid de ipsa fraternitate per poculum contracta statuendum sit?* Eam parum firmitatis habere prudentiores arbitrantur. Et hoc verissimum est, eadem siquidem facilitate, qua colligata est, resolui potest. *l. nihil tam. ff. De R. I.* Quod multoties ita in facto euenit: vt qui hac hora in intimam conspirarunt fraternitatem, sequente se inuicem pugnis exercuerint. Nec hoc mirum cuipiam videatur, Effectus enim suam causam arguit, quæ qualis præcessit, talis quoq; hic censetur *l. 5. §. 1. De administ. tut.* Jam certum est, nihil quicquā stabile in ipsa ebrietate reperiri, sed omnia cum impetu agi. *l. 11. §. 2. ff. De pæn.* Vnde alu ebrium currui sine ductore currentem compararunt, Ergo nec in ipsa amicitia, per ebrietatem contracta, quicquam firmi erit. Videmus tamen nonnunquam amicioris cōniunctionis hinc sumi occasionem & stabilimentum, & temporis tandem subiici progressu.

21. Stante tamen communi sententia inquirere non abs re erit: *An honestum sit: studiosum cum pennali fraternitatem bibere*: Cum aues vnius coloris jūctim volare soleant, exque comite noscatur qui ex se non dignoscitur, præsumptione juris, is non immerito pro pennali habetur, qui se pēnali aggregat. Accedit quod adoptio agnationis, jus inducat. *l. 23. De Adopt.* Agnati autem arctissime jungūtur, adeo vt de alterius sanguine participasse videantur. Coaluisse itaq; reputatur, & ipsam veluti ex traduce hausisse pennalitatem censetur, qui cum pennali huiusmodi fœdera pepigit. Degradatione non indignus est, vt qui tam crudelis fuit: vt famam suam neglexerit, quæ cum vita pari passu ambulat. *l. 9. De Manum. vindict.*

22. *Idemne de Nobili asserendum quasi ipsi officiat cum studioso ignobili huiusmodi confœderationem facere?* Minime gentium. Quandoquidem tantum abest, vt hoc nobilitatis splendori sit dedecori, vt potius eum apprime ornet. Sic summos vidimus Monarchas literatorum ambiisse amicitias, vt quorum cōsilus & eruditione instructi longe fælicius imperii gubernacula tenere potuerint. Quid quod ipsis studiosis, eadem (si non majora) competant priuilegia, quæ nobilibus. *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patre.* Quid quod & ipsi (præsertim juri incumbentes) ad nobilitatis fastigium adspirare valeant, Exemplo Vlpiani *in l. 7. C. De postul. l. 8. f. ff. De excus. tut.* Quam nobilitatem, vt pote virtute adquisitam multo præstantiorem esse ea, quæ ex natalibus prouenit, tradunt secundum illud: nobilis is vere est quem nobilitat sua virtus.

23. Vnde diffluit & hæc consideratio: *Aliquid nam decedat honori studiosi si pecem in fratrem adsumat?* Affirmandum prima fronte videtur ex us rationibus, quibus contra pennalem vsus sum. Attamen contrarium in foro determinari videmus: Et ratio diuersitatis dari potest; quod pennalis infamia quadam si non juris, facti tamen laborare videatur, & in contrario prorsus sit prædicamento cum studioso, sitque velit abortus in quo naturæ deficiat perfectitudo: cum contra pecces sint in suo genere perfecti, nec ita odibiles. Huc confer quod ratione victus & amictus studiosus iste hominum genere carere nequeat. Quare fidissime consulo his qui huiusmodi hominum opera vti coguntur, vt rogati non denegent

gent fraternitatem. Nam hoc & in cambio & mutuatione pecuniarum, & fide habenda, si nummos in præsenti non habeas, plurimum prodest. Recitabo vobis exemplum, quod alicubi accidisse audio: Fuit aliquando mercator qui ambiuit studiosi cuiusdam fraternitatem: Hic bene esse dicit, sed non solere se quemquam qui non sit sui ordinis in fratrẽ assumere, nisi data aliqua arrha siue recordationis symbolo: Alter gestiens de tali oblato fratre, quid cupiat quærit: cui infit ille, placere sibi tibialia serici fili quæ vt det imperat. Consentit pix, postero die promissum explet. Videte quam hæc praxis aureum os habeat. Remittendum igitur potius aliquid de juris rigore quam contra propria commoda laborandum.

24. *Quid de virgine censes: Num castitati quippiã inde decedet, si cum juuene huiusmodi fœdus pungat?* Illud per-quam-solemne esse inter nobiles audio; imo aliquãdo etiam ad alios defluere ritũ illum animaduerto: das sie auff Schwesterschafft oder bettzliche trew trincken, sed cauete, cauete inquam Virgines quotquot castitatem amatis, ne prætextu fraternitatum vos in sua retia pelliciant, fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps, & Sororculæ titulus breui negotio in titulum concubinæ conuerti potest. Quare principiis obsta, sero medicina paratur.

25. *Hic haustic[us] bibendi modus nonnullis aliquando circumstantiis variatur, desumptis aut ex subiecto recipiente potum: vel ex bibendi discrimine. Ille modo multoties* ex patinis, frustis carnium, abdominis & jusculi reliquiis illitis sorbentur potiones: vel ex pileis domesticis multoties peculiis plurimis obsitis hauriuntur: vel ex calceis, quos non raro impurus aliquis podicis filius ambedit, magnis singultibus, protenso gutture extrahuntur: Quid quod ex matulis cum ipsis vrinæ excrementis potum sumere quibusdam placet. Suibus ędepol magis, quam studiosis hic mos conueniens: & qui hoc faciunt non potiores sunt canibus ad vomitum redeuntibus, multisq; parasangis rusticum illum antecedunt, qui regestum in via mulsum pileo excepit secundamque sibi & familię suę mensam domum rediens extrinsecus inde fecit. Nec minus probabilis est eorum procacia, qui candelas iniiciunt poculis; scriptum enim est, *bibe quod est liquidum.* Quid de isto dicam lurcone, qui sex injectos in cántharum haleces salsos cum ipsa cereuisia proluere & integros deglutire potuit. Ego ipsi aliquid mollioris farturæ, quod spinas non continuisset, deuorandum porrexissem, quod ipsi conducibilius forsan, nec tanta in digerendo difficultas fuisset.

26. Exclamo quoties eorum mecum agito vesaniam, qui non contenti potu ipsa vitra simul vorant: expediret potius aliquid bellariorum à tergo vaccæ magnæ recenter excidentium ore excepisse, illudq; mandisse: sic enim & os & viscera extra omne arrosionis periculum posita forent. Vnde facile constat, posse quem huiusmodi insuetos & violentos bibendi modos, alio quantumuis præeunte, honeste recusare.

27. *Sed quid si sub honoris nostri discrimine admoneamur*, Bey Schelm schelten der es nicht nachthut? Nec tum quidem nos teneri autumo. Etenim quæ facta lædunt pietatem, & incolumitatem & cõtra bonos mores sunt, ne fieri quidem à nobis posse putandum. *l. 15. ff. de condit. instit.* nec malis moribus aperienda fenestra, sed potius purganda à corruptelis prouincia *l. 13. pr. de offic. præs.* Quin & quod in proprium corpus sæuire non liceat. *l. fin. §. 6. ff. de bon. eor. qui ant. sent.* cum nemo sit membrorum suorum dominus. *l. 13. ff. ad l. Aquil.*

28. *Ipse bibendi actus variatur multifariam.* Ego paucas allegabo circumstantias. Sic nonnullis placet, ore attollere vitrum. Alii citerius apprehendunt labrum, vt inclinato ad terram capite bibant: Quidam duo coniungunt pocula, & simul ebibunt. Reliqui non manu adiuuant, sed brachio innectũt poculum. Sunt qui ad frontem statuant vitrum, vt sensim per nasum veluti canalem in os defluat, ubi præ cæteris hi in signem mihi prærogatiuam habere videntur, qui bene nasuti sunt, ita vt inferius in curuaturam ad modum rostri psittaci nasus abeat.

29. Sunt alii qui propria nomina, propter gesticulationes & ceremonias adhibitas, bibitionibus indiderunt. Cuiusmodi sunt Cull, Murll Puff, cuius miræ sunt solennitates vel potius fantasiæ: Poculum latinum cui verba nonnulla cum quaternia propinatione adhibentur: Item Das Roeszlein verkauffen, dem vnbekandten bringẽ. Item sine Tuck, sine Schmuck, sine Bartwisch. De quo posteriori si roget quis: *An sine* Bartwisch *bibere queat, qui barbam non habet*? Respondetur id jure fieri non posse, priuatio enim præsupponit habitum. Quæ subtilitas tamen in foro non attenditur.

30. *Hactenus de poculis totaliter & continuus exhauriendis: modo dispiciamus de discontinuis haustibus, cuiusmodi est poculum Gratulatorium.* Der Willkomm, cuius vsus perquam familiaris est studiosis si quando nouum hospitem nonquam ante hac in Musæo visum accessisse videant, eidem cum prolixa præfatione capacissimum quod habent poculum in argumentum accessus longe gratissimi afferunt: *Quod num recte quis recusare possit, multoties quæritur?* Negatiua communiter obtinuit: Quilibet namque Monarcha est in suo Musæo, ac sic jus ferendi legem habet. *l. 1. de constit. pec.* Et quid laborabimus contra consuetudinem legis vim obtinentem. *l. 32. ff. de LL.* Vbi tamen semel quis huiusmodi honoratus poculo, denuo licet alio tempore redeat, non est conueniendus, nisi Musæum sit mutatum: quo facto, vt pote nouo acquisito territorio, nouis sanctionibus opus est, cum huiusmodi statuta sint localia, nec vltra protendantur. *l. fin. de jurisdict.*

31. Illud agitatum sæpius: *Si cui in primo accessu poculum non sit oblatum, an Dominus Musæi juri offerendi tacite videatur renunciasse, hospitẽq; necessitate bibendi liberasse?* Certe si ipsa intentio & scopus huius poculi attendatur, affirmandum illud plane videtur. Contrarium tamen vsu inualuit. Videtur enim dominos jus in commodius tempus sibi reseruasse: cum nec ea quæ meræ facultatis sunt, vllo tempore præscribi possint. *l. 2. de via publ.*

32. *Hucusq; de totalibus bibitionibus. succedunt partiales. Cum non totum sed pars tantum hauritur:* puta quando duo vel plures de vno vitro participant. Qualis est permagna illa humpa quam vocant das Roemisch Reich, cuius potentia non est exigua in prosternendis etiam viris fortissimis. Sic in inferioris Saxoniæ locis quatuor ex vno, & quidem pleno vino vel cereuisia repleto, cantharo bibunt: ita vt tres priores semel tantum bibant, quartus vero solus totum quod reliquum est exsiccet: quæ forma potandi vulgo nominatur den Fuchs schlepffen.

33. *Vnum hic admodum singularem notare modũ;* cuius praxis aurea est, quem obseruaui in aliqua bene constituta republica. Vidi in eadem mensa junctim per pares, non secus ac columbæ assolent, sedentes virgines & juuenes, vbi complicatis inuicem digitis annularibus, adsumptoque inferius per vtriusque manum simul poculo, junctisque velut rostris & hic & illa biberunt, & tandem osculo ceu sigillo apposito hanc societatem obsignarunt. Optandum esset vbique solennitatem hanc vsu valere, jurarem multo sapidiores red-

ditos iri potius; sed (proh dolor) imperitorum quorundam incuria in plerisq; curiis prorsus intercidit.

34. In hoc tractatu non omitto celebrem & vtilem articulum. *Quid faciendum, si omnes ex vno canthare bibant, vnique inter bibendum sternutatio obueniat?* (quod fieri videmus dum aliquãdo ipse liquor solito meatu relicto per nares in cantharum relabitur) Non iniquum arbitramur, vt ille solus totum quod reliquum est exhauriat, posteaque puero cantharum reluendum tradat, & sic peragatur in opere. Quamuis enim casus fortuitus nemini imputari debeat: si tamen ex præcedẽte culpa proueniat, præstandus venit, *l. 5. §. 7. ff. commod.* Quod in proposito casu accidisse euidenter patet: aut enim moderatius debuisset bibisse, aut maturius ore auulsisse.

35. *Sed si ille suas sordes sorbere nolit, deprecetque humillime?* Interest quidem Reipubl. pœnas suum sortiri exitum *l. sancimus. C. de pœn.* Putarem tamen ex æquitate hoc ei posse remitti, aliumque cantharum ad summum vsque repletum de nouo ebibendum tradi: Ignoscendum enim est ei qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum vult. *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sent.* maxime cum seueritas LL. cum aliquo benignitatis temperamento leniri debeat. *l. 11. in pr. ff. de pœn.*

36. FINIS & EFFECTVS *potationis est ipsa inebriatio.* Cuius modum expeditissimum plurimi desiderant, inque eo inueniendo autores variant. Extra controuersiam est vinum citius occupare cerebrum quam cereuisiam, quoque vtrumque melius sit, eo validiores esse operationes, sed in eo vertitur cardo; *Sensimne bibendum an cum impetu? Et si hoc; vtrum magnis quis vrgendus sit poculis an minoribus veluti suppungendus?* De hoc sic habere. Quæ cum impetu fluunt, plus quidem roboris habere, citiusque aliquod vacuum complere; cæterum si exitus inferior obturatus sit vel aliquantulum angustior, eodem cum impetu resurgunt & effluunt, quo infusa sunt. Exemplum sit infundibulum Lagenæ superimpositum per quod nisi sensim cereuisiam instilles, parũ lagena capiet, sed pleraque peribunt: sic qui magnis onerantur vasis stante pede ebibendis repleri quidem in tantum possunt, vt digito in os immisso potis sit purum attingere vinum: Verum dicto citius totum reiicitur, (caue sis ne è regione stes, ni velis salutari litera longa) & sic tota operatio frustranea est. Contra si minusculis poculis agatur illorum vim (vt Heroum est animus) strenuus flocci facit practicus, illaque vltro cum voluptate promouet, donec tandem hisce illecebris ita fascinetur, vt neque pes neque mens satis officium suum facere queat, vt ait Comicus.

37. Cum itaque omnes machinationes eo contendãt, vt quis ad extremam perducatur ebrietatẽ, varia strategemata, quib. hanc mentis alienationem euitare sperant, ab hospitibus excogitantur; & cum primis vicinorũ infidelitas, dum sua alijs obtrudant vitra, deprehenditur. *Quod num bona cõscientia quis facere possit quæro?* Si in contractibus naturaliter què circumuenire licet, vt licet. *l. 22. ff. Locat.* Quid causæ foret, quo minus hic idem dicamus, præsertim cum vigilantib. iura scripta sint. *l. 24. ff. quæ in fraud. cred.*

38. HVNC Finem cum assecuti sint hospites, mirificas res tractare incipiunt & omnia tumultuarie, ibi clamoribus & jubilationibus perstrepũt omnia. Nec desunt modulationes vocum, quibus tota domus personat, cuiusmodi sunt: Ich fuhr mich vbern Rhein, etc. Günstiger Herr vnd guter Freundt, etc. Nachbar Gott gebe euch ein guten Tag, Roeselein, etc. Bonum vinum post Martinum, etc. Wir haben ein Schiff mit Wein geladen, etc. He seth den Barkenmeyer wol an seine Mundt, etc. Der tolle Hut, etc. Ein hirsch sprang aus dem, etc. Es fuhr, es fuhr, es fuhr ein Bawr ins Holtz, Alde mit seinem Roeszlein, etc. Der Keutzel wol auff dem Zaune, etc. Was wollen wir singen, etc. Haenselein mein Briiderlein, *Bacchus nobiscum. Et cum suo dolio.* Et quæ sunt aliæ musicales voces. Prædictæ tamen cantilenæ coniunctis omnium vocibus decantantur: alias quoque promiscue singuli suas cantiones efformare & declamare solent, quod auditu perjocundum est.

39. Qua occasione placet dispicere: *An qui in conuiuio tacitus sedens reliquorum voces imitari non valet, præsumatur exinde nouus studiosus, vt pote qui nesciat ceremonias Academicas?* Neg. Nam etiam is qui plurimos annos in Academiis contriuit, ita se potuit literis abdidisse, vt perraro in huiusmodi sodalitia ipsi transeundi spacium reliquum fuerit: vel vtcunq; aliquando interfuerit, non tamen protinus cuncta obseruasse potuerit, omnium siquidem memoriam habere diuinitatis non humanitatis est. *l. 2. §. 14. C. de V. I. E.* Sic nec è contrario statim is præsumendus studiosus, qui in omnibus hisce decantandis strenuam coniungere potest operam: ipsi etenim Pennales subtiliores nonnũquam habent spiritus, & ea rimari possunt, quæ vel studiosis sunt incognita.

40. Non infrequenter quoq; sunt disputationũ certamina, ipso jam cooperante vino, juxta illud: *Cum bibo vinum, loquitur mea lingua Latinum,* Et *Fœcundi calices quem non fecere disertum.* Cum primis nouitii ferula scholastica recenter exẽpti admodum sibi placent, & barbã demulcent, si de Ente, & nõ Ente de Ente quidditatiuo & ejusdem notionibus primis & secundis, & affectionib. & quę huius farinæ alia mysteria Platonica sunt, futiliter (subtiliter puto) in conuiuio disceptare queant, putantq; hoc pacto omnium admiratione suspicionem Pennalismi declinare: nam quis stupendam hanc eruditionem in triuio natam vel mussitare auderet? Sed nescio qui fiat, nostri nimiũ oculati asinum sub exuuio Leonis delitescentem sine perspicillo conspicere possunt, adeo grauiter aduertunt. Hinc fit, vt horum disputatorum paralogismi aliquando solidissimis alapis resoluantur. Hoc vitio non solum Faixes isti infecti sunt, verum etiam ex ipsis studiosis nonnunquam reperire licet, qui admodum procliues sunt ad disputãdum, si vel tantillum occasionis præbeatur: Ibi si ad omnes audires cateruatim loquentes, Papinianos, Vlpianos, Martianos, Africanos, Julianos, & totam antiquitatem Juris consultorum: Nec tacent Neoterici, sed Donellum, Cuiacium, Fabrum viuos adesse dejerares. Bt. Bl. Jason procul ire jubentur. Mirum quanta congeries LL. quanta series rationum adducatur. Sed redeundo ad quæstionem, nõn sine periculo est, verbis experiri velle, vbi poculis res agenda venit: Vacuus venter bibit libenter, nec se verbis explere sinit. Et quid opus est verbis, vbi rerum, id est, poculorum testimonia adsunt: Quæ res adeo quosdam mouet, vt si verbis vincere nequeant, verbera substituant, vt multoties obseruatum memini. Et recte quidem quid Saulus inter Prophetas? Eo etenim intenti esse debemus, vt omnia fiant decenter in Republica & tempestiue, siquidem non omnia omnibus, & vbiq; cõueniunt. Qui disputare vult cathedram cõscendat, quo si peruentum est, multi qui aureos montes antea pollicebantur, magis silent quam pisces. Discite itaque frenum iniicere linguæ, & os continere vbi opus est, & vosmet seruate loco magis tempestiuo; non enim periculi quicquam suberit, licet eruditione prorsus intumescatis, quoad rumpantur ilia, aut vi tantæ copiæ dentes excutiantur.

41. Multi in more positum habent, vt aliquantulum inebriati continue rixas moueant. *Vnde quo remedio eorum procacia retundenda sit plurimi labora-*

runt

runt? Cōmuniter obtinuit, huiusmodi homini rixoso primo silentium imponēdum; si tacere nolit, minas esse addendas: quod si nec tum linguæ petulantia compesci posset, communibus impēsis bene delumbatum remittendum esse vnde venerit. Et hic procedendi modus juri conueniens est; malū namq; è populo tollendum, ne latius vagetur, cum constet vnam ouem scabiosam, totum posse inficere gregē. Nec hæc verberatio cum relegatione coniūcta ideo cuipiam rigorosa videri debet, quod nullus duplici pœna affici debeat, *arg. l. 14. ff. de offic. præs.* Nam præmonitio duplex delictum aggrauat. *l. 28. §. 3. ff. de pœn.* & jam tum consuetudinem delinquendi contraxisse præsumitur, qui admonitus non desistit. *l. 3. C. de Episc. audient.*

42. Plurimi bene poti excussionibus fenestrarū, omnisq; supellectilis dilacerationib. ecollisionibus delectantur: Quinimo clibanos dejectos & per fenestras ejectos accepimus. Quod Schoristæ in visitationibus Pennalium vt plurimum attentare solēt: aliquando adhuc inclemētius cum iis agunt, ipsasq; bibliothecas inuadunt, spoliant aut corrūpunt. Vnde existit dubitatio non leuis: *An huiusmodi damnū Pennali illatum sit compensandum?* *Scholistæ* communiter tenent quod non: quia quod ad jus studiosorū attinet, Pēnales pro nullis habentur. *l. Quod attinet. 32. ff. de R. I.* Sed velut ciuiliter mortui dicuntur. *l. antepen. d. t.* Serui etenim sunt studiosorum, & jussa eorum exequi coguntur. Eodem facere ajunt, quod Pēnalis editio monstrosa sit, nam cū natura studiosum facere voluit, aberrauerit, & Pennalem ediderit. Monstrum autem non pro homine. *l. 14. de stat. hom. l. ostentum. 38. de V. S. l. 3. C. de posth. hered. instit.* nedū pro studioso habeatur. Præterea hanc castigationem non malo animo, sed emendationis & instructionis gratia fieri dictitant, quæ non improbatur jure, *tit. C. de emend. propinq.* Studiosi enim sint veluti magistri Pennalium, in quos intentos eos esse oporteat, vt mores Academicos addiscant. Ea propter si vel oculus Pennali excutiatur, iniuriandi animo id non fieri præsumitur, sed animo disciplinandi. *l. 5. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. 28. §. 2. ff. de pæn.* Qui textus quamuis in eo illis obstare videatur, quod in fine subiiciatur, Aquiliam locum hic non habere: in promptu tamen habent responsionem: loqui illam legem de illis discipulis, qui sunt tractabiles, quod videlicet huiusmodi violenta remedia, in eorum instructione non sint adsumenda. At cum Pennalis sit duræ & pertinacis ceruicis, duriore quoq. cuneo opus esse, & nō pectinem sed strigilem esse adhibendam. *Verum vt enimq.* speciose hæc ita dicantur, contrarium tamen in puncto juris verius est, nec difficile esset, nisi breuitatis studium dissuaderet, ad allata fundd. respondere. Tota autem quæstio inde decisionem capere posse videtur, vt eo ster, *An Pennalis gaudeat priuilegio studiosorum?* Quod superius quidem negatur; Dd. tamen communi calculo in *Auth. Habita C. Ne fil. pro patre.* affirmatur: nulla siquidem distinctio in *d. auth.* adhibetur. Ergo nec nostrum erit eam textui adfingere. *l. de pretio. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. 1. ff. de prestand. leg.* Sed potius ratio, qua mouetur Imper. æq; in illis, qui nouiter ad Academias adspirant, quā reliquis qui canitiem in Academiis contraxerunt, conuenit. Quare igitur eos à dispositione huius juris excludemus, *l. 32. ad l. Aquil.* Et hoc quidem in tansum verum esse aiunt, vt etiam ad eum, qui primum ad Academiam proficiscitur, licet eam non attigerit *d. auth.* porrigendam statuant: Imo quod majus est, alii, in Gymnasiis, Cæsareis priuilegiis non donatis, delitescentibus hæc priuilegia attribuunt. Vtut sit, siue *d. auth.* eos comprehendat siue non, huiusmodi damnum datum rependendum est ex juris communis dispositione, quam si quis ad Pennales pertinere neget, nę is album à nigro distare negabit. Sed hæc est communis Theorica. In praxi quidem misceri isti Pennales (vt est genus timidum) frendore dentium & minis facile absterrentur, ne jus suum prosequantur, qui si tamen rem ad magistratum deferre ausi fuerint, non impunita abit hæc Schoristatum violentia.

43. Mirum est in tanto ebrietatis gurgite omnē extinguente rationis & memoriæ vsum, nihilominus sanas cogitationes suscipi posse, quod tamen a nostris religiosissime fieri videmus, dum nō immemores tractationis oblatæ, ipsos bolos & potus eructant, & hospiti vice compensationis reddunt, Dubitari itaq; possit, *An hæc regestio in mulierum præsentia facta aliquam turpitudinem sapiat?* Communis opinio est quod non; illud siquidem sit consequens necessarium, quod prouideri nequeat. Vnde tantum abest, vt hospites ei succensēāt, vt potius summe sibi gratulentur, triumphantes de tanta obtēta victoria. Quinimo allata aqua jubēt mundare os, & nihilo secius examen continuare. Contrariū tamen ex jure eruere forsan haud foret difficile, sed periculosum nimis est, contra communem aliquid audere tentare.

44. Qua stante sententia. *Si in præsentia virginum iste vomitus fiat, an ne tunc aliquid dedecoris secū trahit?* Maxime, & ita quotidie practicatur. Quod multi non sine dolore experti sunt, hoc ipso omni Amasiarum gratia ęxuti. Imo audio quempiam ab assidente virgine quam perdite amarat, suem appellatum, & manibus pedibusq; de mensa esse deiectum, quamuis nullam conclauis partem commaculauerat, sed omnia in proprium pileum ori obditum rejecerat. Quod tamen durum nimis, cum quilibet sit rerum suarum moderator & arbiter. *l. 21. C. Mandat.* Sed ita stylus curiæ obseruat.

45. Non minus in eo desudatum est: *Numne quis in medio virginum residēs saluo honore suo ad vrinā reddendam exsurgere queat?* Quidam admodum inuerecundum id esse existimant, & ob id in varia inquirūt remedia vrinam suspendentia. Alii, quibus de iis remediis nihil constat, ipsam naturam coercendo vrinam reprimunt, vsque dum lachrimæ ex oculis prorumpant. Audiui elegantem de quodam juuene historiam, qui in conuiuio virginum gregi associatus, & vndiquaq; adeo impense poculis impetitus est, vt breui tempore ad vrinam reddendam natura instigauerit. At ille impudicum existimans cito surgere, viam inuenit pudoris saluādi, ac feretrum suum fortiter intensum in ocreas quibus tunc temporis vtebantur ad ventrem vsq; porrectas (Eques enim incesserat) immisit in vrinæ reddendę gratia. Quod dum agit, Ecce in felici è regione à virgine poculum offertur, cuius cum suscipiendi causa surgit, prorumpit nequam ille sub mensa latitans, seq; in ipsas virginum facies effundit, quæ viso hoc monstro, elatis vocibus Conclamarunt, non secus ac Anseres ta, ta, ta, quid hoc est, Perpendite quęso quid cordis fuerit ipsi misero. Ne igitur de nobis eadem ludatur fabula, nolite vsq; adeo esse meticulosi, vt vereamini op• reddere naturæ, quod nec ipsæ virgines, licet admodum velint esse subtiles, per sudorem emittere possunt. Et licet illud aliquibus videatur inciuile: melius tamen est occurrere in tempore, quam post vulneratam causam remedium quærere, *l. t. Quando liceat. se vn. sin. jud.* Si ille in tempore surrexisset, non tantam ignominiam contraxisset.

46. Sed redeundo ad vomitum: Illud non sine litigio esse deprehendo: *Verum is qui euomendo alterius faciem vel vestes conspurcauit iniuriarum aut L. Aquil. actione conueniri queat?* Neg. Quia voluntas & propositum maleficia distinguunt. *l. 53 ff. De furt.* Hic vero delinquendi animum non habuit, cum necessitate cōpulsus reboantes emittere coactus fuerit,

rit, nisi dentes labefactare mallet. In necessitatibus autem nemo præsumitur esse liberalis. *l. 18. De admi. leg.* Hoc facit quod quilibet debeat esse gnarus conditionis eius cum quo versatur. *l. 2 §. 45. De O. I. l. 19 ff. De R. I.* Si itaque in loco huiusmodi exercitiis destinato incuria sua quis lædatur, sibi illud imputare debet. *arg. § 3. Inst. Ad L. Aquil.*

47. Quoniam superius in virgines incidimus, memoranda hic tractanda venit Quæstio: *Satis ne tutum sit Virgines interesse huiusmodi conuersationibus?* Ædepol quia tūc incertarum solemus esse manuum, easque sursum versum in omnes angulos inserere in more habeamus, & frequenter tanquam oues erramus, præsertim si lumina, (quod contingere in procliui est) intercidant: suaderem ne nimium fiderent, latet enim anguis in herba, quæ si cuspidem alicubi figat, venenum expuit immedicabile, quo sumpto adeo intumescunt puellæ, vt nullum Emplastrum, licet vim habeat maxime attrahentem, tumorem istum extrahere valeat, (non loquor de illis quæ Passavicani tenent artem, seq; contra omnes ictus præmunire norunt) Cogitent quoque optime istæ Galatheæ, quam periculosa res sit Virginitas, cum eam osculo delambari tradant *De adl. 10. C. de donat. ant. nupt. per text. illum.* Perpendant insuper & accuratius aliquanto examinent durissimum illud pontificis præsagium *in c. si Paulus causa 32 q. 5* Ne Deum quidem corruptam virginem resuscitare posse: A quo nō procul abest *Imp. in l. vn. C. de rapt. virg.* Quæ singula non sine graui consilio quibusdam in mentem venisse suspicor, quæ cum mordicus se suamque salutem defendere voluerunt, indignantes in hasce erupisse inuectiuas & defensiuas voces perhibentur: sine me indetonsam: Manum de tabula: Desine, quod quæris non inuenies: Domine quot sunt venti: vel vt Neotericæ, Hui eo ne aspiras? Bey leibe nicht, Ach Wie koendt einer doch, hoeren auff, lassens bleiben, jetzt oder noch ehe, ist der Herr auch hoenisch, Diese Woche nit, Meint jhr das ich ein Hure bin, vor Wen sehet jhr mich an, len mich gehn, & q̄ sunt huiusmodi indignandi formulæ aliæ.

48. Oportune hic quæritur. *An is qui hoc pacto manum in virginis sinum voluit immittere, iniuriarum possit conueniri?* Equidem si nuda appellatio, id est, blanda solum oratione pudicitiam adtemptare, iniuriam infert, vt infert. *l. 15. § 19. 20 22 ff. De iniur.* quis negabit, si quis ad rem velit progredi iniuriarum nasci actionem? Domus nostra per vim introita *l. 23. ff. d. t.* aut effracta *l. 55 pr. ff. de furt.* grauissimæ & atrocissimæ iniuriæ exemplar est: Tunc ipsius virginitatis violatis repagulis nihil iniuriosum committi adseres! Fores & fenestræ restaurari possunt, sed hæc claustra semel illita nulla arte fabrili refici possunt. *d. l. vn. C. de rapt. virg.*

49. *At quid si viderit alium, cui fas non fuerat, submittentem manum, cui virgo indignata non fuit, ipseq; idem attentet, num iniuriarum actio locum habebit!* Hanc Quæstionem non expresse reperio decisam: aliquid tamen si liceret coniectari, dicerem, dissimulatum prius factum iniuriosum præsumptionem inferre pudicitiæ læsæ, & sic locum non esse persecutioni iniuriarum: Idque ex mente *I Cti in l. 15. §. sed si quis 15 de iniur.* Vbi si quis virginē meretricio habitu indutam appellet: eum non peccare dicitur. Quod si habitus aliquam suspectam faciat (quam dicunt Dd. rationē ibi fuisse, quod ex pennis cognoscitur auis) quanto magis ipsa morum lasciuia aliquam libidinis arguet.

50. Prædicta austeritas in aliquibus non reperitur, sed se aliquantulū tractabiliores præbent. Quod si nostri olfaciūt, duo simul, si non plures manus ad tabulam admouere nō erubescunt: Vnde illud quāduquidem auditur: Ehem hiccine cōuenimus? adeo sēper simplices istæ puellę suas sentiunt vexationes.

51. At quid mirum Virginibus hæc vsu venire inter pocula, cum ne ancillis quidem tunc temporis satis cautum esse praxis mōstret. Constat enim quosdam bene potos post ancillas sese in cellas præcipitasse, requiemque quæsiuisse, aliquando quoq; eandem inuenisse: Imo in ipsas vetulas quosdam irruisse, easdemque mordicus delambisse vsus monstrat. Quod si fuligo coquæ, si rugæ vetulæ, ab hoc furore juuenes auertere nequeant, quis virgines tanquam venustiores formas extra omnem periculi aleā positas fideiubebit! cum alias natura appetat optima, semperque deproperet edere nouas formas. *2. FF. 24. § 2.* Qui instinctus solet esse incorrigibilis. *§. sed naturalia Inst. De I. N. G. & C.*

52. Desuper & hoc virgines ab hac conuersatione deterrere debet, quod si forsan aliquid furiosi patiantur, eo nomine actio tamen nulla jure sit prodita. Scriptum namque est, qui amat periculum peribit in eo: Et damnum quod quis sua culpa sentit, non videtur sentire. *l. quod quis 203. ff. De R. I.* Cui accedit & hoc, quod omne maleficium ex affectu delinquendi metiamur. *l. 53. pr ff. De furt.* At Ebrius nullum delinquendi affectum habere queat cū imperu ad delinquendum impellatur. *l. 11. § 2. De pœn.* Indeque furioso comparetur. *l. un. C. si quis imper. maled.* qui ex delicto non punitur. *l. 14. De offic. præs.*

53. *Vlterius despicere placet, posito: Virginem solam een noctnam interesse congregationi aliquot iuuenum,* (Quod alias satis periculosum, cum communio discordias excitet. *l. 77. § 20. in f. De legat. 2.* Quod singuli in eam inuolare, primasque tenere satagant) *cui sit ad latus ponenda?* Arbitramur quandoquidem senect⁹ venerāda est. *l. 5 pr ff De iur. immunit.* Ac propter hoc senior juniori præfertur, *l fin. De Fin. instr.* Merito & hoc loco cū quadā prærogatiua gaudere.

54. *At quid si virgo juniori potius faueat, & nonnullis notis, puta oculorum nictu, calcatione pedum, cōpressione manuum (prout facere solent) aut aliis inditiis suum affectum exprimat?* Ne sic quidē juniori fas esse seniorem cedere existimo. Hoc siquidem est juris publici, cui priuatorum pacta & cōuentiones derogare non possunt. *l. ius publ. 38. ff. De pact.* Sed omne quod in fraudē eius tētatur in vanū est. *l. 5. C. De L L.*

55. *Verum si quis è junioribus inamoratus sit erga Virginem? Disting.* An inamoratio sit vulgaris aut matrimonialis, vt hoc casu propter fauorem matrimonii, quod ipsam immortalitatem generi humano artificiose videtur introducere. *N. 22. pr.* proximus juxta virginem sit statuendus: Et hoc propter vitandam Zelotypiam, quæ facile fundamentum & ortū suum capere potest, si Amasia nostra alteri adiungatur, qui ei adblandiatur, cumque ea ludat & jocetur: Illo vero casu nihil relaxandum est de jure scripto, nolente volente quantumuis virgine. Nec hoc iniquum est, cum potuit virgo abire, & postmodum illum quem amat secreto ad se vocare, illumque ad satietatem vsque delambere, imo vlterius quoque progredi ei integrum est.

56 *Sed quid si omnes sint eiusdem ætatis?* forte rem dirimendam esse censemus, quæ omnium altercationi finis esse solet. *l. 3. pr. C. Communia de legat. §. optionis 23. Instit. De legat.*

57. Festiuum huc referre lubet dubium: *Verumne studiosus post fornacem vel in angulo aliquo cum Virgine tacitus stans præsumatur rem illicitam agere?* Neg. Clericus enim amplectens Virginem benedicendi animo hoc facere putatur *gloss. in c. absit. 14. 11. q 3. per c. scr. pturis. distinct. 96.* sed dixerunt alii non præsumi eos orare pater noster. Quare à tali benedictione libera nos domine.

58. *Fina-*

58. *Finaliter & hoc adiicere visum est: Quandoqui sem plurimos inter ipsa pocula admodum in somnū proclines esse comperimus sit ne consultum vt Dominus hic iis indulgeat, eosque apud se pernoctare faciat?* Dissuadeo totus in insequente die conuiuium velit renouarum: Nemo enim facile tam inciuilis est, qui surgente sole nihil aromatis aut aquæ distillatitiæ vel aliud quippiam jentaculi, stomachi difficultatem propellendi causa, hospitibus suis offerat. Quinimo ipsi sæpiuscule hospites dominum anteuertunt optantes vel vnicam halecis salsi particulam, aut farciminis tosti vlnam vnam atque alteram suspirantes, simileue quid oblectamenti digito crepantes; alii intolerabilem fingunt sitim, quæ linguam ori adhærere faciat; Quærunt itaque sollicite nihilne hesternæ potionis sit reliquum? Illud qualecunque sit, sibi porrigi prius expetunt, quam vt longiuscuiusmodi siti torqueantur: Quid faciet dominus; Pudor admonet aliquid largiri, in Demeæ Terentiani tenacitatem sibi obiici velit. Quod si faciat; nullis machinis toto illo die eos à se poterit dimouere; sed laudant liberalitatem domini & bonitatem potius mirantur, deierantes se nunquam credidisse post tantam crapulā tam belle omnia stomacho conuenire. Quare hortantur inuicem, vt strenuam nauent operam, ac sub honoris amittendi periculo bey Schelm Schelte se inuicē constringunt, ne quis primus abeat. Et sic & hæc lux transit non sine crumenæ insigni iactura, Cauete itaq; cautius mercari. *l 2 C. De Furt.*

59. *Reges quid postero die Bachi solennibus peractis nostri faciant?* Quisve eius sit animus? Stertunt in multum diem, postea expergefacti caput dolet, estque turbidum, graue & ad quælibet ineptum: Oculi sunt caui, rubicundi & velut nebula obducti, Os est impurum atque sordidum, obsitumque circumcirca buccellis pridianum vomitum redolentibus: Vestes sunt laceratæ & sordibus conspurcatæ vndique, non aliter atque sus per obscœnissimas sese volutasset paludes. Recubantes ita in lecto per horæ dimidium aut amplius aliquid, ruminant prioris acta diei, si habeant cum quo colloquantur, reuocant sibi vterque ad mentem, quid acciderit, quæ faceuæ conditæ, & quam egregios & fortes in bibēdo sese quilibet exhibuerit, palmam qui obtinuit, ei laudes attribuunt amplissimas. Is cuius impensis hæc omnia facta sunt, eadem secum recolligit, gestitq; hospites suos tā egregie ebrios abiisse. Aliquādo tamen non adeo frons est exporrectæ & hilaris; sed surgens & Musarum intrans, videns omnia depopulata, Cornelium suspirat. Ibi cubito aliquantulum capite suffulto meditatur, quibus mediis hāc lacunam rationum paternarum explere velit adductusque rationibus dubitandi, & decidendi, concludit tandem fucum faciendum esse patri, & in Medicos, pharmacopolas, vel libros, basce expēsas factas dicendum. Inuento ex re consilio discutiuntur frontis rugæ & dissimulatur, quamvis adhuc aliquid ægritudinis inhæreat: Idque propter aliorum vexationes, quę solent esse certissimæ, si quempiam videant Cornelizantem. Hoc toto die nec feritur nec meritur, sed vel luditur, vel animi causa extra portam itur; tertio demum die ad musas reditur. Nemo itaque ad potationes accedat, qui biduum impendere nolit. Hoc propter eos moneo quibus properanter aliquid elaborandum est. Nam qui vult antecedens, velle etiam dicitur consequens. *l. 56. ff. de proc.*

Hæc hic hoc tempore posuisse sufficiant. Cum autem teste Cic. nihil sit simul perfectum & inuentum, sicque secundum Imp. *in l. 1. §. 6. C. De V. I. E.* qui subtiliter factum emendat, laudabilior sit eo, qui primus inuenit: Itaq; ea publicæ censuræ submitto, & super erratis veniam deprecor, tandem addendi, minuendi & corrigendi facultatem mihi reseruo.

COROLLARIA.

An cochleatio, quæ fit inter pocula, inducat speciem studiosi probationem amoris?

Vlgus hominum in amorem & quidem maritalem hoc interpretatur: dicunt enim. Er hat mit jhr gelöffelt, Ergo ist er jhr Schatz. Sed perperam, Etenim quæstio illa seu interpretatio cum facti sit, quæ etiam prudentissimos fallat, *l. 2 ff. De I. & f. ignor.* certi aliquid determinare non licet: variatur siquidem secundum circumstantias, quæ etiam minima aliud ius includere solet: *l. aut facta ff. De pœn. l pedius. § 1 ff. De Incend. ruin. nauf* Praxis hoc monstrat, quod sæpissime studiosi inter pocula virginib. volentibus oscula eiam columbarū dederint, quas sequenti die ne aspectu quidem dignati sunt. Confirmat hanc sententiam *th 14 disput* Von der Leffeley, Gar selten geschicht es, das diß Gifft ins Hertz dringet, darumb bleibet es am meisten aussen an der Leber, Arm, Munde, Zunge vnd Augen kleben. Item Corollar. 1. *illius disput.* Es ist nicht noetig dass aus einer Leffeley fiugs Hochzeit werde. Ino pro insulso haberetur studiosus & contra legis autoritatem peccaret, qui amorem à virgine præsentatum aspernaretur, quo ipse aliquando vti frui desiderat. *tt. ff. Quod quisq, iur in alt stat. vt ips.* Dicendum igitur cum ipsa natura quandam cognationem inter nos constituat: quę nihil aliud est, quam naturalis omnium hominum cognatio *l 3 ff. D. I. & I* (*De qua Cic. in off.* grauiter disserit.) Cochleationem talem ex misericordia potius & ope te charitatis quam ex singulari & ardenti amore proficisci.

2. Cum nihil sit furore amoris vehementius, quem retinere perfectæ est philosophiæ, monenus etiam & insilientem atque inhærentem concupiscētiam refrenantius, vt inquit Imp. Iustin. in *Nouell 74. c. 4.* Occasione huius quæritur,

An Virgo, quæ ex vehementi amore capta, amanti copiam sui facit, meretrix sit turpis aut infamis e peccet?

Neganti Menochio J.C. eminētissimo. *lib 2. A I. Q. Cas 128 n. 3.* subscribim⁹. Meretrix n. ista dic itur, quæ quæstū meretur. *l. Athletas. §. ait Prætor ff. De his qui not. infa. l palā § non est ff. D R I.* quæ multorū libidini patet. *dist 34. c. 36. vidua.* Item quib. publice venalis est turpitudo. *c. meretrices. 32. q 4.* At nostra virgo non meretur quæstum: sed amoris vi, quæ igni etiam fortior, coacta, vni soli amanti copiam facit. Quæ a. coacta se prostituit, meretrix non est, sed immolatæ existimatiorus, *l. fœdiss. 20. & C. ad L. Iul de Adult. 3.* Qui superioris mandato obedimit, culpa caret. *l. is damnum 169 ff. D. R. I.* At amore capta est amoris sui serua: Ita enim inquit Propert. Libertas quoniam jam nulli restat amanti: Nullus liber erit, si quis amare volet. 4. probatur ex *d. N. 74. c 4.* Amorē esse furoris speciem. Quod & *Plat in Phed confirmat.* At furiosus non delinquit. *l 12. ff ad l Corn de sic.* Ergo nec virgo, quæ amore capta furiosa est. *arg. d. Nou 74. c. 4.* Denique accedit quod concubinatus de jure ciuili sit licitus. *c. 1 ff. De concub* ex qua coniunctione nascitur filius naturalis qui per subsequēs matrimonium legitimarus à reliquis justis filiis non differt, & easdem cum iis successiones habet. *N 89. c. 8.* in tantum vt etiam in feudis succedat. *Gail. 2. obs. 141.* At vulgo quæsitus, qui spurius dicitur, infamis est, nec mater præsertim illustris, ad successionem eius admittitur. *l. 5 C. Ad SC* Orfitian. Concludendum igitur, cum Imp. Iustin. multa beneficia muliebribus propter sexus infirmitatem & consilii incertitudinem concessa esse, arg. prædictorum jurium: hoc in casu infamiam mulieri non conmittam. Beneficia enim Imperat. quæ à diuina scilicet eius indulgētia proficiscuntur quam plenissime interpretari debemus. *l. 3. ff. De constitut. Imp.*

GRVN-

GRVNNII PORCELLI TESTAMENTVM.

De hoc Hieronymus in proœmio IIX libri in Eſaiam; Teſtamentum, inquit, Grunnii Corocottæ Porcelli decantabant in Scholis agmina puerorum cacchinnantium.

M. Grunnius Corocutta Porcellus teſtamentum fecit: quod quoniam manu mea ſcribere non potui, ſcribendum dictaui. Magirus Cocus dixit: Veni huc euerſor domi; ſoliuertor fugitiue Porcelle: ego hodie tibi vitam adimo. Corocotta Porcellus dixit: Si qua feci, ſi qua peccaui, ſi qua vaſcula pedibus meis confregi, rogo domine Coce; veniam peto, roganti concede. Magirus Cocus dixit: Tranſi puer, adfer mihi de culina cultrum; vt hunc Porcellum faciam cruentum. Porcellus comprehenditur à famulis, ductus ſub die XVI. Cal. Lucerninas, vbi habundant Cymæ, Clybanaro & Pipetato Coſſ. & vt vidit ſe moriturum eſſe, horæ ſpatium petit; cocum rogatur, vt teſtamentum facere poſſet. Inclamauit ad ſe ſuos Parentes, vt de cibariis ſuis aliquid dimitteret eis, qui ait: Patri meo Verrino Lardino, do, lego, dari glandis modios XXX & matri meæ Veturinæ Scrofæ, do, lego, dari Laconicæ ſiliginis modios XL. & ſorori meę. Quirinæ, in cuius votum intereſſe non potui, do, lego, dari hordei modios XXX. & de meis viſceribus dabo, donabo, Sutoribus ſetas, Rixatoribus capitinnas; ſurdis auriculas, cauſidicis & verboſis linguam; bubularis inteſtina; eſiciariis ſemora; mulieribus lumbulos; pueris veſicam; puellis caudam; cynedis muſculos; curſoribus & venatoribus talos; latronibus vngulas: & nec nominando Coco, do, lego, ac dimitto popum & piſtillum, quæ mecum detuleram à querceto vſque ad haram: liget ſibi collum de reſte. Volo mihi fieri monumentum ex literis aureis ſcriptum: M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLVS VIXIT ANNOS DCCCC XCVIII. QVOD SI SEMIS VIXISSET, MILLE ANNOS IMPLESSET. Optimi amatores mei, vel conſules vitæ, rogo vt vos corpori meo benefaciatis: bene condiatis; de bonis condimentis nuclei, piperis & mellis; vt nomen meum in ſempiternum nominetur. Mei Domini & conſobrini mei, qui huic meo teſtamento interfuiſtis, jubete ſignari.

Lucanicus	ſignauit
Tergillus	ſign.
Nupnalicus	ſign.
Celſanus	ſign.
Lardio	ſign.
Offellicus	ſign.
Cymatus	ſign.

Eiuſdem pene farinæ eſt TESTAMENTVM SERGII POLENSIS PARASITI.

Viatores, ciues optimi, vel aduenæ, ſiue bini ſiue ſinguli inceditis, ſiue turmatim, quod magis erit grauæ, ubi firmate greſſum: nec miremini, ſi moranum aliquantiſper. Dicaculus equidem fui, ſuccinctus ſermo dari vobis non poteſt: & juuat vóbiſcum eſſe; vt juuit ſemper, & quiui ab ore meo pédulos detinere. Saxum hoc v... vocat. Quid inquam? vt viuus aſſueui prudens imprudens, mortuus item vos fallo. Nam non vos vocat quod vocat ure: verum is, quo ius cinis hic latet: olim quomodo potuit, nunc huc vus vocari voluit, valuitque. Hæc olim ſua volunt s, volentis vos legere hoc ſcriptum: vah, quid loquor? immo ſculptum: Quam ægre veritas adhuc ſe mecum conciliat? nam neque hic atramentum, vel papyrus, aut membrana vlla, ſed malleolo & celte litteratus ſilex, ſilens adhuc. Quid hic latet, quod ego efferre & effari geſtio? SERGIVS POLENSIS PARASITVS, HISTRIO, VESTER FESTIVISSIMVS HIC CVBO. Hoc vnum quidem tandem ſponte dictum, verum eſt: ſi quis dubitat, hanc olfaciat humum. Olet enim temetum, & florem vini veteris; quo ſatur ſatis viuens vixi. At ſi vixi vitam, tam vobis gratam, quam notam vrbi & orbi; non minus munus à vobis impetrem oportet. Adeſte mihi, & fauete; edictoque huic vos ſubſcribite, & obſignate. Si quis ſibi veſicam onuſtam ſenſerit, domum ſuam onus hoc reportet in cloacam: ſi vero feſtinans fuerit, citerior vel vlterior hoc loco pro religione ſe euacuet. Qui non paruerit, hæc mulcta illi eſto, TESTE ALTERO CAREAT. Canes quoque cæſi fuſtibus & ſaxis edictum hoc ſentiant. Adfuiſtis, fauiſtis, obſignaſtis, teneo, jam vos riſum dare. Sitio, ſentio; dictum volui eſſe. Quid hoc eſt, quod tam faciliter iſthuc procedit veritas? Hac profecto contagione mei ſint ipſa, quæ tam & mihi ipſi ſupparaſitatur; quam vltro potu inuocata aduenit. Nunc ſi vrbani perhiberi vultis, & veritati ſupparaſitanti, & horrenti cineri, cantharo piaculum feſtinate: poſt valete; abite in rem veſtram viatores optimi, his nugis, truſis, ambagibuſque, meis condonate poſthumis.

JO. ANTONII FLAMINII

Ad Sodales quos ad dandam Genio operam inuitat.

Horrida ſæuit hyems: large præbenda Sodales
Ponite in arſuro ligna cremanda foco.
Cernite quam Boreas Arctois concitus oris
Irruat in medium pronus ab axe diem.
Cernite, quam grauibus tellus ſit operta pruinis,
Quam rigido glacies ſtrinxerit arua gelu.
Vritur apricis in collibus herba; decuſq;
Exuit: in ſtabulis deliteт omne pecus:
Nec variis volucres concentibus æthera mulcent:
Nec duram ſcindit curuus arator humum.
Nec quamuis animi fidens, mare nauita tentat;
Cærulea vaſtum nec trabe ſulcat iter.
Ima petunt curui, nec ſe delphines in auras
Tollunt, nec ſummo gurgite monſtra natant.
Quin etiam rapidi curſus frænantur aquarum,
Fluminaque ingenti frigore victa rigent.
Victa riget Sperchi, Ledeaque Phaſidis vnda;
Iſter, & auriferi lucida arena Tagi.
Quique iterum ardentes optaret cernere ripas
Xanthus & Eurotas Lauriger, & Simois:
Quæque ſuper fuerant vndis tot ab igne crematis,
Oſtia ſunt glacie quinque coacta Padi.
Heliadum lachrymæ ceſſarunt: humor in haſit,
Nec Phaetonteis fluminis auget aquas.
Verrebat paruo piſcator ſtagna Phaſelo;
Protinus eſt mediis cymba retenta vadis.

Et

Et captus pariter hic capto pisce resedit:
Raptoremq; suum præda iocosa tenet.
Ergo agite. & larga vulcania munera sylua
Congerite, & multo splendeat igne focus:
Et genium curate simul, curate sodales;
Tuq; puer trimi pocula prome meri.
Sic tetricos motus. sic & mala frigora mecum,
Strymona, & ad gelidos vsque fugate Getas.

IOACHIMI BELLAII.

Ad Gordium, vt lætus viuat.

IAm mea cygneis sparguntur tempora plumis,
Inficit & flauas cana senecta comas.
Sic nobis perit ante diem decus omne iuuentæ,
Et faciunt septem lustra peracta senem.
Quis DEVS hoc Gordi? num formam vertit Apollo,
Et cygnum vatem sic iubet esse suum?
Non adeo feruet nostro sub pectore phœbus:
Nec tantum nobis temporis est vacui:
Vt liceat dulces Musarum exprimere fœtus,
Et procul à curis otia longa sequi.
Quid causa est igitur? læti num copia Bacchi,
An potius causam me facit ipsa Venus?
Neutrum horũ in causa est. Nam quæ mihi cura Lyæi,
Quæue potest misero blanda placere Venus!
Hoc faciunt curæ, quæ me noctesque diesq;
Perpetuis angunt solicitudinibus.
Hinc mihi canities Gordi & properata senectus;
Hinc iuuenis frontem ruga senilis arat.
Viue igitur lætus; ne te quoque noxia cura
Efficiat cygnum, qui modo coruus eras.

MAXÆMYLIANI VRIENTII LVDVS POETICVS.

DOcta Trias veneranda Trias, Trias aurea, Neelsi,
Cum patre Runschueldo, Bachersoq; patre,
Egregii saluete viri. Sic Phœbus Apollo,
Sic Bacchus pater, & Musa iocosa iubet
Hic lauru hic thyrso, cythara illa insignis eburnea,
Vos duce Ianssenio visere, læta Trias.
Scilicet vt structis celebres conuiuia mensis,
Cum dape, cumq; mero cum sale cumque ioco.
Hæc sit, & hic regnum statuat sibi lege perenni
Læta hominumq; Trias, læta Deumq; Trias.
Quare age, quod Musis, bene quod sit Phœbo & Iaccho,
Quod mihi & Harduyno Iansenioq; bene;
Da mihi serta puer, da vina, grauemq; trientem,
Da nardum & plenis funde merum cyathis,
Funde tribus Triadem iuuat exhilarare culullis:
Quis scit, an hæc iterum sit socianda Trias?
Vita fugit, celeres deuoluunt stamina Parcæ:
Ergo viuamus dum fluit hora breuis.
Sed nunc & vini & satis est dapis atq; leporum,
Nox ruit, & somnos sidera prona volunt.
Ite domum madidi venit Hesperus; ite Poetæ:
Claudere iam riuos, et ludere claustra decet.
Claudere sic fas est simul hinc simul imus, abimus.
Bella Trias salue salue & amicia vale.

PARODIÆ HENRICI STEPHANI, DE MORTE EBRIOSISSIMI CVIusdam iuuenis ex parodiis moralibus eiusdem.

LVgete ò calices capedinesque,
Et quantum est hominum bibaciorum!
Vester mortuus est sodalis ille,
Quem plus quisque oculis suis amabat.
Nam rex vester erat, suumque norat
Bacchum tam bene quam puella matrem:
Nec sese a Promio suo mouebat,
Sed circumspiciens modo hinc, modo illuc,
Ad sola illius arma gestiebat,
Qui nunc it per iter siticulosum,
Illuc, vina negant vbi videri.
At vobis bene sit, bonæ tenebræ
Orci, quæ hæc cito monstra deuoratis:
Tam fœdum barathrum meri abstulistis.
O factum bene! ô bonæ tenebræ!
Vestra nunc opera improbo bibonis
Vini pernicie haud rubent ocelli.

JOAN. GIGANTIS LAVS BACCHI.

NOn temere toto Bacchus celebratur in orbe:
Plurima conuiuis commoda Bacchus habet.
Verum aperit Bacchus curas sepelitque fugatque;
Corpora iucundo Lassa sopore fouet.
Producit vatem producit rhetora Bacchus:
Bacchus amat firmo fœdus amicitia.
Auditum surdis, lumen dat lumine captis:
Veloci claudos efficit ire pede.
Loripedum rectum, mutum iubet esse disertum.
Spem facit & fortem quemlibet esse iubet.
Adde etiam; cuius medicamina prompta dolori
Præbet, & exangues arma mouere iubet.

DESIDER. ERASMI ROT. EPITA: SCVRRVLÆ TEMVLENTI.

PAx sit viator, tacitus hos legas versus:
Vt sacra verba mussitant sacerdotes.
Ne mihi suauem strepitus auferat somnum,
Repetatq; vigiles illico sitis fauces.
Nam scurrula hocce sterto conditus Saxo:
Quondam ille magni clarus Enii mystes;
Vt qui bis octo lustra perbibi tota:
Oculus profundus, deinde somnus obrepsit,
Vt sit benigno, membra cum madent Baccho.
Atque ita peractis suauiter bonis annis,
Idem bibendi finis atq; viuendi
Fuit: sed etiam me aliquis ebrium credat,
Aut somniare, qui ista dormiens dicam.
Vale viator, iam silenter abscede.

CORNELII SCHONÆI GOVDANI IN POLYCANTHARVM Carmen iocosum.

SI mirere sitis quare Polycanthare vexet
Perpetua fauces ariditate tuas:
Et cupis occultam morbi cognoscere causam:
Ignarus tanti quæ sit origo mali:
Attento nostros hos perlege pectore versus.
Indicio fiet res tibi nota meo.
Nuper apud Pauium dum tu conuiuia vocatus,
Ex orbes liquido cymbia plena mero:

Ex templo positis succedunt gaudia curis,
Exporrecta tuo fronsque colore nitet.
Mox vini feruore calens, & percitus œstro,
Ingenio gaudes liberiore frui.
Tunc tua de magnis mens disserit ebria rebus,
Et grauibus nectit lemmata digna sophis.
Verbaque contemnens Latia vulgaria lingua,
Incipis Argolico cultius ore loqui.
Iamque tuis tota resonant clamoribus ædes,
Altaque rixoso tecta fragore strepunt.
Lusibus offensi tandem fremituque sodales,
Te clandestina deseruere fuga.
At mox immodico Lenæi munere victus,
Duceris à puero, matre iubente, domum.
Nunc huc, nunc illuc passu fallente vacillas;
Et negat officium mensque pedesque suum.
Sæpius in terram prolaberis inter eundum:
Dum tremulo titubant ebria membra gradu.
Heu, quoties, prono dum te puer ore iacentem
Erigit, implorat prætereuntis opem.
Ac tandem permensus iter, tua limina tarde,
Membra trahens cæno dedecorata subis.
Exceptum crebro suggillat verbere coniux,
Te decoctorem voce minante vocans.
Continuoque tuos crepitanti forcipe lumbos,
Et miseras sæuo dissecat vngue genas.
Hic tu formidans expertam sæpius iram,
Procidis offensa coniugis ante pedes.
Extendensque tuas ad cæli sidera palmas,
Iratam cupis flectere voce pari:
Hanc ignosce mihi coniunx charissima culpam:
Et scapulas quæso parce ferire meas.
Quid miserum plagis me delumbasse iuuabit,
Aut manibus nostram dilacerasse cutem?
Parce viro coniunx coram sua crimina fasso,
Exigit hoc thalami, coniugiique fides.
Dum mihi nunc hospes, nunc prabibit hospitis vxor
Obrepsit validi vis violenta meri.
Sic quanquam supplex lachrymosa voce precaris,
Illa tamen diris increpat vsque minis.
Et te terribili trepidantem lumine spectans,
Vesano profert talia verba sono.
Quid delire mero, turpi quid perdite luxu,
Crimina fallaci fœda colore tegis?
Non tua me post hac vnquam mendacia fallent:
Nec capiar technis ebrie scurra tuis.
Siccine tu nostram consumes prodige dotem?
Siccine communes dilapidabis opes:
Nec subeunt teneri charissima pignora nati?
Pignora subsidio semper alenda patris?
Quem modo: sed nimium præstat cohibere furorem.
Ne noceant captis verba profusa meis.
Hæc effata grauem commoto pectore fustem
Impingit scapulis terque quaterque tuis.
Tristia digrediens in terram lumina flectis,
Moxque petis mœstum voce gemente torum.
Tum Phlegetontæo coniunx lymphata furore,
Implorat Stygias in sua vota Deas:
Præsentesque nouis rogat vt conatibus adsint,
Quo melius cœptum perficiatur opus.
Nec mora Circæas sese conuertit ad artes,
Pestiferumque demens aggrediturque nefas.
Plurima corradit siccas vrentia fauces,
Quæque ciens magnam semina pota sitim.
Rugosamque piper multo sale sedula condit,
Et calidam torrens zinziber acre gulam.
Nec terræ desunt. Pontus quas procreat, herbæ,
Terraque quas tepidis gignit Ibera iugis.
Insuper atroci meditanda precamina voce,
Et magicos diro mussitat ore modos.
Sic sua miscebat quondam medicamina Colchis
Dum renouas socero lustra peracta suo,
Mox simul hæc tereti paulatim trita bacillo,
In nitido solers cuncta lebete coquit.
Quæ tibi dum noctu sitienti pharmaca præbet:
Mordaci profert talia verba ioco.
Si pix ardentem restinguit feruida flammam,
Hæc adiment auidam pocula sumta sitim.
Dixit, & infausto plenum cratera liquore:
Obtrudit manibus fœmina durior tuis.
Oblatum, ignarus scelerum cladisque futuræ.
Exhauris cupido protinus ore scyphum.
Mox tua terribilis torret præcordia feruor,
Et siccæ fauces ariditate crepant.
Quemlibet exhauris sitienti gutture potum,
E patrio quamuis sumpta sit vnda lacu.
Non tamen hæc vllo sedatur flamma liquore,
Ferventi quamuis largius ore bibas.
Ah miser a vafra deceptus coniuge luges,
Et flos fœminei crimina fœda doli,
Illa leuem tollens mordaci voce cachinnum,
Improba dissoluit talibus ora iocis:
Te dignos pateris cruciatus perdite luxu,
Et sic clerit tandem pœna reperta tuo est.
Nunc, age funde merum: nunc, vt potes, impiger hauri:
Nunc auidus sorbe pocula plena labris.
Quamuis sæpe bibas nullo satiabere potu,
Vasaque dum siccas plurima, plura petes.
Sic sitit in mediis sceleratus Tantalus vndis,
Ipsi pia sic Tityi viscera vultur edit.
Sic illuduntur pertusis Belides vrnis:
Sic miser assiduum Sisyphus vrget onus.
Talia ridenti profundens scommata voce,
Te gaudet technis succubuisse suis.
Nec lachrymis, precibusque ferox gemituve mouetur,
Sed finitur, qua tu discruciare, sitis.
Hac tibi, fœminea, miseratus crimina fraudis,
Indicio voluit significare meo.
Vt nota penitus latitantis origine pestis,
Succurras morbo luxuriose tuo.
Proderit occulti causam nouisse doloris,
Proderit hac lepido me monuisse ioco.
Nam quis languenti recte medicabitur ægro,
Noxia si lateat nata sit vnde lues?
Ergo age sume grauem soluentia pharmaca ventrem,
Atque intestinum iniiciatur onus.
Quod nisi prima mali tollatur corpore causa,
Restinguent auidam flumina nulla sitim.

Eiusdem in Polycantharum.

INdidit hoc nuper tibi qui Polycanthare nomen,
Facetus, atque perspicax,
Et minime vanus fuit is, quicunque ligonem
Potuit ligonem dicere.
Nam neque conuenicus magis, aut te dignius vllum
Posset tibi nomen dari.
Vt pote cui siccas non vnus cantharus explet
Fauces sitimque reprimit:
Sed multis opus est cyathis, magnisque culullis,
Largo repletis cæcubo.
Nec tamen iste tuis sedatur guttaris ardor
At plura semper appetis.
Quid mirum in mediis sitiat si Tantalus vndis,
Fallente lassus flumine?
Cum tu multa auidis exorbens pocula labris,
Nunquam sitire desinas?

ALARDI AMSTELREDAMI BAtaui Epitaphium Liguritoris.

Vixit dum vixit, bene: sumptus sic quoque fecit
Vt his heredi non sit habenda suo.

FRIDERICI TAVBMANNI BACCHANALIA.

SCILICET ingentes crispanti nare cachinnos
Ingeminare lubet, dum verus circulus anno
Illud Germanum BACCHI solemne reducit.
Maxima mira cano sed maxima vera. Etenim, quur
Mentiar, haud video: cum non sint præmia falso.
R[..]dendum certe est[..] muta silentia nobis
Ipse vel Harpocrates obiecto pollice mandet.
Ridendum & crassum est; si mœstius Cr[..]ssus, & huius
Ære acpot dives, condensi grandinis instar
Certatim inicerent nostris auri orbibus offas.
Atque ubi ridentes vos concinnaaero, risu
Effundam: nam sum petulanti Splene cachinno
Democriti risu. Et mihi qui et moderatio risus
Villa sit. insipidos hominum quando experto mores,
Queis hac decoctrix ætas delirat in Orbe!
Materies risum fecunda occurrit ad omnem,
Præsertim hoc lucis. Tremulos impellite lumbos:
Et mecum effuso rictum deducite risu.
Accingor. tanta si quis cognoscere fama
Expetitus festum, priscorum imitamina patrum,
Huc sitis propere. redimiti quassa corymbis
Tempora: vos ducam auditum visumq; quid id sit
Et tu cumprimis huc Evoe Bacche venito:
Seu mavis Bromius, seu mavis Evius Evan,
Seu vis Ogygius seu vis audire Thyoneus:
Accelera biiugum pictis insignia frenis
Colla premens lyncum, maculosaq; terga repexi
Pulcrius elato surgant temone iugales.
Tota tibi est hodie Germania: se tibi donat:
Tota tibi insanire cupit. tibi cymbala quassat:
Læta tibi gratos ululat per compita cantus:
Dat motus, ac colla rotat. spargitq; capillos:
Tota tibi, Bacche est, exuta hominemq; deumq;
Sed quia potor aquæ nil cantat Osyride dignum:
Bacche, tuo vasi in vergas cratera sub oras
Impletum summas vino, quod murice certet:
Hoc ego dum carmen iuvenili baccher hiatu.
Tu pagi interea cultor, tuq; urbice vinum,
Dum bibo, frondentes madidis innecte corollas
Postibus, & densos per limina tende Corymbos:
Festa corymbiferi celebramus mystica BACCHI
Teutones, antiqui simulacra notanda furoris:
Primitus à Baccho qua BACCHANALIA nostri
Dixerunt atavi. Sed si qua audacia verbi
Dicturo detur, si malsin FVRIALIA dices.
A Rure ordimur. Ne vobis, quæso, pudorè
Illustres animæ sit, iam cessisse colonis:
Quondam & rusticitas, cur sit veneranda, meretur.
Postquam nox acta est, adest quæ proxima Festum;
Nec tota acta tamen: verum illud temporis instat,
Quod tu nec lucem nec possis dicere noctem:
Sed cum nocte tamen crepera confinia lucis:
Rustica anus Spatale, mediis cui naribus ingens
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocellis:
Tristia venturi metuens incommoda Festi,
Membra levat prior horridulo demissa grabato;
Explorat q; manu praeuntis cauta tenebras;
Hesternaq; focum servantem semina flamma
Vestigat: sed nulla super sunt semina flammæ.
Idcirco abstrusum ferro sibi protinus ignem
Elicit incussu silicis, pronamq; subinfert
Cernua candelam. stipulosq; humoris inanes,
Atq; animas placidis moribundum flatibus ignem.
Iamq; foco instructo succendit sedula lychnum.
Oppositaq; manu tremulum defendit ab aura;
Ac reserat nota, qua prandet ostia clavi.
Hinc sibi depromit florem similaginis, illum
Album, emendatum, & vacuum purgamine crasso;
Provida quem pridem salvis servavit in usus.
Addit & ova, addit lac. & inde revertit ad ignem:
Concinnaatq; ingentem ingente capedine lancem.
Ova aperit fluibunda manu: contemptaq; ossium
Spargit humi, atq; ubi scit: similam lactisq; liquorem,
Atq; aliquid mellis (rem si bene nosco) salisq;
Inspergit micas. geminos mox veste lacertos
Liberat, & tunicam contracto crure coercens
Miscet opus cochlearis ope: immistumq; retractat
In gyrum properante manu. quo singula formam
Deperdunt solitam; faciesq; e pluribus una est.
Tunc demum digito vorante parepsida totam
Circuit: ac massam distantia cogit in unam.
Interea primo feriente cacumina sole,
Exclamat; Mycale, Mycale: quæ est unica custos,
Torta comas, & rufa genas, & turgida vultum,
Dextrum lusca oculum, & lævo prope luscior ipso:
Pectore lata: iacens mammis: compressior alvo:
Crura tumens: femora exilis: pede prodiga; quiq;
Continuus rimis calcanea fissus hiabat.
Hanc vocat: atque armenta iubet curare, domumq;
Vasaq;: & in mundum promptè dare cuncta nitorem.
Inprimis tamen ante fores discrimine puro
Area deposito squallore superba nitescat.
Dum Mycale hæc curat: Spatale non segnior instans
Ceptum fingit opus. fermentaq; depsit palmis
Diducit: partesq; facit: formatq; placentas,
Non unis sed mille modis sed mille figuris.
Si numerem: numeros transcendet copia nostros
Nec mihi tot corbes; quare non metior illas.
At postquam Eois caput eruit altior undis
Phœbus: & octava iam linea tangitur umbra,
Grex minimus, patris convictus garrula tecti,
Emergit plumis: iamq; ad nova farcta catini
Et calidas circum palmis plodentibus ollas
Evoe Bacche sonant: His solus Bacchus in ore est,
Causa placentarum, & tam grati muneris auctor.
Nec modus heic epulis. Stant plura cibaria, plures
Lautitiæ; petaso: veteris succidia porci:
Armus ovillus; perna suilla; tomacula; sumen;
Sesquipedem prælonga etiam farcimina; & horum
Plurima grata esu. sed non ita grata relatu.
Privatis maiora focis hoc omnia festo.
Heic pauper nemo est: heic vilitat ambitiose
Cornibus impositis cum divite pauper in horsum.
Quique nigrum, & solida quoq; mucida frusta farina,
Quæ genuinum agitant solitum prohibentia morsum
Sæpe in deliciis habuit pater esuriei;
Carneq; tantilla requiescere ventris oricin
Non timuit, toto nec scivit vina Decembri,
Nec crassa rigidum potuit defendere frigus
Cannabe: nunc laute vestitus obambulat: hornum
Indagat vinum per Bacchica fana, tabernas:
Deproperat varius stomachum laxare saginis:
Est panem niveum molliq; siligine factum.
Iam scio, dicturus quid sit; Nimis ansa vero
Narras, & quæ testis egent. Dubitabile verum
Hoc tibi ne fuerit: Taubmann iuro Columbas,
Et ventrem Bacchi. quo non præsentior ullus
Nunc Deus apparet; tam me tibi vera referre,
Quam veri maiora fide. Nonne hoc satis? Aut si
Mentiar, & nasum & barbam pulte inquinet uncta:
Atq; merum atq; placentam hodie potum atq; voratum
Sublimis rapiat saturas ad divitis ædes:
Nec, nisi sat madidus, nisi sat satur, inde revortar.
Hoc mihi supplicii, male si quid mentiar, opto.
E diverticulo redeat narratio. quum Sol
Præcipites cæli partes, obituq; supinos
Iam petit: & vesper commutat primulus umbras.
Vecordi demum iuvat insanire furore,
Atq; omnes fatuus numeros parteisq; tueri
Publicitus. primo dudum æstuat angulo: & ecce

Ebullat subito, cui mens vesanior unus
Oblitus decoris fuco oblitus ora pudendo,
Membraque monstrificis obnuptus cætera formis.
Quis sua Democritus non rumperet ilia risu?
Cunctis clamaret succis opus esse Melampi,
Et tribus insuper Anticyris, totidemq; Galenis?
Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit una dies sed longum: hora una docebit!
Namque homines faciunt hodie (res mira) quod ipse
Non sanus esse hominis non sanus iuret Orestes.
Totus inæquales habitus indutus ab imis
Talorum nodis supremum ad verticis orbem:
Corticibus frontem obsepsit malasque comasque
Adspectu horrendus: & formis mille colorum
Distinctus variis: quos augur in omnia vertat:
Exsuitur Scapulas hirtis taurique capræve:
Aut fœda, aut rupta, aut consuto vulnere crassa,
Nec non inversa, insolitoque colore lacerna.
Induitur aliis, qua crus esse incipit, & qua
Turgida nervosus facit internodia peplos:
Inferiusque aliis. vestigia nuda patescunt
Alterius pedis: at crudus tegit ulcera pero.
Omnia semilacer: cento heic hiat, aut hiat illic?
Cento alius raum informem contexit hiatum.
Nunc alia atque alia transformis adulterat arte:
Semiviri umque virum nunc, semiviri umque virũ nũc
Mentitur: nunc vir totus: nunc fœmina tota est.
Nunc iuvenis saltu per apertum vitulat agmen:
Nunc equitem simulans positus sude, proflat anhelum
Spiritum & ad numerum rapidius cito colligit ungues
Fictitios: gyrumque legens properanter ineptit:
Nunc fingit senium, rabiosa silentia secum
Qui rodat, mentoque solum prope verrat, anili
Se pertans ferula multum similis ruituro:
Impositis capripes nunc Faunus cornibus exit:
Pallenti musco nunc totum corpus obumbrat:
Nunc claudus sutor, nunc grallatorius exit.
Nunc mirmillonem, nunc exprimit ille subulcum.
Stramineo totus nunc errat opertus amictu.
Nunc. Sed quid madidas circumvehor omnia verbis?
Dixeris è Stygiis monstrum huc venisse cavernis.
Namque (sit exemplis rem fas æquantibus uti)
Omnia Sattanico Proteo usque simillimus Orci.
Nullo quippe alio vincit discrimine, quam quod
Hic corpus verum est sed corporis alter imago.
Mirum, inquis, narras! Mirũ nimis. Et mage fletu,
Quam risu dignum, inquis! verum. At Democritos nos
Non Heracleitos nos Crassos esse putato.
Si bene me novi, si vos quoque me bene, tuto
Credite, me folium vatis recitare Sibyllæ.
In vacuum erumpit, quasi agat manifesta phrenesis
Prodigiique quid instar habens, & concitus æstro
Dat saltus, dat giros, dat cursus, dat ovantes
Complosis gestus manibus, faustica colla
Iactitat, & populum risu quatit, insimul omnia
Scurrantur sibi vicatim per compita pagi.
Seque parat stolido metuendum reddere vulgo,
Indomitus vetulis gereret sub corde furores.
Insequitur nimbus puerorum, effertaque totis
Agmina densantur vicis. Coit omnis in unum
Pagus. Ceu quondam si forte poetica surgit
Seditio & rabie subito pagana tumescit.
Statanus & Stiphelus, Labrax, Gelasimus, Epopeus,
Mopsus & Eumolpeus, & cum lusore catello
Ascalaphus, multisque iuvens ridenda placentis
Ora Malithophagus, cum Ludio Ophelte Philethlus,
Nyctilus & Corydon, Lycidas & Grillus, & Henno.
Matticus & Capanos Halys ac Manducus & Anthrax
Cotilus & Capito, puer Asthacus & puer Idas,
Idas barbigeri dominus gregis, Asthacus horti.
Moriosophe & Melpeus, atque his adiunctus Enipeus.
Atque alii multi, quos fama obscura recondit.
Hi quacunque via monstrum instituit iste, sequuntur.
Ac pugnum incendunt clamore. exercita pulsu
Concava tecta sonant. clamosum stentora quemq;
Vincere iurares reboanti gutture. ad ipsum
Scandit sidereum fatua acclamatio cœlum.
Ille oculos in se convertit, & implet hiantis
Monstro omnes. tantum grassatur limite curvo.
Nunc fugit in spatium, Nunc decipit ora sequentum.
Nunc redit in gyrum, vult ludi & ludere turba.
Vult modo deprendi, modo se subducere furtim.
Turba instat, magnoque inhiat clamore protervas
Intentare manus: Huc hunc properate frequentes
Curriculo: nunc nunc; heic heic, quẽ quærimus, heic est.
Phy! Elelen! Elelen! heu hoe heu hoe frementes:
Tantum Elelen, Elelen! heu hoe, heu hoe boantes.
Effusi cunctis matresque senesque fenestris,
Vernaliisq; cohors pinnas & tecta domorum
Obsedere. alii tumulis sublimibus instant
Larvatum digito monstrantes indice Monstrum
Grex trimus, quibus angusta sub pectore vires,
Excursus tentare breves a limine, tutos
Quo citius possint, re urgente, redire penates.
Multumque elato clamantes murmure mimi mimo,
Secura absentes faciunt convicia monstro.
Si venit huc propius, mox illi currere in ædes.
Iste aliquantillum huc it, & huc it nullibi certe
Trames. ad instat agens condensum agmine vulgus:
Hosque aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Undique circuitum: furtoque obrepit & ictu.
Ille ubi præsentis fraudes, cito fuste colurno
Retro agit incassum conatos. Turba vicissim
Euoe bacchantes Euoe capita inflectentes
Acrius irrumpunt. Non segnior ille ruentem
Reiicit & cuneos adagit dare terga solutus.
Qualis ubi alterno procurrens turbine Nereus
Nunc ruit ad portas, rupesque superiacit undam
Turgidus, extremumque sinu perfundit arenam.
Nunc retro ruit atque æstu revoluta resorbet
Saxa, vado terras iterum labente relinquens.
Hinc nactus spatium, detracta veste putenti
Clune. supercilio clivosi tramitis, ansu
Incubat abnormis indicens luctamina ventri.
Ac fœtum oblonga fumantem tornat in auras
Turricula similem: cuius nomen mihi nuper
*Excidit. * * * **
*Tum displosa sonat quantum vesica. **
** Neq; enim iam curo, quod iste*
Mundulus oggannit. frontis perisse puderem.
Temporibus servire licet. do rusticaturo.
Cinica do cini. si risus, rideo & ipse.
Lugeo, si luctus, si BACCHANALIA bacchor.
Phy! Elelen! Elelen! heu hoe, heu hoe boatu
Infremuere omnes, multumq; obscena precando
Omnem interficiunt ringentis nare Lupercum,
Tornatumq; opus haud spirans de messe Sabæa.
Nec mora, corripiunt digitis fœtentibus illud,
Quod pastu saturi postica per ora iuvenes
Deiiciunt (tace!) terra. It toto turbida cælo
Tempestas lutulenta, ac stercoris ingruit imber.
Largiter incussis velutis cũm putria quondam
Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes.
Ille subiratus caligas fulcire laborat
Clunibus hærentes male. deproperatq; tenaci
Proxima quæq; dolans baculo latumq; per agmen
Ardens limitem agit, laceransq; urente popilium
Verbere, non paucos flagris prægnantibus opplet.
Haud tulit ulterius Stiphelus tot iniqua patrantem,
Pagani Stiphelus iuris Scitissimus ultor
Proludens iras obnixi murmure dentis
Prosilit, Hem scelus importune hominis! tibi pestem:
Qua male Tisiphone, quibus exagitare colubris,
Intantum ut grassere? Hoc dicto, exsuscitat iras.

In tantum ut grassere: Hoc dicto exsuscitat iras:
Ac pugno infringit colaphos, in frusta minua larua
Dissiliunt, nudos hic ad spectacula vultus
Erigit, ac populo patet agnoscendus ab omni.
Exoritur risus, plaususque per omnia vici
Compita: vox altam p... at Cyclopica cœlum.
Hunc pudor ... bi is, ... oque infamia lactu
Turbat, & exstimulat latrantis in corde furorem.
Involat in faciem falantis unguibus ardens
Adversi Stiphelo: Stiphelus non segnior huius
Occupat os, ira ac pedibus surrectus in altum:
Impressoque genu nitens, terra applicat ipsam
Turbidus, & lutea prostratum extendit arena.
Hinc animum instigans, atque addens v...
Non requiem pugnis dat, nec pausam ictibus ...m:
Nec votis aures, fluidove irata cruori
Lumina tantum hac: Hem nebulo, hem nequam accipe, quod do
Hem tibi adhuc unum, insuper unum unum insuper addo.
Atque unum id semper duplicas cum verbere triplo.
Sed tibi quid videor, capitalne, aut digna cothurno
Thespidis enarrare? Mane, mane: omnia nondum,
Nondum, quod caput est, audisti. Hic postquam ea casus,
Semianimusque, iacet dissectus undique malis,
Vel Stiphelo miserandus: opemque adposcit hianti
Gutture (nam elisi dentes saniesque cruoris
Intercludebant animam vocisque meatum)
Ferre nequit tantam placido vim pectore Epopeus,
Innatitant laxis corii ocreatus Epopeus,
Dente crepans, oculisque tremens plenisque minarum
Vultibus, e turba perniciter emicat ultor
Confecto pugnis socio: atque istius utraque
Raptat colla manu, tractatque: atque impete prono
Illisum ad terram dat. mox prorumpit Enipeus,
Mox Lycus ac Frento, Colabiscus, Dotzer & Hayne,
Porcius & Matula cum fratre Suillius, & cum
Stercutio Staberus, & cum Varrone Petreius,
Mamphulus simul & Rhongius, Crepus atque Tropeus
Grumioque & Lucumo, Salaputius & Salicippus
Auxilio sociis. Calidas crebescere rixas
Primitus audires consueta preamia pugnae.
Hinc fervore pari concurrunt, hostis in hostem:
Nec socius socio dubia nec amicus amico
Noscitur in turba: furor est idem omnibus. ingens
It cælo clamor, neque ferrum sed vice teli
Saevit nuda manus: feriunt plagasque vicissim
Vultibus excipiunt. pauca sine vulnere mala:
Hic denasatus plorat: crassum ille cruorem
Multum ore eiectat, mistosque in sanguine dentes:
Ore exossato hic nulli intellecta quiritat:
Dimidios videat toto certamine vultus,
Atque alias solito facies, & hiantia ruptis
Labra genis, plenos oculorum sanguine pugnes,
Hic ad humum datus exanimis prope, repsat arena:
Hic remeat tumido non observandus herilous
Ore domos: alter pugnis laceratus adorat:
Quatuor ut liceat cum dentibus inde reverti.
Immodicis reliqui stant ictibus externati.
Usque adeo perpes nihil est! inopina nec ullam
Fata voluptatem liquidam puramque relinquunt!
Rus male compositum linquo pagique tumultus,
Dum naso integro, dum salvis dentibus ire
Et licet & tutum est. Chirurgi cetera sunto
Et vespillonum. Nos hinc properamus ad urbem,
Urbem murorum solida compagine tutam.
Huc ades, huc Lenaee pater: carchesia succi
Funde tui vatique, tuo vatique, Columbis:
Namque, vides, ut hient! Dum Bacchanalia carptim
Cimica in angustum verborum involvo rotatum.
SOL ubi serus obit, declinatoque subintrat
Hesperium temone fretum, currumque veredos
Eximit emeritos: & pone vicaria praestat
Munia luce notha biiugis vaga Cynthia mulis:
Urbicola tandem sua BACCHANALIA vivunt.
Quanquam etiam heic sua non desunt ludicra diei.
Namque ubi mane novo paullum lucescere cœlum
Primitus occeptat: nec sol iamen inficit Orbem
Lucis adhuc radiis: intrantes balnea, membris
Sudorem eliciunt, lymphaque calente lavantur:
Cui vis, nescio qua, magica occultata putatur!
Deinde ubi iam medius tenues sol contrahit umbras,
Inque pari spatio distant prope vesper & ortus,
Indul...e sibi varios ex tempore lusus
Sub... co videas, varioque exercita nisu
Corpora, iam implicitis per mutua vincula dextris
Se vitu Salium errantis referuntque, feruntque
Turbine, cedentem iam findunt aera disco.
Iam torto in gyrum revolubile verbere buxum
Impellunt urbem privata vel atria circum.
Iam viris simulacra cient mentita duelli.
Iamque pila expulsim iam raptim ludere cura est.
Iam trahea essedulaque ruunt per aperta viarum,
Aut freta consolidata gelu, glaciemque coactam.
Saepe rapi volupe est salebrosa per invia multis
Carpento bipedum quod anhelo nisu asinorum
Longa catenatis trahet compago lacertis:
Euoe Bacche fremens. Seli, tibi, Thyrsiger, aptum
Vociferans, trabeas clivosa per ardua multi
Subducunt, in iisque sedent: dein alite lapsu
Praecipites ruere & sola lubrica radere certant,
Vix leviter nive libata: falluntque sequentum
Cursu oculos: ut Saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoque latus pendente recedit,
Atque ora adstantum fraudat vehemente rotatu.
Hoc atque huic, quae cuique sagax natura ministrat,
Consimili studio frangunt curamque diemque.
Quamprimum vero caput extulit umbriferum nox:
Lautitiasque gulae, & ventri indulsere placentas,
Semesum leporem, atque aliquid de lumbis apri,
Lauti animalis apri propter convivia nati:
Fecundoque alacres generosi munere Bacchi
Diffudere animos, laeti solemnia Festi
Argumenta sonant per tecta, per atria. Res heic
Commemoranda novis annalibus atque recentis
Historiae se offert. & vix sit catenus ulli
Credere, ni pro me dubii experiem: a victrix
Diceret, Hoc verum est: experto credite: qui non
Accepit fando haec, vani aut rumoris abusu:
Verum iure praesenti oculatus testis & autor.
De larvis prima est, de cantis altera nummis
Quaestio: condoctum pergunt dein ludere ludum.
Mille modis variant, & formis mille: dat ipsa
Copia me dubium dicturum, hasque induiturus
Incertae suspensum animum: oblatisque duabus
Nescit utram potius velit, & velle ardet utramque.
Personam capit hic similem, quem tempore multo
Languor habet pallens, & querquera febris adurit;
Hic sculptam infabre, deformatamque, nec ipsis
Manibus absimilem spectris, quae nocte videre
Creduntur vulgo: fucato hic polline pictam:
Alter inaurata statua rutilantior exit:
Mirificum dictu sed mirificum mage visu.
Hic torvus oculis, distorte hic nare colorabit,
Quis color infectis adversi solis ab ictu
Nubibus est: Mauros hic refert ore: cygneas
Hic plumas albore praeit, pice nigrior ille est.
Hic facili prase declarat gaudia vultu.
Ille exspirantis praeportat pectoris iras.
Hic trahit harenicu, hic arte cacuminat aures.
Hic alio larvatus, & hic alio ora praeoptat
Esse modo, turpe est dictu sed turpiter omni
Carmine persona est, crucis ut signacula diris
Obiicere omnibus properet forte obvius illi.
Multumque execrans iubeat stupido oris hiatu

Ire fatigatas quo Dædalus exsuit alas.
Hinc sua carbaseis involuunt corpora velis:
Sesèque abscondunt, qui cuique arridet amictus,
Ex oculis aliis hominum, atq; usu ante remotos
Sæpeque circumcirca extremo margine limbus
Stramineis, aut versicoloribus intertexto.
Reddit ut insolito mirantem more popellum.
Deinde rotundatas argenti protinus offas,
Concisumq; aurum in titulos faciesque minutas
Aut chartâ aut aliis obnubunt partibus: Hinc se
Dant foris insequitur longus thyasus fatuorum,
Aut certe fatui partem numerosque tuente
Mille cicatricum vestiti ac mille colorum
Induviis, cenentum crotalis hinc inde renunctis.
Amplifice incedunt, ac luna teste feruntur
Vrbis per vicos: perque omnia compita moto
Grassantur tactio: veluti fanaticus œstro
Percussus, Bellonæ suo, stimulisve Lyæi.
Nil æquale illis: currunt persæpe, velut qui
Latronis sicam fugeret: persæpe, velut qui
Portaret sacra Iunonis: gressuq; movent ur
Spondæos imitante pedes: habituq; superbo
Quassando undantem faciunt subeuntibus auris.
Quis teneat risum mento sapiente magister?
Turmatim inde domos, tanquam ad vinaria currunt.
Interdum e numero quidam præferre iubetur
Arte rotundatas, constructas arte placentas:
Examen quasi apum cum ida consederit una
Stipite ramoso. Admissos conclavibus infans
In gremio matris formidas pallidus, inq; hos
Obliquat plorans trepidantia lumina. At illi,
Aut vanis, item ex illis, unas ve duas ve
Profert tessellas, argentum ponit herumq;
Provocat in ludum vultuq; manuq; loquaci.
Nam tacito heic opus est: nec fas sunsensa profari,
Nec facere ullum indicium de nomine, ne de
Ære sub obtentu: sed magna libido tacendi
Omnibus: inq; vices mutam clauso ore loquelam
Compositis conferre notis heic cura sit una.
Si tamen hinc tollas mum mum. Nam dicere mum mũ.
Et licet, & ludo vox est solemnis in isto.
Pœne fui oblitus, quod primum pæne referri
Dignum erat. Inprimis, per totum ianua lusum
Vt stet aperta, opus est cauto: si clauditur, omne
Depositum mox cedit here, vel iudice Baccho
Icirco hanc laxant: observatorq; locatur
Intentus custos: qui, ne sint otia, telo
Arcuque effundit paleas à fruge solutas
In præsens famulare genus cum pulvere denso.
Hoc quoque præ reliquis penitus curare necessum est:
Ne forte in mensa quicquam de pane relinquas.
Illi instant, seque emungunt per mutua nummis
Ingeniose. adstat miratrix turba: sed hac lex
Ludendi & ratio est: Primus iacit advena talum,
Verum haud in mensam, sed quod pede subiacet imo.
Senio si steterit, capiet quoq; senio victor
Depositum, si actum erit. Si Chius: & hic est
Victor, si actus fuerit: Sic Cous, & omnes
Ordine lucrantur pretium, si talus eodem
Quo steterat primum vultu stat. Sponsio enim illi,
Punctorum numero qui vincit, cedere non vult.
Quanquam etiam heic nulli certabo procacior: omnis
Mos suus est terra sua cuiq; insanæ genti.
Heic aliquis, dexter steterat cui senio nunquam,
Sed semper positos damnosa canicula nummos
Raserat: iratum clam quod sub pectore latrant
Fortunam impugnare deam, argentoq; subactam
Ad genu trahere arbitrium. in sacculum ampliter unum
Committit forte servandum in secula censum.
Ecce viri in te si quid, ait, contende. mea iam
Simuleisiam patiantur opes stat plura lucrari,
Aut, quod adest facere, ut ne adsit: sic sæpe videre est.

Momento perdi, quod non acquiritur anno.
Cras ubi bacchandi paullum deferbuit æstus,
Angit sese animi, tot conturbasse bonorum:
Devovet & ludum, cumq; omnib. intestinis
Eiurat Bacchum: & servandi prodiga nummi
Omnib. eradi vult Bacchanalia fastis.
At non interea reliqui sunt otia. vino
Se lavare instant. labor est, deponere plures
Posse mero: & cyathis madidam producere noctem.
Non hic, quod satis est, sed amystide vina bibuntur,
Deposito tanquam pretio. Fortissime nostrum
Hector, ait quidam, ingentem propino trientem.
Hunc tibi ductu uno evacuandũ. Huic prosit Achilles,
Hic ait, & magna contestans voce trientem,
Sacrilego vocat ore Deos. Quando hauserit urnam,
Cervicem trahit inflexam. mox frusta cruento
Pulmenti commista mero saniemq; vicissim
Largo eructat gurgite: tanquam in dolia longus
Desiderii serpens ... tabulaque soloq;
Deproperant ... ... ontum fluctus odorum.
Rident consortes. ... em spectaclum hercle bibonis
Scilicet! infirmi est opus hoc animiq; minuti.
Princeps hirco altas potatorum omnium ubiq;
Vis esse, & nonet. velut is, quem dicere nolo.
De grege ronchicrepum sua qui collaria cirris
Carbaseis vult Franco ostendere calo.
Bellus vero homo tu, quem pictum præter Apellis
Edat nulla manus: Lysippi ducat in ære.
Despumare nequis tantillum ventre falerni:
Hinc animis audax: heic murus aheneus esto,
Non timuisse virum, nullo pallescere poclo.
Sed me forte iubet audire, quod obiiciunt nunc.
Tu nihil invito potes comedasve palato: &c.
Invitum qui potat, idem facit exsiccanti.
Si, quantum cuperem possem quoq; sed neque magnum
Craterem venter recipit meus, omnia parva.
Esto: verum audi: Multum condiscitur usu.
Nemo adeo siccus, qui non humescere possit,
Si modo potandi patientia commodet ora.
Nocturnum potate merum, potate diurnum:
Occupet ignavum scabies. sic postmodo demum
Vobis notitiam, vobis dabis ore rotundo
Evacuare merum Bacchus. sic denique vere
Pocula pota placent, decietq; epota placebunt.
Nil est, quod dicunt heic centuria seniorum.
Sumite craterem, si qui potabitis, æquum
Faucibus: & versate prius, quid ferre recuset,
Quid valeat stomachus: cui pocula sumpta potenter,
Nec gula, nec venter, neq; deseret halitus illum.
Nugæ! Quin, si quid monitoris egebitis, O vos
Teutonicus sanguis, iuvenem reprehendite, quem non
Multa dies & multa taberna frequentat: & urnam
Perfectum decies qui non epotet ad unguem.
Olim erat hoc, Iuvenes parvo potare culullo:
Et, quantum sat erat, genio donare. Sed olim
Hoc fuit: hac alios poscunt sibi tempora mores.
Vt gentes verbis longos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita potandi vetus interit usus,
Et iuvenum ritu floret modo natus, ut est mos,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma bibendi.
Ergo continuo sic colliguote sub ano hoc,
Aut potare volunt aut dormitare iuventus,
Aut simul & iucunda & idonea quærere ventri.
Quicunq; à more hoc male concors discrepat, inflet
Huic merito buccas iratus Iupiter ambas.
Huncq; Lycambeo lacerent latrante Poetæ.
Inquis, dimidium facito: Tu dimidiatum
Hauri, ego quod reliquum sic nam possum esse bibendo!
Non pudeat te, dimidiate virunculé? clamant:
Perge ad gymnasium muliebre: ibi dimidiatis
Pitissare licet pocillis vinuli. non heic
Non satis est calicem quocunq; educere pacto;

Quum

Qui ven si dispensis, quamvis epotet eundem
Vel leuis et ritu sit primulus. Hic vir apud nos
Omne tulit punctum, qui pocula maxima potat.
Inquis; nec vinum ipse merum, crucium neq; poto,
Quod subtile mihi solet exurdare palatum;
Sed magè restinctum lympha places? licet audi;
Potori bibulo crateris ... festinanti
Ponere si velis, tant species confundere plure
Vndiq; collatis succis: vt nequiter vndam
Misceat in Bacchum pura de vite creatum.
Spectatum admissus potor colaphos ne teneret?
Viuendi recte bibere, est & principium & fons:
Hoc tibi Teutonici poterunt ostendere more
Poclaq; pronsum ventrem haud inuita sequuntur.
Quicquid potabis fac sis breuis. vt cito poclum
Excipiant socii; reducemq; recurras in orbem.
Omnis potandi grauis est mora; sicut amandi.
Quid tibi de talibus, Taubmane videtur?
Rides? ergo bonus: fortassis! sed mihi nuper
Nescio quis (fides locuples homo, sat scio) dixit,
Qua quasi per nebulam memini me uidere: quod horū
Nemo hares cali fiat post fata, sed Orci:
Quæ Styx & Phlegethon hic perpete more bibantur.
Nam fama est steriles Bacchi lymphaq; polorum
Esse domos. iccirco sis ne turba bibonum
Forte laborarent. promissum est calitus, vt post
Mortem etiam plenas semper crateras haberent.
Vsq; adeo curant dii, ne quis lurco sitiret!
Bacchus vt inflauit venas: vbi sunt duo Frunco
Degeneres isti? clamans: qui solis vtrumq;
Complevere domum: versu hic ille arte medendi!
Quos natis exempla solent monstrare parentes.
Hi sunt qui bellum indicunt potoribus. hi (si
Displicet!) orbe docent alios insolescere mores:
Hi sunt, queis tereti lucens amethystus in auro
Incendit digitos insignia foederis icti
Contra lurcones, comedones, ventris alumnos.
Hospes si me audis, aliquid super addo, cui ipse
Intereram nuper. Quidam sibi supinus esse
Tres optat ventres, & quemq; dentibus aptum:
Scilicet vt doctes solitum exhaurire: & vt se
Vno non esset sub sole capacior alter
Helluo. quo possit famu clarere; sibiq;
Victori statui deuicta ob pocla tropaeum.
Collisis aliis vitris ita vescitur, vt vix
Abstineas, quin me dicas mentirier. Alter
Perfractas potum vulsam de sede fenestras
Fornacem deturbat. In os conuicia iactat
Consorti hic: subito est scelerum furtorq; satorq;
Perfidia columen. fucer, exsecrabilis: ac si
Minxerit in cineres Hempeli; qui modo amicus.
Hic gremium famula scrutatur, & oscula pangit:
Nescio quod legit ulcer olus. St'! catera dicam
Cras, vbi tempus erit. nunc audio, quid crepet alter
Lurco, sua forme multo qui mortuus haustu
Larualis facie est, ac morti pæne gemellus.
Heus, inquit, Iuuenis: potorum te ipse minorum
Excerpis numero. No lente immergere poclum,
Dixeris esse satis. Nec, si quis petet, vti nunc,
Ebriolis propiorum, pates hunc esse bibonem.
Quem rapit huc Genius. Cui venter auarior, atq; os
Magna voraturum dei nominis huius honorem.
Tu quemcunq; tibi quis propinauerit haustum,
Promta sume manu: nec pocula differ in horas.
Et quocunq; loco fueris, potasse libenter
Et multum, dicas. Semperq; ita collige tecum,
Tunc mea res agitur, calicem cum proximus haurit:
Nec semel epotum fugit irreuocabile poclum,
Sed redit vsq; ad me. Perraro hæc alea fallit.
Pulchre iusta cyathis, atq; haustus haustibus adde.
Ad cœnam si quo cundixeris, ibis: & ibis
Primitus accnéuum calices elude minores.
Si qui stant. Magnos dic, hospes, pone catullos.
Huic faciem pallor vertat licet. omnia cunsta
Dicere ridiculi similes in seria risum
Hunc hospes vertet; cynthosq; capacibus vrnis
Illico mutabit. Consortem incipe verbis
Hortari, possint quamvis tem abstemio & ipsi
Addere. Nec calices bibe tot, quos ego sumo nec tu,
[illegible] medici, & natus Potinna quisquis iniqua est,
Nec bibito ad certos numerosve vicesve: vel hoc si
[illegible], antiqui notos bibe Nestoris annos;
Fiat Mathusalah per pocula pota. Tuumq;
Dic bene consortem, bene te, bene me, bene Bacc[illegible]:
[illegible] quid & è genere hoc potorum est, dic bene, quin &
[illegible] verba sonent absentis nomen amice:
[illegible] aliquid multis pateris & Orestide dignum,
Si vis esse aliquid: parcus laudatur & arct.
Nec facile epoteat, quorum conatibus obijcit
Faux angusta gula. protinus tu compage soluta
Gutturis accessus amplo laxabis hiatu.
Omnis enim bibulus tanto continuus in se
Flumen habet, quanto maius, quo potitat, os est.
Omnino miserum est, vinis potoribus. omneis
Qui domat, hic talos a vertice pulcher ad imos,
Et virga dignus, sed quorsum hæc? virgine, dicam:
Nec tibi potus erit, qui recto insisteret talo
Audet adhuc, nomenq; suum qui nouit: & æquo
Calce pauimentum metatur. Bacche, quid vltra
Adiicio? mussas? verbum non amplius addam:
Phy! Elelen Elelen heu hoe heu hoe boabo:
Tantum Elelen Elelen heu hoe heu hoe bonbo.
Ludere tantum habui. diludia ludio posco.
Bacchari si quid non isti rectius istis,
Baccheris: si non; paullum bacchabere mecum;

FRIDERICI TAVBMANNI
MARTINALIA.

COme iocose, meos nunquam frustrate vocatus,
Dum mihi te socium scribundis versibus: hac dum
Martinalia, dum solito Gansalia risu
Experior mecum. Procul hinc frons dura Catonum;
Et personata fastus curaq; sequaces,
Et quicquid dare lætitiæ se nescit. abesto.
Sed iocularia sunt. qui vult, huic seria sunto,
Vera iidem. quis enim ridentem dicere verum
Posse neget? sed vt est sit rem (quia digna relatu)
Narrabo, vt facta est. aures adhibete vacinas.
Si quis erit risus, licet hunc compescere mappa:
Huc quoq;, si lacrima. miscentur tristia lætis
Iam socco res digna venit; iam digna cothurno.
Sed mihi cum venia, hoc iuris date, liberius quid
Siq; iocosius heic dixi: pro tempore dixi.
Sol vbi declinans mundi qui temperat horas,
Cum pecude agricolas autumno clauserat anno
Iamq; niueus glaciabat hiems: iam stiria barba
Frigoris è costu crepitabat ob ore colono:
Tityrus vxori pro re sic fatur ad aurem:
Brylli vides mea Brylli, vt sit fortuna &c.
Sed melius res, spero, cadet: quamq; ipse mihi spem
Fingo macram. poteris (quos eras expenere vannum
Collibet) anseribus supra pinguescere votum.
Nummi me, qui mores non sunt, minime latet: horum
Quam cupidi rerum sint hac ætate supini
Vrbicola. Pol. turba beatula, vecta per vrbem
Pensilibus plumis: tantumq; operata palato!
Nec vaticosa minus cupida gens centurionum:
Qui nos ruricolas condigni Hercule dictis
Inuadunt; Heus rustice, rustice, vbi anserem? vbi? atq;,
Ac si tantum sint ad Martinalia nati!
Venit summa dies & ineuitabile punctum,
Quo nos planipedes crudas Martinus ad aras
Destinat, atque hominum barathro committit auaro
Principio, cum iam pro more venimus in vrbem.
Ciniciis extemplo pauxillo præstinat are

Expositos vannum: sublatos fauce retorta
Tradit inhumano, tali cum voce, magiro:
Tolle: neca: coque nostri hodie haec sit præda palati:
Fungitur hic iussis propperanter herilibus, & se
Grato operi accingit: tamentaq; plumea plenis
Despoliat digitis, a rostro ad podicis vlcus.
Post, vbi deplumes facti, collumq; caputq;
Stirpitus abrumpit summa è radice securi:
Iuncturisque pedes medios distruncat; & alas
Rumpit: cumq; aluo penitos exenterat artus:
Mox calidis mersantur aquis inglorii membra,
Voluunturq; reuoluunturq; probeq; lauantur
Ne quid ruis sapiat, nares offendat acutas.
Hac vice vibrata trepidantia viscera raptim
Dissiliente securicula manus vtraq; certat
Dilaniare foco. quibus iater se ordine mistis
Conficitur farctum: quod vulgo Anserculus audit.
Deinceps perpetuū violenta cuspide ferri
Transadigit costas mutili sine nomine trunci.
Admotumq; rogo volucrem compellit in orbem
Ludicra continuo redeunt structura rotatu;
Perfidus Ixion quo more rotatur in orco.
Sed prius interior ventris Spelunca repandi
Ingenitus spoliata bonis, mendacibus extis
Farcitur macte: sunt mala Cydonia, & horum
Plurima pro stomacho: pyra pro pulmone: auelsq;
Castanea cordis vice sunt: & totius instar
Visceris Artemidos iucunda fruentibus herba.
Dumq; ita torremur, pueri certante cachinno
Adfectos ludunt: & acerbant voce dolores:
I nunc, & tostus lege, garrule cantor, auenas!
At tibi pro scelere hoc, & tam crudelibus ausis,
Di, si qua est cælo pietas, qua talia curat:
Si qua penes socios vindicta flammula nostros,
Dignas persoluant grates, & premia reddant
Debita: qui crucias adeo nil tale merentes:
Insuper & nostris audes illudere damnis.
Quid, Coce, peccatū est vnquā, Coce barbare, nobis,
Vel modico scutica tantummodo verbere dignum!
Vnius culpæ, Fratres, arcessimur omnis
Posteritas: huiusq; odii vna atq; vnica causa est:
Quod nostro indicio Martini innotuit astus,
Quum vellet pactam sibi declinare tiaram.
Hinc & adhuc tanti sunt semina tanta furoris:
Cum tamen impulerit nos non mens certa, sed error.
Credo equidem, sana si vel semiuncia mentis
Posset in humano reperiri corpore: si vel
Grati animi mica, ingenuæ si gutta i uboris:
Haudquaquam nostro generi tam dira pararent.
De nihilo est, Roma vigili Capitolia cantu
Conseruasse olim. nihil est, dare culcitram ab ipsa
Corporis hac nostri lana interiore refertam.
De nihilo est, scribis; nihil est & vatibus ipsis,
Vatibus & scribis nihil est, inquam, edere pennas,
Pennas chartæolo faciles decurrere campo.
Penna beat cælo: penna est, qua curas, ut ausit
Posthuma posteritas factis clarere parentum
Pennis suis humeris, nullis adiuta gigantum
Viribus, in nostras magno conamine terras
Intulit & Latias & Graias intulit vrbeis,
Mixtaq; Chaldæis recutita mœnia gentis.
Sed nihil est. nihiloq; minus si quid pote dici.
Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benigne, est.
O mores! ô tempora! qualis (Iuppiter!) ætas.
Nempe Lycambeis & Thusceis digna libellis.
Ἐς πάντας κόρακας, quis non clamaret, & ignem,
Vir bonus: insontes cernens tot iniqua patrari;
Nec prius auditum, nec dicta occidere causa?
At dignum his facinus, quibus est pro iure palatum?
Felices nimium. quos primo in limine vitæ
Martius infestam lupus ore immersit in aluum:
Ne tot probra hominum, ne tot tormenta coquorum
Auribus a . . . deret, exantlarentq; ferendo:
Illi morte cita, nos lenta morte necamur;
Illi vnoq; eodemq; modo, nos mille perimus.
Sunt tamen hæc tantum, Fratres, elementa laborum
Quos exantlandum est. longe his grauiora supersunt:
Quæ prius expediam, quam cadimur hostia, vobis.
Cum iam vesani requieverit ira magiri
Exsaturata malis, vsque ad fastidia, nostris:
Conq . . . at grandem fabreq; paropsida factam.
Nos super imponit medias ceruice supina
Ampliter, . . . cæna pompamq; caputq; deinceps
Hinc atque hinc lauto nos pulpamenta paratu
Dapsilium rerum stipant, velut agmine facto:
Lixaque, fixaq; adipato clune columba:
Pernaq; . pulpaq; turgiduli petasonis: & armi
Auulsi leporum: metula: &, quæ pectore tantum
Ac ceruice sapit, fluuialis anas: & obesa
Conditi sale terga suis, cum segmine carnis
Altilium quocunq;: prout vel copia cuiq; est,
Vel conuictore . . . vel prout est a-Sue-factus.
His concinnatis, docta eleuat arte catinum
Cincticulo femur & collum præcinctus agaso:
Ac graphice incedit, ceu sacra ferat Iunonis.
Ipsi conuiuæ modo nato more Tudescum,
Magnifice patricæque sedent longo ordine circum:
Adductaque sedent vmbra ebricesque ministra.
Iurares, mappas posse hos glutire manusq;
Qui cupiunt omnes spoliis se pascere nostris.
Tunc demum vere lacrumosa tragœdia cœpit:
Tunc demum nostrum primordia simpla laborum
Dixeris illa, prior quæ tu nos tulit ira magiri.
Tunc demum, quantum est, sumus occisissima turba.
Vah! iam nunc mihimet formido, iam mihi tergum
Prurire occeptat! videor sentire dolores
Corpore, mente animi quādo hoc mecū exputo. Fratres
Væ miseris cultris, miseris væ dentibus, omnes
Qui miseros in nostro patientur tergore damnum.
At cancellatis digitis prius vnus in illis
Diuinum numen votis adit: ac prece paces
Exposcit, pauidi similis vultuq; seuero
Verba iacit propere contortuplicata rotatu.
Ac si gauderent dii tam crudelibus ausis!
Hoc facto, parochus certamen cerniter instat,
Notq; minutatim contruncare ordine sueto.
Cunctantur pariter ridentes, nemo videri
Vult, vt qui socio tantum rapuisset honoris.
Eligitur tandem, cui mens præsentior, & qui
E numero ante alios immanior. hic vagina
Lautulus argutum procera cuspide cultrum
Liberat, ieruit, eripit, Et super impendendo
Nunc alam, nunc armum, nunc crus dimidiatum
Nunc læuam, nunc dextrum, nunc crus dimidiatum,
Nunc læuum, nunc dextram imo radicitus ortu
Præsecat. Inde manu truncum disrumpit vtraq;
Feruidus, & patinam mentitis obruit extis.
Plaudunt conuiuæ, nonne hic homo doctus & acer?
Nimirum lepide minimo discrimine nouit,
Quo lepus atq; anser, quo gestu perna secetur,
Hic structor, merito cui cedere debeat omnis
Pergula, cum Latiis Triphoris doctoris alumnis!
Si quid peccatur, si non rite omnia fiunt,
Stridere secreta diuisos aure susurros,
Vicinum cubito vicinum impellere, & Euge
Ingeminare vides, obliquo non sine risu.
Atque reum ingenti mulctare sæpe culullo.
Postremo feruore pares furit omnis; & ardent
Dissectas stricto parteis innadere ferro;
Hic armū, hic alam, hic clunem, vt sua cuiq; libido est,
Eripit: hic alius alia haud poscentibus offert:
Quæ frusticillatim in frustilla minutula findunt,
Oriq; immittunt, dentiumq; reciproco vtrimq;
Verbere comminuunt magis ac magis, vsq; adeo, dum
Quicquid ab anseribus superat, mersetur in aluum.

Hae

Hæc fiunt, Fratres, ubi Martinalia venit
Humida gens hominum vinosa sum ad Francida. Verum
Quæritis, An nemo quisquam his immanibus ursis
Indoleat? nemo. doceo et, non pluribus istud
Posse modis fieri, dolor est non sæpius anno;
Carnificesque optant tale fieri omnibus horis.
At nostro ex usu est ... non damur omnibus horis.
Interea vero non ... in se consequuntur:
Sed se se inuitant magno sonamine! limum
Oenophori veteres deradunt: vina coronant
Anseribus saturi. Tenet insatiabile cunctos
Potandi cacoethes, & arido in ore senescit.
Plebeios calices atque empsos tresse minuto,
Coachasque, & Cyathos, & pocla minuscula Graium,
Rorantis cupidum remorantia fauce barathrum
Commendant medicis: & qui, ut procus ille Terentii,
Pitissare solent, raroque immergere parco
Gutture Lenæum. Ast ipsi cratere capaci
Herculis intrisum totosque trientibus hauriunt.
Omnes itaque haud eadem delectant vina bibones;
Sed poscunt vario multum diversa palato.
Hic mustum sitit: hic hornum: magis appetit alter
Reneum; cupidus veteris magis ille vetusti est:
Hic sitit indigenam: magis hic ultra mare natum.
Hic nimphis iugulatum: hic vinum dentibus orbum,
Scilicet elisis ævo, ut sit mite bibentis:
Ille merum vinum, fuit ut de matre creatum,
Sed tamen omnis Cos (Color ac Odor ac Sapor) insit
Quis Cos hoc dixit? Quis ni genus docta Poeta?
Edepol argute! Quid mirum? arcere profanum
Atque odisse iubent non abs re vulgus. Et addit;
(Semper enim sermo prior argumenta futuro
Suppetit) Est quidam, quem tuto dicere non est:
Tercentum is versus procudit stans pede in uno.
Pro superi! hospes ait, Nonne hoc est esse Poetam?
Versificatorum hunc potius de furfure dicas;
Respondet melior cui mens in pectore constat.
Hi sunt ex triviis qui arguitant verba petendum,
Queisque Bonus Vesper Domi ac Hermã semper in ore est.
Et Musis tamen & cedro se digna locutos,
Sicque sua adpingi vatum Albo nomina credunt.
Qui cascum omne vocant Saturni ex podice, quicquid
Ipsis non intelligitur. Verum optio detur
Si qua mihi: fœdis, Bacche pro flore, lacunas
Sorberent, doctis qui vatibus absona dicunt
Cum matre Euandri. At qui ex fæce vocabula sumit,
Venaturque leuis stolidi suffragia vulgi
Insipido versu & per humum repente, quid optem?
Ferte cito scalas, date funem; pendeat; ut sit
Carmine non tantum, sed toto vertice supra.
Rident conuiuæ. Hic pergit: sic esse Poetam
Atque poema decet: sermo sit purior auro:
Nec nimium veter aut nouus: omni labe soloeci
Expers: non calamistratus, nec inania turgens:
Non tamen elumbis: plebeia aut serpere tuntum
Doctus humi illepido gestu: & suspendere frustra
Auriculam tentant lectoris: sed tamen undis
Hic bene apud Francas aures. Quid pluribus aures,
Alter ait, Francas; potius mera Franca referto:
Et iubet Herculeum impleri a Ganymede culullum:
Corporeque imminulus paullum scita arte propinat
Collega, assinto supplantans verba palato.
Dicere omnis non est, quam scite scita sit harum
Futilium rerum decoctrix turba nepotum.
Adsiduo hortatu Cana pater instat &, Esto
Esto, inquit, lixum, frixum quodcunque palatum,
Quodve lubido iubet: sodes potate: Quid hoc est?
Certatim properent reducem data pocula in orbem,
Bacchica pocula: terrestres sine sanguine canas
Rustici edant: potentque liquorem, quem bibit Anser.
Ne quis de mensa sese inferat: aut sibi parcat,
Donec tam madide madeat, quam Iuppiter udus.
Si plus: aut musto si spumant prela falerno.

Cætera omittuntur.

STEPHANI PASCHASII.

INter Pontifices sacros vetustas,
Si nullum fuit his seuerioris,
Martino putet; unde quæso factum est
Martinalia ubique ut omnis ætas
Illius memori die celebret?
Vt ferunt Latii peracta Baccho
Bacchanalia: quin domique nobis
Solemne est noua vina perforare;
Potare etiam. hoc ego putarim:
Vt qui ex nomine numen auspicantur,
Quod sodalitiis velint præesse,
Martinus quoque, vocosa iocosa,
(Gallos noscere Græca qui negantis)
[illegible] dicitur esse forsan [illegible].

PHILIPPI BEROALDI ORATIONES ADVERSATIVÆ EBRIOSI SCORTATORIS ET ALEATORIS.

ARGVMENTVM.

PAter, qui tres filios habebat, unum Scortatorem, alterum Aleatorem, tertium Ebriosum: moriens in testamento ita scripsit: Ex filiis meus turpior vitiosiorque exhæres esto. post mortem patris contendunt fratres, quisnam exhæredatus esse dicatur. Res agitur apud iudices per quandam quasi Antikategoriam, hoc est, mutuam accusationem quam quidam concertatiuam nuncupant. In plerisque controuersiis prisci declamatores his consueuerunt personis aduocatis, propter aliquam vitiosius qui causam deformitatem & vitij turpitudinem. Hi quanquam persona fratrum inhonestæ sint & turpes: ut illis proloqui nisi ... debuerit, ego tamen existimaui, totam causam planius explicare & vehementius agitasse si ipsi semet mutuis criminationibus impetant: quemadmodum si per aduocatos ageretur: Primas partes ebrioso dedi: ... contra duos ... dicat: ut mox unus a duobus vexetur. Conditio huius causæ illa est. ut pro se unusquisque salute sollicitus nihil de proximo cogitet. Lector attende, ... aberis

EBRIOSVS CONTRA SCORTATOREM ET ALEATOREM.

NOn ignoro iudices, quanto onere causa nostra premateur ex hoc parentis elogio: propterea quod fit, ut sordes nostræ inuulgentur; ut probra ... in patulo conspiciantur. Et quod maxime ... fuerat, ut occultatione mutua frater inuicem cogatur in fratres: sed qui semel labe vitiositatis infectus, sequestrato pudore frontem perfricuit, qui famæ contemptor est: non tam infamiam veretur, quam famem timet. Creditque prouerbio ... clamitanti: *miserrimum esse fame mori.* & quod parasitus ille plautinus dixit, putat esse verissimum: *Ast miserrimus est, qui cum esse cupit, quod edat, non habet.* Pro ... iudices (ne ego esuritione tabescam, si exhæredatus a patre sententia vestra pronunciabor: ne inter mendicos sedens, manum ad stipem porrigere cogar) hodierno die causam aduersus duos fratres ... potentissimis argumentis demonstrabo: vel ... vel utrumque nimirum esse, quem pater exhæredatum esse voluerit. Quamuis mihi satis superque esse debuisset, ad exhæredationem effugiendam, ... os edocuisse, alterum ex fratribus esse, quam me sordidiorem perditioremque. Verum ut res magis colliquescat, separatim atque diuisim utrumque incessere, mihi in animo est: ut post explicatas unius sordes, alterius quoque maculosam vitam insectando inuadam. Quamquam non me præterit, quam sanctum sit nomen fraternitatis, quam arcta fratrum coniunctio, quam frater diligendus; utpote quasi fere alter dictus. Sed mihi non tam fraternitas hoc tempore colenda est, quam mendicitas cauenda. Verum & profecto illud verbum vetus: *Omnes sibi melius esse malle quam alteri: quisque sibi proximus est, & tunica pallio propior.* Cæterum ne longiore (quam par sit) exordio vos morer, iam controuersiam ipsam ex testimonio paterno deriuatam, quæso aspicite.

Miserrimum fame mori.

Frater fere alter.

Tunica pallio propior.

Iubet

iubet pater eum a nobis exhæredatum esse, qui sit vitiosior: quis non intelligat: quis nõ videt, siue verba siue voluntatem scriptoris intueri libeat scortatorem designari, quo vitiosior nullus existit. Testamentum potentissimum est: Vltima defuncti voluntas rata esse debet: hæc vobis spectanda est, ad hanc perinde atque ad scopum sententia vestra dirigenda. Ait pater: vitiosior ex filijs exhæres esto. Scio me bibacem fuisse & vini cupidissimum: sed hoc si vitiũ est, longe profecto minus est, quam fraterna scortatio labesque meretricaria. Nam vt prius cum amatore meretricis agam: quid potest fœdius esse, quid vitiosius, quam amore meretriculæ turpissimo torqueri & insanire, inter scorta non tam degere quam elitescere? Vbi patrimonij famæque dispendium fiat, vbi ex libero seruus euadas: sisq; seruituti indignissimæ mancipatus. Omnis seruitus homini ingenuo & liberaliter educato intolerãda est: Ille vero vltro-neam subijt seruitutem, & eam quidem indignissimam, qui meretricatijs pedicis implicatur: cui mulier imperat: cui leges imponit, præscribit, iubet: qui nihil imperandum negari potest, nihil audet recusare: poscit, dandum est: vocat, veniẽdum: eijcit, abcũdum: minatur, extimescendum. Duo autem omnia sunt, quæ mortales magnipendunt: fama & opes. Quid enim, per deos immortales, mortalibus contingere potest illustrius, quam nominis splendor, quam fama, quam gloria? Cuius causa tot ærumnæ, tot sudores, tot vigiliæ vltro subeuntur ac tolerantur, vt non immerito cecinerit Valerius Flaccus: *In sol animos mentemq; peruris gloria.* Vt verissimum sit illud Salomonis: *Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ.* Præterea quid vtilius, quid dulcius, quid beatius, quam opulentum patrimonium: quam diuitiæ luculentæ? Quarum causa,

Nullo liber erit, si quis amare volet.

Fama & opes.

Gloria adipiscenda genera vltro mala subeuntur.

Salomon.

Horatius.

Impiger extremos currit mercator ad Indos:

Propter quas vita mortalium facta est laboriosa & irrequieta. Sunt plærique qui mortem potiorem quam egestatem putent: quib9 intollerabilis videatur nuda illa vita, & omnibus quibuscunque abundauerint destituta. Apud Nabatheos, qui opes minuit, publice mulctatur; qui auget, honore afficitur. [illegible] græci quam barbari cum tertium locum [illegible] tenere debeant, primo tamen in loco [illegible], vt auctor est Plato. Atqui vtriusq; huiusce boni iacturam facit meretricarius: Namque amationes meretriciæ grande ferut vna cum damno dedecus: infamiam afferunt, opes auferunt. Male consulit & rei & famæ mulierarius amator. Quid homini detractis, nihil plane erit illo despe[illegible] nihil notarius. Itaque amator despectissimus [illegible]tissimusque est habẽdus, qui scorto honestum [illegible]um postponens: qui in gurgustio delitescens assiduis pulsatur infamijs, patrimonij decoctor, mẽdicitatis infamissimæ coagulum. *Bonam deperdere famam, rem patris oblimare malum est vbicunque:* vt inquit Satyrographus. *Amator* (vt Plautinus seruus festiuiter enarrat) *bona sua pro stercore habet: foras iubet ferri. domi quicquid habet, perdit: quandoquidem ipse perditus est.* Meretrices vt dicuntur ita profecto sunt procaces: nullus est finis poscendi; nullus dandi: vt amatoris libido rediuiua resurgit. estque inexplebilis; sic meretricis est inexaturabilis procacitas. Et quum hodie aliquid dederis, hodie quoque aliud dandum est. Et cum scorti precium vnius sit panis (si Salomoni credimus) argentariam salutem ab Amasio quotidianam deposcit: exenteratque quotidianis [illegible]ibus marsupium. Meretrix tantisper blanditur dum [illegible] quod rapiat, videt: Amator quam diu habet, quod de[illegible] tam diu illi arrident ædes meretriciæ, & patent fores. Vbi de[illegible] inopia argentaria laborat; foras extruditur. [illegible] comœdia hu-

Nabatheorum.

Quæ incommoda meretricia amationes afferunt.

Meretrices procaces.

Scorti precium.

manæ vitæ speculum est? Atqui apud Comices poetas tota est meretriciarij amoris insectatio. Adolescentes in scortis male audiunt: patres filios turpi amore meretricis auocare, abducere, auellere omnibus viribus neruisque contendunt: vt id nobis documento sit vitandas esse meretricum illecebras, fugitandas suauiationes poscinummias. Quarum [illegible], laqueos, ill[illegible] blandiciasq; viscatas enumerare quis possit? In mercatore Plautinus pater C[illegible] filium, visco muliebri implicatissimum, castigatione clamosa & obiurgatorio sono ad bonã frugem reuocare contẽdit: tanquam nihil peræque dispendiosum rei sit & moribus ac amor. In truculento seruus *meretricem ego* (inquit) *item esse reor mare [illegible]: quod des deuorat, nunquam abundat.* In asinaria at adolescens despoliatus & exclusus, *mare nõ est mare. Vos estis mare acerrimum.* In cistellaria *meretrix fortunati est oppidi simillima: non potest suam rẽ obtinere sola sine multis viris.* In sticho: *Qui potest mulieres vitare vitet.* Apud declamatores inducuntur patres, qui elogio testantur exhæredatos à se filios: propterea quod meretrices amauerint. In decalogo legis dominica præcepta decem, Dei digito conscripta continentur: quibus recte viuendi formula præscribitur; homines ad sanctitudinem instituuntur; inter quæ illud est memoratissimum: *Non mœchaberis.* Quo verbo non solum interdicitur nobis adulterium cum alienis vxoribus; sed & omnis fornicatio. Quippe in canonicis scripturis vt docet diuus Augustinus, & in Decretis, xxxii. q. iiii. proditum est, nomine mœchiæ omnis fornicatio, omnisque illicitus concubitus significatur. Si quæ à pontificibus decreta sunt, seruari debent: quanto magis quæ à Deo? Tu qui scortator, & meretricij amplexus assectator es; nonne vides, te facere contra diuinum interdictum? sed qui præcepit non mœchandum: idẽ in eodem decalogo haud quaquam præcepit, non bibendum. Ad hæc amor formæ rationis obliuio est insaniæ proximus. Turbat consilia: altos & generosos spiritus frangit: à magnis cogitationibus ad humillimas retrahit: querulos, iracundos, temerarios, dure imperiosos, seruiliter blandos: omnibus inutiles, ipsi nouissime amori facit. Nam cum fruẽdi cupiditate insatiabili flagrat; plura tempora suspicionibus, lachrymis, conquestionibus, perdit; odiũ sui facit, & ipse nouissime odium est. Hæc luculenta diui Hieronymi peroratio: quem non meretricariorum atque amatorum rubore suffundat. Quis amasius talia audiens non repente se damnet, veluti fœda vitiositate maculosum? Quis venereus miles non hæc in semetipso recognoscens ingemiscat? Namq. amorem amatoremque cuncta hæc vitia sectari solent: Cura, ægritudo, insomnia, ærũna, inepta stultitia & temeritas, incogitantia, cupiditas, petulantia, auiditas, desidia, inopia, contumelia, & dispendium.

Suauiationes poscinummiæ.

Meretrix & mare.

Decalogus.

Non mœchaberis.

Hieronym.

Amoris sectatores.

Amor carnificinam commentus est: amor amara dat: mores hominum moros & morosos facit. Amatoris animus clauo cupidinis fixus apud ædes meretricias retinetur; viuitque in alieno corpore: adeo vt Plautinum illud dicere meritissimo possit: *Vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus.* Quid nonne in vulgari maledicto conuitioque quotidiano est nomen scortatoris? Nonne in confesso est amorem furorem esse & meretrices famosas? Sectari autem rem furibundam non ne furere est? Sectari rem infamem, nonne insaniæ proximum atque confine? Ad hæc amator sæpe crudeli feritate grassatur ac furit ob riualitatis suspitionẽ. Meretricum n. non est vni inseruire amantum, sed fouere cõplures: & ex multiplicibus racemis sibi facere vindemiam. Hinc bella, iniuriæ, suspitiones in militia amatoria: Hinc maritus Hellade percussa se præcipitat: hinc amator

Plautus.

Plautus.

Riualitas.

mator non solum miser & ærumnosus, verumetiam turpissimus criminosissimusq; censetur. Quanto me magis judices excutio: tãto plura succurrunt ad taxãdam meretricarij fratris fœditatem. Et imprimis illud Apostoli Pauli: qui euidenter ostendit vitiũ fornicationis inter reliqua esse spurcissimum: qui Corinthios instituens ita proclamat: Fugite fornicationẽ. *Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat.* Adde: Quid? qui cupit bibere, non erubescit id palã profiteri: & manum in propatulo porrigere ad poculũ. Qui vero desiderio rei venereæ detinetur: furtim id agit & clanculum: cum cupiditatis erubescentiã depudescat. Non credis id mihi? Audi nobilissimũ Philosophum Aristotelẽ in problematis ita disquirentem: Cur homines rem agere veneriam cupientes, confiteri se id cupere maxime pudet: bibendi autem aut edendi desiderio cum teneantur, confiteri non pudet? Possem infinita prope congerere. sed adhibendus est modus, quem in rebus omnibus vtilissimum perhibẽt. Igitur ô pater cum in scortis malè audeas; scito hoc esse omni probro probrosius, omni turpitudine turpius. In tantum vt nullus ignoret scortari & in meretricario cœnobio se & sua nequiter profligare; id dici & esse postremissimũ vitiorum: quod nec ipse opinor frater inficiaris: quũ improborum mos sit, non improbitatem occulere, sed ex ipsa vitiositate gloriari. Verum hæc de scortatore ac meretricario dixisse satis superq; sit. Transeamus agedum ad aleatorem, quem nõn minus fœda vitij labe maculosum esse consitinõ: adeo vt multa, quæ in illum dicta sunt, in hũc peræque retorqueri possint. Et alia plæraque, quæ dum à nobis perpenduntur, quæso diligenter attendite.

Aristoteles in problematis.

Apostrophe ad scortatorem.

Alea res damnosa est ac turpis; furtorum ac rapinæ conciliatrix: malarum cogitationum parens: hominis interioris carnificina: virtutum atque omnis honestæ meditationis expultrix: irarum maledictorumq; in Deos hominesq; suscitabulũ: Cui qui mancipati sunt: semper angore torquentur: semper tristitudo illorum vultus innubilat: semper desperanter: semper furenter omnia agentes conspiciuntur. Nimirum id vitium est, quod scriptores omnes proscindunt, infamant, criminantur: quod à legum cõditoribus male mulctantur. Aristoteles inclytissim' philosophorum in iiij. Ethicorum volumine Aleatores infamat: illiberales esse, & in sordido lucro versari scribens: Apud Iurisconsultos titulus est de Aleatoribus: quæ animaduersio constituitur in eos quoq;, qui ludere compellunt: Senatus consultum vetus pecuniam ludere interdicit. Quinetiam M. Tullius auctor est, Lenticulam, M. Antonij collusorem, lege de alea condemnatum: qui hominem nequissimum ob id vocat Antonium, quod in foro atq; in propatulo alea luderet: Horatius quoq; aleam legibus interdictam tanquam rem improbam ostẽdit illo versiculo: *Seu malis vetita legibus alea.* Nonne inter Catulliana maledicta sunt Alennes quoque? Sic enim prisci aleatores nominitabant. Nonne confessum Aleatorum in ludo talario turpissimũ esse dixit Arpinas orator? Nonne alea pernox? Nonne animosus aleator satyrico dente perstringitur? Quisquis inuentor aleæ extitisti: tecum enim mihi res est: non rem voluptariam (vt vulgo creditur) sed pestiferam ac detrimentosam es commentus: quæ multos ad inẽdicitatem redactos, furaces, grassatores, sacrilegos fieri cogit. Et quidẽ non est nobis hęc oratio habenda apud imperitos judices: neque in conuentu rusticano liberius paulo de studiis humanitatis ac literis interioribus disputabo: necnon ex secretatus platonicis: eruta inuulgato. Plato philosophorum DEVS refert, in Phædro fuisse dæmonẽ nescio quem, ex vetustissimis dijs Ægyptiorũ: cui dicata sit ibis auis illa Ægypti peculiaris. Non autem ciconia (vt vulgo creditur) quę rostri aduncitate per aluum sese proluens, Clysteris vsum demonstrasse mortalibus proditur. Dæmonem autem hunc theuth, siue theuta eum primum inuenisse Geometriam, Arithmeticam, & literas, eundem talorum aleæque repertorem extitisse. Dignum ego amplissimo præconio Theutatem judico, judices, quatenus literas & disciplinas ingenuas inuenit. Qui vero talarium ludum, aleamq; primus ostenderit; fœda suggillatione notandũ censeo: adeo vt mala bonis comparata præponderent: nec minus vitiositatis sit in aleę commento, quam bonitatis in literarum inuentione. Herodotus, Græcus Liuius, quem M. Tullius patrem historiæ nuncupat, auctor est: Lydos primos aleæ tesserarumq; ludum, & cætera genera lusoria præterquam talaria excogitasse. Cæterum siue theuth, vt memorat Plato: siue Lydi, vt autumat Herodotus, inuenere instrumẽta lusoria: Vtriq; mediusfidius tradidere mortalibus inuentum perniciosissimũ: cuius comites sunt fraus, periurium, impostura, mendicitas, & ex mendicitate mala mens, malus animus: & consequenter ad scelera facinorosissima audenda procliuitas. Piget commemorare; quã multi hoc vitio teterrimo ad inopiam, egestatemq; redacti sibi & suis fuerũt dehonestamento. Quam multi dum furtificas ob aleam manus habent: carnificis laqueo strangulari, mortẽ oppetiere ignominiosissimã. Ad hoc aleatores publica pulsantur infamia: & quia dicimus apud aures eruditas, eruditionisq; sitientes: non erit absonum, si ab illa orãdi lege Rhetorica paulum deuius excurram excursione plausibili: idq; ex declamatoria institutione & ritu. Inter cæteras nationes studiosissimi tesserariæ lusionis, aleatoresq; maximi Germani fuisse produntur: *aleam inter seria exercentes: tanta lucrandi perdendiue temeritate, vt cũ omnia defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore cõtendant. victus voluntariam seruitutem subit. & quãuis iunior quamuis robustior foret: alligari se patiebatur ac vendi. Ea erat (vt inquit Cor. Tacitus) in re praua peruicacia (ipsi fidem vocant) insitum hodieque est Germanis studium aleæ animosiorisq; in qua fidem collusori seruãt: & pecuniam perditam perinde ac mutuo ditam victori cum fide repræsentant.* Dirum prorsus illud est Sydus natalitatium: quo progenerantur aleatores, quo homines fiunt res prauæ ac calamitosæ mancipati. Quicunq; in nona parte libræ habuerit horoscopum: is erit si Firmico Materno credimus, aleator populari natione perspicuus. Vtinam possent è vita in totum abdicari, tollię; tesseræ & chartulæ lusoriæ: sicuti iampridem tali sublati sunt, & lusio talaria abdicata. Video plærosq; omnes ex vobis contracta fronte mussantes: quod talos, talariumq; ludũ dixerim exoleuisse. Nolite ob id admurmurare. vera locutus sum judices. nullus est error in verbo, sed vulgus errore promiscuo implicatur. existimans, talos esse instrumenta lusoria, quibus quotidie passim luditur. cum tesseræ illæ sint nominandæ, non tali. Et vti totam rem planius noueritis. scitote talos fuisse quaternos in ludo talario, ex talis quadrupedum factos. qui in posterioribus tamẽ pedibus esse produntur Aristoteli, Plinio, cæterisq; Physicarum disciplinarum consultissimis. Græci talos astragalos vocant. vnde & Astragalicones dicti talis ludentes. In lusione talaria quatuor tali efficiunt iactum fœlicissimum, quem venerium nuncupant. & a poetis venus vocitatur. In ludo vero tesserario tres tantum tesseræ sunt, quæ ex sex lateribus æquali latitudine planiciarũ quadratę confiunt: græci cubos appellãt. quod & nostri. vt M. Varro, Gellius, Macrobius, Vitruuius tradiderũt. Inde cybeuticos dictus aleator.

Vituperatio aleæ.

De aleatoribus.

Horatius.

Alennes.

Ibis non est Ciconia.

Inuentor talorum theuth.

Lydia lusoria multa genera inuenere.

Comites artis lusoriæ

Germani Aleatores.

Horoscopus Aleatoris.

Tali.

Tessera.

Quid erat ludus talarius.

Astragali. Venus iactus.

Lusio tesseraria.

Tesserarius nunc vbique gentium, vbiq; locorum, in vsu quotidiano frequentissimus est. Tres tesseræ siue cubi, quos taxillos docti, indoctiq; falso nominitant, in alucolum jaciuntur: sic enim tabula aleatoria nuncupatur: cum talis quatuor in ludo talario antiquitus viterentur. Hinc scire apud Epigrammatistam, tesseræ numero talorum impares sese esse profitentur. Vtinam ergo vt domum repedemus: vtinam tesserarius ludus, & omnis alea damnosa ac præceps abdicari posset & tolli! Vtinam aleatores, quorum vita & ars ludus est, exterminari atque interdici: ne res quæ voluptatis causa, vt aiunt reperta est, in mæstitudinem, luctum ægestatem mortales impingeret. Dic quæso aleator, non erubescis? vel si erubescere non nosti, nonne pallescis, nonne ingemiscis; quoties audis te aleatorem nomine probrosissimo vocitari; quoties digito prætereuntium ob insigne vitium demonstraris? Equidem malo vinolentus dici, quam aleator, quam scortator: Malo illo liquore mulceri, qui lætificat Deos & homines: sine quo lætitia esse in conuiuus non potest: Vnde & lætitiæ Bacchus dator à celeberrimis auctoribus dictus. Quod si vitium est (vt isti volunt) profecto est ignoscibile: neque vllis legibus indictum. Quinimmo Platonicæ leges quibus nullæ sanctiores, vinolentiam & pocula largiora permittunt: perinde ac fomitem quendam ingenii virtutisque incitabulum. Asclepiades nobilissimus medicorum, vini vtilitatem æquari vix deorum potentia posse pronunciarit: Vinum eloquentes facit. Et vt inquit Horatius Flaccus:

Tessera
Cubi
Alueolus.

Sententia Asclepiadis de vino.

Facundi calices quem non fecere disertum?

Cui subscribit poeta alter lepidissimus scribens: *possum nil ego sobrius, bibendi succurrunt mihi quindecim poetæ.* Et enim alea, atque fornicatio plenæ sint anxietudinis & curæ: contra vinum tristitiam discutit, & nubila humani animi serenat. estque remedium curarum, quæ anxiferæ sunt & edaces præsentissimum: quod Lyricus poeta commodatissimo Epithero dixit obliuiosum: Vitam beatam nulla res alia magis efficit, quam animi securitas mentisque tranquillitas. Hanc nobis vinum parit: somno accommodum & securitatibus: Hoc certe siut Nepenthes illud, quod Homerica Helena Thelemacho propinarat: obliuionem tristitiæ, veniamque afferens: quod vtique omnibus mortalibus foret propinandum. Vnde & Nepenthes ab effectu nuncupatum: quod eo tristitia & luctus omnes aboleatur. Merito Bacchum ob tam suave inuentum Deum finxit antiquitas: merito in cœlo est vindemiator collocatus: merito Bacchus ipse Liber pater nominatus, non tam ob licentiam linguæ; neque ob libertatem Boetus datam, quam quod liberat seruitio curarum animum: & vt morbis quibusdam: ita tristitiæ medetur. Proinde sanctissimus & vitiorum obiurgator seuerissimus Seneca præcipere non dubitat *liberaliores potiones esse hauriendas, & aliquando vsq; ad ebrietatem veniendum:* Ad hæc nonne maximi heroum regum Philosophorum ebriosi atque bibaces fuisse memorantur? quorum exemplis illustribus ebrietas ipsa honestarit: & vitium ebrietatis, si modo id vitium est, fit imitabile. Herculem inter Heroas famigeratum quo nihil illustrius, ebrium & cassabundum fuisse accipimus. Ideoque scyphum illius poculum esse, vt liberi patris cantharum: ob hoc fictores Herculem cum poculo figurant. Alexander Magnus, quo nihil maius, vini auidissimus fuit, ad temulentiamque proclivior. Caton quoque, qui exemplar virtutum & norma est: qui vt sapiens dictus, ita reuera fuit, vino indulsit: ebrietatisque hilaritare demulctus interdum est. Cuius olim ebrij velatum caput cum quidem (quibus obuius fuerat) retexissent, erubuerunt: nimirum quia ebrietas quoque in Catone visa est venerabilis. Ego igitur cum viri tam clari, tam magni, tam sancti vino indulserint; cum vinolenti frequenter extiterint: cur pudeat me & dici & esse temulentum: Cur in me sit criminosum, quod nō solum excusatur exemplis, verumetiam defenditur: Denique cur mihi dānosum sit judices: si id facio, quod Hercules, quod Alexander, quod Cato factitauerunt? Quorum auctoritas tanta est, vt ebrietatem honestam magis efficere possunt, quam ipsi ex ebrietate turpes fieri.

Vinum obliuiosum.

Nepenthes.

Vindemiatorem cœlo Vnde liber.

Hercules bibax.

Alexander temulentus. Cato vino indulgit.

Habetis perorationem meam in duas fratres: alterum fornicarium; alterum aleatorem: quorum alterutrum vestra pronūciatione damnari necesse est, si nouissimam defuncti testatoris voluntatem tueri vultis: qua animis vestris nihil debet esse sacratius. Quanto enim vinolētia minor sit vitiositas fornicatione vel alea, vel vtroq; scitis: & hoc scio, vos scire. Quacirca pronunciate judices quæso vel in hunc, vel in illum: vt ego sententia vestra absolutus possim paternis bonis perfrui commet atque hilariter: vt indulgens vino excusabilis sim exemplo Herculis, Alexandri, & Catonis: quos vitæ duces habere non solum venia sed etiam laude dignum est.

Epilogus.

D I X I.

SCORTATORIS ET ALEATORIS RECRIMINATIO ADVERSVS EBRIOSVM.

ÆSopi fabulatoris elegantissimi apologus iudices narrant homines duas manticas habere: alteram anteriorem; alteram posteriorem: In priorem aliena vitia mitti: in ea quæ à tergo est, nostra occultari. Quo apologo scienter & festiuiter significatur mortales obseruare papulas alienas, in propriis vlceribus incuriosos: In alienis peccatis noscendis oculatos esse; in suis talpas. Neminem videre quid manticæ in tergo sit. Hoc cum in plærisq; aliis tum hodierno die in fratre cognouimus: qui in negocio suo hebetior, in alieno acutior: festucam in oculis nostris aspiciens; trabem nō videt in suis: qui copiose & eleganter in meretricarios, aleatoresque perorans, ebrietatem cui obnoxius ipse est, non solū dixit esse ignoscibilem, verumetiam si Diis placet, quasi expetibilem atq; dignam laude, est conatus asserere. Nos vero judices nihil verrucas nostras conuelantes, simpliciter ingenueq; fatemur: malum esse scortari, & forum aleatorum calefacere. Sed maius malum temulentiam esse contendimus: idq; euidentibus argumentis planum faciemus. Vos quæsumus: vt sicut attente fratrem audiuistis, in fratres inuehētem: ita libentibus animis nos audiatis fratrem retaxantes: Vt si quam ille voluptatem maledicendo cepit; eandem male audiendo penitus amittat: qui cum dixerit, quod voluerit, non iniquum est si audiet quod noluerit. Vestrum erit officiū judices: causa vtrimq; perorata collatione vitiorum, (de quibus agitur) facta sollerterque perpensa ferre sententiam. Homo (vt hinc ordiamur) ex animo & corpore cōpactus, nihil habet pēsius cariusq; quam semetipsū. Vnde fit, vt animi ac corporis incolumitatem diligentissime custodiat. Et ea cum primis aptet, quæ Græci τὰ πρῶτα φύσεως, latini prima naturæ siue primigenia appellant: in quibus numerantur valetudo, sensus integri & omnium partium conseruatio, quibus non pauci summum hominis bonum metiūtur. Et cum vitæ ars prudentia sit, quæ inter bona animi potissimum elucet: eam pręcipue incolumē seruare debemus: vt viuendi ratione constemus. Hæc igitur animi & corporis incolumitas, cum sit rerum omnium preciosissima. cum bona animi & corporis sint maxi-

Apologus.

Mantica in tergo.

Primigenia natura.

maxima bonorum qui [illegible] non videt id vitium longe maius esse habendum [illegible] ora & plura hominis bona p[illegible] tur [illegible] cta hæc ebrietate concutiuntur, & vini [illegible] tur. Temulentia mentem [illegible] hi[illegible] is valetudinem profligat: nec nun[illegible] rei f[illegible] q; dispendium. Vetus verbum est [illegible] *apientia* [illegible] *vino obumbrari*. quia vigorem an[illegible] im[illegible] d pr[illegible] inctum tendentibus. Qua in re su[illegible] p[illegible] torum diligentiam, qui significantissimo voca[illegible] num temetum [illegible] pellauere: ex eo quod tene[illegible] tem ac te[illegible] viide & temulentia ebrietas nominata. Quid per [illegible] eo fœdius, quid turpius ci[illegible] e potest, quam quod homo extra hominem, e[illegible] traq; humanum intellectum per vinolentiam collocetur, semetipsum ignore[illegible] ne plus sapiat, quam bimus puer aut aniculus. Vini calentis aspergine sanitas mentis expugnat: [illegible] q; rerum omnium obliuio morsque memoriæ. Non est temulenti animus in sua potestate, mersus vino, & ebrietate deuictus: quod neque fornicario accidit, neque aleatori. Et vt eleganter diffinit Seneca grauissimus vinosorum censor: *Nihil aliud est ebrietas, quam insania voluntaria.* Nonne hoc probrum omni probro maius est: hominem vltronea insania oblectari? Cuios peculiare bonum est sapere, sanitate mentis perfrui. Adijce ex vino vertigines capitis, recta mobilia, gradum errabundum. Nam vt ait scitissime Plautus: *Luctator dolosus est vinum: pedes captat primulum.* Merito dixit Androcides, sapientia clarus: *Sicut venenum est homini cicuta: ita & cicuta vinum*, intelligi volens veneni venenum esse vinum. Quam multi morbi atq; ægritudines ex vini intemperantia proueniant; quis ignorat? Cum hinc vlcera oculorum, neruorum resolutio, tremulæ manus: cum hinc Causones. i. febres æstuantes: cum hinc pedes vlcerosi ac podagrici, aliaque innumera morborum genera proueniant. Vnde merito dici potest: Ebrietatem pœna premit comes. Præterea quod non minus turpe est, vino fætent ora nimio: & graueolentia anhelitus inficitur. Vis videre, quam noxia ac pestifera res corporibus sit vinum? Vbi quispiam ægrotat, statim ex præscripto medicorum vini potus interdicitur: [illegible] quam id fomentum incentiuumq; morbi sit. Ad hæc rei suæ male consulit humo ebriosus; dum vina preciosa cum dispendio patrimonij vndiq; conquirit: dum vinum pluris, quam aurum facit: idq; iucundius, quam solem intuetur. Videmus quotidie multos (nec enim in re notissima exemplis opus est) ad inopiã egestatemq; redactos ebrietate sumptuosa: tanto labore & impendio constat; quod mentem mutet, ac furorem gignat. Et ita vinum sæpe causa est; vt patrimonia & opes decoquantur: vt vacantes potibus cõsumantur: sicut Salumoni plane credi conuenit. Quanta autem labes infamiæ, quantum dehonestamentum subsequatur id vitium, homo nemo non noscit: cum opprobratio ebrietatis inter cætera cõuitia sit maledicentissima: cum quotidianum hoc maledictum tanquam maximum, in altercationibus audiatur. Achilles Homericus non probrum vllum fœdius inuenit, quo proscinderet Agamemnonem illum regem regum, quam vt *οἰνοβαρὲς*: hoc est, vino pressus atq; vinolentus appellaretur. Olim diui Augustini mater cum ab ancilla per amarulentam insu[illegible] tationem merobibula vocaretur, tam fœdum, tam erubescendum id maledictum esse cognouit: vt confestim damnata ebrietatis fœditate, ad sobrietatem sese contulerit: biberitq; deinceps vinum aquarissimum, dilutissimumq;. Excutite iudices iudicia mortalium [illegible] interrogate passim omnes. Audieris hominem ferme neminem esse, qui non scortator & aleator à conuiuatoribus compellari malit, quam temulentus: adeo cunctis inoleuit intellectus rei fœdissimæ spurcissimique conuiuij. Adde quot rixas, quot cædes, quot facinora pœnitenda [illegible] t homines vino inflammati, & Bacchi thy[illegible] so pe[illegible] cussi. Nam *vinum* [illegible] libris Esdræ testatum est, *seducit mentem & v[illegible] olentis sumunt* gladios: qui cum è vino emerserint & surrexerint: non meminerunt quæ gesserunt. Il[illegible] Alexander Magnus, cuius paulo ante ô frater gloriabari: Nonne Clytum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas [illegible] dit? Nonne amicos in temulentia plures in[illegible] cuius exemplum scriptores non ideo re[illegible] t nos ad ebrietatem inuitent, pro vt tu opi[illegible] sed vt ab [illegible] brietate deterreant. C[illegible] gita quas [illegible] es ediderit publica ebrietas: Hæc gentes belli[illegible] s hostibus tradidit: hæc contumacissimos, & [illegible] gum recusantes, in alienum redegit arbitrium: hæc inuictos acie, mero domuit. Sicut Syracusæ in manum Marcelli ditionemq; Romanorum peruenerunt: sic Massagetæ a Persis profligantur: & vino mersi capiuntur. Quod igitur [illegible] es vitium fœdi[illegible], probrosius, deterius esse potest[illegible] quam ebrieta[illegible], qua sanitas mentis concutitur: valetudo corporis profligatur, patrimonia atteruntur, fama pulsatur. quã rixæ, cædes, infanda facinora: nec non vrbium excidia subsequuntur. Stoicorum dogma [illegible] quo[illegible] a[illegible] de magis quam vere traditur, *ἴσα τὰ ἁμαρτήματα*, id est, peccata paria esse quotidie refell[illegible] t vita[illegible] sensus communis impugnat: vi[illegible] a nostra redarguu[illegible] r: quæ haud dubie imparia & aliud alio maius esse n[illegible] o non cetoit: hoc etiam cæcis liquet ebrietatis labem tanto quam scortatus & aleæ esse fœdiorem: quanto plura pretiosioraq; sunt illa: quæ per temulentiã amittim[illegible] is, quam quæ per ale[illegible] m, [illegible] tionemque deperdimus. Verum audi[illegible] te, quo rem deducamus; sint cætera omnia inter nos paria: ve[illegible] ita maius, sint in nobis duobus flagitiosiora: sit fornicatio: sit alea: vitiositas fœdior quam temulentia: sit tua melior quam nostra conditio: vincas tu ex reliquis partibus. Vnum tamen nobis concedas velis nolis necesse est: mentem ebriosi [illegible] icut[illegible] ingeniũ obnubilari: sensus omnes fieri lapsabund[illegible] & hominem exire ex hominis potestate: quo[illegible] cesso victores sumus: cum huic vel soli vitio par [illegible] it nihil: & nihil secundum. Finge, excogita, c[illegible] min[illegible] cere quodlibet: nunquam tamen imper[illegible] bis, q[illegible] in nobis constet mens & animus. qua in re ebr[illegible] concutiur atq; dementat. Dementia autem in[illegible] & insanitate animi gliscente homo hominis nu[illegible] erra mittit: & nihil fere differt a brutis animan[illegible] is ex quo fit omnium deterrimus, fœdissimusq;. [illegible] od autem frater virium præconio laudis extuli[illegible] & ex sententia Asclepiadis vix Deorum potentia [illegible] uari posse pronunciauit; volsellis pugnat, non gladio: cum neq; nos inuiti iudices bibamus: n[illegible] num culpemus, sed vinolentiam. Scimus duos [illegible] liquores, corporibus humanis gratissimos: intus vini, foris olei: scimus nihil viribus corporis esse vtil[illegible] us vino, si modus adsit: scimus vino stomachum recreari; appetentiam ciborum inuitari, tristitiæ curam hebetari; algorem expelli. somnum conciliari: sed modice vel potius intra modum hauriant. Fuit ergo superuacanea illa in vini laudes excursio, quod nullus infamat. Verum enimuero ebrieta[illegible], de [illegible] ua agitur: ebrius qui culpatur[illegible] qua excusati[illegible] e excusabil[illegible] s fieri potest? qua d[illegible] nsione [illegible] an auctoritate Platonis teipsum tutabere: que[illegible] veluti temulentiæ suasorem, ac magistrum c[illegible] sti, falso. Scito enim, bone frater, lege Platonis ebrietatem istam turpissimam: quæ labefacere & imminuere ho[illegible] mentes solet[illegible] cuius reatum hodie tu sustine[illegible] nimme laudari: sed liberaliorem paulo iu-

Sapientia vino obumbrari. *Temetum.* *Temulentia.* *Ebrietas quid.* *Luctator vinum.* *Causones.* *Anima ex vino fœtens.* *Maledictũ ebriosi.* *Oenobares mater Augustini merobibula.* *Esdras.* *Clytus interfectus ab Alexandro.* *In temulentiam.* *Quæ damna ebrietatem subsequantur.* *Peccata imparia.* *Ebrietas dementat.* *Duo liquores.* *Vino temperate sumpto, corporis vires consolidantur.* *Sententia Platonis.*

f cundioremq;

cundioremq; vini inuitationem quæ fieret sub quibusdam quasi magistris conuiuiorum sobriis: nō improbari. Imo (vt [illegible] decreta platonica non à te stare, sed à nobis: intellige quanto opere ab illo culpetur ebrietas. De[illegible] diuinus philosophus, pueris merum aquæ potum vinoq; interdicto vetat ignem igne incitari: idem iubet spōsum & sponsam dare operam liberis, & abstemios esse: vt conceptus fiat solidus & quietus: cum ebrii tanquam mente capti ad generationem sint inutiles: quippe cum verisimile sit ex temulentis fœtus tam membris, quam moribus tortuosos progenerari. Quid Herculem bibacem, Alexandrum temulentum, Catonē vino hilarari solitum; teq; illorum imitatorē esse gloriabundus memorasti: Hic quæso ô frater placent ne tibi tanti viri pro archetypo & exemplari quos sequaris? Agedū imitare illos totos. et sicuti vitii adfectator videri vis: sic imitator esto virtutum: perge per illorum cunctā vestigia: effinge nobis ac redde monstrorum profligatione Herculem: [illegible]erum magnitudine Alexandrū: morum sanctitudi[ne] Catonem. Tūc in te tam ignoscibilis erit ebriet[as] quam fuit in illis: Tunc nemo tibi negocium facesset: Tunc nobiscum tibi nulla erit controuersia de paterna hæreditate. Cedemus vltro bonis: eris tu extra omnem judicii aleam sequestratus: No[n] duo inter nos disceptabim*: vter ex nobis sit exher[ed]s pronunciandus. Te in tuto: te in vado salutis collocato. Sed quæ est ista peruersitas, improbitas, iniquitas? velle magnis heroibus vinositate esse consimilem: virtutibus vero longe dissimilem? vel velle sequi fugienda: fugere sequēda: velle mala imitari: bona non aspicere? Placet tibi in Catone ebrietas? placeat & grauitas, frugalitas, integritas, doctrina, mores, cæteræq; virtutes omnes: quarum dictus est norma, auctor, exemplar. Scito tamen magnos illos viros non vino ingenium mentemq; vt tu quotidianis ebrietatibus ingurgitasse: nec enim in pectoribus magnis vllum esse potest honestorum turpiumq; consortium: sed pro fomēto laborum quos dies noctesq; exanlabant sese interdum largioribus poculis inuitasse: quorum labecula virtutibus obūbratur. Ad quos cum tu nulla ex parte laudabili aspires: desine illorum exemplis tua probra fulcire: quorum virtutes non assequeris. Desine illos iactare, qui abs te hoc in judicio nominati faciūt causam tuam fœdiorem, turpiorem, deteriorem; quā si nusquam nominasses. Demiramur ô frater te in hac nominatione silenter prætetisse Tiberium Cæsarem e[x] Cuius vepote maximi Romanorum Imperatoris exēplo, causa tua roborari potuisset: qui propter nimiam vini auiditatem pro Tiberio Claudio Nerone, Biberius Caldius Mero vocabatur: qui Pisonem vrbis Romæ præfectum fecit: quod biduo continuo duabusque noctibus perpotationem apud seipsum continuasset. Atque exempla vitiosorum, quamuis illustria, magis officiunt vinolētiæ reo, quam patrocinantur. Quid si judices in vinis defendendis atque excusandis valeat auctoritas principum: nos quoq; maximi Imperatores excusant. Namque memoriæ proditum est, Cæsarem Augustum, qui viuus habitus est diuus: quo nihil maius, meliusve terris, fuisse aleæ cupidissimum & diebus festiuis, profestisq;: Claudium quoque imperatorem de arte aleæ librum [c]omposuisse; cuius studiosissimus adeo fuit: vt [s]olitus sit etiam in gestatorio ludere: Meretricarios vero extitisse tam multos [v]t Salomon, quo nil sapientius [illegible] greges concubinarum prope innumerabilium habuisse prodatur: vt Cæsarem Dictatorem omnium mulierum virum dictitauerint. Sed nobis vitia nostra diluere exēplis principalibus non est in animo, nec libet ea defensione, quæ haud dubie potentissima est vti. Dicam*, nihil esse in rerum natura tam necessarium, tamque expetibile quā venereum concubitum: quo in terris sublato, cuncta animantium genera citissime deficiant, atq. intermoriantur necesse est. *Excedat Agedum, vt Senecæ ver*[illegible]*tur rebus humanis venus. orbis iacebit squalido turbus situ.* Tolle ex cōmercio mortalium meretricias amationes: cuncta videbis misceri, perturbariq; libidinibus incestis. Non iuuat in iudicio coram vobis iudices allegare aleam illicem esse vitæ voluptuariæ, atq; animorū oblectamentum, qua ociosi mortales æstiuorum dierum æstus torrentissimos fallunt: qua à cibo, à mensa salubriter vtuntur; cum id horæ, ex præcepto maximorum medicorum omnis animi corporisque agitatio sit inutilis. Sed nobis nihil prosint hæc adminicula, iudices, ad causam nostram roborandam: imo simpliciter & ingenue profitemur nos esse criminosos, nos vitiosos: sed criminosiorem, sed vitiosiorē esse fratrem indubitanter asserimus: Idq; videmur argumentis satis probabilib. hactenus demōstra[sse]. Verum vt vobis, iudices, hoc magis liqueat: vt fœditas tanti vitij fiat manifestior: Deniq. vt scrupulus null* mentibus vestris inhæreat: quin vinolentum fornicario & lusore fœdiorem, vitiosioremq; iudicetis: libet hoc potissimum in loco theroriceari. Et cum aduersarius per exempla, sententiasque nobilium scriptorum expatiatus est: nos quoq. exemplis, nos dictis Philosophorum, Oratorum, Ecclesiasticorum, edocenter explicabimus ebrietatem fuisse semper apud priscos detestabilem, proscissamq; cōuitijs ab optimis quibusq; pinde ac insigniter perniciosam. Erunt hæc non iniucunda cognitu, nec inutilia relata, nec eruditis aurib. aspernanda. Vos modo vt attente præterita audiuistis, ita attente ac lubentibus animis reliqua auditote. Lacedæmonij illi frugalissimi, & Lycurgi legib. bene instituti: cum ab ebrietate perinde, ac re fœdissima iuuentutem abducere vellent; hunc morem obseruabant: vt in festiuitate seruos qui Ilotæ vocantur, largo mero ingurgitatos in conuiuia iuuenum deduci iuberent: vt illi spectātes ebriorum turpitudinem, ebrietatem veluti rem fœdam ac deformem perhorrescerēt. Plato, Aristoteles, Eusebius & maxim* medicorum Galenus, dilaudant legem Carthaginensium: qua dum militaris & castrensib. rebus incumbunt; vinum nullis gustare permittitur: sed omnes toto militiæ tempore aquā bibunt; tanquam vino, ad ferendum laborem, homines remollescāt. Cesar auctor est Sueuos Germaniæ populos vinum ad se omnino importari non sinere: quod ea re subneruari corpora arbitrantur. Cheremon Stoicus narrat priscos Ægypti Sacerdotes carne & vino semper abstinuisse: ex eo tempore, quo cæpissent diuino cultui operari: vt sensus tenuitate forent vegetiores. Iosephus, Philo, Eusebius, Hieronymus prodiderunt: Essæos in Iudæa abstemios fuisse & invinios: quotidianumq; jeiunium vertisse in naturam: apud Romanos atque omni Latio fæminæ ætatem abstemiam egisse hoc est, vino abstinuisse memorantur. Quod si vlla inuēta esset vinum bibens, morte mulctabatur: vt auctor est Dionysius in libris antiquitatum. Ex nostris quoque celeberrimi scriptores scripsere: vxorem Egnatii, quod vinū bibisset è dolio, interfectā fuste à marito: eumque cædis à Romulo absolutum. Fabius pictor in annalibus suis tradidit: matronam quod loculos, in quibus erant claues vinariæ cellæ, resignauisset, à suis inedia mori coactam. Cn. Domitius iudex mulierem dote mulctauit; quod vinum bibisset, viro insciente. Ob hoc propinqui, vt inquit M. Cato: & repetit Tertulianus in Apologetico osculum fœminis dare soliti erant: vt spiritu judicarentur; an vinum olerent:

Vinosi ferè liberos membris & moribus tortuosos progenerat.

Imitandæ virtutes vitiosorum.

Laus Catonis.

Biberius Caldius Mero.

Augustus.

Claudii Liber de alea.

Salomon meretricarius.

Exemplū Lacones.

Ilotæ.

Lex Pœnorum.

Sueui.

Ægypti sacerdotes sobrii.

Essæi inuinii.

Fœmina Romana abstemia.

Osculum fœminarū.

&

& [illegible] fidi⁹ vsu [illegible] ua virtutis claudi [illegible] aperit [illegible] Traneus: quo nil [illegible] nil di [illegible] t hydropota. hoc est aquæ p [illegible] iu [illegible] ingenij pestem reformidans. D [illegible] pr.ecipit virgini Christianæ, vinum [illegible] m venenum esse fugiendum: eadem cleri [illegible] r [illegible] interdicit: qui scribés ad Nepotianum [illegible] ut vinum redoleas: ne audias illud philo [illegible] *non est osculum porrigere sed vinum propina* [illegible]. Tullius inter pleraque alia probrosa, quæ Piso [illegible] tectat; id quoque maximo probro dat; *quod vinolentus ore fœtido teterrimam propinam inhalasset.* Quid multa? Deus in Levitico ad Aaron archierea, hoc est pontificem: *vinum & siceram & omne quod inebriare potest non bibetis tu & filii tui quando intrabitis tabernaculum testimonii, ne moriamini.* Quinetiam Dei consectaneus, electionis vas, & scripturarum sanctarum armarium Apostolus Paulus, vinolentiam damnans in epistola ad Timotheum præcipit: *Episcopum sobrium esse debere, minimeque vinolentum:* Hinc in decretis Canonicis est illud memoratissimum: *Vinolentum Sacerdotem, & Apostolus damnat & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant in templo Dei prohibentur vinum bibere & siceram: ne crapula & ebrietate corda eorum prægrauentur.* Sicera autem Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, qua quis inebriari potest. Quicquid inebriat statum mentis euertit. Ante diluuium homines erant sicci, sobrij, immunes; nullo vini vsu; nulla cultura vinearum, Post diluuium vt sacris literis proditum est, primus Noe plantauit vineam; bibensque vinum, ilico inebriatus est. Itaque nec vinum suo pepercit auctori. In pentateucho quoque legimus ebrietatem incestu causam fuisse; cum patrē Lopotem filiæ inebriassent mox que ex ebrietate ad incestum concubitum infandumque illexissent. Ex illo tempore mortales vini feruor, ex feruore ebrietas; ex ebrietate inuerecundia, incestum furor inuasit. Tunc temulentia varijs motibus mentes hominum concutere cœpit ita vt alij fierent rixosi & furentes; alij iocosi & loquaces; alij somnolenti alij lachrymabundi. Etenim vitium eandē vim habebunt, quam bilis atra variam sc. & multiformem semper. Quare nobile est problema nobilissimi philosophorum Aristot. Vnde [illegible] etiam Horat. Flaccus illud mutuatus. *O nata mecum consule Manlio: seu tu querelas siue geris iocos seu rixas & insanos amores seu facilem pia testa somnum.* Dionysius qui vulgo Bacchus, quē Ethnici scriptores vini repertorem perlubent, cornutus figuratur; non tam quod boues cornigeros iugo copulauerit: vt Diodorus credidit quam quod ex vini feruore temulenti ad temeritatem procliuiter erigantur, fiantq. impetuosi, & quasi cornupetæ. Tunc pauper sumit cornua. tuc humilitatis oblitus erigitur in tumorem. Quod vero Bacchum inter Deus relatum & vindemiatorem inter sydera collocatū iactanticulus frater gloriosa prædicatione narrauit; nihil sane id ad causam ipsius fulciendam, proficit. Aut si commenta poetica pro argumentis valent, valeat & illud: quod venus nostra clarissimum sibi in cœlo sydus vendicauit: quod Venus inter cœlicolas dominatur: cuius natura cuncta generantur in terris quam almam, quam diuum hominumque voluptatem celeberrimi conditores appellant. Ad hæc Anacharsis ille, qui apud socordissimos Scythas sapiens natus est prodidit: *vitem vuas tres ferre: primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam contumeliarum.* Aesopus fabulator cōsimile quiddam dixisse traditur. Celebre est illud sapientis viri: siue is Aesopus siue Anacharsis, siue alius quispiam fuerit, dictum super mensam: *Prima inquit cratera ad sitim pertinet secunda ad hilaritatem: tertia ad voluptatem quarta ad insaniam.* si quartum poculū potores reddit insanos. quid quater quaterna, quid quater dena pocula efficient? Nōne supra omnē furorem, supra omnem insaniam reddent insanissimos? Atqui constat vinolentos homines quanto plus biberint, tanto plus sitire: & ex bibendi consuetudine augeri auiditatem: vt merito hoc genus homines ad perdēda vina geniti esse videantur. Nouellius Mediolanensis tribus congiis epotis vno impetu, tricōgius cognominari non erubuit gloriam scil. ex vitio fœdissimo captans. Et cum omne vitium tanto criminosius sit, quanto maior est ille, qui peccat. qua nota, quo probro vellicandus proscindendusque est Bonosus Romanus Imperator; quem miramur a fratre præteritum esse in mentione vinolentorum? qui bibit, quātum hominum nemo de quo Aurelianus dicere solebat: *Non vt viuat natus est, sed vt bibat:* qui quantum bibendo turpiter ingesserat; tantum meiendo turpiter egerebat: qui superatus à Probo, cum vitam laqueo finiens se pensilem fecisset, iocus innotuit: *Amphoram pendere, non hominem.* Proclamat Salomon: *Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur; non erit sapiens* Idem interdicit, *ne simus in conuiuio potatorum.* Subrisimus paulo ante, iudices, audientes fratrem incontinentes atque intemperantes appellantem eos, qui Aphrodisia colunt, indigeritq; rebus venerijs, citantemque Aristotelis testimonium, ex problematis: tanquam Aristoteles solos ἀκολάστους & ἀκρατεῖς. intēperantes & incontinentes homines venerios, mulierariosque appellandos esse censeat. Agedum, recita quæso, bone frater, totum Aristotelicum problema: videbis te quoque, eodem quoque l[illegible] habendum; eadem sugilatione notandum, eisdem vocabulis nominandum esse. Etenim vt res tota iudices colliquescat, scribit inclytissimus philosophorū: quinque esse hominum sensus, per quos voluptas quæratur: omnemque ex his immodicam voluptatem, turpem, atq. improbā existimari: sed n. (inquit) *quæ nimia ex gustu & tactu est, ea voluptas omnium rerū fœdissima est:* eosque maxime, qui duabus istis beluinis voluptatib. se dediderunt, incontinentes appellare solemus: tanquam in pecudum, ferorum q. animalium numero habeantur. Quisquis est his ferinis voluptatibus deuinctus, cum cæteræ ex tribus alijs sensibus prouenientes hominum esse tamē propriæ videantur: Hæc sunt Aristotelica, hæc ex promptuario philosophico deprompta: vbi non minus voluptas gustatus, qua haud dubie potus quoque continetur, quam voluptas tactus cōcubitusque iactatur. Quam autem ridiculū sit, id alteri opprobrare, quod in te statim retorqueri possit; nullus ignorat. Verum antequam digrediamur ab huiusce fœdissimæ vitiositatis insectatione, subijciemus opera ebrietatis, vtentes non nostris verbis, sed Plinianis; quæ in ore, in pectore omnium habenda sunt, dignaque quæ vbique non ibi tantum memorentur ad castigandam hanc inexplebilem bibendi auiditatem. audite ergo Plinium in temulentiæ vitia sic perorantem. *Tunc auidi matronam oculi licentur: tunc animi secreta proferuntur. Alij testamenta sua nuncupant: alij mortifera loquuntur; redituraque per iugulum voces non continent. Quam multi ita interempti: vulgoque veritas iam attributa vino est. Interea vt optime cadat, solem orientem non vident: ac minus diu viuunt. Hinc pallor & genæ pendulæ. oculorum vlcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa: & quæ sit pœna præsens. furiales somni, et inquies nocturna, præmiumq; summum ebrietatis. libido portentosa, ac iucundum nephas. Postera die ex ore halitus fœtidi, ac fere rerum omnium obliuio, morsq; memoriæ. Rapere se ita vitam prædicant, cum priorē diem quotidie perdant: illi vero [illegible] venientem.*

Vinum venenum.

Aaron archierea.

Sicera.

Noe inebriatus.

Ebrietas origo incestus.

Bacchus cur cornutus.

Tricongius.

Bonosus Bibosus.

Intemperantes & incontinentes.

Verba Plinij in ebrietatem.

Hæc Pliniana in temulentos peroratio: hæc castigatio censoria, tam seuera, tam luculẽta, tam vera, quẽ non reuocet ab ebrietate ad sobrietatem? à meracis potionibus ad dilutissimas aquatissimasque, à vinaria cœna ad prandium caninum? Quis hæc audiens, quis hæc legens non repente temulẽtiam fugiat ac execretur, perinde quasi vitiorum omnium fœdissimam, spurcissimam, defamatissimam? Quis iudex ea auctoritate, ea sapientia præditus, qua vos estis: non e vestigio pronunciet contra ebriosum, cõtra ebrietatem. Sed iam tempus est, canere receptui; ne dum vicem talionis implodimus, dum fraternam taxationem retaxam*, dum mutua flagitij exprobratione par pari referre studemus, immodici atque immoderati fuisse videamur. Adnotasse vos iudices iam dudum credimus aliquanta nos (quæ obiectauerit frater) irrefutata irrepercussaque quasi dissimulanter præterisse. Ita est, iudices, nec inficias imus Nam eius tantum est qui se impeccabilem (& vt græci dicunt ἀναμάρτητον) ostẽdere velit probra & criminationes omnes sigillatim diluere atq. refellere. Nos vero nostras noxas, nostra flagitia neq. inficiamur vt insontes: neque excusamus, vt multi. neq. iactamus, vt frater, Fœdum & turpe est ludere & fornicari. Erubescendum nomen est meretricarij & aleatoris. Crimen vtriusq. nostrum infame, detrimentosum, reprehensibile esse non negamus: atque etiam vltro profitemur, sed vitiositatem fraternã nostræ vitiositati, nostrisque flagitijs asserimus esse anteponendam. Diximus ex ebrietate non solum famam & opes labefactari, quod in nobis potissimum carpsit frater: sed mentem, animum, sensus omnes cõcuti, mutari, perturbari euidẽtissime docuimus: qua fœditate nil fœdius: quo vitio nil vitiosius esse aut dici potest. Ostendimus quantas clades, exitia, funera mortalibus ebrietas intulerit: Catalogo quoq. quasi per exempla, per auctoritates, per dicta nobiliũ cõditorum decurrimus: indicantes quemadmodũ temulentia omnibus seculis supra omnem vitiositatẽ damnata, conscissa, infamata est. Quod superest, vestræ prudentiæ est, iudices, vestręque grauitatis diligenter crimina nostra pẽsitare: & velut in librili collocata perpendere: & quem ex nobis tribus turpiorem fœdioremq. iudicaueritis, in illum pronunciare. Nihil enim veremur; quin secundũ nos pronuncietis; quin vobis, qui sapientissimi estis, idem videatur: quod tot scriptorib. celeberrimis visum est: q^d rationes suadent, exempla corroborãt, sensus communis affirmat. Itaq; causam nostram, iudices, fidei vestræ prudentiæque committimus. Etsi aperte cognoscitis, sicut profecto noscitis ebrietatem, longe fœdiorem esse atq. vitiosiorem: exhæredare quæsumus fratrem: & nos iudicio vestro liberare: sententijs absolutis: vt hęreditate paterna beneficio vestro perfruamur. Dixi.

Prandium caninum.

Epilogus.

LEODEGARII A QVERCV
De Lurcone sexagenario.

OLim quærebam à quodam Lurcone, quot annos
Natus erat; quoniam certum erat esse senem.
Respondens: annum solum sum natus; at annus
Hic iam multoties est iteratus, ait.

ADEODATI SEBÆ
In Amphoram anum ebriosissimam submersam.

Amphoram quam merum parto cognomine dici,
Plano mero semper, nec satiata mero,
Ebria forte parans tumidum siccare Lenaeum,
In medijs vitam lapsa reliquit aquis.
Atq; illa sane quamuis insueta bibentem
Eo. sola cum me diu immoraretur aquas,
Credibile est bilarem tamen interiisse bibentem
Cui magis in placuit Viuere, quam Bibere.

HISTORIA DE BOTVLO, MILLE ET QVINQVE VLNAS LONGO QVI

Caleud. Ianuar. à Lanijs. Nec non de Panibus octo (quos Strutzlas vocant) longis quinque vlnas, qui 6. Ianuar. à Pistoribus circumferebantur Regiomont. Borussię. Anno 1601.

CARMINE HEROICO comprehensa à IOSVA NEIGSHORN.

MONSTRVM FARCIMINIS.

SEdecies vbi finiri centesimus annus
Pene videbatur, festamq; reducere lucem,
Qua Christi rigidis est sacratissima cunis:
Ecce vocat socios Laniorum Præses in vnum,
Compellansque illos, blandis sic vocibus infit.
Mos erat hic nobis, multum laudabilis olim:
Prælongum Botulum gestare per oppida circum.
Et sic oricolis festiuos edere ludos.
Sed iam præterijt reuolutis mensibus annus
Bis nonus, quo mos istic abolescere cœpit.
Nunc itaque o socij (quoniam seruire licebit
Temporibus) rursus pro consuetudine nostra.
Aggrediamur opus, botulum faciamus opimum:
Spectatum portemus eum spectemur vt ipsi.
Hic labor eximius morti nos præripit omnes:
Famaq; nostra manet, Lucanica donec edetur.
Omnes acclamant, assensum protinus addunt.
Nec mora: siccatas fumi caligine pernas
Octonas decies magno mercantur, & vnam,
Aptaque farturæ porci intestina procurant.
Gnato operi sese accingunt, & iussa facessunt:
Ilia pars calidis mergunt inglorià lymphis,
Et manibus voluunt, iterumque iterumque reuoluunt:
Insipidi ne quid nares offendat acutas.
Excoriant alij pernas, & viscera nudant.
Pars in frusta secant: pars dissilientia secuti.
Segmina diffindunt in frusta minutula rapiim.
Nec condimentum dissis deficit aptum.
Octodecim piperis libras, vnumque quadrantem,
Et salis adiungunt bis cum semisse medimnum.
Tantundem quoq; ceruisia simul omnia inundat.
Hæc, inter sese mista ordine & arte magistra,
Ilibus immittunt. Exin Lucanica nata est.*
Vidisses Lanios, validas agitare secures.
Et vice vibrata, manibus certare lacertos.
Totumque artifici tectum feruere labore.
Longo autem tractu Botulus se extendit, in vlnas*
Centenas decies, quinasq; pependit, & idem
Ponderibus iustis librarius, millia pondo,
Si demas centum, & ter quinos insuper asses.
Vera loquor. Non hæc vano rumoris auditu*
Accepi, sed mi retulit, qui interfuit actis.
Porro vbi iam gelida Iani venere Calendæ,
Ocyus approperans Laniorum tota caterua
Limina ad hospitij, (vetus vrbs quod præbuit illis)
Ordine composito, celebrareque ludicra tentant.
Progrediur tectis, valida fortissimus hasta.
Dux, reliquumque aciei primori præuelat agmen.
Hinc pulsa increpitant alternis tympana palmis,
Dulcisonosque inter modulatur tibia cantus.
His sex succedunt decorati in vertice cristis,
Et portant humeris hastas, lateriq; sinistro
Inclinant lanas, pedibusq; agrestibus adstant.
Mox VVenceslaus (qui olim pascebat alumnes
Principis, Oeconomus) lato vestigia passu
Figens, vexillum niueo viridiq; colore

Apti

Apte distinctum, tremebunda [illegible] entitat hasta,
Hunc tres & centum pueri [illegible] ne sequuntur
Ordine, non celeri [illegible] ressu, medi [illegible] omnes
Vestibus induti, serenum pretiosius ornat
Cæsariem, sindon rubicunda murice tincta
Pectus obit, niueus lumbos succingit amictus,
Primo ter collum puero circundabat hilla,
Attollunt humeris reliqui distantibus illam:
Vltimus assimulans Cyclopem corpore vasto,
Plus bis quindenis præcinctus baiulat vlnis
Plurimus assidue comes ad latus ibat vtrumque,
Vnica cui botulum fuit addita cura tuendi.
Tandemque armigeri seruant iusto ordine claudunt.
Sic acie instructa, veniunt ad Principis aulam,
Centum & triginta dicti fareiminis vlnas
Lancibus impositas ternis, pro munere donant
Principibus. Largo qui grates ære rependunt.
Nobilium hic cœtus, simul & denso agmine ciues
Vidisses celeri properare ad limina cursu
Magnifica, ardenti studio spectacla videndi:
Insequitur nimbus puerorum, effusaque totis
Agmina densantur plateis. Vrbs confluit omnis.
Excedunt aula Lanij, veteremque percurrant
Lento Vrbem gressu, superato & ponte fabrorum
Cniphonium subeunt; vbi ventum erat ordine longam
In plateam. Tubicen specula quintuplus ab alta
Intonuit lituo, & signum dedit ære canoro.
Mox veterem repetunt vrbem stipante caterua,
Atque dehinc Vrbis Lebnica ad mœnia pergunt,
His vbi, qui pinsunt, sunt diuersoria, panes.
Ilico pistorum socij penetralia linquunt,
Occursu excipiunt venientes rite cateruas,
Et manibus iunctis, affantur talibus illos:
Vos, quod contigerit nobis, hac luce videre
Saluos, gaudemus merito, numenque precamur,
Vt facili vultu bene cœptum prosperet annum.
Quare agite ô socij, nostris succedite tectis,
Hanc vna volumus læti consumere lucem.
Tunc posito Lanij, primo sub limine, donant
Artocopos botulo, verbis & munus adornant.
Artocopi munus, ceu verum pignus honoris
Accipiunt, promittentes sese fore gratos.
Nec mora; tota cohors sese intra tecta recepit:
Discumbunt Lanij structis denso ordine mensis.
Artocopi apponunt panes, zythumque ministrant;
Dapsilibus sapidas important lancibus escas,
Et decies botuli superaddunt quatuor vlnas.
Corpora carne replent omnes, zythoque repellunt
Vberiore sitim. Mensis exinde remotis
Concaua tecta sonant, lætas expergere frontes,
Euacuare vno spumantia pocula ductu
Nunc iuuat: ô secis nullis pallescite poclis:
Pocula pota placent, decies epota placebunt.
Sub tenebras vbi ceruisia plerique madebant,
Instaurant abitum Lanij, lectumque vacillant.
Tectis: Artocopique illos comitantur euntes.
Inde nouum Artocopi, congressi in limine dicti
Hospitis, meditantur opus; bis sexque medimnos
Triticea messis subigunt cerealibus armis.
Hinc sibi depromunt florem similaginis album.
Excussum cribro, & vacuum purgamine crasso.
Corpore nudato similam lymphaque liquorem
Commiscent, commista manu properante retractant;
Depsita diducunt palmis, atque octo figurant,
Insignes clypeis, panes (quos Prussia Strûzlas
Nomine vulgari vocitat) furnoque coquendos
Indunt feruenti: coctos apto assere promunt,
(Panis quisque fere in quinas se porrigit vlnas)
Præterea spæras docta sex arte rotundant.
Lux vbi se Iani sustollit in æthere sexta;
Inque pari distans spatio prope vesper & ortus:
Instaurant actem Artocopi per aperta viarum,
Dux præcedit eos, rigidis acerrimus armis;
Hunc bini stipant, redimiti colla catenis
Auratis pueri. Alternis caua tympana lignis
Pulsantur, cantumque inter modulatur arundo.
Ter bini hunc pueri pede non remorante sequuntur,
Atque manu spiram fert horum quilibet vnam.
Quatuor armigeri succedunt, semper a pictis
Induti cristis, & duplice sindone pectus.
Mox vexilla rubent niueo distincta colore,
Et liquidum volitant iactata per aera circum.
Pone subit famulus, lento vestigia gressu
Signiferi obseruans; sexcuplex atque satelles,
Quot gladiis cinctos fortius decorabat amictus.
Quatuor inde tuba clangentes ære recuruo,
Barbaricum resonant taratantarantantara cantum.
Tunc bini & bini positum super assere, panem,
Panno interstrato, gestant ceruicibus vnum.
Custodes lateri vigiles adduntur vtrique,
Intra qui officii teneant opera omnia metas.
Hos super adueniunt pistorum cætera turba
Omnes ornati pictis in vertice cristis:
Carbasus, atque rubens substringit pectora coccus;
Arte laboratumque hypochondria linteum adornat.
Pars humeris portant romphæas ære nitentes:
Pars tormenta gerunt, teretes iacularia glandes:
Procoras alii, Macedum de more, sarissas:
Haud secus instructi, quam si vocet aspera pugna
Nec mora, magnificam tendunt ad Principis aulã,
Circumeunt fontem bis, terne, ducetque duobus
Panibus accumulant. Hinc terna per oppida oberrant:
Hospitiumque petunt Laniorum tramite recto,
Qui gressu excipiunt mox occurrente cateruas,
Atque salutatas promti intra limina ducunt.
Artocopi contra sex donant panibus illos,
Qui magnas & agunt, & habent pro munere grates.
His actis Lanij mensas ex tempore sternunt,
Pane siligineoque illas, zythoque coronant.
Apponunt carnesque boum, lixosque capones,
Pannonia pruna seruunt, vitulinasque ignibus assas.
Considunt omnes, grataque epulantur in æde;
Et fessas reparant vires, & pocula libant.
Consumtis epulis, cunctorum semper in ore est:
Certatim properent reducem data pocula in orbem.
Nec quis de mensa sese auferat, aut sibi parcat,
Dum madeat totus. Tenet insatiabile cunctos
Potandi cacoethes, & arido in ore senescit.
Tum litui clangunt, hilares dat buccina cantus.
Exoritur plausus, risusque per atria magnus.
Iam madidi facti, sub sera crepuscula noctis,
Artocopi exurgunt omnes, ruptoque feruntur
Agmine ad hospitium. Lanei comitantur euntes:
Multiplicantque vago clamore, Valete, Valete
Æternum, & memores veterem retinete amorem.
Tandem quisque sui recipit se ad tecta magistri,
Assuetosque iterum pergit tractare labores.
Et sic finis erat ludis, sic gloria transit
Mundi. Indutus heri pulcris qui vestibus ibat,
Perdidit & nummos luxu sibi vix quit aluta &
Cannabe crassa hodie rigidum defendere frigus.

NERONIS ENCOMIVM PER HIERONYNVM CARDANVM MEDIOlanensem Medicum.

SEpenumero accidit in iudicio ferendo, habendaque existimatione de hominibus ac maxime principibus quod etiam in rebus ipsis, velut corporibus erga animam, sensuum illecebris erga rationem scilicet, vt deterior pars meliorem vincat. Etenim orta à populi, ab imperitorũ, ac improborũ

vocibus vulgari opinione, quod Nero improb. esset ac crudelis, adeo permanauit in omnium mentes, adeo peruicit etiam sapientum sententiam, vt iam talis ab omnibus habeatur & si quis contradicere, vel illũ laudare tentet, paradoxa dicere videatur. Quod si illud Antisthenis dictum aureum secum pensitarent, idem esse laudari ab improbis, & vituperari à probis, vel vituperari ab improbis, à probis laudari, non minimũ laudis hæc vituperatio afferre posset: quandoquidem constat, eius ætatis viros, maxime Romanos adeo improbos fuisse, vt nihil supra excogitari possit: seu v. imperitos, seu ipsos scriptores inspicias, in existimatione haud possit aberrare. nãq; Tacit⁹ sacerdos fuit idolorum, & vir sũma ambitione atq; improbitate, si vitam ex verbis etiã eius coniicere velis. At quanto etiam deteriorem fuisse credendum est, quam sponte se prodiderit? In vniuersum, vt breuiter agam, impius Cultor deorum, existimationem oẽm flagitij cõstituebat in offensa potentiorũ vt non à ꝓbitate, nec à causa pœnas & supplicia, sed ab opib. potentia & nobilitate æstimarent. Cætera q̃ pro maximis sceleṙib. nunc habentur, nec in numero habenda censuerit. Dico rapinas, stupra, cuiuscunq; generis furta, dolos, sævitiã, oppressionem miserorũ, iudicia profanata atq; huiusmodi. Alter Sueton⁹, eius cui erat à secretis, vxoris Antonini sc. corruptor. cætera ex hoc vno æstimato. His ergo iudicibus & testibus damnatus est Nero. Quanquã nec sic ab illis damnari potuit, vt etiam eorum testimonio optimus princeps haberi non debeat. Quod si ad senatus ac potentiorũ iudiciũ rem ipsam deferamus, placet mihi illud Ciceronis: *Vel ego, vel illi desipiunt.* Cum n. à plerisq; damnaretur, & pro stulto haberetur, quod posthabita sui suorũq; securitate, tutatus esset rempublicam, constanti animo ausus est se solum pronunciare sapientem aduersus tot stultos: cum alterum duorum esse necessarium foret, vel vt omnes illi desiperẽt, solus ipse saperet: vel omnib. illis recte sentientibus, ipse solus desiperet. Ita dico, vel Neronem necesse est fuisse improbum: illos autem omnes innocentes & probos: vel solum Neronem probum, Senatum omnem cum optimatibus illis pessimos & omnis flagitii autores. De senatu, de optimatibus, notissimum est quales fuerint, quib. ludibrio totum humanum genus fuit præter Romanos: homines in theatro pro pecudib. subijciebantur, vis pro iure & æquitate fuit, Romanus populus & senatus pro Dijs erat. Quid est quod singula commemorẽ, vbi nihil esset quod homine dignum esset? Si ergo homines hos punire nefariũ est, omnis rex omnis senatus nefarius est. Si homines interficere viri est nequam, cum nullus senatus quouis latronum collegio pauciores homines occidat, necesse est omnem senatum collegio latronum esse scelestiorẽ. Si ergo causa, locus, tempus, persona, necessitas excusare non solum possunt hominũ necem, sed etiam eos, qui illã iusserint, laude dignos reddere: non est quod damnem⁹ Neronem sævitię, quod multos occiderit sed si iniuste & sine causa occidit. Nulla calumnia certior est, quam cum res ipsa accusatur, modus nó adijcitur. Interfecerit patrem, matrem, filios, fratres, vxorẽ licet, nihil dicis modo, quod sine causa non ostenderis occidisse. Potuit occidisse nolens, coactus iustam ob causam, deceptus: nihil horum condemnat eum: aliqua etiam gloriosa sunt. Timoleon fratrem patriæ insidiantem occidit: laudatur ab omnibus, defensus à dijs, post id factũ victorijs multis clarus. Brutus & Torquat⁹ filios occiderũt, & laudantur. Virgini⁹ filiã virginẽ, ne in seruitutẽ raperetur: factumq; illi⁹ ab omnib. ꝓbatur. Ottomanorum principes, quos Deus tueri videtur, patres, fratres, filios, nepotes ex fratribus ac filiis occidunt: nec ob id nefarii habentur. Causa enim est in omnibus, non solum regnare tuto, sed etiam sine seditione & iactura [illegible] Quid ergo est, vt factum in crimen [illegible] in Nerone vocetur? Si Nero bonus fuit non meretur vituperari: si malus, sub malis principibus boni solent esse rectores magistratus, & reliqui homines, metu saltem: vt nonnunquam melius sit (vt dicebat [illegible] Consul) sub his esse, sub [illegible] nihil licet, (Domitianum innuens) quam sub [illegible] omnia: [illegible] designans Neruam, virum sane optimũ, sed ætate inualidũ. Confer ergo Domitiani sæuos spiritus cum clementi Neruæ natura, & Domitianum cum Nerone, & tempora temporibus Domitiani jam fracta potentia, militum deniq; senatus & potentiorum, tot intestinis à ciuilib⁹ bellis, tot proscriptionibus, contra Neronis adhuc spirantis victorias, triumphos, minas, cædes, libertatis memoriam dulcem, nouæ seruitutis impatientes animos: intelliges Neronem meliorẽ fuisse suis temporibus, quam Neruam suis. Quod si cõmutata fuisset ratio, aut commutari potuisset, Neronẽ Neruę temporibus vt Deum visum iri, Neruam Neronis ęuo inutilem: compara, si recte libet judicare, homines hominibus, tempora temporibus, non simpliciter hominũ facta, locus, tempus, leges, consuetudo, ætas, multa variant: ob quæ mali persæpe meliores videntur, boni deteriores. Si sontes Nero punijt, bonus fuit: si Nero insontes opprimi permisit, mal⁹. Ergo si vtrumq; contigit, Nero Nerua melior est: at Neronem non solum sontes oppressisse constat, sed insontibus omnibus ac miseris mitem, liberalem atque vtilem fuisse haud dubium est. Quot igitur gradibus, vt ita dicam, Neronem Neruæ præferamus? Quid enim si Nero non optimus fuit imperator, nec ad hoc coegit, vt laudes illius describerem? an forsan tot post annos mihi manes illius conciliaturus vel placaturus sum? an in gratiam agnatorum illius vel consuetudinis eius studiosorum, jam mille & quingentis annis elapsis? aut forsan periculum facundiæ meæ facturus, qui sim prope elinguis, aut ira, amore, odio, spe alicuius? aut otii causa? cum tempus nec ad necessaria conscribenda satis superesse animaduertã: aut nece filii irritatus, sperabā me aliquid editurũ audentius sub hoc titulo: Aduersus necis autores? quin constet, hoc Encomiũ nunq̃ non à me excogitatũ, jamdiu meditatũ & cœptum, aliquot ante obitũ filii annos conscriptum, & inter libros meos numeratũ. Ergo sola rei indignitas me mouit: cũ, vt pleraq; alia optimũ principẽ peruerso ordine inter pessimos numerarẽt. t. Cæterũ rei gestæ series ita se habe

C. Iulio Cæsare, viro tyrannico spiritu, Romanã rempublicam dolo, seditione, vi occupante, eoq; parum feliciter occiso, Antonius, Octauius & Lepidus defectione, proditione, conspiratione atq; vi tandẽ imperium obtinuerunt. Erat autem Octauius Acciæ filius, ac Octauii: Accia autem Iuliæ, C. Cæsaris sororis & Balbi filia: ita Octauius nepos fuit sororis Cæsaris, & ab eo in filium adoptatus. Is perculsis ambobus collegis, M. Antonium ad voluntariam mortem adegit, eius filium natu maiorem iussit interfici: sic potitus rerum, cum nefanda crudelitate CCC. Senatorũ, II. equestris xxx, è populo occidisset & bonis etiam vxoribus ac filiis sublatis tanquam nouus Aristides suscepit Reip. Romanæ gubernaculum, in quo neque ipse neque maiores sui quicquam incrementi contulerant: vt cuius pater adstipulator, auus fuerit argentarius: atque sic Cicero. Antonius vero & Cassius etiam numularium fuisse auum, & pistrinum exercuisse aiunt. Constat vtrumq; & patrem & auum, precarium fecisse quæstum. Ex Scribonia vxore, quæ jam duobus antea maritis nupserat, Iuliam suscepit filiam: statimq; pertęsus coniugii, quod morosam esse diceret, Liuiam duxit, Tiberii vxorem: quæ iam ex marito Tiberium pepererat, & tum in

vtero

vtero Drusum semestrem [illegible] b[illegible]. Iam Octauius filiã vnã & du[illegible] priui[illegible] nullum potuit suscipere fili[illegible], fe[illegible] ilis eum sit in posterum. Iulia[illegible] o [illegible] m [illegible] grippæ genero Octauiæ sororis nuptu[illegible] c[illegible]; coniugium ã diuortio auspicat[illegible] x tamen & in [illegible] ex Agrippa susceptis nep[illegible] us, alt[illegible] Agrippa, Ca[illegible] & Lucio, qui tamen iuue[illegible] s[illegible] juuenta obiere. neptibus autem, altera Iu[illegible]ia & A[illegible] na, I[illegible] septem locauit Lucio Paulo ce[illegible] Mortuo [illegible] ippa, Iuliam filiam Tiberio locauit: coacto prius [illegible]orem, quam vnice diligebat, & ex qua Drusum susceperat, filium abdicare. Atque antea omnia, si non probe & juste, saltem caute egerat. Hoc autem neq; prudenter neq; caute. Quin etiam pertæsus Tiberius huius coniugii, quamuis principalis, maluit [illegible] cedere Rhodum, quam impudicæ vxoris, quam nec necare ob patrem, nec pati ob turpitudinem poterat, tædium sustinere. Per hæc tépora Liuiæ, vt puto, vxoris astu cognouit vtramque Iuliam, filiam & neptem, parum pudice viuere: ob quæ vtranq; relegauit. Filium etiam neptis post damnationem natum ali vetuit, sed iussit exponi: seu ira Deorum ad id cogente, seu quod sæuissimus esset, adeo vt in bello Perusino trecentos ex dediticiis vtriusq; ordinis ad aram Iulii more ouium mactauerit: sicq; aliis, qui capti erant veniam deprecantibus, etiam sæuam illam & ferinam vocem addidit: Moriendum esse. Iam ergo tota illius progenie ad spem vnius Agrippinæ redacta, eam Germanico Drusi priuigni filio collocauit: adeo felici successu, vt ex ea pronepotes sex, qui ei superstites fuerunt, susciperet: masculos tres Drusum, Neronem & Caligulam: totidem fœminas, Drusillam, Liuillam & alteram Agrippinam. Omitto modo cæteros ex eisdem parentibus liberos genitos, qui ante Augusti morté obiere. Susceperat Drusus ex Antonia, M. Antonii triumviri ex filia nepte, duos alios filios præter Germanicum; scilicet Claudium, qui postmodú imperauit, & Liuillam. Constat itaq;, neque Claudium neq; Tiberium quicquam ad Augusti progenié pertinere: sed Claudium priuigni filium, & ex nepte inimicissimi hostis: Tiberium vero tantum priuigniú fuisse. Hucusq; si non caute, saltem non stulte, & quæ quoquo modo excusari possent, peracta sunt ab Augusto omnia. Quæ tamen post hæc, nullo consilio, nullo judicio ab eo peracta sunt, vt mente omnino excidisse videretur. Viuente igitur nepte Agrippina, & cóiuge eius Germanico, Tiberium, ad se nihil pertinenté, imperii hæredem reliquit. Prætериit Agrippam iuuenem & nepotem, & in filium cum Tiberio adoptatum, qui adhuc superstes erat: satis sit. Exulé dices? sed Germanicum alterius priuigni filium, & tot suorum proneporum parentem, quo jure? Itaq; vbi Octauius excessit è vita, Tiberius Agrippam statim in insula occidi iussit. Nec vero sine suspicione doli Liuiæ mortuus erat Caius, Octauii (vt dixi) nepos, ex Armenia veniens, licet vulnere debilis. Perierat & jampridem Drusus, alter priuignus: vnde summa rerum in Germanico Tiberii ex fratre nepote incumbebat, exercituum domino. Sed seu patrui reuerentia, seu testamentum Augusti deterruerit, seu non confisus viribus propriis, aut etiam quadam ignauia distineretur, nihil aduersus Tiberium moliri ausus est: at contra ille, vt par erat, non legitimum imperium obtinens, tot adhuc saluis legitimis hæredibus, primum per Pisonem Germanicum dolo aggreditur: quem seu veneno, seu maleficis artibus, seu dolore atq; angore animi interficit. Inde duos natu maiores filios illius, senatus autoritate morte dánauit, Drusum & Neronem. Adiecit & sceleri matrem. Et nisi fortuna quædam Caligulam seruasset, omné stirpem Germani extincturus procul dubio erat. Verum dum ipse luxui simul & sceleribus operam dat, & vt honestius viderentur damnari nepotes, per adoptionem Seranum quendam subiicit, omnium horum ministrum. Ille vbi vidit Germanici prope domum extinctam, senem hunc diis & hominibus ob immania flagitia inuisum: mox cupidus inuadendi imperium, solus Drusum juuenem Tiberii filium, in quem spes omnis imperii incumbebat veneno necat: quæ res detecta, vt exitio Seiano, ita Caligulæ saluti fuit, cum iam nullus hæres imperio relinqueretur præter Caligulam. Qui non eo seruatus est, quod pronepos esset Augusti: sed quod Drusi [illegible] Tiberii nepos fuerit. Ex quo apparet, quam [illegible] stus [illegible] perium reliquerit Tiberio. cui tamen [illegible] lius Drusus, quomodo poterat sperare imp[illegible] um [illegible] licturum filio salua prole Augusti vt cogeretur, etiamsi impetrare neglexisset, aut filio imperiú relinquere: aut si ipse & filius salui esse vellent, [illegible] tam Augusti stirpem excindere. Accessit huic fatorum ordini quoddam non leue suffragium, vt Tiberius Tiberiolum ex proprio filio Druso natum, filium illius esse non existimauerit aliter enim res rursus acta es[illegible]t. Et vel sic tamen illum, cum Caligula instituit hæredem. Sed Caligula vt sibi prospiceret, & tot cædes suorum vlcisceretur, statim vbi imperium inuasit, Tiberiolum occidi jussit. Occiso Caligula ob immésa scelera, Claudius (vt dixi Drusi filius, & Antonii pronepos, nulla sanguinis affinitate contingens Augustum, ad imperiú rapitur, nullo jure, sed sola améntia militum & senatus ambitione. Hic rursus exclusis descendentibus ex filiabus Germanici, ac pronepotibus Augusti, extra illius stirpem iniquissimo iure (si jus vllum tyrannio regnandi esse potest aut nullo, si nullum concessit. Hic iterum fortun[illegible], quæ in illorum familiam jurauerat, admirabile co[illegible] inentum inuenit. Erat Claudio vxor nomine Mess[illegible]ina, Barbari Messalæ consobrini filia, & ex descendentibus Messalæ vnius è tribus Augusti principalibus amicis (fuerunt autem hi, Mecænas, Messala & Agrippa) quæ omni genere probri contaminata eo amentiæ venit, vt viuente Claudio Silio nuberet: vnde Claudii jussu occisa. Claudius impatiens cælibatus, cótra omnia jura Romana, Agrippinam Domitii Aenobarbi alias vxorem, & ex quo Neronem sustulerat, Germanici fratris filiam in vxorem ducit: illa callido cósilio primum Octauiæ, filiæ Claudii, Neronem jam adolescentem connubio iungit. Deinde quamuis Claudio filius esset Britannicus satis adultus, suadet vt Neronem in filium adoptet: quibus rationibus, non sat scio, sed nec ad suadendum Claudio vllæ poterant esse insufficientes, & alteri nulla suffice[illegible] potuissent. Persuasit demum & Claudius priuignu natu maiorem ex stirpe Augusti, eú ipse nullo (vt dixi) eam jure contingeret: & matris præsidio armatum adoptat in filium. Inde priuignum fictis criminibus ad Claudium delatis, quibuscunq; fidis custodibus exarmat. Facile fuisset, etiam prudentem decepisse, opitulantibus omnibus, qui in necem Messalinæ cósenserant: è quorú re erat, ne Britannic' succederet, futurus vltor sicariorum & inimicorum matris. Cú vero Agrippina, quæ eo vsque prudenter se gesserat, petulantia & lascíuia torum Claudii incestare aggressa esset, resipiscéte Claudio, & fœdas nuptias, adoptionem stultam, periculosam Agrippinæ & morosam consuetudinem animaduerteret, cósilio mutato, omnia dissoluere tentabat. Sed prius dixit, quã statuerit: adeo amens erat & inops prudentiæ. Quãobrem illa metuens, ne pluribus annis dolo partam imperii spem, vna hora per vim amitteret: C[illegible]udium quidem boletis veneno infectis per Halotú spadonem ministrum & Locustam venefícii magistra necat. Atq; sic imperium filio parauit, nomine quidé, re autem sibi. Adiunctis enim Neroni, Seneca, tanquam literarum institutore, & Burro imperii mini-

 stro,

ſtro, conabatur imperij ius ad ſe traheter & vt filium maiore in metu ac magis in officio cotineret, ſimulauit amplecti Britannicū, & ſpem etiā imperij facere: [illegible]ū & Senecā ſperabat terreri poſſe minus, ob [illegible] cōti in officio (namq; pter cętera con[illegible] Senecā ab exilio iam trunca manu reuocatū, etiā bo[illegible] & multo ampliora recepiſſe) his adoleſcentē coerceri. Eo n. venerat inſaniæ & petulantię, vt Armeniorū legatis apud Neronē cauſam orantib. aſcēdere ſuggeſtū imperatoris, & p̄ſidere ſimul pararet, ni cęteris pauore defixis Seneca Neronē admonuiſſet, vt venienti matri occurreret: ita ſpecie pietatis ob[illegible] ū dedecori. Poſt hæc etiā cum nil pficere videretur, filiū ad ſtuprū ſolicitauit, exiſtimans hac via poſſe filiū decipi. His cauſis mot⁹, fratrē veneno, ne illū mater p̄poneret audacia, gratia potēs, ſanguinis Claudiorū adoleſcētulū, filiumq; Imp. non tam imperio q̄ etiam vitæ timēs: deinde matrē cum videret nihilo ſecius omnia moliri, vt non tam ipſe q̄ illa regnaret, maiuſq; eſſe ius vxoris q̄ matris diu cunctatus, conſiliis tandē eorū, quos illa ei præfecerat, qui nec ipſi mulieris impotentiam perferre poſſent, occidit. Eadem ratione occidit & vxorem: nam dimiſſę cū eſſet ex imperatoria ſtirpe tā mater q̄ vxor, ſi alteri nupſiſſet, exitiū Neroni peperiſſent: cū & inimicos proprios, & amicorū partē, & omnes amicos illarū ac noui ſpōſi aduerſū ſe pugnaturos animaduerteret. Interim in omnes mitis ac blandus, iuſtique ac recti defenſor: ſed paulo poſt irritatus duplici cōſpiratione, piſoniana primū maiore, inde etiam Viniciana, Beneuenti plurimos occidit conſcios illarum: inter quos Senecā, & Lucanū illius nepotē: in quibus etiā ſe mitē pro facti ratione exhibuit, cū neminē niſi ſimplici mortis genere dānauerit, plurib. etiā inuſitato clementiæ genere pepercit. Accidit autē, vt inter hæc vrbs Romana ſex totis dieb. arſerit: ibi q̄ iniuſte ſit culpatus, quod incendij autor extitiſſet, apparet, cū conſtet, immenſo auri pondere populū ad ędificandū adiuuiſſe: adeo vt qui eū accuſant, nec ſibi conſtent. Subiectos poſt hęc falſę criminationi incēdij Chriſtianos, immeritas luiſſe pœnas ſcio. Sed vbi difficultas eſt, nemo lapidē mouet. Quorſum n. ſubiecitſſet, qui non eſſet ſibi facinoris conſcius? Demū [illegible]amitā & Burrum, veneno ſublatos calūniantur, tam leuibus ſuſpicionib⁹ vt pudeat huiuſmodi in mediū afferre. Quod vero maxime accuſant, eſt, quod aurigauerit, cecinerit, ſaltauerit: quę omnia humanioris, ac ſi acerbi⁹ proſequi factū velis, mollioris animi argumēta ſunt, non ſceleris aut flagitij. Sublato metu, & obrepentib⁹ adulatorib. paululū ad libidinē, adoleſcentiæ peculiarē affectum, inclinauit: in qua miris eum modis lacerant: quod ſi quid habuiſſent potius quod dānaſſent, in tā futilem accuſationē non tam ſe totos recepiſſent. Crimina sūt adoleſcētię, irritamēta potentiæ, ſenſuū illecebræ, conſilia & auxilia adulatorum: quorum nihil defuit Neroni. At nō culpabunt clementiā, libertatē, iuſticiā, amorē ſapiētum, proborū ac tenuiorū, publicæ rei dilectionē & curā, māſuetudinē, contēptū ambitionis, ſplendorē operū, acumē ingenij, facundiā, memoriā, gratiā in bene meritos, deorū cultū, religionē: hęc ſi poſſent culpare, in ipſo potuiſſent, ne certe ad laudē eius hæc abolēdā aut minuendā pertinerēt. Sed cum in his omnib⁹ admirabilē ſe præſtiterit, cum omnes maiores ſuos probitate ſuperauerit, vanū eſſe puto, ex puerilibus aut adoleſcētiæ vitiis illū criminari. Cum vero ſeditioſi duces ac perfidi adminiſtratores, auaritia & ambitione pellecti, tot beneficiorū immemores legiones ſolicitaſſent cōmuni omniū periurio, ad armaq; aduerſum iuſtū & æquū principē capeſſenda incitaſſent, quod nollet illos finib⁹ excedere, deprædari finitimos & inſontes, miſeraq; plebē, quo nil magis optabant milites: crimini eius datur alienum ſcelus. Iudicio autē eſt ſub Nerone tā amplis finib. Romani imperij nullum fuiſſe bellum, niſi pro Armenia cum Parthis. q[illegible] & v[illegible] inſigni [illegible] liberalitate admirabili [illegible], mediumq; tenuit vt nec auidus quicq̄ ex h[illegible] adiecerit imperio fraude vel vi, nec ob mollitiē aut ſocordiā amiſerit. Quæ duo [illegible]a, etiam in his qui optimi habiti ſunt imperato[illegible]. Traiano atq; Adriano, dānantur. Horū alter [illegible] eſſe videbatur, alter etiā patris factis per ſumam ſegnitiē inuidebat. Deſert⁹ ergo ab improbis militib. ac facinoroſis, mortē ſe ſuaq; virtute dignam oppetiit: manumq; fortiter ſibi inferens, oſtendit nihil formidare potuiſſe, qui nec mortē honeſtam refugerit. Quin etiā qualē animū retinuerit, in ipſo quoq; mortis inſtantis ſenſu declarauit, cū militi cuidā ad eū pro auxilio veniſſe ſimulanti reſpondit, *Sera*: ſcilicet ſi ad auxiliū. Inde ſubiecit: Et hæc eſt fides: ne non intelligere fraudē videretur. Cogita modo tu, quali ingenij pręſtantia, quali prudentia ac fortitudine fuerit. Vnde illa verba: οὐ πρέπει Νέρωνι, οὐ πρέπει. νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις. ἄγε, ἔγειρε σεαυτόν. Id eſt: *Non decet Neronē, non decet:* ſupple, hæc pati, & tam ſordido loco eſſe. *Euigilare oportet in huiuſmodi. Age ſuſcita teipsū.* Ipſe ſibi ſepulchrū exornauit: & cū equorū aduentū ſenſit dixit.

Ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει. Id eſt,

Equorum citatorum ſtrepitus circumſonat aures.

Vt intelligeremus, in ipſo mortis aditu (neq; n. diſtulit ictū quo ſe gladio confodit) mente haud conſternatū eſſe: aliena n. lingua metu excuſſi, quomodo loquērur, cum multi nec loqui prorſus queant? Iam ergo honeſtiſſimā mortē ſubiit, adeo vt cum dānat⁹ eſſet à ſceleſtiſſimo ſenatu, metu populi miſeranos tā indignā damnationē, defectionē, proditionē, viri fortrois caſum, non auſi ſint eum contumelia aliqua afficere: vt contigit Galbæ, qui eum prodidit: ac Vitellio, aliiſq;: imo concrematus eſt funere quinquies mille aureorum coronatorum, ſtragulis albis auro intextis, quibus vſus fuerat Calendis Ianuarijs.

Cæterum vt ad reliqua vitæ ornamenta tranſeam, pauca de multis ſubiiciam & breuiter: vt illius fortunam potius miſerabilē quam lætam, licet ſplendidā, fuiſſe oſtendā. Adoleſcens nobili genere, ſed parum felici ortus ſidere, inter odia populi Romani atq; ſenatus, ob maiorū ſæuitiam ac iniurias, inter ætatis illius & vrbis infanda vitia, inter abuſus & iniuſtas leges, quas tollere ſine periculo & relinquere ſine maxima iniuria vniuerſi orbis non poterat, fraudulenta matre, infirmo principatu, improbis conſultoribus, nequiſſimis amicis, pugnare cum omnibus coactus eſt. Exiſtimo, ſi ſui juris fuiſſet, nunquā cum tot periculis & curis etiam oblatum fuiſſe recepturum imperium: recepit imperium hortatu & juſſis matris: dimittere amplius tutum non erat. Parum proſperū & auſpicatum fuit initium, non alius ſucceſſus neq; finis ſperādus erat. Deceptus à matre quę ill[illegible] a ſtudiis philoſophiæ prohibuit, & à Seneca Magiſtro, mortalium improbiſſimo, qui matri id perſuaſit: nō cōuenire principi philoſophiam, quo ipſe videretur Neroni admirabilior. Educatus à prima pueritia, ne vlla in parte fortuna illius virtuti aduerſari videretur, apud Lepidā amitam, duob⁹ ſub pædagogis, ſaltatore atq; tonſore: quas rogo diſciplinas, aut quales bonos mores aut egregia exempla, aut regēdi atque imperandi præcepta, ſub talib⁹ magiſtris diſcere potuit? Et tamen vbi primū Senecam nactus eſt præceptorem, quamprimum (quod optimus eſſet natura) ad illius perfectam imitationem ſe totum tradidit. Itaq; quicquid boni in eo fuit, propriū illius naturæ, judicij conſiliiq; fuit: ſi quid omnino errauit aut ſi aliqua in parte defecit, certe id ei alieno vitio cōtigit, atq; eorū ſane, quos turpius fuiſſet a ſe abigere, quā parere. Sed quoniam, vt cognoſcam⁹ qualis ſit optimus princeps, neceſſarium eſt, ſcire primum, quænā ſint officia optimi principis, quæ à nullo (q ſciā) aut

veterant [illegible] ante explicata sunt. Sed [illegible] tetico more omnia mi[illegible] com[illegible] ide[illegible] a[illegible] perdentium inuoluta ca[illegible] m[illegible] sæbii re[illegible] habeantur tyrãnu: impro[illegible] o qui opt[illegible] mquã necess[illegible] st deosti[illegible] pt[illegible] e. Cumq; omnibus in rebus q[illegible] ædam [illegible], quædam magis necessaria, [illegible] flaria: hoc idẽ institutis optimi p[illegible] stinguere oportet: nihil enim deterius in m[illegible] rerum vsu atq; doctrina, quam aut dest[illegible] iplis, velut bona pro malis, & mala pro bon[illegible] in ordine, cum quę optima sunt, bonis [illegible] ponimus, aut etiam pessima simpliciter malis, aut vehementer malis. Optimi igitur principis maxime necessariæ conditiones sunt, foris pacem aut necessarium tantum bellũ habere: domi autem iustitiam & æquitatem colere. Magis autẽ necessariæ, sed nõ quantum priores sunt, cõmodis omnium prospicere, maxime tamen bonorũ & egenorum. Necessariæ autem non adeo sunt, prouinciam totam ornare moribus atq; pulchritudine. Ita in vrbibus templa, ædes magnificæ, spectacula: in agris cultus, in viis æqualitas, & pontes iuxta flumina, resiccare paludes, transferre noxios torrentes, saxa eximere, montes peruios facere, custodias contra latrones adhibere, feras tollere, diuersoria locis necessariis constituere, rusticorum alacritati fauere, omnia rata & visu iucunda reddere. Hæc vt fiant à principe, necesse est vt prudentia & bonitate polleat. Parum in illo fortitudo desideratur, si hæc adsint, quod multorum auxilio se tueri possit. Bonitas duplicem exigit vsum: & quod velit bona malis præponere, & quod nulli incommodo vel labori vt publicæ vtilitati consulat, parcere velit. Hæc igitur, & nõ plura, optimi principis officia esse, nemo non videt, tametsi nullus Glauco vel Polemarchus nostra dicta tanquam aliena probet. Sed modo videamus, an hęc omnia ita sint, & non pluribus indigeamus, & quomodo sint intelligenda: tum demum Neronem hæc ipsa obseruasse demonstrabim⁹. Principio igitur pacem bello præponendam nõ puto necessarium esse vt doceamus, sed tamen ob peruicaces docere abs re non erit. Pax incrementum & quietem affert humano generi: bellum perturbationem & interitũ. Pace artes bonæ coluntur, bello destruuntur. Pax bonis omnibus amica est, & miseros solatur: bellum bonos opprimit, miseros funditus enecat. Pax leges exercet, & improbos punit: bellum efficit improbos, & leges silere cogit. Pax deniq; agros fertiles reddit, domos erigit: bellum agros deuastat, ædificia diruit. Denique bellum propter pacem est, non pax propter bellum. Feris nationibus bellum familiare est: humanis, cultis, bonis, sapientibusq; viris pax cordi est: bellum sit insanientibus hominibus, atq; insanientibus: pax vero pacatis, felicibus atq; prudentibus. Itaque Neronem quis hac in laude æquare poterit? Audi dicat Suetonius: *Augendi propagandiq; imperii neq; voluntate vlla, neq; spe motus vnquam & ex Britãnia deducere exercitũ cogitauit: nec nisi verecũdia, ne obtrectare parentis gloriæ videretur, destitit. Põti modo regnũ concedente Polemone item Alpiũ defuncto Cottio in prouinciæ formam redegit.* Hęc ille scripsit: in quib. si tantum laudis cõtineri sensisset, nescio an scripturus fuisset: nam certe nihil maius, aut absolutius hac in causa excogitari potuit: non enim vi augere imperium voluit, vt Traianus: nec dolo turpi, vt Tiberius, quem præstabat vel sic imperium minuisse quam auxisse. Vnde de Tiberio Tacitus: *Archelaum Cappadociæ regem quinquaginta annis regno potitum, specie indulgentiæ per matris literas accersit: inde vbi venit, accusatum in senatu tædio & angore animi senioque ad mortem seu voluntariam, seu ex morbo adegit, regnumq; in prouinciam redegit.* Sic *Marabeduum Germanum & Thrasipolim Thracem decepit: ac contra Armeniam à Parthis, Mæsiam à Dacis ac Sarmatis, Galliam à Germanis vastari neglexit. Itaq; Alexander Seuerus non ausus est pomerium vrbis Romanæ ampliare, dicens: Licuisse hoc solum tribus Cæsaribus, Augusto, Neroni & Traiano: quod hi limites imperii ampliarunt & partum seruarunt.* Itaq; quod ad imperii moderationem cupiditate, & pacis tuendæ ratione, nulli impar optimo principi fuit, [illegible] plerisq; etiam superior. Veniamus ad bella. Quinq; [illegible] licet bellũ suscipere. Prima, si iniuste quis in[illegible]. stultum est enim iacere desidem, [illegible] gruente hoste [illegible]. Secũda, si qui aliquid eripuerint vltro: na[illegible] m ferendo iniuriam irritas nouam. Tertia, si per[illegible] est ab hoste, ita vt cogaris fidei suæ salutem tuam [illegible] mittere. Vt enim optimus sit princeps, malus ei succedere potest: ideo cum non nisi iustis legibus recte viuere & beate liceat, curandum est ne vicinis armis impediamur. Quarta, cum his qui nobiscum eum fœdere iũcti sunt, bellum aut iniuria infertur, docet enim & ob fidem seruandam, & vt par pari, si occasio eueniat, referatur, amicos tueri. Quinta, vt militem in disciplina contineamus: diu enim expertes belli, vel disciplinam amittunt, vel pro militibus latrones euadunt, prouincialiumq; bona & finitimorum cum quibus pax est, diripiunt. Quocirca non diu in pace sinere oportet: sed translatis exercitibus ita agendum, vt vnum bellum exercendis omnibus militibus satis faciat. Ergo Neroni nulla causa cum esset bellandi, præterquam contra Parthos, qui Armeniã simul possidebant, & infestabant: inde omnes causæ iusti belli eum compulerunt ad illud suscipiẽdum; & omnia etiam, quæ diximus peregit. Cum enim Corbulonem, acrem virum, in ducem elegisset, hæc Tacitus subiungit: *sed Corboloni plus molis aduersus ignauiam militum, quam contra perfidiam hostium erat, Quippe Syria transmotæ legiones pace longa segnes, munia Romanorum ægerrime tolerabant. Satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos, qui non stationẽ, non vigiliam inissent, vallum fossamq; quasi noua & mira viserent: sine galeis, sine loricis, nitidi & quæstuosi, militia per oppida expleta. Igitur dimissis quibus senecta aut valitudo aduersa erat, supplementum petiuit. Et habiti per Galatiam & Cappadociam delectus, adiectaq; ex Germania legio cum equitibus alariis; & peditatu cohortium:* Liquet igitur ex Taciti testimonio, Neronem artem reparasse militarem, quæ sub cõtinuis tribus proximis principibus, Claudio, Caligula, & Tiberio (aliter enim veterani munia illa ignorasse non potuerunt) neglecta fuerat. Bellum suscepisse iustissimum, maxime necessarium & vtile Romanæ Reip. illudq; obseruasse, vt hoc vno bello nullæ legiones quiescerẽt, sed plures in officio & exercitatione, omnes in metu continerentur. Nam nõ solum hanc, sed plures alias legiones loco mouit, ex Ponto, Mæsia atq; Pãnonia. Sed nec minus felix exitus & longe vtilior, quam M. Crassi, qui exercitũ amisit: & Augusti, qui solum specie honoris contentus, satis habuit illos suis in sedibus quiescere: & quã (vt dixi) Tiberii & succedentium, sub quibus Parthi Armeniam occuparant: & quam etiam Traiani, qui cum speciosis victoriis plus afflixit Romanã Remp. quam auxerit, vnde infecta re coact⁹ est regredi. Victi etiam Parthi fuerant ab Antonio, Ventidio duce: sed & ea victoria nil plus attulit quam honorẽ illum, quem postmodum Augusto detulerunt. At Nero pertinaci & bene instituto bello, castella illorum expugnauit, exercitus profligauit, Artaxatam Armeniæ quasi caput occupauit: tandem Parthos ad deditionem, ad fatendum se victorem, ad supplicandum Romanorũ vexillis coegit: idq; nec mutato duce in tã diuturno bello, nec clade insigni vlla accepta

cum

iam sunt magis natura grati & memores, vt qui sint meliorum morum, & magis agnoscant beneficium. Vident etiam & ostendunt regna [illegible] Turcarum, Gallorum ac om[illegible] ad [illegible] Reipub. quæ diu[illegible] quis firm[illegible] quæ sanè poten[illegible] iniquissimi [illegible] pinm, vt dixi, [illegible] principi, & diuturn[illegible] Reip. ac [illegible] dominationis vtili. Itaq; [illegible] errare faci[illegible] errant: nam sic venditantes iustinam, [illegible] bus venditare ob paupertatem non possent [illegible] domos & alta palatia construunt: & fiunt [illegible] latos vt persæpe fines eorum ignorent. Sed maledictis nō hic opus est, quæ plus illi non curant, q dij preces fiitarum. Pugnandū est ratione, nec adducam quicquā ex Deorum ira atq; vindicta: cui si crederent, vt Philip. Argemonius optime dicit, opus nō esset mea admonitione. Deinde etiamsi crederent, scio nihil grauius posse eorū auribus cōtingere, q quotidie offundere has minas: dicentes (φ verum esse fateor) me nō esse Dei συμμύστην: inde reuocatis cōsilijs, vel statim vēniā parere per exomologesin: φ ego non nego, modo præstes φ ex iure illius est. Alij dicunt, sermones infantu oportere de præsentibus: nam futura incerta sunt. Omittamus ergo quandoquidem paucos secus habitum sum auditores, sermones pios: nam in his nullum est dubium, nec apud ipsos: & de principum vtilitate disseramus. Si potentibus faueant iudices, si illos plus iusto euehāt, principes tria maximā sequūtur incommoda, quæ ad euersionē dominationis faciunt, Primum, φ pecuniæ in paucos & potentes cogētur, vnde necessitatis tempore tributa exigere nō licebit: hacq, ex causa victi cessere tandem semper Galli: à plebe n. facile est pecunias habere: tum quia facilius parent, tum quia auctis vectigalib⁹ crescunt redit⁹ principū absq; periculo. Secundū, φ si pet iniusta pcedatur, & ad potentiores semper pcedat fauor, necesse est, vt breui res in tyrannidem euadat, & regnum vel Respub. ruat: φ & Romę, & in Parthorū ac Britannorū alijsq; plurimis regibus euenit, qui ab his quos iniuste euexerāt, euersi sunt. Tertium est, φ crescente potentia, vel vnius ad fastigiū, vel plurium satraparum, valde necesse est, vt regnum maximo cum rege in periculo sit, seu illi inter se conueniant, seu dissideāt. Porro q inualida sint huiusmodi regna quę potentiorib⁹ fauent, ostenderūt in Italia nostra ætate Neapolitanum, Insubrū, Taurinū & Salassiorum: quę omnia nostra ætate dominos cōmutarunt. Sic & Florentia ac Sena. Solæ Venetiæ, Ferraria ac Mantua diu steterunt: omnes munimento sinis potius quam gubernationis præter Venetias: sed hæ ius aquum custodiunt melius. Turcarum potentia stat ob reuolutionem: serui enim sunt omnes: nec potentia vel opes ad descendentes perueniunt: ob id fauere potentiorib. aut tenuioribus, pro eodem habentur. At non sic Pannoniæ regnū, quod & nostra ætate concidit, semper instabile antea, licet nūquam alias euersum. Incredibile est quam facile cōcidant hæc regna, in quib. iudices potentioribus fauent: nam regnum Neapolitanum, & Mediolanensevix toto trimestri spacio conciderūt prorsus. Taurinum, vel mense toto. Salassiorum vix octo diebus. Speciosa est pompa horum procerum, sed vt vitrea organa magni sumptus, inutilis. Si petis, non dant: si imperas non obediunt: vndiq; discordiæ, seditiones, contentionesque fluctuant. Regis magnitudini aut inuident, si nihil det, aut dānosi, si dat, quandoq; vtroq. modo noxij. Nihil est nocentius regib. procerum potentia. Si quicquam peccet princeps in illos, facile cōspirant in vnum, ob paucitatem: facilius irascuntur ob ambitionem. Vidistis infelicem casum Pharnesii ducis: hoc metuere à tenuis fortunæ viris nō poterat. Quin & multi ex his adeo amētes sunt, vt plurimi existiment tege: cum n. plures sint potētes, [illegible] alter eo dementiæ ven[illegible] Hoc [illegible] mente valeam, incredibile dictu quant[illegible] mala ipsi tegi patiat. Quis prin[illegible] apud [illegible] Vice[illegible] omitti aut S[illegible] quae [illegible] qui cui[illegible], ei sine causa, sed sola ambitione, ferro [illegible] pau[illegible] etc. Forsan pluribus sufficet [illegible] Tarquinij ad legatos filij, cū loco [illegible] papauerū, q superemunchant virga decuteret: [illegible] tuto Gabijs nō imperaturum, nisi eos, qui po[illegible] cellerent, tolleret. [illegible] dinino [illegible] tenemur fauere tenuiori fortunæ viris [illegible] seris, iusteq. id [illegible]: Nero v. id m[illegible] pstitit: haud dubiū est, Neronē no[illegible] fuisse opti[illegible] virū: atq. ēt pspicuum, quare p improbo habitus sit. Turba n. illa omnis, primū aulica, inde post[illegible] rum ac Senatus, deinde gratiosorū [illegible] ciuis quos dicā [illegible] nō fœneratorū, quorū & nunc maxima est potentia historicorū, ducum, militum, aduersus Neronē cōspirant: nō in initio principat⁹: nā tum Burr⁹ ac [illegible] neca suis fœneratorib. ac potentiorib. fauebant: q si quem oppressissent, illi [illegible] non prin cipi imputa[illegible] tur, [illegible] aliquandiu Nero tacuit & [illegible] so deterius & laudatus, cum his placeret ciuib⁹, qu pl[illegible] imū possent. Verum vbi patrocinium iustitiæ æquitatis, nuiorum ac miserorū, tum plebis sic cœpit inde repente crudelis parricida, impius, infamis, omnium mortalium pessimus dictus est. Hæc igitur vt ostendamus, beneficia illius in oēs bonos, in oē[illegible] dico, in plebē & miseros atq. abiectę sortis homines, in [illegible] moriā reuocem⁹, id prius prædicentes, Neronē bono magis animo, & meliure q felici successu rerum suarum fecisse. Vt n. non fiunt potentiores. plurimū posse atq. superare leges, ita vbi iā occupauerunt illi, non valet tutum est deucere eos è loco. Itaq. legibus potius proteendi sunt tunc proceres, quam imperantis voce ac iussu. Leges per plures administrantur, imperium per vnum, imo ipsum principē. Quocirca Nero non tantum potuit hac in parte habere consilij, quantū erat necesse. Verum ętatis ferūidæ confidentia plus sibi tribuit q posset. Vn[illegible] illa vox emanauit; *Nullus ex principibus, qui me [illegible] cesserunt, sciuit quid sibi liceret*: quam in detero[illegible] partem, vt reliqua ēt alia, interpretati sunt, quasi [illegible] de cohibendo potētiorum iniurias in tenuiore[illegible] querētur, sed inferendo. Ad [illegible] & aliud [illegible] commodū, quod se theatro, cantui citharæ, h[illegible] ar[illegible] tigationiq. dedit: quæ tametsi crimina nō essent [illegible] rotitate tñ in tanto periculo, quam ne[illegible] esse [illegible] ximā esse, imminuerunt. Quatuor n. necessaria [illegible] procerum iam confirmatā potentiam euertend[illegible] sapiētia summa in cōstituēdo leges & iudice[illegible] vt [illegible] nō tendere videatur; summa autoritas, vt ēt v[illegible] giosa sit; vitæ diuturnitas, & bona for[illegible] quā nil arduū inter mortalia pficere, multa excogitare licet, atq. in hoc genere sūt filij [illegible] ffines, [illegible] que ac amici potētia, fide cōsilioq. pstā[illegible]. Sed iā ad leges & benefacta Neronis [illegible] quā plura [illegible] quę à me colligi facile possint. Primū [illegible] abundātia testi. ille iniqu⁹. Corn. T[illegible] roni discessu ageret, inq; *Præcipu[illegible] tres frumēnia, angustias si abesset populo metuēt* [illegible] φ p absentiā illi⁹ horrea cōcludē[illegible] retitia nequissimi illi optimates pessimorum plebē enecabāt. Et rursus *Cum vrbi, vt dixi [illegible] cium frumenti minuit ad ternos nūmos [illegible] consuleretur.* Alias stratagem [illegible] veten in Tyberim, nō [illegible] nuria, pre[illegible] Nec vnq sub[illegible] laboratū, ni[illegible] extremo tēpore, cū [illegible] Sed ad decreta veniam⁹. Initio principat⁹, [illegible] ēt, vt tacit⁹ refert pstitit, se nō o[illegible] negotiorū in[illegible]

futurum, vt clausis in [illegible] domum vnam accusatori & r[illegible] paucorum potentia g[illegible]tetur, teneret antiq[illegible]uum Senatus, consulum [illegible] Italia [illegible] & p[illegible]uinciæ assisterent, illi patrum [illegible] [illegible] mandatis exercitibus consulturum. [illegible] [illegible]stitutum, ne qui ad orandam causam mer[illegible] [illegible]is emeretur, ne designatis quæstoribus [illegible] [illegible]tores necessi[illegible] esset. Statuas aureas à [illegible] [illegible], & initium anni vt ad Decembrem mensem quo natus era[illegible] transferretur, & Antistij Collegæ in consulatu [illegible]tum in manus suas [illegible]hibuit, nec passus est accusante proprio seruo [illegible]rinam Celerem, nec [illegible]m Densu[illegible] ob inuidiã inter reos duci. Quin etia[illegible] exemplo accusatos Burrum præfectum, Pallant[illegible] atq; Cornelium Sullam affectati imperij, non [illegible]lum plene absoluit, exustis etiam tabulis, sed & accusatorem in exilium da[illegible]uit. Detraxit & in spectaculis theatri militem, [illegible] plebs liberior esset. Sed hoc diu manere non po[illegible]t, nimia plebis licentia: quæ in partes diuisa, dum [illegible]ersis studij[illegible] immodice fauet, pene seditionem ex[illegible]tauit. Cumq; [illegible]beros ad seruitutem redige[illegible]tur[illegible]s qu[illegible]dam conarentur, ob non satis graues causas inhibuit, additis etiam his verbis: Dispiceret quisq; dum liberaret seruum, illius merita: tardeq; concederet, quod datum non admitteretur. Inducti etiam tribuni nõ adeo soluta licentia, sed tũ qui plebis cõmodis consulerent: statutumq; [illegible]e, quantum Ædiles pignoris capere possent. Et tribunus Eluidius Priscus contra Obulltronium Sabinum contentiones exercuit, quod quæstor ærarij contra inopes ius hastæ inclementer exerceret. Elegit & ad quæsturam illam prætura perfunctos, & experientia probatos. Antium Coloniam deduxit, additis veteranis è prætorio, ditissimisq; primipilarium, portuq; sumptuosissimi operis extructo. Capuam & Nuceriam firmauit additis militibus: plebeiq; congiarium quadrigenũ nummũ viritim dau[illegible]: & sestertium quadringenties ærario illarum, ad retinendam populi fidẽ. Vectigal quoq; quintæ & vigesimæ venalium mancipiorum remisssum. Et quod optimum fuit, edixit ne quis magistratus aut procurator qui prouinciam obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum aut hidicrum aliud quoduis ederet. Nam ante non minus largitione quam corripiendis pecunijs subiectos affligebant: dum quæ libidine deliquerant, ambitu propugnant: parum vero adfuit ne cuncta vectigalia tam in cæteris prouincijs quam in vrbe & Italia pulcherrimo dono mortalium generi aboleret. Sustulit tamen quadragesimam & quinquagesimam, & quicunq; illi citis exactionibus excreuerant. Cossutianus vero Capito & Vibius Secundus, pluresque alij sub Nerone repetundarum damnati sunt. Contra Valerium Messalam collegam in consulatu, sed pauperem, & duos senatores ad inopiam redactos, pecunia in singulos annos constituta subleuauit: nec eos tantum, (sed vt Suetonius inquit) quoscunq; nobilissimi generis, etiam ad quingena salario anno constituto. P. Suilium vt damnauit, quanquam Senatorem, ob scelera, ita ne videretur inuidiæ quorundam in patrem subscribere, filium illius Neruhnum absoluit: tametsi Seneca, qui tum plurimum poterat ob Neronis ætatem & patri illius erat inimicissimus, reluctaretur. Pomponiam Gręcinam, externæ superstitionis ream pulcherrimo exemplo coniungi Plancio concessit: qui eam adhibitis propinquis insontem pronunciauit. Leges publicanorum ad id tempus in fraudem exactionum occultatas, publicari iussit: & ne quis eorum vltra annu[illegible] posset repetere debitum. Et cum sibi iudices [illegible] haberent, voluit, vt Romæ prætor: in prouincijs qui pro præ[illegible] ius aduersus illos

dic[illegible]ent: & vt militibus immunitas seruaretur, nisi qu[illegible] venderent. Tem[illegible]ta etiam apud transmarinas prouin[illegible]ias frume[illegible] b[illegible] c[illegible] & ne censibus negociatorum naues [illegible] be[illegible]tur, [illegible]to illis tributum pende[illegible] cautum [illegible] E[illegible] militem [illegible]dia e[illegible]eret, exercitũ in[illegible] postquam [illegible] cum [illegible]s esset, cocg[illegible], qu[illegible] & Rh[illegible]us cohib[illegible], sub Druso c[illegible] ante sexaginta annos ab[illegible]luere. Exules im[illegible] clementia matri pulsos patria [illegible]bi illa perijt, suis [illegible] restituit: ne quid[illegible] (vt dicunt) in matris iniuriam (neq; enim [illegible]lla illiu[illegible] alia decreta res[illegible] sed quod nec dum viueret pulchrum putabat illi aduersari, nec male acta quanquam in matre probaret, exitio præcipue alieno. Ipse vero post epulas sapientiæ doctoribus operam dabat, & pangendis carminibus, quæ ceriatim ætate æquales supplebant: doctus etiam cælare, pingere, canere, pulsare, equos cursu exercere & agitare. Pedius quidem Blesus à senatu motus est accusantibus Cyrenensibus, violatum ab eo Æsculapij thesaurum. Quam illud pene diuinum? Appio rex, agros quosdam cum regno populo Romano reliquit: hos inuasere quidam ciues Cyrenensium, atque occupauere. Orta inter Claudij imperatoris procuratores & Cyrenenses contentione de huiusmodi agris, mittitur iudex Attilius Strabo, qui eos populo Romano adiudicauit. Tum Cyrenenses de iudicis iniquitate apud senatũ conquesti, remissi sunt ad Neronem, ea ratione (puto) quod res fisci ageretur: ille pronunciauit, Atolium recte iudicasse: agros tamen Cyrenensibus reliquit. Dicam miranda, tamen vera de miti illius ingenio atq; prudentia. Fulserat cometes. Populus ingratus, & nouarum rerum cupidus destinarat sua existimatione Neronem morti: quod huiusmodi sidera mortem principum prænunciare videantur: iam illi quærit successorem, eumq; Rubellium Plautum, ex Iulia familia per matrem originem ducentem, iuuenem clarum opibus, augurio etiam ad spem confirmatum: namque paucis ante diebus, dum Nero apud Simbruina stagna in finibus Tiburtum cænaret, icta illi sunt fulgure dapes: cum Plautus paternã originem ex Tiburto duceret. Hunc ergo tam suspectũ, satis habuit monere, vt praue diffamantibus se subtraheret: habere in Asia auitos agros, vbi tuta & inturbida iuuenta frueretur. Cum aliquando Comitia prætorum, arbitrio senatus haberi sulita, nimium ob contentionem exarsissent: Nero optime composuit contentionem, eos qui supra numerum petebant (erant autem tres) legioni præficiendo. Eundemque deinceps morem seruauit, vt Suetonius refert, in candidatis omnibus qui supra numerum essent, vt in solatium moræ & dilationis legionibus præficerentur. Idem auxit patrum honorem, statuendo, vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocassent, eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius & qui ad imperatorem appellauissent: quasi senatus autoritatem, quanti principis, faceret. Factum est & Senatusconsultum, ne rei ad prætorem deferrentur, pœnas à præfecto vrbis euasuri: nam præfectus vrbis ampliorem habebat sontes puniendi authoritatem. Et cum damnati essent serui Pedanij Secundi crudeliter, vellentq; etiam libertos damnare, vetuit, dicens: Si morem antiquum misericordia non minuit, nec par est sæuitia accendere. Idem in dedicatione Gymnasij, oleum præbuit Senatui, equitibusque Græco more. Antistium, qui probrosa carmina in se factitauerat, satis habuit publicatis bonis in insulam deportare: quanquam quasi per Neronis iniuriam à morte absolutus esset à Senatu: cum Nero illum nulla in parte antea læsisset, quin imo tum prætor esset illius

beneficio

beneficio. Simili lenitate sed [illegible] etiam, in Vejentonem [illegible] est: cui satis fuit vt libri exurerentur (nec tamen con[illegible] omnes potuerunt, se [illegible] passim ha[illegible] damnation[illegible]em cæpere) & ipse Italia pe[illegible]ur. eo [illegible] hæc fuit sen[illegible] An[illegible]m S[illegible]tonem Ne[illegible]ndemnauit. S[illegible] adoptio[illegible] e [illegible] vsurpandis quidem hæreditatibus, cum [illegible] multi per has adoptiones priuilegia ver[illegible]tum occupareur: atq; hæc Senatus autho[illegible]ud sine ea, vt qui è prouincijs d[illegible] deferent [illegible] illorum collegijs, quo[illegible] Romæ propretoribus [illegible] proc[illegible]s apud Senatum agerent. Idem [illegible] secernendo equites à plebe, cum antea solum l[illegible] de Quatuordecim ordinibus cautum e[illegible]. Id autem iustissime: nam vt in opibus fauere oporte miseris ac inopibus, ita in honoribus his qui eos promerentur. Sic enim æquatis (vt ita dicam) æquitatis etiam fauoribus, & hi commodius & illi honestius viuere poterunt. Sexcenties quoq; sestertium annuum: id est quindecies centena milia coronatorum largitus est Reipubl. qua munificentia quid potest esse præclarius? quod ve maius argumentum amoris in plebem? Et tamé cum ad fanda infandaq; cæterorum principum gratias publice agerent, supplicarent, ac vota facerent dijs, hanc vt leuissimam rem silentio ferme obliterarunt. Et Tacitus ipse, qui illam refert: quia nil maius referri potest, duobus verbis eam transigit, quasi de re non admodum certa ageret: cum tamen, quamdiu Nero vixit, locum habuerit, & omnium in oculis esset. Cur hoc? Dices, nescio: At ego bene scio: quoniam hac pecunia dissoluebatur fœnus plebis, redimebantur agri potentioribus oppignorati, emebatur annona ex publico: quæ omnia in iacturam cederent fœneratorum, Senatus, qui talia mercabatur, & potentiorum, quibus non sufficit esse ditissimos, nisi omnino & domos & agellos & vxores & filias filiosque miserorum occupent: ideo pro tam ingenti beneficio nullas reddiderunt gratias. Iuste igitur factum est, vt quas illi gratias tam ingrate agere noluerunt, quas dijs preces fundere pro eius salute meritas neglexerunt, cogerentur ira numinum pro cædibus coniunctissimorum agere ac fundere: pueros contumaces imitati, qui eum non pro beneficijs gratias reddunt pro flagris. Qui admirantur me Neronem elegisse inter tot principes, quem laudarem: desinant iam admirari, nisi ostenderint alium quempiam imperatorem aut regem etiam antea vel post simile quid, aut pro ratione redituum donasse perpetuo suæ Reipublicæ. Iam tum & illud bene actum, quod nationes alpium maritimarum in ius Latij transtulit. Senatum etiam edicto increpuit, quod hortorum potius amœnitati inseruireot, Reipubl. munia desererent: eorumq; exemplo equites ad segnitiem verti. Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solamest, vt amissa vrbi reponerent. Non inter laudes vocem illam reposuerim, quam cum damnati cuiusdam supplicio subscribere de more cogeretur, edidit, scilicet: *Quam vellem nescire literas* fictam enim aut puerilem esse contendent. Similiter nec illud recensebo, cuius tamen meminerunt quidam vt magnifici responsi. Cum enim accusaretur apud illum Thraseas, tam ob contumaciam iniussus, quod esset iniustus: respondit Nero: *Vtinam tam me Thraseas diligat quam iustus est index.* Quæ etiam admiranda sunt in alijs, ad laudem Neroni, ob eam opinionem quod composims ad simulationem existimaretur, prodesse nolumus. Sed ad facta redeamus. Recitat Seneca, fuisse Demetr[illegible] Cynicæ sectæ virum sane pro[illegible] b[illegible]os est hominum illorum) iacentem in[illegible]las [illegible]ud[illegible] huic tamen ducenta sestertia: id e[illegible]co[illegible] cot[illegible]to[illegible] pene quinquies mille[illegible] misit, quos [illegible] ta e[illegible] enti stulticia renu[illegible]. Ille idem, eodemq[illegible] ore teste, duos [illegible] centuriones in Æthio[illegible], qui[illegible] quam [illegible] de Nili origine scrutarentur, [illegible] q[illegible] Italicum, notissimum poetam [illegible]tum atque probum, supremo a [illegible] Amasse literatos & eruditos, ac n[illegible] mini non [illegible] viro insensum [illegible]on fuisse [illegible]ino perhuman[illegible]at verba illa Suetonij [illegible] *[illegible] authore[illegible] quæsdam per indicem d[illegible] l[illegible]teras [illegible]d Senatum [illegible] re pœna prohibuit. [illegible] cuntem eum [illegible] cus in publico clara [illegible] cor[illegible] ipue[illegible]. [illegible] N[illegible] mala bene concitaret sua [illegible] male [illegible] poneret. Et Datus Attellanarum histrio in cantico quodam [illegible] [illegible] ita demonstrauerat, vt bibentem natantemq; faceret: exitum C. Claud[illegible] Agrippinaq; significans: & in nouissima clausula: Horcus ducit vobis pedes, Senatum gestu notaret, hi[illegible] tonem & Philosophum: Nero nihil amplius quam vrbe Italiaq; submouit vel contemptu omnis infamia, vel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.* Quis est [illegible]el nostrorum regum, qui tot cum titulis pietatis t[illegible] ferat. qui non magis in deprehensos sæuiat. Idem Suetonius refert, Domitianum propter quasdam in historia figuras Hermogenem Tarsensem occidisse, librarijs etiam qui eam descripserant crucifixis. Quare v[illegible] eos, qui tam anxie in Neronis famam grassantur, cogitate homines omnes [illegible] neque Neronem [illegible], sed hominibus comparandum. Quod si huc animo censuram actorum Neronis agere velint, minime tanquam Neronis aduocatus recuso. Verum in alijs causis hoc requiro, in hac sane non: cum dijs enim patientia conferri posse contendo. Iuuenis iecurus omnium, sine causa lacessitus, tot beneficijs in Remp. in omnes bonos frustra collatis, loco gratiarum perpetuas calumnias & probra sibi perpetuo obijci sentiens, atq; ob id non mediocriter iratus, plus tamen tribuit hominum virtuti quam [illegible] sæuisti doloris. Quis audiuit vnquam sub Ner[illegible] præter Senecam, maximorum malorum aut[illegible] quenquam studiosum aut eruditum vel Phil[illegible]ophum damnatum, vexatum, male habitum: Tiberius cum inter Græculos quotidie versaretur, cum publice profitentes audiret, Gymnasia frequentaret, Zenonem exilio, Seleucum (ambos gra[illegible] tunat[illegible]cos) sine causa morte damnauit. C. Caligula meditatus est Vergilij & Liuij scripta abolere. Sub Claudio exusti libri Labieni, qui Rabies cognominabatur, cum quorum cineribus viuum se voluit sepulchro inferri. Quantus in oratoria arte, quantus in vtraque lingua fuerit, ex hoc perspici potest, quod apud Claudium tunc non solum imperatorem, sed etiam consulem, & gratias egit pro adoptione & pro Bononiensibus Latine, & pro Rhodijs & Iliensibus Græce perorauit. Notissima est oratio illa eius ad Senecam, huiusmodi. *Et quod meditatæ orationi tuæ statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me nõ tantũ prauisa, sed subita expedire docuisti. Auus meus Augustus Agrippæ & Mecænati vsurpare ocium post labores cõcessit: sed in ea ipsa ætate, cuius autoritas tueretur quicquid & qualecunq; tribuisset. Attamen neutrum datis à se præmijs exuit. Bello & periculis meruerant. In his enim iuuenta Augusti versata est Nec mihi tela m[illegible] tua defuissent, in armis agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, cõsilio, præceptis pueritiam, deinde iuuentam meam fouisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt. Quæ à me habes, horti, & fœnus, & villa, casib. obnoxi[illegible]*

 ac la-

ac licet multa videantur plerique haudquaquam artibus tuis pares, plura tenuerũt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Vnde etia rubori mihi est; quod præcipuus charitate, nondum omnes fortuna antecellis. Verum tibi valida ætas rebusq; & fructui rerũ sufficiens & nos prima imperij spatia ingredimur: nisi forte aut te Vitellio ter consuli, aut me Claudio præponis. Sed quantum Volusio longa parsimonia quæsiuit, tãtum in te mea liberalitas explere non potest. Quin si qua in parte lubricum adolescentia nostra declinat, reuocas, ornatumq; robur subsidio impensius regis. Non tua moderatio, si reddideris pecuniam: nec quies, si reliqueris principem, sed mea auaritia, mea crudelitatis metus, in ore omnium versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorũ fuerit, vnde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere. Et rursus de illius ingenio atq; peritia, maxime in poesi, Suetonius: *Liberales disciplinas fere omnes puer attigit: sed a Philosophia eum mater auertit, dicẽs imperaturo contrariam esse: à cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, vt diutius eum in admiratione sui detineret. Itaq; ad Poeticam pronus, carmina libenter ac sine labore composuit, nec (vt quidam putant) aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares, libelliq; cum quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo scriptis, vt facile appareat non translatos, nec aliquo dictante exceptos, sed plane quasi à cogitante atq; generante exaratos: ita multa & deleta, inducta & superscripta inerant.* Sed veniamus ad edicta, in quibus (vt dixi, præcipuam habuit Reipub. curã: hæc enim soloni addidi, non vt prodessent, sed ne obessent. Et patri & matri præcipuos detulit honores, non solũ quamdiu vixit Claudius, sed etiam semper post obitum: quamuis etiam Seneca ad contrarium adhortante, vt etiam ex impurissimis illius in Claudium versibus, qui adhuc extant, apparet. Sed & matri, quantum quisque alius princeps detulit: & sæpe cũ illa in publicum se produci voluit. Et auspicanti signum Tribuno, optimæ matris signum dederit, eo vsque procedens, donec illa non satis habuit quibusconque modis ornari vt matrem Imperatoris, sed concupiuit imperare: atque inde signa dedit etiam, nec sic quieturum: verum vel cogi Neronem illius esse coniugem, contra omnia naturæ ac gentium decreta: vel illam alteri nupturam, cui deferret imperium. Professus etiam est ex præscripto Augusti imperaturum, nec liberalitatis, (inquit Suetonius) nec clementiæ, nec comitatis quidem exhibẽdæ occasionem vllam omisit. Grauiora vectigalia aut aboleuit, aut minuit: præmia delatorum ex Papia lege ad quartas redegit, diuisis populo viritim quadringentis nummis. Adhibitus sumptibus modus: publicæ cœnæ ad sportulas redactæ: interdictum, ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera veniret: vsum Tyrij Amethystinique coloris non nisi certis personis indulsit. Omnes ordines subinde & memoriter salutauit. Agenti Senatui gratias respondit: *Cum meruero.* Recusauit & Patris patriæ nomen, vt minime ætati eius congruens. Recitauit & carmina non modo domi, sed in theatro, tanta vniuersorum lætitia, vt ob recitationem supplicatio decreta sit, & pars carminum aureis literis Capitolino Ioui dicata. Vetuit & quadrigarum lusus, quibus inueterata licentia passim vagantibus fallere ac furari per iocum ius erat. Pantomicorum factiones cum ipsis simul relegatæ. Aduersus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. Cautum, vt in testamentis primæ duæ ceræ, testatorum modo nomine inscripto vacuæ signaturis ostenderentur: ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet. Statuit &, vt litigatores pro patrocinijs certam iustamq; mercedem, pro subsellijs nullam omnino darent, præbente ærario gratuita: vtque rerum actu ab ærario causæ ad forum ac recuperatores transferrentur, & vt omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent. Parauit autem expeditionem ad Caspias portas, ex Ecbatana in Parthiam tendentibus, ex tyronibus senum patrum Italica conscripta legione, vt barbaris terrori esset pariter, & admirationi. Primus quoque rastro in Achaia humum effodit, Prætorianos ad Isthmum fodiendum cohortatus. Primus quoque corbulo congestum humeris extulit, exemplo cauens, ne quẽquam laboris pigeret. Culp[illegible]r à Luciano id factum, & à vulgo, non ob aliud quam exitum. Ferunt enim Cæsarem dictatorem, Caligulam etiam antea, sed infelici (vt apparuit) successu, rem eandem tentasse. Sed Philostratus docet, Neronem destitisse non difficultate rei, nec timore ne perficere non posset, sed ne Ægina submergeretur: vel etiam, ne Romanis hoc pro infausto omine esset: nam mutationem imperij hoc facto portendi affirmabant. Nec magis felicem fuisse Seleneum Nicanorem, qui Isthmum qui dirimit Euxinum à Caspio mari, quam etiam Cæsarem, qui tentarit Corinthiacum dirimere. Sed ut Cnidios voluisse propriam Isthmum effodere, prohibitosque ab oraculo. Hæc volui adduxisse, vt ostenderem Neroni nec defuisse animum ad maximas res conficiendas, nec consilium, vt quæ agenda non essent, spe gloriæ facere concupierit. De liberalitate autem eius quid dicam? cum diuitiarum & pecuniæ fructum nullum alium arbitraretur, quam profusionem? In cunctos liberalis fuit, in plerosque vero etiam magnifice splendidus. Prætorianis suis frumentum distribuebat, menstruumque gratuitum: quo fit, vt demirer, quomodo in eum tam ingrati esse potuerint. In Tyridatem, quem ex Armenia aduocauit; D.CCC. nummum in singulos dies: id est, aureorum millia pene viginti dedit: abeunti quinquies ac vicies centena millia: hanc liberalitatem vt in externum, imo inimicum, multi vituperant: at ipse pulchrum putauit, non solum Regem in finibus imperij & procul Roma continere beneficio atque metu potentiæ, cum ibi Parthi & Persæ, Romanis inuictæ vtræque gentes, incumberent: apparuitque hoc consilium fuisse salutarius quam Traiani, & multo magis quam Iuliani ac Valeriani. Cæterum quod ad summam pecuniarum attinet, magna est, seorsum id æstimantibus: sed cum ad bellum eadem comparatur, nihil est. Hoc vero est quod solus forsan Nero, aut saltem cum paucis, intellexit: minimum bellum plus exhaurire pecuniarum, quam quotannis prodigentia. Sed & illud considerare dignum est, Neronẽ multa didicisse a Tygrane circa magiam, multa vidisse quæ illi chariora regno ipso fuere: nam de manibus ferme, quod essent, certior factus est. Græciam quoque vniuersam liberam pronunciauit. Inde fatia frigide in libro de sera numinis vindicta fingitur, cum damnatus esset Nero ob parricidium, quispiam illum à pœna exemit dicens: Et Neroni à Deo aliquid debetur, quod maxime charum illi Græcorum genus à seruitute & oppressione liberasset. Nõ ausus est Plutarchus, quamuis Græcus, testimonium integrum de Neronis virtute referre: quod sciret, quam ille popularis fuerit, & optimatum potentiæ inuisus: quodque idem esset laudare Neronem, ac illius probare gesta: quod perinde esset atque animare principes ad iustitiam tuendam, premendosq; insolentes optimates, è quorum numero non solum ipse, sed eius amici, ob Traiani consuetudinem, erant. Quin etiam inter admirandas illius fuit virtutes, alea non lusisse: cui Augustus primum,

tum, inde Caligula & Claudius totos dies insumebant, adeo vt etiam essedo vecti non cessarent. Studia aleæ ob auaritiam & publicis damnata legibus, id maxime efficiunt, vt principem à studio administrationis Reipublic. auocent. Itaque maximo malo ac flagitio caruisse Neronem constat. At hoc paruum putant; puniunturq; multo minora scelera ludo, fœnori atq; rapinis nullus impositus modus. Quid deterius est, rogo, aut esse alea potest? & tamen eam isti acres censores, plebi soli mussitantes, inultam relinquunt. Estne quid, aut esse potest, aut etiam excogitari deterius alea? cur ergo relinquunt, ne prodant vitium suum? Reges enim atque potentes ea delectantur. Hæc armat filios in patres, hæc furari cogit, eripit tempus, ad execrationes aduersus Deos impellit: vanas alit spes, illicita lucra præstat, spoliat filiosfamilias, vrget mulieres & adolescentulos (si quid aliud) ad impudicitiam perferēdam: gulæ, profusionis, meretricum debacchationis ministra: ibi lenones, fures, impij, sacrilegi, parentum contemptores, inertes, improbi, proditores vna congregantur, inficiuntque vniuersam vrbem. Laudatur Augustus & Claudius, qui aleæ operam dederunt: vituperatur Nero, quod citharam pulsauerit, innoxio & facto & exemplo: adeo peruersa sunt hominū iudicia. Cur adulteria & puerorum concubitus, & furta, & latrocinia, & impietatem & execrationes, & perfidiam tabulasque falsas punitis, modum ganeæ imponitis: radicem omnium malorum integram relinquitis? an ideo vt etiam in cæteris malis, vt repullulet? nec est ministrorum votum excindere vitium, sed habere quo ditentur: Si vos nullus Dei metus mouet, moueat saltem pudor Maumethanorū, apud quos alea perhibetur, vt certe malorum maximum. Atque hæc circa mores virtutemque illius, leges atque instituta dicta sunt. Cæterum in adornanda vrbe nullus ei comparari, nedum æquari potuit. Vbi enim ex quatuordecim, vt dictum est, regionibus tres penitus conflagrassent, septem deturpatę omnino incendio exustis tectis essent, relictæque tantum quatuor fuissent intactæ, totam sic vrbem restituit. Non enim vt post Gallica incendia, domus nulla distinctione, nec passim erectæ: sed dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spacijs, cohibita ædificiorum altitudine, ac patefactis areis additisque porticibus, quæ frontem insularum protegerent, eas porticus Nero sua pecunia exstructurum, purgatasque areas dominis traditurum, pollicitus est. Addidit præmia pro cuiusque ordine, & rei familiaris copijs, finiuitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis adipiscerentur. Ruderi accipiendo Hostienses paludes destinabat, vtque naues, quæ frumentum Tyberi subuectassent onustæ rudere decurrerent: ædificiaque ipsa certa sui parte, sine trabibus, Saxo Gabino Albanoque solidarentur, quod is lapis igni imperuius est. Iam aqua priuatorum licentia intercepta, quo largior & pluribus locis in publicum flueret, custodes & subsidia reprimendis ignib. in propatulo quisque haberet: nec communione parietū, sed proprijs quæque muris ambirentur. Ea ex vtilitate accepta, decorem quoque nouæ vrbi attulere. Erant tamen qui crederent, veterem illam formam salubritati magis conduxisse: quoniam angustiæ itinerum & altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur: at nunc patulam latitudinem, & nulla vmbra defensam grauiore æstu ardescere. Ob hæc tanta tamque inclyta in Rempublicam beneficia, non demiror Traianum optasse quinquennium primum Neronis. Quænam laus Imperatori maior, quam ab Imperatore? bono viro, quam ab optimo? sapienti, quam à prudentissimo? forti, quam à fortissimo, contingere potuit? Ob quæ etiam nec mirum illud, multis adeo post annis nunquam defuisse, qui tumulum eius vernis atque æstiuis floribus ornarent: ac modo illius imagines prætextatas in rostris proferrent, modo edicta quasi viuentis, & magno inimicorum malo reuersuri. Et Vologesem Parthorum regem missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc etiam magnopere orasse, vt Neronis memoria coleretur. Denique cum post viginti annos extitisset quidam conditionis incertæ, qui se Neronem esse iactaret, tam fauorabile apud Parthos illius nomen extitisse, vt vehementer adiutus sit, ac pene restitutus. At vero pietatem, & erga Deos venerationem, quanquam id conentur historici euertere, multis modis ostendit: primum, cum sacris Eleusinis interesse non est ausus: deinde, quod cum in æde Vestæ esset, vniuersis membris tremore correptus est, adeo vt ab incœpto venerandi illam destiterit. Apparet autem non superstitione detentum neglexisse Deos, sed superstitionem: cum enim omen quoddam sibi (vt videbatur) faustum occurrisset, veneratus est cælum: tanquam sciret non Iunonem aut Palladem & reliqua deliramenta Deos esse sed vitas cœlestes, atque omnium conditorem summum Deum. Eius etiam causa promeruit, vt Diuino auxilio adiutus videretur: vt Neapoli cū theatrum cecidit, omnibus iam è theatro spectatoribus egressis: & cum in Artaxatæ oppugnatione intus tenebræ defensoribus essent impedimento, exterius clara lux faueret oppugnatoribus. Ergo si Nero diu suum potuisset imperium retinere, aut statim ei succedere ei similis, quam bonus fuisset omnes intellexissent. Quid enim profuit Augusto, vt bonus videri potuerit, triumuiratus exitialis, quo omnes potentes & ambitiosi ac improbi ceciderunt? vt tum licuerit regere populos miti virga. Post superuenit Tiberius, qui repullulasse animaduertens improbos & contumaces viros, non solum se trucem aduersus eos ostendit, sed & ex ipsis vnum. Idem quoque accidit in Caligula. Sub Claudio rursus, per illius segnitiem collectis adhuc spiritibus redundarunt optimates hi: id est, tyranni potius: quos dum excindere Nero coactus est, & regimen temperare erga bonos & miseros, pius & clemens ab aliquibus damnabatur. Eius tamen iusticia factum est, vt Vespasianus laudaretur, & Domitiani rursus seueritate, quæ tamen non, vt Neronis, clementiæ & iusticiæ ac bonis artibus iuncta erat, omnes qui successerunt principi, iusti & probi, excisis tot improbis, dici potuerunt.

Traianus vero omnium callidissimus, vnicum præsidium inuenit, vt quoscunque pacis virtutibus non probaret, in militiam duxerit; hac enim solertia sine odio cuiusquam quoslibet sceleratos aut sustulit, aut militiæ laboribus & acerbitate fregit, quod consilium prudens, & Adrianus & Antonius Philosophus secuti sunt magna cum laude. Sic vero facile fuit, etiam eos, qui domi manebant, reddere bonos, dum facultatem pœnæ nimis pronam in Principe metiunt. Sed cum hæc iam iis Nerone probauerimus, metuo ne quis sinistre interpretando, postquam adeo facilis est lapsus in mala, existimet me probare principem, qui potentes, quod potentes sint, premat, aut ex medio tollat: quod nec vitium in Nerone fuit. Verba Taciti referam: *Eo anno mortem obijt Memmius Regulus autoritate, constantia, fama (inquantum præumbrante imperatoris fastigio datur) clarus adeo, vt Nero æger valetudine & adulantibus circum, qui finem imperio adesse dicebant, si quid fato pateret, responderit; habere subsidium Rempublicam. Rogantibus dehinc in*

quo potissimum responderit: in Memmio Regulo. Vixit autem posthac Regulus quiete defensus: & quia noua generis claritudine, neque inuidiosis opibus erat. Hæc ille, adeo potentiorum factioni addictus.

Verum cum tres sint dominandi formæ; vna, quæ potentioribus fauet, vt olim Parthica, nunc (ne exemplo desit inuidia) omittenda, cum nullibi ferme non adsit: altera, quæ nouis fauet hominibus, vt Turcica & Britannica: tertia, quæ potentiorum insolentiam vlciscitur, illorum honoribus fauet; hæc sola & diuturna & iusta est: nam secunda, etsi iniusta sit, plena est tumultibus: caretque iusticia, quod per iniuriam potentiorum fiat. Vnde inter Turcas & Britannos tot cædes. Sed Britannica adhuc inconstantior est: quoniam plures familiæ inter se ausæ sunt de regno decertare: vnaque consuetudine tantum stat illud regnum, quod per quantamcunq; seditionem, coniurationem, proditionem cladem que nunquam neq; in domos, nec agros, nec imbellem turbam sæuitur: qui mos si non esset, iam vices regnum illud more Africanorum funditus euersum esset. At in Ottomanis, nundum bellum ab aliquo qui ex aliena familia esset oriundus, exarsit: itaq; & diu illa manet, & formam iusticiæ retinet. Dum enim fauet potentibus, potentes autem variantur iuxta singulos principes, vt ex miseris fiant optimates: ita fit, vt lanx quasi æquetur, appellarique potius possit fortuna quam iniuria. Ad prima forma iniqua est, & minime diuturna, dum qui iacet, iacere semper cogitur: qui vrget, acrius instat, securus conditionis suæ ac sortis.

In tertia est hoc impedimentum, quod si nimis confirmata fuerit optimatum potentia, nec diu manere potest sine regni exitio, nec euerti secure potest. Vnde quidam, qui per blandimenta illam euexere, caducum postmodum posteris suis regnum reliquerunt. At qui conati sunt iuste retinere regnum, cum persæpe cogerentur potentiam procerum frangere, in ipso regnandi medio, vel etiam circa initia conciderunt: vt Caligula, Nero, & multi alij, quos optimos fuisse nemo negat: vt Pertinax Seuerus, Alexander, Probus, Aurelianus, Claudius secundus, Caius. Qui vero perdurarunt, non solum posteris tutum regnum reliquerunt, & firmum: sed etiam ipsi tuto & quiete regnarunt: velut Augustus & Pertinax Seuerus: sed hic discordiarum semina reliquit, dum diuidere imperium inter duos fratres moribus etiam, non solum studijs & odio dissidentes, voluit. Quibus ergo huiusmodi regna obtigerint, opus est magna prudentia, fortitudine atque virtute: inde etiam bona fortuna, quæ diu vitam principis protrahat, nec ab externis hostibus impediatur. Cum ergo Nero hoc genus imperandi aggressus fuerit, iam coalita tyrannorum potentia per Claudij segnitiem, periculosum sibi, bonis miseris & Reipub. iter ingressus est: in cuius medio, & multo ante, ne in principio dicam, concidit.

Decepit eum Senatus autoritas, quam frangere oportuit, non vexare: alios legere, & ordinem alium ei præficere: nam libertatis tempore magis à tribunitia potestate frangebantur, quam sub Nerone ab Imperatore: quod apparuit in damnandis Sorano atque Thrasea: vbi necesse fuit Senatum globis militum terrere, quo nil deterius, cum autoritas relinqueretur; vis autoritati intenderetur, & confessio metus patefieret: hæc autem stulte à Tigillino excogitata fuere, qui amicitiæ principis cum suo genero Cossutiano Capitone illudens, ne potentia eius infringeretur, maluit Tribunis plebis suam non restituere: quæ vnum erat aduersus Se[...]tum auxilium: nec poterat Nero, in tanta [...]orum solitudine, in tanta potentia tyranno[...], Senatus conspiratione, seculi licentia, vrbis [...]bitione, ciuium flagitijs, odio aduersus Cæsa[...] nomen, adhuc recenti libertatis memoria & ex[...]plo vetusto post tam diuturnam regum seruitu[...] excussi iugi. Itaque quanquam expediebat has [...]ges, hos mores, hæc edicta in voluminibus Iustiniani includi, odio tamen Neroniani nominis & factionis Senatus ac potentiorum, qui illius memoriam funditus eruere in exemplum cæterorum, qui regnaturi essent, ne talia aduersus illos auderét, satagebant, aspirante fortuna, quod nemo prorsus ex sanguine Augusti superesset, ornamenta hęc Reipub. miserorum solatia, plebis & tenuiorum munimenta, exempla virtutis, bonorum arma, & in eruditos etiam peccantes clementiæ singularis documenta extinxerunt. Et ne videar forsan oratorio boatu hæc adducere, enarrabo historiam vix credibilem. Coniurauerant in necem eius C. Piso, innumerique alij, cupidine occupandæ dominationis & detecta coniuratione, animaduersum est in plerosque illorum. Virginium tamen Rufum eloquentiæ prę ceptorem, & Mosonium sapientiæ doctorem, non suspicione criminis carentes, sed inter reos Mosonium saltem nominatum constat, cum subiciat Tacitus: *At Cadicia vxor Secunis, & Cesenius Maxim⁹ Italia pelluntur, reos fuisse sese tantum pœna experti, satis habuit ob eruditionis nomen in maruq; Aegeas insulas relegare.* Quin etiam Aciliæ Lucani matri, quam Lucanus inter conscias nominauit, pepercit. Hæc sunt crudelitatis exempla: vt non immerito ei Seneca de Clementia libros dedicauerit. Recte igitur fecissent, si sanctiones quascunque Neronis vt maxime populares, iustas, clementes, atque probis & miseris eruditisq; fauorabiles, Corpori (vt vocant) Iuris, ne vna quidem omissa, inseruissent. Verum iam ad obiecta veniamus, neque enim pauca, neque leuia obijci solent. Maxima vixit cum inuidia, obtrectatoribus ideo non caruit. Genera primum eorum de quibus dicturus sum, narrabimus: inde quæ in singulis generibus propria obijciuntur. Ergo parricidia & cædes coniunctorum, aut eorum, quibus non minus debem⁹, vt apud Hebræos, quam parentibus (imo magis eos colũt, scilicet magistros) inde improbitas, qua (vt aiunt illi) sanctos viros sustulit, post sæuitia, incendium vrbis, crudelitas in Christianos, etiam his, qui Christianos ipsos oderunt inuisa, rapinæ, luxuria, sumptus immensi & inutiles, & publica infamia. De parricidio, mors patris, matris, vxorum, fratris, sororis, amitæ, educatorum Burri & Senecæ, priuigni proponitur. De patre, nullus illum autorem prodit: qui maxime illi infensi sunt, dicunt eo conscio Agrippinam venenum Claudio dedisse: parricidium igitur patrauit Agrippina non Nero. Si Nerone inscio, nullum prorsus est crimen: si conscio, adhuc puer cum esset, excusandus videretur, adhortante impia matre: constat enim nec dum 17. annum tum Neronem expleuisse. Sed fac explenerit, sciuerit, patrarit patrem non occidit, sed fratrem aui materni, patruum magnum. Scelus est, si nil addas sed tyrannum occidit. Nulla, vt dixi, ratione ad Claudium, omnino ab Augusti sanguine alienum, nec testaméto Tiberij nec Caligulæ imperium peruenire potuit: vi militum ad illud raptus est, metu adactus, senatus confirmauit. Si Augustus testamento imperium relinquere potuit, maius etiam est ius hæreditarium descendentium, qui absq; testamento ad hæreditatem veniunt. Filij si testaméto

exhæ-

exhæredentur sine caussa legitima, ad hæreditatem tamen veniunt. Ad Neronem ergo si ab intestato imperium perueniebat, Claudius nullo consanguinitatis vinculo Augusto annexus erat. Claudius tyrannus fuit, Nero successor legitimus, & abnepos (vt audiuistis) Augusti: vis, electio, illa nihil prosunt: nam si in Republ. fuisset arbitrium, non Claudium quidem amentem & stupidum quæsisset imperatorem, sed nec quenquam alium quidem, verum libertatem. Si vim militum, tyrannus fuit, & omni supplicio dignus. Sin autem Augusti voluntate: omnino explosus est ab eius coniunctione, nec etiam testamento hæres vlla in parte relictus, nec inter secundos hæredes aut vltimos numeratus. Si igitur voluntas Augusti irrita esse debuit, libertas præualebat: si firma, non potuit hæres nec ab intestato, nec ex testamento tyrannus ergo omnino fuit: nam nec à Tiberio, nec Caligula nominatus est. At parum ducis ereptam tyrannidem, adeptum fuisse imperium hæreditarium siue dolo, siue vi, aut fortuna aut virtute? tanquam deessent potentes, opulenti, acres viri, qui omni conatu, industria, studio, diligentia maximisque periculis illud quærerent. Itaque vel hoc ipsu maxima laude dignum Neronem censuerim, quod imperium occupauerit, si ad ius respicias, in quo plurimum posset: si ad vires, in quo nihil. Quod etsi nullo iure occupasset, adhuc iuxta Ataui dictum laudari poterat:

Nam si violandum est ius. imperii gratia
Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

Sed hæc omnia frustra: neque enim huius rei conscius fuit, quam non celasset adolescens, & naturaliber: nec verisimile est matrem, quæ nullo eius auxilio hac in re indigebat, frustra tantum crimen ei communicasse: tum magis, ne eam illi pro impia abhorreret: quod & postquam resciuit, statim euenit. Nullum enim factum tam in vtilitatem cuiusquam cedere potest, quod si supra humanam improbitatem efferatur, ei in cuius vtilitatem cedit, non odiosum euadat: seu quod consensu exprobretur, seu quod exemplo metuere cogatur. Quin imo tametsi laruato illo Philosopho Seneca aliquando imprudens adhortante, cauillis eum prosecutus sit, publicos tamen quotcunque potuit honores tribuit, & acta illius manere voluit, nec gestis illius inuidit. Eadem ratione & fratris & sororis crimen diluimus: nam vt nec pater fuit Claudius, ita nec frater Britannicus, nec soror Antonia. Dices, lege facti sunt frater & soror, vt etiam Claudius pater. Stultum est lege agere contra eos, qui legibus non sunt obstricti. In huiusmodi tequiritur ius sanguinis: quod si seruatur sanguinis, legem nullam in talibus requiras. Sed nec si centum patres, lege adoptionis patres factos, quis occidat, tantum facinus patrauerit, quam si quis verum patrem, à quo etiam fit emancipatus. Vrgebat periculum amittendi imperij, & cum imperio vitam. Agrippina omnium malorum causa erat, quæ vt terreret Neronem, Britannicum amplexabatur intempestiue, quem veram stirpem Claudij, & imperio dignam dictitabat. Inde illa verba futoris plena: Id solum Dijs & sibi prouisum, quod viueret priuignus: ituram cum illo in castra: audiretur hinc Germanici filia. Accessit huic metui, error Britannici, frustra querentis quodam carmine euolutum se de patria summisque rebus: & cum minimum sapere præstitisset, tum in ... io stultio, Fatis ita volentibus, motam omnium miseratione ergo se, erga Neronem inuidiam, quasi alienum occuparet imperium. Vnde idem Tacitus subiicit: *Nero intellecta inuidia, odium intendit. Vrgentibusque Agrippinæ minis: quia nullum crimen neque iubere cædem fratris palam audebat, occulta molitur.* Sit crimen occidisse huiusmodi fratrem securitatis causa (quod etiam excusatur à Tacito his verbis: *Plerique etiam hominum Neroni ignoscebant, antiquas fratrum discordias & insociabile regnum existimantes.*

Quidnam dicemus de Augusto, qui prius hoc exemplum edidit in Cæsarionem Cleopatræ filium, quem & per adoptionem fratrem, & per sanguinem in eodem gradu cum ipso fuisse constat, quem etiam sine ulla suspicione regni occidit? Et Augustum pro Deo colitis: Neronem autem execramini: quæ hæc est ira, iniqua & de rebus & de factis æstimatio? Existimatur Antoninus Philosophus Verum fratrem sustulisse, nec hoc etiam in his, qui hoc credunt, inter crimina numeratur. Sed plures factum negant: sit ita: satis est parnum creditum crimen, vt salua sit Reip. fratres occidere. Melius sane, quam pernicioso exemplo prouinciam deuastare, vrbes excindere, tot innoxios occidere. Quanta mala, quantam iacturam attulit Carolus, frater Ludouici vndecimi Gallorum regis, Gallico regno, quod pene euertit? Ludouicus Sfortia, dum sibi principatum asciscere conatur nostra ætate, quantas clades regioni attulit? inde etiam e familia excidit, & ad barbaros peruenit, maximus Italiæ bellis. Quam præstitisset illum non fuisse? Non ego laudatim parricidium. Hercules Ferrariæ sapientissimus dux oculos fratri effodit, & in carcere perpetuo, quoad vixit ipse filiusque habuit: liberatus est à fratris nepote, & nunc etiam robustus superuiuit, cum quinquaginta perpetuos annos in carcere exegerit.

Quod si non computantur anni, erunt supra octuaginta. Vigesimum quintum annum agebat, cum coniectus est in vincula: tertius annus agitur, postquam liberatus est Iulius Estensis. Omitto iuodo, quod Ottomanis Orientis principibus tam familiare est sustulisse fratres, vt nemo ex illis vnquam dum regnaret, passus sit fratrem superuiuere: nam & exules & profugos ita prosequuntur, vt canis odorus fetam. Non laudo factum: sed potius consuetudinem regis Æthiopum: verum nullus hoc obiicit Ottomanis: quod sane minus triste est, quam vt nostri principes, qui ab adulatoribus, à mulieribus, à perfidis consultoribus persuasi, dum plures volunt posteros principes relinquere, principatus extra familiam & posteros eiiciunt, & ab alienis occupatur. Plura sunt, è quibus hoc vnum est, quæ sub pietatis specie fiunt, apud Deum maxime impia. An melius est, vt bene sit improbo vni helluoni, tot perdere homines insontes, mulieres, infantes, pueros, prægnantes, diripi ciuitates, spoliari templa, incendi vrbes, vastari agros? quoniam oratore hæc apud Deum tuebimur? non regna propter reges, sed reges propter regna facta sunt. Tyrannici spiritus hæc introduxerunt: adulatorum & precio corruptorum, & nimis proprijs commodis prospicientium turba, tum eorum, qui liuore, odio, spe, metuque ducuntur, defenditur. Quam pulchrius spectaculum est videre plures filio principes: tam miserabilius, finem illorum aut nepotum spectantium. *Multitudo*, inquit Aristoteles,

principum mala: vnus ergo princeps. Sin tam amplo orbe multitudo Deorum ex æquo dominantium, quanquam hi nihil exigant ab illo, mala est, tametsi ipsi Dij per se boni sint: quanto deterior in angusto terræ ambitu hæc multitudo dominorum, qui omnia a subditis exigunt, plura etiam non necessaria occupant, nec vt Dij iusti aut sapientes aut potentes? Sed omittamus modo quid præstet: satis fuerit defendisse Neronis factum, necessarium sibi, & Reipubl. admodum vtile. Quid sperari potuit, si populus Romanus duplici aula, duplicatis ministris, adulatoribus magistratibus, vectigalibus, luxu, pompa, ludis, spectaculis pressus fuisset, aut distractus, quando ne vnr quidem sufficiebat? Non fuere Neroni mentes Negu, non consilium eruendi oculos fratri (postquam fratrem vultis appellari filium patrui magni, etiam damnata adulterij & occisa matre quid ergo supererat, fremente matre parricida rutum, fidumve auxilium illi, præter id. maxime quod Britannico perpetam persuasum erat, ii iuste sibi ereptum imperium, quod iniustissime prius pater illius ereptum Neroni, aut occupatum ex Republ. possedisset, vt non obscurum esset, moriendum fuisse Neroni, nisi clementiam in Britannico paternam, vtilem esse potuisse credat, cum Claudio neque nocentiorem neque sæuiorem hominem natura ediderit. Stulticia meticulosis, metu exitiosus. Veniamus ad sororem Antoniam, in qua eadem omnia mala erant, quæ in Britannico: nam neque soror vere, nec periculum ingens ab ea deerat: imo plura & maiora, quam in illo: nam & ætas, & causæ irarum, occiso fratre & sorore, quæ & vxor illis erat, Octauia, manifestiores: & destinati Pisoni, qui Neronem occidere & occupare imperium aggressus est. Sic enim Tacitus: *Interim Piso apud ædem Cereris opperiretur, vnde eum præfectus Tenius & cæteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia Claudi Cæsaris filia, ad eliciendum vulgi fauorem: quod C. Plinius memorat. Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit, quamuis absurdum videretur & inane aut ipsi Antoniam nomen & periculum commodauisse, aut Pisonem notum amore vxoris ali matrimonio se obstrinxisse, nisi si cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est: & tamen vel sic in illam, credo, misericordia domus Claudij non animaduertit.* Quis ergo tam Neroni insensus est, qui non admiretur clementiam eius in illam, quam omnia iura ream mortis damnabant? Superuixit tamen eo vsque, donec Poppæa post aliquot annos extincta, dum nuptias eius reposcentis aspernata, & odij pertinaciam & periculum quam in grana esset, patefecit. Siquidem clam nubens alicui, perculso Nerone, optimatum & Senatus odio inuadere imperium facile potuisset. Tum ergo tanquam immemorem beneficij, & implacabile odium testantem, & ob imminens exilij periculum & priora quasi facta exprobrantem interfici iussit: non solum necessario, sed etiam iustissimis ex causis. Sequitur vxoris Octauiæ mors, magis necessaria quam cæteræ, non tamen adeo iusta; iusta tamen. Memor illa fratris, Agrippinæ, etiam noua pietate, quæ & sceleribus & blanditijs æque perniciosa Claudij domui, nec retineri sine periculo aut veneni aut nocturnarum insidiarum, neque dimitti absque maiore etiam poterat quippe expertus semel vulgi in illam fauorem disiectis Poppææ statuis & exclamationibus non tam scelere Neronis, quam Claudij patris ac maiorum execrandis flagitijs exuncta est. Decuit enim Antonij, sceleratissimi viri, prius quam Augusti, vel etiam non [illegible] suam progeniem extingui: atque ferro, ne [illegible] fortuita vitio diuina aut neglecta esse vide[illegible] quanto sæuiora in puella spectacula repræ[illegible]: eo recordantibus cædes, tot bonorum, tot insontium, ab illius maioribus factas, vt minora p[illegible]eam, diuinæ iustitiæ locuples testimonium elucebat. Hoc tamen consilium vxoris necis non tam sponte iniit, quam impulsus fraude Ottonis & Poppææ, qui & ipsi male periere. Nec quicquam est quantumuis magnis causis hoc effecerit, quod Neronem fecisse nollem, quam cædem coniugis Octauiæ: puella pudica coniugio iuncta sine crimine, non potuit ad mortem iuste damnari tametsi ille se a periculo tuite liberare po erat; [illegible] ficiebat religasse, quam postmodum custodia diligenti seruatam in denuo ducere in domum poterat. Sed præter alias causas quibus ei infensus erat sterilitas fuit: nam Octauia nupsit Neroni, A. Vitellio & L. Vipsano consulibus: periit P. Matio & Silio consulibus: postquam verba illa Nero ad Senecam habuit. Agebat tum Nero annum vigesimum sextum, Octauia vigesimum excesserat, nec tamen vnquam concepit. Ego tamen inuisum authorem necis, etsi non necesse, superis fuisse crediderim: namque Claudiorum gens ambitione summa, auaricia & crudelitate fuit: vt etiam Claudius ille Decemuir damnatus sit iudicio publico: & Claudia fœmina, quæ elisa ob multitudinem optabat fratrem reuiuiscere, præcipuam iacturam classis Romanæ, vt rursus victus frequentiam populi minueret, atque & illa ob id damnata. Infensa hæc semper plebi & miseris, qualem putas fuisse erga alias nationes? qualem erga seruos? nihil minus, quam quod in immeritam hæc fierent, nec eo consilio ob id puto dijs inuisam fuisse: nam prope mortem visus est ab Octauia trahi in interiores tenebras: & ipse eadem die ferrum intulit, quo Octauiam occiderat: vt videatur non fortuito id contigisse: sed seu ordine astrorum, seu vltione diuina, cui propius accedo, factum reor. Neque enim omnia, quæ necessario fiunt, iusta sunt: quoniam vbi causa non est, potius quam innoxium occidere maxime morte præuisa, præstat quoduis periculum subire, & mortem ipsam. Nec idem est optimum fuisse vel esse principem, & nihil admittere, quod culpari queat. Quis tam sanctus fuit, vt non deteriore animo regnarit? Possem si vellem artis neruos intendere, hanc necem vt iustam laudibus magnis efferre: Sed non est id mihi consilium, vt calamo ea probem, quæ animo probare non possim. Temperetur ars ad beneficium publicum: vt quæ scribuntur, ad exemplum trahi possint: satis sit ostendisse, necessitate & stulticia & alieno scelere quæsitam hanc necem, Dijs quidem iustissimam, non itidem authori. Meminerim me esse Philosophum, non Rhetorem. Et si conarer, aut non effecturum quod velim: aut si efficiam, non placere hæc superis: & mihi minus fidei habendum, qui ambitione ductus, & ostentandi causa, falsa simul & vera laudem. Quo minus, vt mors matris tam iusta fuisset, abstinere decreueram. Sed in ea nescio an maiori laude dignus sit Nero, quod occiderit, an quod tam diu pertulerit: neque quicquam maius excogitare possum, quam cum illius æstus, quos tam diu tulit, imaginor. Hinc materna species, memoria educationis, dulcedo coniunctionis, partum illius seu industria seu scelere imperium: at ex diuerso omnia obscœna, parricidium in patrem perpetratum, cædes multæ nobilium, tentatus concubitus nepharius filij, cupiditas

eripiendæ

eripiendæ dominationis, perpetua felicitatio fratris, vxoris, exercituum, tribunorum optimatum ad illum euertendum [illegible] ira, minæ, suspecta fides & consuetudo, non ipsi tantum sed omnibus eius amicis & educatoribus [illegible] in ijsdem quos illa ei adiunxerat. Si matrem occidere omnino non licet, fateor iniuste cælan[illegible] sed si vnquam licuit (licuit autem Oresti, etiam consultore Apolline maxime licuisse Neron[illegible] [illegible]mus. Sed prius historiam enarrabimus. [illegible] Agrippina fi[illegible] Germanici, vt diximus, & Agrippinæ, [illegible] A[illegible] fecundæ matronæ: itaque eo [illegible] sed non minus sceleribus notissim[illegible] & incestu etiam fratris infamis: quam tamen [illegible] [illegible] pellicem ferre non potuit, sed [illegible] [illegible]git, ob impotentiam: adeo vero ferox & improba, vt cum Nero nuper natus esset, gratul[illegible] [illegible]us amicis, pater Domitius negarit potuisse ex se quicquam nasci & Agrippina, nisi exitiale popu[illegible] Romano: adeo vxoris mores aspernabatur: quæ vox ideo inconsulta, multum dedecoris & inuidiæ Neroni attulit: tanquam necessarium sit aut esset, filium assimilari parentibus. Namque ego ex duobus parentibus natus sum maxime iracundis, cum tamen sim mitissimus: filii tamen mei parentibus meis, non mihi similes nati sunt. Deinde fac vt quis natura talis nascatur: quid faciet aut proderit educatio, si necessario talis futurus est natus, quales fuere parentes? insulsa sane vox fuit, & quæ quotidiano experimento atque vsu refellitur. Quinimo plerunque accidit, vbi parentes seu virtut[illegible], seu vitiis extremis inter se similes fuerint, vt filius nascatur contrariis moribus & natura: ex duobus maximæ sæuis mitissimus, ex sapientibus stupidus aut stultus, ex iracundis (vt dixi) quietus: seu quod vt ignis ignem retundit, seu quod extrema necesse sit in contrarium statum declinare: seu quod vitia parentum dum filius aspernatur, aut virtutem æquare posse non sperat, in contrarium habitum transeant. Vbi ergo successu impudicitiæ primum cum fratre, inde Pallante Claudii liberto, sed potentissimo & locupletissimo, ornatoque multis dignitatibus, deinde cum patruo imperatore facta ferocior, cœpit (vt mos est eorum, qui per scelera & flagitia ascendunt) nihil sibi existimare non licere, atque ex eo moliri, vt filius in imperium succederet: potita voto, per omne flagitium, seu quod maius sit, vxorem esse imperatoris, quam matrem: seu quod Claudius ob inertiam plus illi tribueret, quam Nero adolescens, & feruidus natura, ipsique matri similis: seu quod plura vellet, quam haberet, seu quod mallet omnia imperare, non obscure concupiuit. Et primum quidem experta indulgentiam filii: sed ea tanta esse non poterat infinita cupienti, vt satisfaceret: inde conuersa ad vim occultam, & impudentiam: post aperte tentauit: vbi vidit non licere fœminæ imperare, posseque plus publicum ius priuato vinculo materno reuerentiæ, ad stultum consilium diuertit occupandi Neronis adolescentiam nephario incestu. Vbi vero neque id processit, ad querelas, jurgia, solicitationes, minasque animum intendit: nullum lapidem non mouit donec tot tantisq; malis, maioribusque periculis, tum etiam assiduitate importunę mulieris perculsus Nero coactus est exuere filium, induere iustitiam, abjicere respectum, sumere potestatis licentiam, contemnere famam vanam, consulere securitati. Jam ergo singula ita esse ostendamus, ex vno eodemque autore. Ecce initium libri, vbi de Nerone agitur. *Prima nouo principatu mors Iunii Sillani, Proconsulis Asiæ, ignarg Nerone per dolum Agrippinæ paratur, non quia ingenii violentia exitium irritauerit, segnis & dominationibus aliis fastiditus, adeo vt C. Cæsar pecudem auream eum appellare [illegible]litus sit: verum Agrippina fratri eius L. Sillano necem molita, vltorem metuebat: crebra vulgi fama, anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, & imperium per scelus adepto, virum ætate composita, insontem nobilem, & qui tunc spectaretur e Cæsarum posteris. Quippe & Sillanus D. Augusti abnepos erat. Hæc causa necis.* Ecce quibus auspiciis. Inde subiicit: *Nec minus properato Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis aduersus Agrippinam retuli aspera custodia, & necessitate extrema ad mortem agitur inuito principe. Ibaturque in cædes, nisi Afranius Burrus & Anneus Seneca obuiam issent.*

Habetis iam ingenium fœminæ, atque acta. Incestum autem negare quis possit quæsitum? *Tum Agrippina versis artibus, per blandimenta iuuenem aggredi, suum potius cubiculum ac sinum offerre contegendis, quæ prima ætas & summa fortuna expeterent. Quin & fatebatur intempestiuam seueritatem, & suarum opum, quæ haud procul imperatoriis aberant, copias tradebat vt nimia coercendo nuper filio, ita rursum intemperanter demissa. Quæ mutatio neque Neronem fefellit & proximi amicorum metuebant, orabantque cauere insidias mulieris semper atrocis, tum & falsæ. Forte illis diebus Cæsar inspecto ornatu, quo principum coniuges ac parentes effulserant, delegit vestem & gemmas, misitque donum matri nulla parsimonia, cum præcipua & cupita aliis prior deferret. Sed Agrippina non his instrui cultus suos, sed cæteris arceri proclamat: & diuidere filium, quæ cuncta ex ipsa haberet. Nec defuere qui in deterius referrent. Et Nero infensus his quibus superbia muliebris innitebatur, demouet Pallantem a cura rerum, quis à Claudio impositus, velut arbitrium regni agebat, ferebaturq;, digrediente eo magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse, Ire Pallantem vt eiuraret. Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum interrogaretur, paresque cum Republica rationes haberet. Princeps post hæc Agrippina, ruere ad terrorem ac minas, neque principis auribus abstinere. Et rursus hæc subdit: Tradit Cluuius, ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eo vsque prouectam, vt medio diei cum id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comptam, & incesto paratam. Iamque lasciua oscula, prænuncias flagitii blanditias annotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras subsidium a fœmina petiuisse: immissamque Acten libertam, quæ simul suo periculo & infamia Neronis anxia deferret, peruulgatum esse incestum, gloriante matre: nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius Rusticus non Agrippinæ, sed Neroni cupitum id memorat: eiusdemque liberte astu disiectum. Sed quæ Cluuius, eadem quoque cæteri autores prodidere. Et fama huc inclinat, seu conceperit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior noua libidinis meditatio in ea visa est, quæ puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine vsque ad libita Pallantis prouoluta, & exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.* Igitur *Nero vitare secretos eius congressus, abscedentem in hortos, aut Tusculanam, vel Antiatem agrum laudare, quod otium lacessisset.*

Hæc ostendunt, Neronem non id, sed Agrippinam quæsisse. Si igitur Nini filius matrem Semiramidem ob id solum occidit, quod illius concubitum quæsisset: quam inuremus infamiam Neroni, quod eandem ob causam matrem occiderit: cum etiam vim illa, minasque adderet, mulier venefica,

impotens, sæua, multis flagitijs nota, superba, rapax, impudens, falsa: præterea potens, diues, & (vt dixi) ex Augusti stirpe.

Sed age cum quietura non esset nisi stupro impetrato (quanquam quid abominabilius, etiã dempto scelere:) an vxorem & concubinas, pellicesque, quarum forma propter ætatem præcellebat, omnes tollere voluit, nullam præponi sibi Agrippina sperare potuit? Quod si præponeretur, adhuc nihil erat actum, nisi perpetratum flagitium: dissensio, iurgia eadem manebant.

Quid ergo? duceret in vxorem matrem, vt ferunt moris esse Persarum gentis? tulissetne hoc populus Romanus tantum scelus, ac tam publicum? Necesse igitur fuit, extinguere hoc tantum incendium, morte ipsa.

Admirantur forsan quidam, multitudinem rerũ: & quod in vno tolerandum videtur, auersantur in pluribus.

Non ignari sunt, Ptolemæos quosdam fratres, alios parentes, alios filios, alios vxores, plures etiam amicos occidisse. Sed mirantur Neronem simul hęc omnia egisse: vt videatur ipse potius cõsilio suo huiusmodi peregisse, quam fortuna, aut casu. Neque illis id persuaderi potest, verisimile quidem fuisse vt in tot occasiones solus incideret, sed eas poti⁹ quæsisse atque hæc maxima suspicio est contra illum. Cui respondemus Quosdam homines esse velut agaricum, centauream, & verbascum, quibus plurimæ sunt vires, atque numero incredibiles: alios vt arborum, cui nullæ: ita certe contingit, vt quibusdam plurima & maxima eueniant infortunia, aut occasiones difficiles, quibus etiam cogantur aut succumbere, aut acriores quam communis vsus sit videri: è quorum numero Nero fuit, si quis alius, Sed tamen si occupata tyrannide omnes Claudii descendentes excidisset, vt multi quoq; alij fecere principes, quamuis id iniuste egisset, melior tamen videri poterat.

Eius enim clementiam segnitiem interpretantes, ea ausi sunt, per quæ, nisi sibi prospexisset, euertebatur. Id maxime contingit, cum ex familia in familiam regnum transfertur: atque lætis temporibus, & in magna viuendi licentia.

Sed iam ad Agrippinæ violentiam redeamus, cũ præter superius adducta inquit: *Simul intendere manus, aggerere probra, consecratum Claudium, infernos Sillanorum manes inuocare: & tot irrita facinora*

Et rursus: *Certamen Senecæ & Burro vnum erat, cõtra ferociam Agrippinæ: quæ cunctis malæ dominationis cupiditatibus flagrans, habebat in partibus Pallantem, quo autore Claudius nuptiis incestis & adoptione exitiosa semet peruerterat.*

Sed facile est videre, Neronem non quæsisse occasionem perdendæ matris, cum habitam vt honestam non receperit, verum omni studio seruare concupierit.

Narrabo historiam breuiter. Erat Rubellius Plautus, pari cum Augusto, vt Nero, in gradu: de hoc ita Tacitus: *Iturius & Caluisius, non iam vetera & sæpius audita referentes, quod Britannici mortem Agrippina lugeret, aut Octauiæ iniurias euulgaret, sed destinauisse eam Rubellium Plautum ad res nouas extollere. coniugioque eius etiam imperio Rempub. rursus inuadere. hæc Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt (quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur.) Ille Domitiaca, Paridem histrionem libertum solitum lusus principis intendere, ad illum iam prouecta nocte mittit: adeoque exterret Neronem, vt iam non solum de Plauti & matris nece cogitaret, sed etiam amouendo præfectura Burro tanquam Agrippinæ gratia prouectum.*

Quid plura? hic vides Neronis moderationem in tanta suspicione, in odio matris tam manifesto: Burrum præfectum prætorij, io cuius manu vita erat & imperium, loco non mouit, nec Senecam: quamuis vterque ab Agrippina ei datus esset. Sed neque illorum quenquam priuauit vel punita matre, verum Burrum morte amisit. Seneca sponte, Nerone nolente, se abdicauit.

Sed vide finem huius accusationis: neque enim satis habuit matrem & Plautum innoxios pronunciare, sed & accusatores & Atimetum, qui extra culpam erat, supplicio affecit: ratus ob Domitium delatorem vltro accessisse.

Quis ergo tam infensus Neroni esse potest, vt audeat dicere, quæsisse causam occidendæ matris? verum vt Tacitus & Suetonius refert, victus illius acerbitate destinauit occidere.

Vnde Tacitus: *Postremo vbicunque haberetur, prægrauem ratus, interficere constituit: hactenus consultans veneno an ferro, vel qua alia vi.* Et Suetonius: *Verum minis eius ac violentia territus, perdere statuit.*

Quæras forsan, quomodo potuit princeps orbis terreri minis fœminæ?

Dicam primum quidem ab insidijs, ne non veneno per communes ministros illum conficeret: vnde Tacitus: *Et ministros Agrippinæ tentare de veneno arduum videbatur, mulieris vsu scelerum aduersus insidias intenta.*

At alibi: *At matris ira nulla munificentia leniri, sed amplecti Octauiam, crebra cum amicis secreta habere: super ingenitam auariciam vndique pecunias quasi in subsidium corripiens, tribunos & centuriones comiter excipere: nomina & virtutes nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere, quasi quæreret ducem & partes, Cognitum id Neroni, excubiasque militares, quæ, vt coniugi Imperatoris solitum. & vt matri seruabantur, & Germanos custodes super eundem honorem additos digredi iubet: ac ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum, matremque transfert in eam quæ Antoniæ fuerat.*

Quoties ipse illuc ventitaret, septus turba Centurionum, & post breue osculum digrediens.

Imminebat, vt dixi, maius & longe periculum, ne alicui potentium nuberet: neque enim non manifestissimo in discrimine imperij & vitæ versabatur.

Quid dicam de infamia, qua illum aspergebat, tanquam parricidam fratris, desertorem coniugij, suspectum de Claudij morte: illegitimum successorem imperij, matri ingratum, flagrantem amore libertæ, tum nocturna flagitia, & quæcunque tenebræ abscondunt etiam in sanctissimo viro deformia, nedum in adolescente principe euulgando, omniaque in maius augendo, præsens exitium cum contemptu illi parabat.

Quod etsi nullum exitij periculum fuisset, vitam illi acerbam reddere potuit. Neque fides testi, matri scilicet, deesse poterat. Quid deinde intra domesticos penates, dum vxorem illi parum beneuolam, etiam contumacem & iratam reddit, eamque suspicionibus malignis replet? cunctosque illi Claudij seu Britannici seu Octauiæ amicos, tanquam non ipsa Claudium occiderit, fratrem & vxorem euerterit, amicos interfecerit, oppresserit, eiecerit, sed Nero.

Nam

Nam forsan credas, quod Britannicum amplexaretur, in odium filii amasse illum? Absit. Quæ enim nouerca, quantumuis bona, & sine imperii etiam æmulatione, potuit priuignum non odisse? Et amabat Agrippina Britannicum, cuius patrem necarat, à quo transtulerat imperium, imo eripuerat, filioque proprio dederat. Quid plura, audi rursum Tacitum:

Commotus Agrippinæ querelis, quasi criminibus, Claudius, optimum quemque educatorum filii morte aut exilio afficit, datosque à nouerca custodiæ eius imponit. Lusciumque Getam & Rufum Crispinum, Messalinæ memores, & filiis eius deuinctos, specie quod cohortes duorum ambitu distraherentur, amouit: tradiditque Burro Afranio, gnaro cuius sponte perficeretur. Et rursus post, dum de Britannici nece agit: *Nam vt proximus quisque Britannico: ne fas neque fidem pensi haberet, olim pronisum erat. Primum itaque venenum assumpsit ab ipsis educatoribus. Deinde defiebat, quem ipsa morti destinarat.*

Tot sceleribus infandam mulierem, & fœminei totius sexus dedecus, ac naturæ horribile monstrum, decem annis ferme pertulit Nero inter maxima pericula, maioresque metus, & maximam molestiam. Quali autem animo aut timore eam occiderit, audi;

At Neroni nuncios patrati facinoris opperienti, affertur, Agrippinam euasisse, leui ictu sauciam: & hactenus audito discrimine, ne autor dubitaretur. Tum pauore exanimis, & iam iamque affore obtestans vindictæ properam, siue seruitia armaret, vel militem accenderet, siue ad senatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus & interfectos amicos obiiciendo: quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrus & Seneca expergiscerentur, quos statim acciuerat; incertum, an ante ignaros. Igitur longum vtriusque silentium, ne irriti dissuaderent: & eo descensum credebant, vt nisi præueniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptior, respicere Burrum, ac sciscitaretur, an militi imperanda cædes esset? Ille Prætorianos toti Cæsarum domui obstrictos, & memores Germanici, nihil aduersus progeniem eius atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil cunctatus, poscit summam sceleris. Ad illam vocem Nero, illo sibi die dari imperium, autoremque tanti muneris libertum profitetur.

Jam dubio procul esse video, & Neronem metu id egisse, ac in summa desperatione rerum: & nisi detectus fuisset dolus nauis ruinosæ, non proruptururum ad publicam cædem. Et sanctum Senecam cum optimo Burro non solum conscius huius parricidii (si modo parricidium sit, tam scelestam fœminam occidisse, exemisse se manifesto vitæ periculo) sed & consultores & autores.

Sed & inuitam cædem confestim subsecuta est pœnitentia: vnde & se exagitari materna specie testatus est: & maris eius ac littorum aspectus, quo cæptum est facinus, turbabat eum. Et vt Suetonius ait, manes illius, facto per magos sacrificio, euocare & exorare tentauit. Vnde demiror Tacitum in ea verba prorupisse, vt Neronem voluerit occidisse matrem, vt Octauiam abdicaret, Poppæam duceret.

Quo mendacio nihil turpius: aut si ita ex coniecturis credidit, opinione nihil absurdius esse aut dici potest, aut excogitari.

Omitto, quod causæ necis matris tot tantæque, ut dixi, fuere, vt quemuis patientissimum mouere potuissent: nonne animaduertit, vel etiam ipso teste, inter mortem Agrippinæ & Octauiæ annos plusquam tres intercessisse? Mortua enim est Agrippina, C. Vipsano Fonteioque coss. quibus successerunt Nero quarto & Cornelius Cossus: his autem Cæsonius Petus & Petronius Turpilianus, post P. Marius & L. Asinius: sub quibus Octauia occisa, Poppæa ducta in matrimonium. Si ergo ardebat tum Poppææ amore, cur tantum distulit? nimis enim longa amanti hæc mora, etiam moderato & priuatæ conditionis.

Quod si vero nondum eo ardor processerat, sed mediocriter ferebat, cur tantum scelus aggressus est, quod etiam non sufficeret? Quid vetuit, ne Octauiam tolleret minore crimine, Agrippinam relinqueret? Sane fateor, multum accelerasse Octauiæ necem conciliis improbis, quibus aduersus coniugem eam accenderat: inuisamque illam filio reddidisse, dum per vim, quam ardenter deperiret, quasi matrem, metueret, retineri videri vult. Ita mulier hæc seu volens, seu inuita, exitio fatali miseræ domus Claudiorum nata videbatur.

Forsan obiicies, quod solum obiici posse sentio, præstitisse Neroni periisse, imperium amisisse, quam tanta cum infamia matrem occidisse. Sed quis adolescens tam Sanctus, tam Philosophus est, qui malit alieno scelere perire, quam supplicio seruari? Jam omnia quæ proposuimus, ostendimus: veniamus ad jus ipsum. Si Sillanorum affines atque amici, si Antonia Claudii filia, si Narcissi coniuncti, totque aliorum (quos illa perdidit) virorum (nam sub his optimatibus haud dubium est magnam turbam mediocris conditionis virorum interemptorum, silentio præteritam latere: nam & Calistus ab ea occisus est, vnus è tribus potentioribus libertis) jus aduersum Agrippinam à Nerone petissent: annon cogebatur illam punire? Tum vero justissimus habitus esset.

At modo cum tot aliis sceleribus iniustus & parricida vocatur. Quid hoc? Fecit, sed in sui commodum. Si finem spectes, postque factum est sine crimine causa facti eum excusat etiam qui cum crimine fecisset, postque timore justo id egit: nec viuere illa salua nedum imperare poterat: igitur cum factum justum sit, causa non sit turpis, quam etiam Philosophus egregius & cæterorum doctor comprobauit: & vir optimus Burrus, vt Tacitus testatur: non parricidium admisit Nero turpiter, sed magna cum laude vindicauit. Fac vt Traiano, fac vt duobus Antoninis ea sors mater adeo scelerata contigerit: vis reliquerint in columem? iniusti plane erunt: non enim alienæ iniuriæ domini sunt Cæsares. Fac vt vindicauerit: cur quod in Traiano & Antoninis laude dignum habetur, in Nerone etiam longe ma-

ioribus

loribus cum ausis vimperatione dignum esse debet? Nunc veniamus ad amitam, in qua vt nullum crimen, ita nec in Nerone suspicio necis: nec ea quicquam apud Tacitum. Si dica, d... rt m xvi libri: certum est non esse magnam ... perueniet enim ad finem consulatus C. Suetonii & L. Telesini, vt Nero postmodum parum superuixerit. Quomodo ergo positurum lanuginem dixit, qui iam prope triginta annos natus esset? Quid minus verisimile, quam coegisse medicos, tantum scelus admittere: imo nec coegisse, sed quasi de pecudis vita ageretur, vno verbo hortatum, vt amitam imperatoris occiderent defuisse illi venenum, quod perfidos sibi daret ægræ? Demum quæsisse iam tot facinorum infamia laborantem, si Deos, si æquum iustumque sperneret, quo publice & sine excusatione maiore dedecore flagrat ... t apud populum & milites, quos metuebat? Quo teste ista prodita? qua securitate illi prodere potuerunt? Et si securos eos princeps reddidit, cui bono? vt scilicet non ... n ... ama, sed lucrum illis periret? Demum, quot purgationibus opus erat, vt periret? an medicamento medicamentum addere oportuit? Quis non videt hæc conficta ab inimicis, tam absurde etiam, vt fidem non sint habitura? Amabat amitam, suosque, nisi illos qui ingrati erga eum fuerunt. Nonne constat, in extremo vitæ superfuisse duas nutrices suas, Sporum, Epaphroditum, Phaontem, totque alios? atque vtinam illi fidi fuissent, quam plures superfuere amici, atque magnis affecti beneficiis. Siquidem refert Tacitus, XXII. HS. id est, aureorum coronatorum quinquagies quinquies millies mille, in ditandis amicis impendisse, à quibus desereretur. Atque inter cæteros autor ille inuidiæ Ophonius Sigillinus, ab eo & ipse desciuit. Cæterum in Domitia. Nam Liuilla & Drusilla non amitæ, sed materteræ fuerunt. Nec existimandum est odisse defensores potentiæ suæ. Sed eo Fato natus videbatur, vt non solum beneficia quæcunque pro maleficiis haberentur, sed & quæcunque egisset, in malam partem traherentur. Simili iniuria illum afficiunt, dum reum mortis Burri esse volunt, & priuigni. Burro misit medicamentum, quo fauces illineret: misit venenum: an non poterat experiri in seruo, in damnato, qui esset præfectus prætorii? Sed Tacitus verisimiliora dicit, medicos mandato Neronis id egisse, non venenum a Nerone missum. Simili vanitate mentiuntur Ruffinum Crispinum priuignum ex Poppæa natum, impuberem, iussisse mergi mari, quod luderet ducatus & imperia. Quid enim absurdius, cum Poppæam vnice dilexerit, & ab ea vsque ad mortem dilectus fuerit? quod etiam illi causa mortis fuit. Cum enim ob Zelotypiam reuertentem, acrius irata eum obiurgaret, percussa ab illo calce periit, quod excusso fœtu abortierit. Quomodo vero occiso illi filio sine causa, impubere præsertim, eum amare adeo ardenter potuerit, non video. Quod si fingas id factum post Poppææ mortem, quid hoc habet verisimile: cum jam puero nulla essent præsidia quibus metueretur? nec Tacitus tantæ rei meminit. Quod enim iratus nolensque vxorem occiderit, fortunam & hic, non animum accusare oportet. Quotusquisque enim mortalis adeo patiens est, qui cum vxore quatuor annis, etiam minime morosa, quadriennii, aut Nero cum Poppæa, omnium fœminarum morosissima, perpetuo sine jurgio viuat? Satisfecimus parricidiis. Si de Senecæ morte agamus. Occidit Senecam Philosophum, educatorem, institutorem teneræ suæ ætatis, adiutorem potentiæ & dominationis, rhetorem eruditum, disertum oratorem, virum facundum, memorem, vt qui (quod alias diximus) duo millia nominum propriorum memoriæ mandare solitus esset: hominem grauem, optimi exempli, sine causa & insontem quæ duo maxima sunt) & si quid ad rem facit, amicum B. Pauli Apostoli. O maximum & inexpiabile facinus. Verte sententiam, & ad veritatem te retrahe. Occidit Pseudophilosophum, proditorem teneræ ætatis, atque ob id euersorem Imperii, adiutorem & institutorem scelerum, rhetorem malignum & insulsum, oratorem improbum rigidis cum argutiis beneficio naturæ pessime abutentem: hominem varium, dolosum, pessimi exempli, atque huiusmodi (quod Christus maxime damnauit) subdolum, dissimulatorem, pessimum adulatorem, participem & doctorem omnium quæcunque in Nerone maxime reprehensa sunt causa cum maxima, inuitantem etiam imperio: inimicum non solum B. Pauli, sed omnium Christianorum atque bonorum. Itaque existimo necem Senecæ, si quid modo per imprudentiam in aliis deliquit Nero, maximam criminum partem eluere. Eo enim quisque deterior est, haberique debet, quo principaliori loco, & sub specie probitatis, & titulo integritatis, ac sapiens mala admittit: horum enim exemplo ita peruertuntur principes, vt quicquid malorum orbi euenit, ob hos pessimos adulatores hypocritasque contingat. Euersores bonorum, seditionum causæ, proditores principum, laruæ malorum dæmonum, oppressores miserorum, exemplum malignitatis, hirudines humani generis, corruptores aulæ, eruditionis & virtutis perniciosissimi hostes, faces tyrannorum, regnorum blattæ & caries perniciosa semper. Hic Professor stoicæ disciplinæ, quemadmodum & ille improbus P. Egnatius (qui pecunia corruptus prodidit Baream Soranum, amicum præcipuum) nihil non alienum à Stoa sapiebat. Sed nihil actum est, nisi talem Senecam fuisse ostenderimus. Primum quidem non est cur tot nominibus insectter Senecam, virum jam ferme mille quingentis annis mortuum, quem odisse possum. Mores fuere vrbis & seculi, ac propria illius ambitio, non leui coniuncta stultitiæ, atque immensæ auaritiæ. Sed vis dignoscere probum virum ab improbo? duobus tibi verbis absque physionomia aut astrologia te docebo: non est quod errare timeas, si hæc duo obserues. Si auarus non est, si immortalitatem animi credit, bonus est: qui contra, malus. At de animi immortalitate, quid hoc simulant plerique, ob legis metum? Christi præceptum habes, quo etiam auari & insontes deprehenduntur: inquit enim: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* At hæc ambo iam in Seneca sine difficultate produntur: nam & animos esse mortales, sæpe fassus est: & summam in eo auaritiam, quantum in quouis mortalium fuisse, nemo dubitare debet. Inquit enim Tacitus, obiiciente, quem accusabat Seneca, Suillio: *Qua sapientia, quibus Philosophorum præceptis, intra quadriennium regia amicitia, ter millies sestertium parauisset? Romæ testamenta & orbos velut indagine eius capi, Italiam & prouincias immenso fœnore hauriri. An grauius existimandum, sponte litigatoris premium honesta opera assequi, quam corrumpere cubicula principum fœminarum?* Hæc sufficere

cere deberent, ad ostendendum improbitatem fucati Philosophi [illegible], qui his moribus fuerit, vt insatiabili animo [illegible] quæstum esset: nec solum sibi, sed etiam frat[illegible] maximas [illegible] comparauit, aut comparar[e] docuit. Vn[de] [T]acitus: *[illegible] quibus Gallio & Seneca parent[illegible] petitione honorum abstinuerat per am[bitionem] prap[o]st[e]ram, vt eques Romanus consu[lar]ibus potentia æquaretur. Simul acquirenda pecunia breuius iter credebat, per procuratores administrandis principis negotiis.* Et inde subdit: *Neronem op[illegible]* Quales fuerint cogita[tiones] qu[illegible] [illegible] [u]rbis [i]nhia[u]erit. Nec fuisse expe[r]tem [illegible] omnino conscium Pisonianæ coniu[rati]on[is], [illegible] colligitur, quod paucis ante diebus de [illegible] familiaritate cum Pisone accusatus fuit à Romano: & licet discusserit crimen crimine pari, existimandum tamen est Senecam hortatum fuisse Pisonem sic, vt mens potius, quam verba deprehenderentur. Vnde Tacitus: *Et natali misso a Pisone respondisse Senecam: sermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere, caterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti.* Jam consuetudo intima, & conscientia facinorum Neronis, quæ vt illi necessaria ob imperium & vitam tuendam, ita Senecæ ob auaritiam & ambitionem, scelera erant. Fratris, matris, vxoris, aliorumque more impetrata, quam possunt mereri excusationem in Seneca! Sed noice ingenium hominis in controuersiis illis fœdis, flagitiosis, sæuis, cum vt ostentaret eloquentiam, nec veritati, nec æquitati, nec misericordiæ locum vllum reliquit. Sed quo rapax & inculta facundia rapiebat, eo detorquebat jus atque æquum. Deterius est longe docere mala, quam facere: qui facit, impetu & dolore, aut ira vel perturbatione alia animi fertur, semel tantum peccat, & peccando seipsum criminis damnat, dum celat, fingit, pauet, excusat, habetque quædam decoris & honestatis in causa facti rudimenta: qui docet, impudenter docet, & multos: nec vllo affectu nisi improbitatis ducitur, nec habet vllum facti causam. Vis vitæ impuritatem videre? historiam lege hostis illius, primo Naturalium quæstionum, adeo turpem, vt plures (inter quos Andreas Alciatus, vir eruditionis singularis) eam pudore obliterauerint: maluer neque codicem deformare, quam animum. Præstat enim in quibusdam atrocibus malis viam præscindere, vt etsi velis, facere vel scire non possis. Porro quod mortalem censuerit animum, omitto: quod Epicureus, & cui Epicurus placet, sit, & carmina vulgata illius, quæ forsan quis sua esse negare possit, in Epistolis sæpius se prodit, in quibus etiam, vel ipso teste, quam frigide bonus fuerit, dignoscitur. Hunc virum adeo abhorrentem ab omnibus Christianis præceptis, qui ne vno in loco Christi aut Christiani cuiuspiam mentionem fecerit, nec moriendo, quis audeat ob fictas epistolas Christianum dicere? Ergo si Senecam alter puniisset à Nerone, justissimus dici poterat: nunc quia Nero fuit, cuius omnia facta probrosa, injusta facta, scelerataque esse volunt, injustissima nex, Senecaque sanctus appellatur. O judicia hominum, ô stultitiam. Sed hæc omnia quare contigerint, suo loco demonstrabimus. Nunc illud aggrediamur, quo demonstremus: peruersam mortalium sententiam: Augustus (inquit) ex nepte Iulia post damnationem natum infantem agnosci alique vetuit. Hic rogo animaduertas. Agustus pro diuo colebatur, qui infantem pronepotem sustulerat. Nero, qui matrem sceleratam, & cum periculo imperii & vitæ

cui omnia [illegible] [i]ntem sustulit, pro impio damnatur, & [illegible] tur. Nuper Solimanus filium & nepotem [illegible] [h]uc impuberem, ob suscipi[o]nem affectat[æ] t[yra]nnidis [illegible] o strangulari jussit. ejus pater Se[lim] pat[r]em [illegible] Bajazetem pulsum regno, decrepita æt[at]e [illegible] per Hebræum medicum nec[illegible] manu [illegible] & nepotem nec Selim ob patrem [illegible] ha[illegible] Pius enim videtur, qui crimen agn[illegible], & p[illegible] publicum beneficium putat. Quærat [illegible] [illegible]nis, an deterius sit occider[e] pron[epotem] [illegible] & an filium, aut matr[e]m, v[illegible] pa[illegible] ptiorum reges ali[i] qu[idem] par[e]nt[illegible] os occidere consue[uer]unt, atq[ue] [illegible] reliquos Physcon [illegible] fil[iu]m [im]pub[erem] [illegible] ex [illegible] eaque vxore genitum, [illegible] odio [illegible] [Phi]lopater autem, patrem [illegible] matrem. Mith[illegible] filius. Verum crudeliu[s] [illegible] [ma]trem occi[dere] [illegible] impium, patrem: quod leges patriã potestatem constituerint, non maternam. Et quod pater p[illegible] le sit agens vt semen[,] mater autem [illegible] [illegible] autem semini plus debet [illegible] terr[æ] & [illegible] [illegible] alat filium, edu[cat] [illegible] uat, in[illegible] quam mater: filium autem [illegible] te magi[s] [illegible] naturam est: & amentis [illegible] ge[illegible] occidas, spemque tibi perpetuitat[is] [illegible] ad-uersum temetipsum. At pronep[illegible] in spe habentur, quam filii. Id[illegible] [illegible] rit Augustum, quod [illegible] non posset [illegible] de matre, pronepotem infantem sustulerit: vt si de impietate agendum sit, qui patriam oppresserit, fratrem & pronepotem occiderit, magis non sit Nerone execrandus: & tamen Augustum Deum & effecerunt, & coluerunt; adeo peruersa sunt hominum studia, vt si quis secum reputet, simillima sint amentiæ. Sed jam ad aliud crimen, scilicet sæuitiæ, descendam: in quo adeo damnatur Nero, vt jam in adagium versa sit: tametsi Erasmus eidem non Neronem iniuste sed Phalaridem justius subjecerit. Primumque [illegible] ijcitur sæuitia, qua in Christianos vsus est. [illegible] iam Petrum & Paulum Romæ occi[d]erit, [illegible] ma sit hæc crudelitas etiam impietati. Ingrat[illegible], quæ cum plerosque optimos principes tenuerit etiam, vt Traianum, Decium, Diocletianum Neroni pro crimine objiciatur. Quod si Nero probos & Sanctos Christianos & vtiles R[ei]pub. necandos putauit, nõ recuso quin Neronis factum eum [illegible]s maxime detester. Sed si probrosi, seditiosi & impii habebantur, Nero non est in crimine. Est enim prudentis principis, tueri præsentem & vetustam religionem. Sic Antonini atque alii optimi principes ac viri. Paulus primum persecutus est Christianos: postea idem effectus est vas electionis. Si error est pro scelere, certe Nerone hac in causa non minus sceleratus fuit. Sed neque Suetonius neque Tacitus Neronem ob hoc arguunt: sed quod tanquam incendii reos subjecerit innocentes. At quis non videt quæsitam fabulæ causam, vt etiam Christianis, quorum non paruus tunc erat numerus, & omnibus aliis exosus esset? Christianis, quod eos falsa ex causa crudeliter damnasset: populo autem, & præsertim sacerdotibus idolorum, quod antea semper damnari vetuisset eo nomine: Itaque inuidia ardentes cum plerosque imitassent, qui Christianos incendii autores dicerent: Nero permisit vt punirentur: in quo facto causam illi maledicendi inuenerũt, quasi punierit & ob falsum, & ob minus delictum: minus enim existimabant incendi vrbem, quam cultum Deorum suorum negligi. Indicio est sic esse, quod antea non legatur

in Chri-

in Christianos deseuisse vllos, quod [illegible] etiam prioribus Imperatoribus vrbe illos depulisse. Vnde id[illegible] Suetonius in Claudio: *Inde [illegible] tumultuantes Roma expulit.* Inu[illegible]sitatum [illegible] vsque [illegible], qua permisit Nero Christianos ob incen[illegible] [illegible] cusatos plecti quenquam [illegible] [illegible] [illegible]ertitionem supplicio extremo afficit [illegible] quo [illegible] Nero. Sed Suetonius id inter [illegible] bene [illegible] [illegible], vocatque Christianos superstitionis nouæ ac maleficæ. Sed si modo improbandus est [illegible] ob Christianorum supplicia, vt [illegible] [illegible] [illegible]anus, Decius & Anto[illegible] erunt incusandi [illegible] que causa vlla, nec causæ suspicione & per edictum damnarunt illos, cum alioqui mites & perhumani haberentur. Ita non solum facto, sed & [illegible]toritate degrauarunt Christianorum sectam, tanto acrius, quanto hi Nerone meliores habebantur. Nero non edicto Christianos omnes, sed causa incendii eos damnauit. Et cum [illegible] hab[illegible] autoritate non perculit. Vide [illegible] [illegible]que [illegible]nes de rebus statuant. [illegible] Ch[illegible]ano[illegible] [illegible] minus hostis fuit, & [illegible] damnatur, fortuna & casu euenit, vt coactus sit Christianis esse infensus. [illegible] atur: cæteri qui ex proposito illos od[illegible], a Christianis vt boni viri laudantur. Vide [illegible] Traiani, diuini hominis, de Christianis ad Plinium secundum rescriptum: *Actum quem debuisti, mi secunde in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerunt secutus es. Neque enim in vniuersum aliquid quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt: ita tamen, vt qui negauerit se Christianum esse, idque reipsa manifestum fecerit: id est, supplicando Diis nostris, quamuis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. sine autore vero propositi libelli, nulla crimina locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est.* In hac epistola, quæ vt res rara celebratur, tot pene sunt errores, quot sententiæ. Nam cæteros prætermitto: quod vero ad Plinium illa scribit, plenum est turpis & fœdæ adulationis in priuatum hominem: quoniam scilicet [illegible] ius panegyricum scripserat, aut etiam dixerat. Hic primum incognita causa, inaudita defensione, damnat omnes Christianos. Defendas publici boni causa non fuisse improbum, & quanquam eo spectet, semper de summa causa cognoscere impium esse apud nos fuissent quomodo negare potes ac longe deteriorem Nerone, qui hoc generali edicto non cauit? Dices, hoc ostende. Ostendo, quod Paulus cum prima vice in vinculis Romam deductus est, vt referunt omnes autores, liberatus est: de quo non ambigitur, quod Christianus esset: imo constant, multos ad nomen Christi conuertere, & accusabatur à potentissimis Iudæorum, atque ditissimis illorum: vt si edictum fuisset promulgatum in Christianos, nullus veniæ locus futurus esset. Inde dicit: delatos & conuictos punies, non delatos non conquires. Quid absurdius? si quidem crimen non est, cur delatos vis puniri? si est, cur non vis conquiri? præsertim cum de publico bono agatur. Tertio vult, vt qui probauerit se non esse Christianum, veniam consequatur. Quæ venia debetur ei qui non peccauit? an sola suspicio reum quenquam facere debet, aut potest? Sed addit vltimis in verbis, Diis nostris: quasi alios esse duceret. Quod si existimauit, cur eos non jussit coli? quicunque enim Deos esse nouit, nec coli jubet si princeps sit, aut suadet si priuatus, etiamsi cum periculo vitæ id fieri necesse sit, impius est. Si enim prodere principem omni supplicio dignum est, prodere Deos ipsos multo magis. Et tamen vir hic inuenit (vt referunt) sanctum virum, qui illius animam ab inferis reuocarit: N[illegible] non inuenit, qui tametsi aberrauit [illegible] timore [illegible] populi, non tamen odio Christi nomen prosecutus est. Sed nec mireris damnatos Christianos vt incendiarios: nam multi Christiani (vt Eusebius refert in Ecclesiastica historia) eo nomine [illegible] Christiani facti sunt, vt sceleribus ac flagitiis licentius operam darent. Sed jam ad alia sæuitiæ exp[illegible] transeamus. Hic vero altius repetendum est exordium, multa quoque longius petenda, quæ non nubis adeo præsentia occurrunt. Diuinæ enim primum bonitatis est atque justitiæ, vt omnia flagitia puniantur, si non in ipsis qui admittunt, saltem in posteris: & vt æquata lance mortalium genus simul afficiatur ac releuetur, atque cum hoc commodis illius generaliter consulatur. Si enim ab initio, cum vicus vicum, domus domum, regio regionem vexaret, vt nihil tutum cuiquam esset, arreptis armis, & occupata tyrannide, Ninus imperium constituit Assyriorum: sub quo commodius viuebatur: quanquam vna tota gens Assyriorum tyrannidem, non solum vnus homo exercebat, quam sub vllo principe, tyrannis autem omnibus: cuius rei etiam testis est Plutarchus in Thesei vita, qui ob hoc vt Deus habitus est, quod Atticæ formam hanc viuendi non Armis, vt Ninus, nec sub vno, sed sub Rempubl. Atheniensem redegit. Ita necesse est in omni regno esse quod regatur vt corpus, & quod regat vt caput: semperque caput hoc corpori graue quodammodo est. Sed cum vitiis gentis Assyriæ & regum, nouissime Sardanapali subditi paulo melius viuerent, quam ab initio nullis sub principibus per Arbacum translatum est regnum ex Assyriis in Medos. Qua mutatione simul diuina sapientia duobus maxime commodis prospexit: & vt quæ in Assyriis leges & consuetudines erant præter jus atque æquum velut solutis nimis moribus antiquarentur: & vt eorum iniuriis in alias gentes illatis, per Medos versa vice satisfieret: quanquam enim pluribus vnus homo vel gens iniurias inferat, satisfit omnibus pulcherrimo Dei consilio, si vnus homo seu gens, licet non omnes qui iniuriam acceperint, vindicent in iniustam gentem vel hominem illatas iniurias. Ergo pari ratione, cum Medi Assyrios satis pressissent, alios vero injuriis afficerent: visum est diuinæ sapientiæ, vt ex Medis sub Astyage per Cyrum in Persas imperium deferretur. Et ne non fortuito id accidisse contingat, vt caueret per somnum monitus est ipse Astyages: exponique jussit Cyrum nepotem: vnde postmodum Tragedia illa in Harpagum: cuius cum non meminerit Xenophon, illi ætati proximior, fabulam esse suspicor, à mendacissimo Herodoto natam. Sed vtut fuerit, ejusmodi translationes regnorum, maxime violentas, manifesta signa consequi solent, quibus moneamur, non hominum errore aut vi (vt plerique mortalium credunt) sed diuino consilio ista peragi: namque cum Persæ diu regnassent, & vt Medi crudelitate, ita ipsi ambitione subiectas nationes pressissent exusto Ephesi templo Dianæ (quod ob magnitudinem, artificium, opulentiam & celebritatem inter miracula orbis numerabatur) à Græco quodam Herostrato, vates protulerunt natum puerum, qui Asiam totam pressurus esset:

ita natum cõstat eadem die Alexandrum Magnum, qui imperium transtulit ex Persis ad Græcos: vt quas passi essent Græci à barbaris iniurias non solum, sed etiam aliæ gentes à Persis ipsis, vindicatas in eisdem viderent. Quanta vero prodigia præcessere Romanorum imperium, quod, vt Græci alios atque Macedones presserant, ita Macedones ipsos ac Græcos pressit? vt pene nulla gens peius & crudelius afflicta sit, initio ab ipsorum regum semine facto: nam & Persa rex extinctus est in carcere, & filius vnicus qui superfuit fabrilem exercuit artem. Itaque consulto à diuina prouidentia facta sunt hæc omnia: & ne quis inficiari possit, hæc etiam in minimis animaduersa sunt.

Quippe temporibus nostris dum Rex Gallorum excussus est dominatione Mediolanensium ab Eluetiis, nonne ventis ac tempestate excidit totus apparatus ligneus triumphi Gallici regis?

Et cum sæuiore casu pulsi sunt ab Hispanis rursus, est rursus excussa terræmotu ac fulmine pene tota arx Mediolanensis, nullis viribus humanis expugnabilis?

Quid ergo, tam sæuum Reipublicæ Romanæ imperium, tam crudele iugum in omnes gentes, nonne, nondum vllis iniurijs, quas Græci, & qui eorum nomine imperauerunt, Ptolemæi, Antigoni, Mithridates, Carthaginenses, Macedones, Corinthij, Athenienses, Lacedæmonij orbi intulerant, vt non expediret solui, puniri non debuit? Qua ergo via immanis hæc gens quæ in theatris sontes & insontes dimicare inter se cogebat ad necem crudelem, quæ viros, fœminas, pueros, non miserta sexus vel ætatis, feris dilaniandos in spectaculis exhibebat, quæ seruos etiam per ludibrium excruciabat: vnde totæ suspensi pedibus viri, & ad necem vsque verberati: piscinæ, in quibus per ludibrium, seu quibusvis minimis ex causis, non sexus, non ætatis habita ratione, piscibus deuorandi viui mergebantur: tot cruces, pistrini, compedes, tormentorum inaudita genera in miseros? quæ in reliquis seu domitis seu socijs seu fœderatis gentibus tantum exercebat, quantum libebat: nemo à nece quantumuis insons, nemo à verberibus tutus, non puer, non nupta à libidine, Romani non solum Magistratus, sed nec ministri vllius, nec etiam serui vel liberti: nõ signum, statua, fundus, domus, aut quicquam aliud auariciæ illorum imperuium.

Nonne Cicero recitat, cum in Asiam proconsul fuisset, eo redactos per tributa, extorsiones, rapinas, publica & priuata furta præcedentium administratorum, vt nisi venditis capitibus suis & filiorum, nõ essent soluendo vectigalia? Est tamen hic sanctus Arpinas, qui cum tam innocentem se iactauerit, vel toto vertente anno nomine Reipub. Romanæ collegis ex prouincia HS(t): id est, aureorũ vicies quinquies centena millia, satis nimis vel toti Asiæ expilatæ, vel prouinciæ quam regebat Ciliciæ, adiectis tribus diœcesibus Lycaonia, Pamphylia & Isauria, & Cypro insula.

Ex his paucis tantum corrasit pecuniarum, tanta infamia publica, quanta priuata gloria, si modo tam sanctus in administratione fuit, quantum se prædicat: nam de Q. Cicerone illius fratre vel ex ipso Marco dignoscitur, quam crudeliter & auare petulanterque se gesserit.

Sed redeo ad Ciliciam & Cappadociam, cuius regem Ariobarzanem pupillum in tutela habuit adeo pauperem, vt cum tutelam alij reliquerint, ipse concupierit: atque inter reliqua vni Pompeio, sancto illi atque innocenti numerati sunt C C HS, aurei centum & viginti mille, pro fœnore. nam ex sorte nihil decidebat. Erat fœnus hoc XXXIII. talenta Attica in singulos menses. Cogita reliqua, vt nec regem in ea prouincia esse expediret, nec priuatum. Audi aliud. Salaminij ciues (ea vrbs in Cypro est) menstruo fœnore in quaternas cẽtesimas pacti fuerant, etiam cum annuis anatocismis.

Cicero ex Senatusconsulto in centesimam cum anatocismis redigere tentauerat. Scaptius, vir nequissimus, & M. Bruti administrator redigere tentauerat: non potuit: rem reliquit affini Bruti iudicandam, qui Ciceroni successurus erat: cum antea Scaptius impetratis equitibus, ita miseros ciues vexasset, vt Senatu eorum in arcem recepto, aliquot senatores fame perierint.

Est autem fœnus quatuor centesimarum cum anatocismis annuis adeo magnum, vt mille coronati in decem annis quinquaginta millia euadant, tantam ergo iniuriam humani generis, talem contemptum, vt mortem duorum hominum & insignium, quod Græci essent, Cicero irrideat, vltra pati non potuit: immisitque C. Cæsarem primo, qui Rempublicam occupauit, sed minime crudeliter: cui successerunt Augustus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Domitianus: inter quos Neronem mitissimum omnium si fuisse probarem, sufficere mihi deberet: sed hoc nõ solum demonstrare contendo, verum mitiorem inter optimos etiam quoscunque principes, adnumerato etiam Vespasiano, Tito, Traianoque: eaque exempla clementiæ in omnibus edidisse, vt nõ immerito videatur eos illi libros de Clementia (vt antea dixi) Seneca inscripsisse. Nec prodesse volo nũc mihi, quæ proposui de diuina vltione, de cõmodo humani generis vniuersali, cum abunde hoc sufficere posset. Neq; enim Deus, postquam bonum principum ortus, dominatio, vita, fortuna, interitus, manifestis prodigijs propter plebem, & diuinæ prouidentiæ ratione propter sapientes à Deo institutus videtur, quicquam impotenter aut inuidiose facere potest, aut negligere vel ignorare. Sint tamen hæc malorum principum, non Neronis defensionis argumenta: nos Neronem nihil peccasse, sed iustissimum fuisse ac mitissimum ostendemus. Nõ officiat modo nobis publica fama, ex ignorantia & alieno scelere orta. Sed præstat primum scire Romanorum eo tempore leges: nam de morib. satis dictũ est. vt vno verbo expediam, scias ad improbitatem nihil addi potuisse. Lex erat Romæ, cuius etiam meminit Cicero, ne vllus ciuis Romanus morte afficeretur, adeo vt è foro crux sublata sit prorsus: sic Milo, quãquam cædis reus primarij viri P. Clodii, & Pompeio ac Cæsare parum amicis, Massiliam relegatus est: hanc legem neglectam, vt par erat à Nerone atque Dominano, ob idque tyrannis appellatis, Nerua atque Traianus restituerunt, hi homines sanctissimi: sed vide exitum vimque legis, ac fructum. Marius Priscus Proconsul Africæ, conuictus quod accepisset à vitellio Honorato trecentis millibus: id est, aureis septem millibus ac quingentis, inimicum illius equitem Romanum exilio septem eius amicos vltimo supplicio affecisset iniuste: à Flauio aut Martiano septingentis millibus: id est, aureis coronatis decemseptem millibus ac quingentis (sed tamen in vtraque summa propter auri incrementum demere sextam partem licet) alterius equitis Romani virgas, damnationem ad metallum strangulationem in carcere mercatus esset: (quot in inferioris sortis homines flagitia admiserit huiusmodi, alterius vero generis, coniectari facile possumus) accusantibus Lepticanis, perorante causam Plinio Secundo in quinque horas, & Corn. Tacito coram ipso principe Martiano (nam Vitellius, dum causa apparatur, interijt) Italia &

Africa interdixerunt: Marium Priscum condemnarunt, vt septingenta millia fisco inferrentur, ipsi vrbe & Italia interdiceretur, Hostilium Firminum Senatorem, qui omnia hæc Prisci scelera adornauerat, tractauerat, compegerat, cum vellent amouere Senatu, Nerua sanctissimus prohibuit: satis esse ducens, ne in sortitione prouinciæ ratio eius haberetur: hancque sententiam adulator nequissimus ille tam laudat, quam Cornutum Tertullum consulem designatum fortitudinis: ô tempora, ô mores. Hisce certe videri potuit miser Nero crudelis: homines dignos crucibus, palis, serra, & quicquid est tormentorum, satis habuerunt pellere Italia, nec bonis sublatis, nec etiam trecentis millibus restitutis: cum etiam illum alium in senatu reliquerint: atque ad hoc etiam impetrandum eloquentia tanta opus fuit, vt non criminis hæc pœna fuerit, sed præmium ambitionis oratorum. I modo, vel hoc exemplo vno, sub quo quanta contineantur & qualia intelligis, causam accusationis & calumniæ Neronis discas. Aliquanto grauiora erant, & seueriora judicia, sub Republica Ciceronis tempore, quæ tamen corruptissima fuere. Sed audi aliud. Classicus Proconsul cum vxore, filia, amicis, ministris, totam prouinciam diripuerat: veniunt hi (Betici enim erant) prouinciales omnes accusant: est Plinius Secundus, & L. Albius: quid plura? vix aliqui ad exilium damnati quinquennii, alii biennii, plures absoluti, prodente causam (vt puto) ipso Plinio, quo etiam gloriatur: hæc erat justitia temporum illorum, & miseria mortalium sub his beatissimis atque sanctissimis Imperatoribus, cum etiam ipse imperator Hispanus esset, atque ideo ex prouincia spoliata. Tales cogita fuisse quoscunque laudauerunt, Vespasianum, Titum, Adrianum, Augustum, Antoninos, atque huiusmodi Deos inferorum, non cælestes. Sed audi tertium, ne non credas in quoquam variasse. Iulius Bassus sub Vespasiano reus, sub Tito inuisus: à Domitiano, cui amicus ferebatur, relegatus: à Nerua ob ambitionem non solum restitutus, sed Bithyniis præpositus, inter flagitia & rapinas senex factus, jam ab ipsis prouincialibus accusabatur. Defensorem huius Plinium Secundum de criminibus, quæ & ipse fatebatur, constabat. Bæbius Macer repetundarum lege teneri volebat. Cepio Hispo salua dignitate censuit dandos judices è senatu. Quid plura? obtinuit vtrunq;, & vtrunq; euasit: nam & in senatu remansit, & quod rapuerat, obtinuit: atque de hoc gloriatur ipse Plinius: vt iam non recti ac æqui vlla esset cura, sed ostentationis eloquentiæ. Sed hoc parum: Theophanes è Bithyniis vir disertus, parum abfuit: nam Senatus ea erat sententia, vt quia reum acrius vrgeret, pro reo ipso subiiceretur. Verum tantam infamiam ab ipso senatu, non dicam scelus (id enim contemnebant) Consules auerterunt. Sed adhuc hoc minus est causa ipsa, qua liberatus est. *Fecerat* (inquit) *enim fauorabilem renouata discriminum vetus fama, notumque periculis nomen: & in procero corpore mæsta & squalida senectus.* O secundum impudentem: nonne turpior est causa, quam absolutio? Fauorabilem fecit renouata scelerum vetus fama! toties repetita judicia non obtenta, ob gratiam, ob potentiam, ob corruptas pecunia judices, contra miseros prouinciales! notumque periculis damnationum nomen! quasi ei vni, qui primo peccauerit, non facilius ignoscatur? Et in procero corpore: id est, segni atque inerti sue, mæsta (ob quid?) & squalida senectus: quod damnari tandem timeret. Dicis: Damnabatur, quod munera ab amicis (nec accepisse is negabat) quæ lege prohibebantur, licet sine flagitio accepisset. O virum impudentem: quæ refers in laudem tuam, quanto melius fuerat silentio obliterasse? Venissent Bithynii viri pauperes, ex tam longinqua regione; tanta cum impensa, vt virum potentissimum accusarent, quod munuscula quædam (vt ipse appellat) accepisset, quæ quis dare coegerat primum? Deinde, quæ conuictus repetundarum solum restituere cogeretur? cum aduersis diis atque iratis nihil damnato deterius contingere posset. Sed audi iam: *Quibus sententia Cepionis placuit, sententiam Macri vt duram rigidamque reprehendebant.* Verum Pæana vide: *Adfui Beticis contra Bebium Bassum. Quæsitum est, an danda esset inquisitio? data est. Adfui rursus iisdem, quærentibus de Cæcilio Classico. Quæsitum est, an prouinciales vt socios ministrosque proconsulis plecti oportet? pœnas luerunt. Accusaui Marium Priscum, qui lege repetundarum damnatus, vtebatur clementia legis, cuius seueritatem immanitate criminum excesserat: relegatus est. Tutatus sum Iulium Bassum, vt incustoditum nimis atque incautum, ita minime malum iudicibus acceptis, in senatu remansit. Dixi proxime pro Vareno, postulante vt sibi inuicem euocare testes liceret: (hoc autem lege prohibebatur) impetratum est.* Quid amplius, si huius testimonio, cuius intererat vel saltem verbis defendere juris speciem, omnia ad gratiam rei & pro facundia agebantur? miseris insontibus, criminibus, nullus locus erat: quo loco fuisse putas reliqua quæ silentio tegebantur? quæ defendere non ausi sunt? quæ pro criminibus habebantur? quæq; ab his agebantur oratoribus, quos improbos esse dicebant? Illud mirum solum, quod in tantis seculi probris non inultum adulterium esse voluerunt.

Galitta enim damnata est Iulia lege, & mœchus centurio exautoratus, atque relegatus. Vt deterius sit aliquanto seculum hoc nostrum flagitiosissimo quouis antiquorum, in quo saltem pudoris ratio habebatur: reliqua tam profanata erant, vt nec crudelitati, nec rapinis aut ambitioni, aut auaritiæ aut stupris, aut aliis vllis vitiis modus vllus esset, sed liceret quicquid lubitum esset. Gloriatur ipse his verbis: Quod Senatum inuidia liberassem, qua apud alios ordines flagrabat: quod seuerus in cæteros, senatoribus solis dissimulatione quasi manca parceret. Sed quid tandem actum tanto conatu ab isto facundissimo oratore? vt Publicius Certus, qui Heluidium Priscum Thraseæ generum ad mortem adegerat, nō fieret consul: nimis, si juste damnatus fuerat Heluidius: ridicula pœna, si iniuste. Has leges contra naturæ gentiumque decreta cum antiquare vellet Nero, & crudelibus judicibus mortis pœnam irrogare, & iniusta judicia punire, magistratuumque scelerata flagitia supplicio summo & bonorum priuatione vindicare (hinc dolor, hinc lachrymæ) factus est repente omnium mortalium scelestissimus.

Damnauit & Thraseam Pætum, ac Baream Soranum, (inquit Tacitus) cum quibus ipsam virtutem excindere concupiuit: præterea Seruiliam Sorani filiam, C. Cassium, Ostorem, Syllanum, omnes senatorii ordinis, insontemque Vestinum consulem. Hic non tam de crudelitate, quā de iniusticia agitur: nam si juste perempti sunt, quandoquidem omnibus permissum est liberum mortis genus, crudeliter extincti dici non possunt. Sed videamus qualis hic fuerit senatus, in quo hæc judicia exercebantur. Incidit forte, vt Pedanium Secundum seruus eius, siue amore exoleti, seu quod libertatem pollicitus non daret, occiderit. Erant Pedanio seni, adnumeratis mulieribus ac pueris,

plus

plus quam quadringenti: omnes capti lege improbissima Romanorum, ad mortem damnabantur. Plebs tot insontes (neque enim præter illum, qui dominum ac semetipsum occiderat, quisquam facti conscius erat) protegebat, mœrebaturque tot fœminarum, puerorum, infantium: acta res in Senatu, multis ob multitudinem legem moderari cupientibus. C. Cassius e Senatoribus vnus obtinuit, vt omnes occiderentur: totque insontes ad supplicium ducti sunt. Aderat Thrasæas, aderat Soranus: quid est quod amentiam viri non prohibuerunt: tunc nullus Nero obstabat:

Sed crimine ab vno Disce omnes.

Si tam impudenter, tam crudeliter, tam scelerate quadringentos insontes, nulla sexus aut ætatis habita ratione, nullo quæstu, nulla gratia, nullo metu damnare vltimo supplicio potuerunt: quales eos putas fuisse in iudicandis causis, in quibus quæstus gratia metusve vrgebant, nec cum tam publica infamia crudelitatis obstaret, nec iudicij iniusti tam apertum scelus? Quas putas fuisse meditationes, conspirationes, vitia, iras, factiones eorum, qui se adeo omnis humanitatis, expertes ostenderunt? Si ergo Nero hunc omnem Senatum sustulisset, crudelem vocare velles? Si crudelis fuit, iustus esse non poterat: at iustus fuisset, quomodo ergo crudelis esse potuit? Quam faciem vis Neroni obuersatam fuisse, in damnatione Thrasææ, Soranique, atque aliorum Senatorum, cum recordabatur, quod quadringentos insontes ad mortem (inter quos, vt dixi, & mulieres, & pueri puellæque numerabantur) vna sententia ob ambitionem damnassent? vt viderentur scilicet legem scriptam seruasse. Vis mitem experiri dominum? & tu erga alios prior mitis esto. Lex (dicis) erat huiusmodi. Lex iniusta, lex non est: nec fas est legem Principi constituere, nec Reipubl. vt vnquam insons morte afficiatur, aut cruciatu: insontes autem sunt omnes pueri puellæque. Sed an in bello non conuictos damnare morte liceat, aut filios proditorum, non est præsentis instituti. Et mihi quidem videtur quod non: verum temperata ratione vtendum. Quæcunque igitur huiusmodi ferunt, non leges, sed imperia appellanda: nec ab aliquo viro bono defendenda, etiamsi cum capitis periculo certandum sit. An existimas quenquam fuisse Senatorem, postquam tam impudenter hos morte damnabant, sontes absoluebant, aliarum cædium non conscium? Misit Deus Neronem, qui de tam impio, tam scelerato ordine pœnas sumeret. Misit & Domitianum & Commodum, aliosque plures. Durabat & tam sæua lex contra seruos Plinij Secundi tempore, sub Nerua atque Traiano. Afranius Dexter Consul perijt: & post quæstionem de suis habitam, incertum à quo, an à seipso, an ab aliquo ipsorum. Et tum seruos morte damnarunt. De libertis dubitatum est: quidam morte afficiendos, quidam relegandos: alij, qui & plures, absoluendos esse censuerunt. Crudelius quam ex Neronis sententia: ille enim de Pedanij libertis ita pronunciauit: Postquam morem antiquæ legis misericordia non leniuit, nec par est sæuitia accendere. Quid ergo tu, qui Neruam, qui Traianum bonum esse dicis, quomodo eos tueberis esse bonos, qui has leges, hæc potius (vt dixi) sæua imperia non abrogauerint? Quid ergo, cum Soranus ille sanctus deflebat Seruiliam filiam, si ego præsens affuissem, interrogassem: Tu quidem defles teipsum, filiamque quasi inhærentem; an recordaris, cum pueros illos puellasque, post tam longam seruitutem, quos nec ipse dominus si reuixisset, damnasset, sine vlla culpa ad necem damnabis, fœdamque ac sub carnifice? at filia tua quoquo modo rea est? & si fortan non omnino, illi ne vmbra quidem criminis aspersi, tantummodo tyrannica vestra lege concidebant. Imaginare impie iudex, crudelis & omni fera atrocior, illos miserorum iustos gemitus, illas lachrymas, quæ populum etiam truculentissimum, rudemque, & solis cædibus ac spectaculis laniandorum hominum assuetum, ad misericordiam mouere potuerunt: te autem non potuerunt. At illi serui erant. An illis o nepharie vir vnum oculum, tibi duos, illis [illegible] pedem, tibi duos, non aciem videndi, non auditum, non crura ad cursum, & formam te ipsis [illegible] liberaliorem atque venustiorem illis natura tribuit? cur ergo in tuam imaginem [illegible] causa sæuis? quid metuere illi? quid tibi fecere? An nescis, aliquando tibi atque illis communes fuisse parentes? Morere igitur æquo animo, & patere etiam [illegible]: quæ etsi in nullo deliquisset, in hoc deliquit, quod sceleratissimi viri filia sit. Omitto [illegible] illius deuotiones in Cæsarem, ipsius de [illegible] cum Plauto exule, & solicitata Asia ad [illegible] res suscitandas: quæ si non omnino vera [illegible] non tamen prorsus conficta. Accusabat Iouius Sabinus eques Romanus: constabat auxisse ciuitatum seditiones, vt potens, diues, ambitiosus, factiosus, titulo ementitæ probitatis: quæ qualis fuerit, satis intelligis. Hæc quiuis sæuus iudex expectet in nepotibus & pronepotibus, si non vidit, filijs: expectet in familia, si stirps propria defit, si [illegible] diuinam vltionem sopitam esse: viue securus crudelis & inique, non distulit Deus ob te vin[illegible]: sed ne illius qui per te affligitur, præpropera [illegible] ne sua minuatur pœna, ac leuatur: vltio enim [illegible] tiæ patris minuit dolorem. Similibus [illegible] damnati, inter quos C. Cassius ille author [illegible] tionis seruorum, multorum criminum reu[illegible] in Sardiniam relegatus est, celeriter nouissima [illegible]: vt intelligas, Neronem fuisse mitissimum, ill[illegible] sunos viros. Sed hæc de iustitia: in qua causa [illegible] poterat illud dixisse: Quoscunque occidit Nero, præter illos qui ad coniurationem pertinebant, vt Vestinum consulem, Senatus iudicio occidit. Quod si dicas, Senatum timore illos occidisse, non sponte: quid coegit illos timere, in quorum manibus erant iudicia? nec visus est Nero petere, vt Soranum, aut Thrasæam, aut Ostorium, aut Syllanum occiderent: sed accusatoribus & iudicibus illos permisit. Deinde quorsum fœdæ illæ adulationes? nonne sufficiebat damnasse sine principis adulatione pessima? Et quod peius pessimo est, quoniam processere, vt eum, cui tam fœde adulati paulo ante erant, tam crudeliter damnarent? nonne illi mortis arbitrium relinquere præstabat, vt ipse illis, nec addere vt puniretur more maiorum? Quis non videt in hoc timiditatem plusquam fœminilem, iram plusquam ferinam, crudelitatem & ingratitudinem turpem, cum multi eorum ab illo locupletati essent? Itaque nemo Neronem, sed temporum mores & improbitatem Senatus illius ac optimatum arguat. Deinde fac vt Nero eos timore adegerit ad facinora, terrore continu[illegible] atque potentia, quid illos detinuit, ne subsequentibus temporibus accusatores ipsos & scelerum [illegible] iutores, velut Tigillinum, Eprium, Marce[illegible] ac Cossutianum Capitonem, Thrasææ accusatores, Torium Sabinum, Marcum Regulum, totque alios quorum nullus à Senatu ad mortem damnatus est post Neronis obitum: vix vnus Tigillinus

 ab Otho-

ab Othone, cæteri omnes iudicium nō solum mortis effugerunt, sed sub subsequentibus principibus pleriq; regnarunt, pauci è multis, vt Marius Priscus & Publicius Certus, leuiter, vel etiam leuissime tacti, tanquam aliquem irati ad leue exiliū adegissent, aut paruam pecuniæ summam soluere iniuste coegissent. Quid ergo querimini iniuste de Principe, si autores malorum esse sinitis? si damnati fuissent qui sub Tiberio sæuierant, non fuissent inuenti qui sub Caligula: vel si sub Caligula, qui sub Claudio aut Nerone alios detulissent, aut damnassent. Plures inueniri malos necesse est, quando innocentia damno est, improbitas tuta etiam præmijs afficitur. Nihil ergo ad Neronem hoc malum: sed diuinæ iræ vltio fuit, & scelus ordinum, qui iudicijs præerāt, tum optimatum: dum alius alium spectante principe, ambitione, inuidia, auaricia, odioque trudit falsis iudicijs ad necem.

Apparet etiam pluribus obfuisse diuitias: quas ira Deum partas esse constat, ac pluribus longe sceleribus quam esset opum multitudo. Cumulos earū & scelerum compara: inuenies plura non solum fuisse scelera, sed & maiora, maiores cumulos.

Sed iam videamus, an reliqui, qui inter Deos etiam relati sunt, minores fuerint Nerone, vt eum de sæuitia accusare saltem liceat: & si non de iniusticia, vel de scelere. Crudelis est, quisquis non solum immeritis pœnas ingerit, sed grauiores aut exquisitas, vel gaudet adesse supplicijs. Horū nihil potes obijcere Neroni: omnibus permisit liberum moriendi genus, & cum gauderet spectaculis vsque ad insaniam, nusquam interfuisse legitur vel damnatorum supplicijs, neque etiam gladiatorum, nec ferarum, quæ cum hominibus dimicarent, cum constet omnes imperarores interfuisse spectaculis huiusmodi: *quinimo & Claudiū Tiburti mane ad vesperam perseuerasse, vt carnificē ex vrbe accitum expectaret, deligatis ad palum noxijs, quos more antiquo puniri iusserant magistratus: pœnas parricidarum & tormenta etiam quæstionum coram se exigebat & repræsentabat: quocunque numero gladiatorio prolapsos iugulari iubebat, maxime retiarios, vt expirantium faciem videret. Cum par quoddam gladiatorum mutuis ictib. concidisset, cultellos sibi paruulos ex vtroque ferro fieri in vsum sine mora iussit. Bestiarijs meridianisque adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo præsideret: præterque destinatos, etiam leui subitaque de causa quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si aut αὐτόματον, vel pegma, vel tale aliquid parum cessisset: induxit vnum ex nomenclatoribus suis sicut erat togatus.*

Quid tale in Nerone quis vidit, audiuit aut legit unquam? & tamen hic Claudius, Diuus appellatur, & in diuorum numerum relatus est.

Forsan quia mitior fuit in iudicijs, quanquam sæuior in spectaculis.

Audi quid dicat Suetonius: *Appium Syllanum consocium suum, Liuiasque alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defensione vlla data, occidit.*

Item Cn. Pompeium, maioris filia virum, & L. Syllanum minoris sponsum. Ex quibus, Pompeius in concubitu dilecti adolescentuli confossus est: Syllanus abdicare se prætura ante quartum Kal. Ianuarias, morique initio anni coactus.

Die ipso Claudij Agrippina nuptiarum, in quinque & triginta Senatores, trecentosque amplius equites animaduertit.

Demiror amentiam hominum, furoremque ac fortunam Neronis, qui sine cæde crudelis, sine supplicijs exquisitis sæuus appellatus est: cæteri cum pessima quæque perpetrarent, inter diuos relati sunt.

Dices forsan, Claudium fuisse crudeliorem beneficio Agrippinæ inter Deos relatum, vt inuidiam parricidij hoc commento leniret. Sed Nero consensit, Nero in cultu perseuerauit: Neroni ergo laus iam pietatis debetur. Sed id sapienter factum, non pie. Faxo, si sapiens Nero, etiam bonus: si bonus, sapiens. Nemo bonus, nisi sapiens: nullus sapiens, qui bonus non sit.

Defuit ergo Neroni bonus successor, non ipse malus fuit. Quis Galbas, Othones, Vitelliosque Neroni comparare velit, ausitve, non video quorum breuissimo principatu plus scelerum & flagitiorum admissum est, plus sanguinis ciuium effusum est, quam quatuordecim totis annis Neronis: adeo vt hoc bene inter tot mala Otho præstiterit, vt satietas cum tenuerit ciuilem effundendi sanguinem: cæteris nunquam defutura voluntas, modo licuisset. Pergamus ergo ad illas humani generis delicias, Titum: Neronique comparemus, qui vno spectaculo aliquot millia Iudæorum, in quibus pueri & mulieres, feris dilanianda exposuit: autor, illius amicus Iosephus: ne quicquam ex fide dicere credas. Erant Iudæi, erant rebelles, erant contumaces: sed

Quid meruere boues, animal sine fraude doliue?

Quid cum pueris & mulieribus? Decet stirpem impiorum excindere, insontes occidere non licet. Licuit in bello, inter iram, vindictam & arma: non in pace pacatis animis. Licuit occidere, non crudeliter occidere: licuit per homines occidere, non feris exponere: nihil tale fecit Nero. At fecisset. Incertum est. Si fecisset, non deterior futurus erat Tito: at nunc meliorem fuisse necesse est. Regnauit parum Titus, & multa tamen feritatis indicia reliquit. Aulum Cæcinnam pene inter sacra mensæ imperatoriæ occidi iussit: nihil adhuc tale fecisse Neronem obijciunt. Arguitur de Vestino, non quod inuitauerit ad mensam, nec quod confodi iusserit (hæc latronum sunt imperia) sed mortis liberum genus permisit: & tamen nihil deterius fecisse Neronem dico: quamuis in indignatione summa id egerit, cū pro tot beneficijs in Rempub. in singulos, illum occidere decreuissent.

Nero circum repleuit aurigis, cantoribus, citharistis, histrionibus: Titus gladiatoribus, feris dilaniantibus nudos captiuos, qui pro Deo patrio, pro penatibus, pro sacris, pro suorum si non libertate, saltem ne tot iniurias paterentur, depugnarunt: mitissimum spectaculum sub Tito fuit, armatos iustis armis aduersus feras depugnare. Dic quęso vter fuerit sæuior, aut crudelior? Quot Titus, submissis accusatoribus, tanquam sontes, solo rumore occidi iussit! adeo vt referat Suetonius, neminem magis inuitis omnibus ob sæuitiæ de illo opinionem ad principatum transisse.

Sed vide illius beneuolentiam. *Populum inprimis vniuersum* (inquit Suetonius) *tanta per omnes occasiones comitate tractauit, vt proposito gladiatorio munere non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit.*

Ita laudabo carnificem humanitatis, qui non vt rogat qui supplicio afficitur, sed qui spectatoribus morem gerit. Ita & anthropophagos eos beneuolentes, qui carnes viuentis assent in veru, quod futuræ sint sapidiores. O monstra, ô iudicia hominum dira. Hæc pro iuuenalibus Circensibus scenicisque ludis, & in quibus togatam Afranij

edidit

edidit, vbi sparsit missilia omnis generis, aues cuiusque generis, tesseras frumentarias, vestes, aurum, argẽtum, gemmas, margaritas, tabulas pictas, mancipia, iumenta, feras mansuefactas: nouissime etiam naues, domos, agros, apparatumque omnem scenæ diripiendum plebi dedit. Hic vere popularis fuit. Munus gladiatorum semel tantum dedisse legitur, & sub imperij initio, cum adhuc arbitrio Agrippinę regeretur. Cæterum in posterum non solum auertit mutatione facta in alios ludos mites, sed etiam edicto cohibuit. Hunc igitur sincere popularem dicimus, non Titum: qui vt popularis videretur, dum lauaretur in thermis suis, plebem admisit, & cum populo cauillabatur.

Quæ quis non videt esse cauti, non mitis: auari, non beneuolentis principis signa? Plebs non gaudet hac comitate vel bonis verbis, sed frumenti vili precio, pecunia, iustitia contra potentiores. Nemo omnia dat, nec in omnib. largus esse potest: qui dat verba, non dat res. Sed videamus alia illius acta. *Duos* (inquit Suetonius) *patricij generis, conuictos de affectatione imperij, nihil amplius quam vt desisterent, monuit dicens: Principatum fato dari: si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum. Et confestim ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxiæ de filio, eum saluum esse nunciarent. Cæterũ ipsos non solum familiari cœna adhibuit, sed & insequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium porrexit.* Hic non temere progrediendum, multa hic laude digna continentur idque solum non laude dignum est, propter quod ille hæc scripsit scilic. quod ignouerit: neq; enim solum iniustitiæ pars est, cum causa ignoscere delinquentibus: sed etiam non ignoscere his, qui sine causa delinquunt.

Quod ignouerit, malum fuit, malique exempli res: reliqua omnia mira laude digna: atque inprimis, quod nullum timorem, nullam suspicionem metus pręse tulit, vt non solum illis, sed omnibus spem insidiarum sustulerit. Contra alij, dum timorem suum dissimulare non possunt, dum crudelitate tutos se fore sperant, periculum bifariam adaugent: & numerum insidiatorum, ob offensas & audaciam, ob metum suum. At Titus patris artibus instructus, Fato dixit imperia deberi; genesi scire quid imminere. Ita nemo audet contra Deos, fata, astra. Porro & illud adiecit, vt humanitatem victam coram populo ostentaret. Illud non fictum, & sapienter & pie nimis factum de matre, vt non plebs & imperiti, sed sapientes animaduerterent, quam prudens quam humanus esset, qui maiorem in parentibus dolorem, & immerito ex filiorum periculo, quam in ipsis filijs esse non ignorarent: nec tam pepercisse illis dignis supplicio, quam non voluisse immeritam matrem affligere: Plusque potuisse innocentiam matris ad seruandum nocentem filium, quam scelus filij ad perdendum insontem matrem: cuius laudis, vt dixi, nec expers fuit Nero, in Montano. At non sic ille diues Augustus: qui patrem & filium pro vita supplicantes iussit aut sortiri, vter superesse deberet: aut dimicare: aut spectasse vtrunque morientem: cum patre occiso, qui se vltro obtulerat, filius quoque voluntaria occubuisset nece. Quid huic simile ex vniuersa Neronis vita conferes? sed vide aliud.

Gallus Prætor in salutationis officio duplices tabellas sub veste tenebat: suspicatus Augustus gladium occulere: nec quærens quid esset, ne aliud inueniretur: paulo post per centuriones raptum è tribunali seruilem in modum torsit: ac fatentem nihil, iussit occidi, prius oculis sua manu effossis.

Quid rursus habes, quod huic seu temeritati seu crudelitati obijcias ex Nerone?

Omitto nunc proscriptionem illam nefariam, & Perusinam crudelitatem, totque imperatas priuatim cædes, & consulum necem, de qua arguitur, Pansæ & Hircij. Sufficiat vnum ex Seneca apposuisse exemplum.

Volesus sub Augusto, inquit, *Asiæ proconsul trecentos prouinciales vna die securi percussit: inambulansque per cadauera medius, Græce exclamauit: O rem regiam! Quis Rex hoc fecisset?* vide rursus, quid huic solo facto ex Nerone conferes, et si quotquot occidit tota vita simul adnumeres? Tantum deinde sanguinis ciuilis, tantum Italici, tantum prouincialium, sociorumque, in suos atque inimicos ex æquo sæuus, minax ac truculentus.

Tot inde ciuitates, tot prouinciæ direptæ, fameque & necessitate, tum iniurijs militum quicquid imbellis sexus aut ætatis ad mortem adactum crudelitate comparabis Neroni?

Qui in prouinciales insons, in socios & Italicos innoxius: pauculos Senatores & optimates flagitiosissimos, & omni supplicio dignos, iudicio etiam ipsius Senatus, cuius nunquam pœnam auxit, persæpe minuit, nonnunquam ex toto sustulit, morte aut exilio damnauerit: plebi, miseris, probis, eruditis semper vtilis.

Reliquum damnationis totum ad ambitionem, ad suorum optimatium potentiam contorsit, vt mitis ac iustus & modo, quo de Nerua ac Traiano diximus, haberetur. Caligulam & Domitianum non commemorabo nemo enim est tam impudens, qui eos non sæuiores Nerone fateatur. vnde etiam illud Domitiani vulgatum:

Sed periit postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat, hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Cum enim calceus eum læderet, intellexit coriũ ab his, qui calceos conficiunt dentibus trahi: vnde omnibus calceorum artificibus dentes anteriores detrahi iussit. Caligula vero filios occidebat, inde patres ad epulas inuitabat, cogebatque iocis & hilaritati operam dare. Arcam habuit veneni, quo infecta sunt maria ille suis manibus discruciabat, quos vellet, fidiculis per noctem, & occluso etiam ore, ne fortè aliquid audiret, quod fortiter dolor exprimeret: cogebat animam exire per vulnera. Ille idem quandoque misericors factus, occisis filijs eadem nocte (ne luctu conficerentur puto) insontes patres per milites domi inuentos occidi iubebat. Sed redeamus ad sanctissimos, C. Cæsarem, Vespasianum, Antoninos, libet tamen de Tiberio paucula dicere, non quod comparandus sit vlla ex parte Neroni, sed vt quanto sæuior fuerit intelligatur.

Fuit immane monstrum, atque horrendum: non crudele, sed crudelitas ipsa. Omitto iniurias in matrem, & odium ingratissimum & necem nepotum nurus, ac durissimum in filios, non sine suspicione veneficij Germani, quibus in parricidijs mortales omnes superauit. Videamus in reliquos omnes qualem se exhibuerit. Nota est fabula de piscatore, qui mullam ei grandem inopinanter secreto agenti obtulerat: inde in pœna immerita gratulanti, quod non locustam itidem grandem attulisset. *Consulente Prætore, an iudicia maiestatis cogi iuberet? respondit: Exercendas esse leges: & atrocissime et[illegible] exercuit. Statuæ quidam Augusti caput dempserat, vt alterius postea imponeret: acta res in senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo, confestim hoc genus calumniæ eo processit, vt hæc quoque capitalia essent: circa Augusti simulachrum*

seruum cecidisse, vestem mutasse, nummo vel annulo effigiem impressam latrina vel lupanari intulisse: dictum vllum, factumue eius existimatione aliqua læsisse: *Perijt denique & is, qui honores in colonia sua eodem die sibi decerni passus est, quo decreti & Augusto olim fuerant.* *Scurram quoque, qui prætereunte funere, mortuo mandauerat, vt nunciaret Augusto, nondum reddi legata quæ plebi reliquisset: attractum ad se, recipere debitum, ducique ad supplicium imperauit, & patri suo verum referre.* Alia multa, imo pene infinita in hoc genere perpetrauit, per quæ omnem cogitationem excessit. Omitto grammaticos conuictores: quos minimis etiam causis perdidit: ex viginti quos à Republ. adiutores administrationis sibi depoposcerat, vix duos aut tres incolumes reliquit. Sæuum illius ingenium etiam à pueritia deprehensum est à Theodoro Gadareo, Rhetoricæ præceptore, qui illum lutum sanguine maceratum appellabat. Infinitum esset, si huius monstri crudelia facta recitare velim. Sed sufficiat ex immenso numero hæc paucula subiecisse. Inquit enim Suetonius: *Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia. cum primo matris, deinde nepotum & nurus, postremo Seiani familiares, atque etiam notos persequeretur: post cuius interitum vel sæuissimus extitit. quo maxime apparuit, non tam ipsum a Seiano concitari solitum, quam Seianum quærenti occasiones subministrasse. Etsi commentario quē de vita sua summatim breuiterque composuit, ausus est scribere, Seianum se punisse, quod comperisset furere aduersus Germanici liberos, filij sui: quorum ipse alterum suspecto iam, alterum oppresso demum Seiano interemit. Singulatim crudeliter facta eius exequi longum est: genera velut exemplaria sæuitiæ enumerare sat erit. Nullus à pœna hominum cessauit dies: ne religiosus quidem ac sacer. Animaduersum in quosdam ineunte anno nouo: accusati damnatique multi cum liberis, atque etiam vxoribus suis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accusatoribus præcipua præmia, nonnunquam & testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumq; verborum: obiectum est poetæ, quod in tragœdia Agamemnonem probris lacessisset: obiectum & historico, quod Brutum Cassiumque vltimos Romanorum dixisset; animaduersum statim in autorem, scriptaque abolita, quamuis probarentur aliquot ante annos, etiam Augusto audiente recitata. Quibusdam custodiæ traditis, non modo studendi solatium ademptum, sed etiā sermonis & colloquij vsus. Citati ad causam dicendam partim se domi vulnerarunt, certi damnationis, sed ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in media curia venenum hauserunt: & tamen colligatis vulneribus ac semianimes, palpitantesque in carcerem rapti. Nemo punitorum non & in Gemonias abiectus, vncoque tractus. Viginti vno die abiecti, tractique inter eos pueri & fœminæ. Immatura puella: quia more tradito nefas esset virgines strangulari: vitiata prius à carnifice, dein strangulata. Mori volentibus vis adhibita viuendi: nam mortem adeo leue supplicium putabat, vt cum audisset vnum ex reis Carnulium nomine anticipasse eam, exclamauerit: Carnulius me euasit. Et in recognoscendis custodijs, precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondit: Nondum tecum in gratiam redij.*

Annalibus suis vir consularis inseruit: frequenti quodam conuiuio, cui & ipse affuerit, interrogatum eum subito & clare à quodam nano astante mensæ iuxta Capreas: Cur Paconius maiestatis reus, tam diu viueret? Statim quidem petulantiam linguæ obiurgasse: cæterum post paucos dies scripsisse Senatui, vt de pœna Paconij quamprimum statueret. Auxit intendit(q); sæuitiam, exacerbatus indicio de morte filij sui Drusi: quem cum morbo & intemperantia perijsse existimaret, vt tandem veneno interemptum fraude Liuillæ vxoris atque Seiani cognouit, neque tormentis neq; supplicio cuiusquam pepercit, soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus & intentus, vt Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam euocarat, aduenisse sibi nunciatum, torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessarijs quæstioni adesset, deinde errore detecto, et occidi, ne vulgaret iniuriam. Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, vnde damnatos post longa & exquisita tormenta, præcipitari coram se in mare iubebat: excipiente classiariorum manu, & contis atq; remis elidēte cadauera, ne cui residui spiritus quicquam inesset. Excogitauerat autem inter genera cruciatus etiam, vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul vrinæque tormento distenderet. Quod etiam, nisi eum mors præuenisset, & Thrasyllus consulto (vt aiunt) differre quædam spe longioris vitæ compulisset, plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur: cum & Caium suspectum haberet, & Tiberium vt ex adulterio cōceptum aspernaretur. Nec abhorret à vero: namque identidem felicem Priamum vocabat: quod superstes omnium suorum extitisset. Quam vero inter hæc non modo inuisus ac detestabilis, sed prætrepidus quoque atque etiam contumelijs obnoxius vixerit, multa iudicia sunt: Aruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit: vicina vero vrbi oracula etiam disijcere conatus est.

Sed in maiestate Prænestinarum sortium territus destitit: cum obsignatas deuictasque Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum.

Vnum & alterum consulares, oblatis prouincijs, non ausus à se dimittere: vsque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos præsentibus daret: cum interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima assidueque illi per legatos & adiutores suos exequenda curarent. Nurum ac nepotes nunquam aliter post damnationem quam catenatos, obtutaque lectica loco mouit: prohibitis per militem obuijs ac viatoribus respicere vsquam, vel consistere. Seianum res nouas molientem, quamuis iam & natalem eius publice celebrari, & imagines aureas coli passim videret: vix tandem & astu magis, ac dolo, quam principali autoritate subuertit.

Nam primo vt à se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi assumpsit in quinto consulatu, quem longo interuallo absens ob id ipsum susceperat.

Deinde spe affinitatis ac Tribunitiæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudēda miserandaq; oratione: cum inter alia P. C. precaretur, mitterent alterum è consulibus, qui senem se & solum in conspectu eorum cum aliquo militari præsidio perduceret. Sic quoq; diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, solui, si res posceret, ducemque constitui præceperat. Aptatis etiam nauibus ad quascunque legiones, meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem: signaque, ne nuncij morarentur, tolli procul, vt quidq; foret factum, mandauerat. Verum & oppressa coniuratione Seiani, nihilo securior, aut constantior, per nouē proximos menses nō egressus est villa quæ vocatur Iouis. Vrebant insuper anxiam mentem varia vndique conuicia, nullo non damnatorum omne probri gen⁹ coram, vel per libellos, in orchestra positos ingerente. Quibus quidem diuersissime afficiebatur: modo vt præ pudore ignota & celata cuncta cuperet: nonnunquam eadem contemneret & proferret

vltro,

vltro, atque vulgaret. Quin & Arthabani Parthorum regis laceratus est literis, parricidia & cædes & ignauiam & luxuriam obiicientis, monentisque vt voluntaria morte, maximo justissimoque ciuium odio quamprimum satisfaceret. Postremo semetipse pertæsus, talis epistolæ principio tantum non summam malorum suorum professus est. Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam? aut quid omnino non scribam, hoc tempore? Dij me Deæque pejus perdant, quem quotidie perire sentio, si scio, ob hæc his carminibus in publicum euulgatis notatus est:

Asper & immitis, breuiter vis omnia dicam?
Dispeream si te mater amare potest.
Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum:
Omnia si quæras, & Rhodos exilium est.
Aurea mutasti Saturni secula, Cæsar:
Incolumi nam te ferrea semper erunt.
Fastidit vinum quia iam sitit iste cruorem:
Tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.
Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Syllam:
Et Marium, si vis, aspice, sed reducem.
Nec non Antoni ciuilia bella mouentis,
Nec semel infectas aspice cæde manus.
Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

Itaque reor hoc adagium, *Nerone crudelior*, procul dubio non de Domitio, Nerone, de quo principalis sermo institutus est: sed de Tiberio hoc, qui crudelitate omnes mortales superauit: vel si omnino hoc nolis, factum commune tribus Neronibus, Tiberio, Claudio & Domitio: namque Claudius, licet Tiberius Claudius Drusus vocatus sit, pater tamen ejus Nero Drusus vocabatur: vt intelligeremos, Tiberii descendentes, dico Tiberii, patris Tiberii ac Drusi, qui Tiberius Nero vocabatur (qui fuere Tiberius, Claudius ac Domitius) omnes fuisse sæuos. Sed alia ratione singulos, Tiberium ob improbitatem & iniusticiam, Claudium ob stulticiam, Domitium ob seueritatem. Sed iam his omissis, quæ nos non fatigant, conferamus illum melioribus, ac diuis ipsis: C. scilicet Iulio primùm, qui etsi non aliud parricidium exercuisset, illud maximum fuit, Rempublicam prodidisse, & in seruitutem redegisse. Quod ad crudelitatem attinet, trecenta millia Germanorum præter ios & fas cum in fœdere essent, occidit. Vnde Catonis sententia erat, ad expiandum tantum scelus, liberandamque Rempublicam a flagitio & dedecore, dedendum illum esse affinibus eorum quos per injuriam cecidisset. Quæ sententia vt non obtinuit, quod esset suspecta ob inimicitias Cæsaris cum Catone, & ob Pompeii ac Crassi conspirationem, tum etiam Romanorum auaritiam: ita, si obtinuisset, salutaris fuisset Reipub. admodum. An trecenta millia Germanorum insontium occidisse sine summa crudelitate licuit? ciuitates, quæ sponte ei se dedebant, recipere noluit, vt posset diripere. An cura sola Deo erat de Romanis? & ille, vt Romani, in nullo numero gentes cæteras habuit? At constat cum Drusus solita feritate & ambitione Germanos prosequeretur, astitisse mulierem humana forma augustiorem, quæ illum Latine monuit ne vltra pergeret: atque sic cessauit. Paulo etiam post mortuus est. Quid de bellis ciuilibus, quantum hic latro Romani sanguinis effudit? quantum sociorum, & Italicorum? Refert Plinius, in præliis G. Cæsarem, exceptis etiam ciuilibus bellis, vndecies centena & nonaginta duo millia hominum occidisse. Adde quod in bellis ciuilibus, quod extra bella (quod maius est) effudit: infinitum propemodum erit. Hunc virum conferto Neroni, quo nemo forsan plus sparsit humani sanguinis: atque id ob solam ambitionem, auariciam & crudelitatem: vt deterior sit causa immanitate sceleris. Hunc virum cum Sylla potius & cum Mario conferes, Non cum Nerone: quos tamen crudelitate superauit: atque is est, qui clementissimi nomen adeptus est. Vides judicia? vides errores hominum, atque stulticiam? At dicunt: In pace pepercit inimicis! sed vide primum, quibus inimicis? Inimicos appellauit, qui in ciuitate libera restiterunt, illi ne seruirent. Pepercit, cum ob potentiam nihil ab eis metuere posset. Pepercit, vt commodius eos in seruitutem redigeret: vt deterior fuerit hæc clementia & venia, crudelitate & bellis ipsis: namque cum illi non magna esset conjunctio cum optimatibus (fuit enim in comparatione temporum & conditionis tum ciuium Romanorum, humilis sortis) si in pace persequi ciues perseuerasset, necesse erat vt ab illis opprimeretur, aut perpetuo esset in castris: itaque hac fraudulenta clementia sperauit eos in voluntariam seruitutem adigere quos vi continebat: apertum enim erat, quamdiu ciues armis opprimeret, vi esse dominum: ideoque tanquam ab hostibus, sic à subditis metuendum. Itaq; constat, Neronem principem fuisse, non tyrannum, clementemque: contra, Caium Cæsarem tyrannum sæuissimum, non principem: cum tamen eo amentiæ homines processissent, vt vbi nullum esset crimen, crimen struerent: vbi esset tam ingens, vt etiam à Plinio improbetur, dissimularent: id aut totum contigit metu & acerbitate succedentium Iulio principum, qui eorum, qui vera retulissent, non satis habebant scripta damnare atque exurere, vt proximo exemplo docui: sed ipsos autores vltimo supplicio afficiebant, bonis etiam ab hæredibus sublatis: capitaleque erat, & læsæ maiestatis crimen, si vel joco quis D. Iulii & D. Augusti quicquam noo sine summa adulatione ac diuini præfatione attigisset. Neroni autem cum cæterni principes successerint, & extra familiam omnino Iuliorum, quicquid odii, maleuolentiæ, opinionis prauæ conceptum in totã dominationem Iuliorum fuerat, ingrate & iniuste falsoque in vllum, quod præsens fuisset, illumque solum vidissent, rejectum est. Et nisi immania fuissent omnino, & supra fidem facta maiorum, in perpetuum latuissent, sæuitia sæuitiam tegente. Nunc tandem veritas, temporis filia, me duce, vt etiam in plerisque aliis, post tot secula in lucem prodiit, Neronem tuens, alios pro meritis principes damnans. Sed ad D. Vespasianum veniamus, de quo videtur consensus omnium, quod optimus fuerit princeps & mitis: nec eum falsa posteritas ignorantia tuetur: cum breue in illius familia imperium extiterit, scilicet annorum tantum viginti & octo, cum Iuliorum familia regnasset annis centum quatuordecim: vt omnis memoria maiorum extincta esset sub Vespasiano: scripta vero (vt dixi) sæuissimis edictis & crudelitate imperantium abolita. Fuit enim Iulia gens, fax ingens, ab inferis suscitata jussu diuinæ justitiæ, cum non aliter tot mala impij populi Romani puniri possent: huius facis extremum fuit Nero Cæsar: vt in omnibus quæ ad finem perueniunt, non solum remissum, sed languidum ac mite: vt qui jam expleta diuina vltione, ad justiciam & clementiam verteretur. Sed quia

militaris scelera ac flagitia imperio per successionem delato multo manebant, quatuor continuis principes diuersos Deus substituit, quorum ira ac ambitione exercitus ipsi quod ad Persas, Parthos, Indos [illegible]que Germanos, (quæ quatuor gentes magnæ adhuc inexpertæ Romanum jugum superarant) subigendos satis superque fuisset, intestina seditione, ac bellis plus quam (vt ille ajebat) ciuilibus absumptum est. Ergo vt ad Vespasianum redeam, qui non optimus fuit, sed prudentissimus, cuius facinora maligne Suetonius, nescio qua causa multum illi fauens suppressit: constat tamen, bellis ciuilibus, dum imperium per vim & ad ipsum minime pertinens occupat, & multum effudisse sanguinis ciuilis, & crudeliter multa, sed per suos potius, quam seipsum, imo etiam filium: sed per Antonium & Mutianum longe plura. At diuinus princeps (ita enim credi se voluit) quid admittere impium poterat? Legati violati tamen à militibus Petilii Cerialis: occisus A. Vitellius, frater imperatoris: & Calpurnius, C. Pisonis filius. Sed vide quid Plutarchus dicat: *Interfecit vero Epponinam Vespasianus, cædisque eius iniquissimæ pœnas non multo post dedit omni genere extincto, cum autem multa atrocia facinora tunc facta sint, nihil tam triste tulit principatus ille: verisimileque est, nullum magis facinus deos immortales auersatos esse, quamuis cum supplicium de eo sumeretur, spectantium ex animo omnem sustulerit misericordiam fortitudo ipsius ac libertas: quo magis etiam incendit Cæsarem; Postquam enim veniam desperauit, rogauit vt cito intra terram mitteret: vixisse enim se iucundius sub terra ac tenebricosis locis, quam regnante illo in luce ac siderum aspectu. Itaq; constat sæuum & sanguinarium fuisse principem, sed cultum & calatum.*

Quod vero maius testimonium petis hoc ipso? cũ regnare cœpisset, in spem erectus est senatus, vlciscendi mortem atque iniurias acceptas sub prioribus principibus: vocabanturque in discrimen inter cæteros Eprius Marcellus & Vibius Crispus, non vnam meriti necem, sed mille supplicia: hi falsi accusatores, periuri testes, iniusti judices nullo flagitii genere carebant. Hos prohibuit Vespasianus: non melior Nerone sed deterior: nam Nero offensus damnari permiserat accusatos, & à falsis forsan testibus oppressi: Vespasianus de testibus & accusatoribus quæri vetuit: vter deterior? sic etiam Pisonem interfici curauit Africæ proconsulem: ministros etiam habuit pessimos, inter quos Bebium Massam.

Occidit & Germanicum, Vitellii filium, insontem: & Heluidium Priscum, solum ob verba quædam: virum adeo sanctum, vt Nero ob sanctitatem, quamuis Thraseæ generum & suspectum maiestatis læsæ, [illegible] demiserit. Verum quid opus est in re clara disputationibus: nonne extant epistolæ duæ Apollonii Thianæi, Philosophi sanctissimi, in quibus Neronem ei præfert, cum etiam ad illum ipsum scriberet? inquit enim: Existimas te Xerxe opulentiorem, quod Græcos, quos Nero ludendo liberos effecit, vt serio in seruitutem redegeris: cum tamen ille ditior voluntario esset obsequio, quam tu violenta seruitute. Sed veniamus ad Antoninos, de quibus vulgarum est illud: *sis Antonino sanctior, Traiano melior, felicior Augusto.* in quibus error ille communis fuit, quod senatoribus & optimatibus fauebant, tanquã inopes & cæteri, qui miseri essent, homines non essent: cum tamen celebres viri magis ex hoc, quã ex illo ordine fuerint, seu virtute seu eruditione clari euasernt. Cauit vterque, ne Senator vllus occideretur: adeo vt etiam Cassio desciscenti, & aduersum Marcum bella mouenti, ignoscere vellet.

Quo tamen factum est, vt Marcomani & G[illegible]mani in prouinciam non redigerentur: quæ causa fuit tandem euersionis imperij Romani, Alter Pius, parricidam senatorem occidere noluit: quo exemplo, qua stultitia? in tanto facinore, deportasse in insulam scilicet, vt diripere occidereque impune liceret. Quin etiam repetundarum damnatis, bona restituebant filijs eorum, modo prouincialibus satisfacerent. Quid hoc erat, quam eos securos reddere rapinarum? quandoquidem non cõuictis relinquebantur, conuictis transibant ad filios: nec quid deterius contingere poterat, quam reddere. At quanta subterfugere necesse erat, aut ob verecundiam non repetentibus: vel quia sponte data viderentur, vel quia non magna: vel quia deesset testis, aut q[illegible] perijsset testis, vel etiam qui dedisset: vel quoniam in confessione muneris confessio etiam [illegible]? Quæ ergo hæc clementia, improbos tueri vt insontes spoliarent? At fortassis crudele non est, spoliare pauperes pecunia? Quasi nulla sit mors sæua, nisi securi quenquam occidere. Deterius est longe enecare fame, frigore, laboribus: quandoquidem cruciatus maior, & diuturnior exitus, item clades generalior.

Quocirca hi sunt qui clementes vocant principes, quod facinorosis, quoniam potẽtes sunt, ignoscunt: tributis & vectigalibus ita exhauriunt populos vt ipsi ac filij fame, frigore, laboribus ac de[illegible]eratione conficiantur. In quo vos Antonini meliores estis mendico quouis? an plura vobis membra sunt, aut formosiora: aut animos vester solum immortalis in vobis ac senatu, plebis animi & prouinc[illegible] in caduci, & (vt Turcæ nugantur de fœmineo sexu) bellum? vis videre fictam fuisse hanc human[illegible]tatem? nonne Pius sumptum statuit gladiatorio muneri, tanquam non homines (quorum plerique innati, & bello capti, dum libertatem suam tueri volunt: alij seruorum filij empti ad hoc munus: nec simpliciter cadere licuit his: sed à lanista docebantur, exercebantur: cogebantur etiam ferrum vltro condere, quod iam receperant in intima, proh hominum fidem, vt placerent spectatoribus) sed pecudes aut feræ iugularentur: & Neroni, qui h[illegible] loco Scenicos ludos exhibebat, audent exprob[illegible] crudelitatem?

Marcus vero de sepulchris asperrimas leges [illegible]lit, maiorem mortuorum, quam viuorum curam gerens. Fratrem autem Verum Antoninum tul[illegible], hominem crudelem, & callidæ crudelitatis, qui in commessationibus gladiatoria munera edebat: quasi non idem esset, id facere, ac permittere. Et cum legiones cæsæ essent in Syria, & legatus occisus, in Apulia ipse Verus venabatur. Quod si nihil mali omnino egisset, Commodum cum genuerit, monstrum illud horrendum, & cuius mores [illegible] iam agnosceret, reliquerit imperij hæredem, [illegible] execrandus esset hoc solo facto. Itaque palam est, Antoninos prudentes quidem fuisse, & egregios dissimulatores: cæterum Nerone ipso longe crudeliores si crudelitas est, pauperes premere, miseros in manibus potentiorum cruciandos & vexandos dimittere, facinorosus magistratus impunitos relinquere.

Quisque rem cogitet æqua lance, animo haud addicto factioni: statim intelliget, quæ à me proferuntur, vera esse. Quanto melior sane Alexander Seuerus (hic siquidem solus Deorum cultor vere bonus fuit, inter omnes imperatores qui à Iulio Cæsare vsque ad nostra tempora regnarunt: nec

huic

huic Neronem præponere ausim) qui fures omnes odio internecino prosequebatur: magistratus autem, qui quippiam iniustum patrarent, seu senatores seu alios, acerrime, vt decuit, puniebat. Adeo vero rapaces judices horrebat, vt ad nominis eorum mentionem aliquando bilem euomeret. In probos mitis, *clemens, liberalis: vt non hominem, sed Deum quempiam, humanam carnem suscepisse diceres: quemadmodum & Homerus & Plato quandoque contingere aiunt. Nec tam insector sæuitiam, vt Neronem tuear, quam quod in illo non fuerit.

Neque enim me latet sæuitia Aureliani Imperatoris factum: vt cum antea innumeri tyranni occuparent Rempub. & Galieni tempore triginta simul: hic efficit, vt non esset, qui recipere vellet imperium, mansitque Romana Respub. sine Imperatore per sex menses. Itaque vt crudelitas præpostera execrabilis est: ita opportuna nulla melior ad continendum regna. Ea autem est opportuna in qua scelerati puniuntur. Scelerati vero propriе sunt auari & ambitiosi. Horum enim insatiabilis est cupiditas, qua omnia euertunt. Crudeles enim, iracundi, segnes, libidini dediti, aut gulæ, aut inconstantes, scelerati vere dici haud merentur.

Iniquam sæuitiam appellabo Septimii Seueri, quem tamen inter Diuos retulerunt: qui sexaginta senatores, non ob illorum flagitia, sed ob priuatum odium occidit indicta causa, & judicio nullo: quod Nero non nisi in Vestino, detecta conjuratione, & jam priuatis odiis effecit flagranti periculo: Septimius sedato. Sed de Septimio nemo dubitat: quod crudelissimus mortalium non fuerit.

Nunc ostendamus, quantum à crudelitate abfuerit Nero. Epicharis libertina fuit illius ætate, quæ conscia Pisonianæ coniurationis, Volusio Proculo Nauarcho Neronis fidissimo rem detegit, sperans eum in sententiam adduci posse, quod in illum pro meritis Nero ingratus fuisse videretur: nihilosecius vt prudens, neque autores, neque conscios, neque tempus aut modum detegit. Volusius rem detulit Neroni: mittit ad eam, venit: interrogatur, negat: componitur cum indice: constanter pernegat, quicquam tale dixisse. Hic primum considera, quis tam mitis princeps sit, & vix regulus, qui ab amico monitus, vbi de vitæ periculo agitur, satis habeat mittere ad illam, non jubere comprehendi? Quis postmodum pernegantem non adhibuisset tormentis? At Neroni satis fuit, nulla amplius quæstione habita, illam detinere sine noxa in carcere. At timuit: quam? mulierem. At veritus est nobilitatem: cuius? libertinæ. Sed vide reliqua, ne forsan omnino, quod judicium contempserit, factum putes. Detegitur coniuratio: quid obiiciunt? quod coniurati triplicibus cæteris causam dixere: hoc timoris fuit, non crudelitatis: cæterum conuictus & fassus nec tormentis cruciauit, nec opprobriis fœdauit, sed simplici morte damnauit: cum Lucano & aliis conscis liberum mortis genus permisisset. Et tamen nonnulli ex his coram (non satis habentes voluisse occidere, alium creare imperatorem: quod indicium est, non culpa eius initam coniurationem, sed ambitione damnationis: quorsum enim, si ob malefacta Neronis in eum conspirauerant, quærere antequam occideretur illi successorem?) conuitiis eum affecerunt: inter quos Subrius Flauius tribunus militum eum appellauit parricidam matris & vxoris, aurigam, histrionem & incendiarium: Sulpitius autem Asper centurio dixit, non aliter potuisse succurri tot illius flagitiis. His tamen omnibus satis habuit, eius pœna capitis multare. Sed audi maiora. Cum quotidie multi & multi proderentur (fuere enim innumeri in ea coniuratione) nec posset sciri an aliqui superessent (inauditam rem profero) neminem sustinuit tormentis ad generationem adhibere, præter libertam illam quam odio, vt par erat, prosequebatur nun leui, quod tamen diu voluisset parricidium celare. Sed hæc cum neminem prodidisset, fascia qua alligata erat spiritum elisit. Ita Neroni nil magis profuit indignatione. Cum enim conspirati exigerent pœnas ab aliis, ipsi vero nondum essent proditi ab his, quos vrgebant acriter, vt innoxii viderentur, ob iram detegebantur.

Audi etiam longe maiora. Pluribus conuictis & confessis omnino ignouit: inter quos Antonio Natali Ceruario Proculo, Granio Syluano, Statio Proximo, tum multis aliis etiam: inter quos Acilia fuit, vt dixi, Lucani mater, & Marcellus Cornelius, & Vulcatius Tullinus, dirarum & deuotionum in principem rei.

Quin etiam Tenio Rufo coniurationis principi, & præfecto prætorii, viro omnium erga Neronem mortalium ingratissimo, conuicto & confesso, indulsit jus Testamenti, nec ademit bona. Hic iam liceat exclamare: ô Christiani principes ac magistratus, si Nero cum his crudelis meretur appellari, quales vos eritis? certe nullum nomen nec Latine nec Græce vobis jam congruere putent: θηριώδεις, φιλαιμάτους vos vocabo aut si quid aliud deterius est: An non estis? neque enim in cœlum os ponere volo. Sat sit ergo, indigne admodum crudelem appellari Neronem: qui non nisi maximis ex causis ac justis homines occidit, non nisi judicio senatus: nam huius coniurationis indicia in libros collata, & confessiones damnatorum & Senatui ostendit, & populo per edictum: qui neminem exquisito mortis genere condemnauit, qui maluit multa in obscuro, quæ ad illam pertinebant, & dubia relinquere, quam tormentis veritatem emere: qui tot conuictis de insidiis præsentibus, & etiam sine iniuria accepta paratis ignouit: qui neminem in Gemonias proiici passus est: qui nullum coram se interfici curauit, nec quenquam inauditum condemnauit, nisi Vestinum consulem (vt diximus) quem si odisset, creari passus non esset consulem. Cogitate vltionem principum huius ætatis in proditores, quos non satis habuerunt in carcere tormentis exquisitissimis discruciare, extra candenti igne adurere, pedibus suspendere, in frusta lacerare, vrere, spargere cineres: quid vltra jam? an sperabant etiam Hylen delere, atque animum immortalem tollere, ne fuisset? ne dicam, memoriam illius extinguere? Sapientius meo judicio Cæsar, non solum mitius, cum morte ipsa omnia claudi intelligeret.

Cætera sunt magis spectacula efferatæ naturæ, aut impatientis iræ, quam supplicia homini debita. Sed obiicies forsan illud Suetonii: *Damnatorum liberi vrbe pulsi, enectique veneno aut fame. Constat quosdam cum pædagogis & capsariis vno prandio pariter necatos: alios diurnum victum prohibitos quærere. Nullus posthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoscunque libuisset, quacunque de causa.* Cui videntur consentire verba Taciti sub persona Curtii Montani: *An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio superstites fuerunt: cum interim intestabilior & sæuior exortus est.*

Quem

Quem testimoniis damnare non potuerunt, in eum acerbos eloquentiæ exercuere. Sed conficiuntur suis verbis ac testibus deprehenditur, plus voluisse [illegible], quam dicere potuerint. Quis prohibuisset [illegible] delis suis et Nero, ne filios damnatorum occidisset, aut [illegible] tem damnasset in vinculis [illegible] ge facere adhuc licet? cum eorum parentes [illegible] principis conjurassent? Infantem è cunis [illegible] litterunt muro hæredes Galeaci Sfortiæ, filium Ioan. Andreæ Lampugnani, quod Galeazium occidisset pater. Iidem curarunt, vt insons frater medicus, Venetiis tamen degens, occideretur. Pulsus est pater Olgiati ex eadem causa: frater aufugit, mortem subiturus, quanquam extra omnem suspicionem, si captus fuisset. Nero patrum nulli, aut fratri infestus fuit, filios satis habuit vrbe pellere, quid mitius? At veneno necati sunt, ac fame: in tanto odio principis multi expleuere odia sua. Priuata hæc fuit iniuria, non publica: nam & maior pax euasit. Ille judex minus sæuiit in filios damnatorum, cum esset idololatra: quam magistratus nostri, qui Christum ore profitentur, in patres aut fratres nulla lege fulti fecerunt, facerentue.

Itaq; quod ad Neronis calumniam quæsitum est, solum rubor est nostræ ætatis. Taciti vero oratio, seu Montani, plena irarum, plena ambitionis Senatoriæ, vt dixi, cum esset diuersarum partium, & contra illum qui jus & æquum fastui & potentiæ prætulit, quam fidem facere nobis debet? Sed jam ad alia crimina transeamus: nam Neronem mitem fuisse constat: si mitem esse, & tueri justitiam, eleuare miseros: at si partim jus pro potentia & opibus hominum, id mitis viri est: non negauerim Neronem crudelem dici debere, imo crudelissimum, vt cuius institutum semper ab huiusmodi procerum voto abhorruerit. Quamobrem eadem ratione etiam justum fuisse liquet: cum justitiæ optima pars sit, vt pœnæ criminibus non magis vllis aliis debeantur. Agamus ergo primum de sumptibus, quos illi vt inutiles objiciunt Neroni: quos in aliis pro laude imperatoribus celebrant. Quod vrbem restaurauerit, quis crimini ei det? Quod thermas ædificauerit, quæ adhuc Diocletiani temporibus nomen Neronianarum retinebant, quis vitio det. Excelsæ, magnificæ, vtiles populo, vir ad omnia pauperum commoda natus. Quod domum præclarissimam, & inter miracula orbis numerandum erexerit, quis illum vituperet? Si Trajano, si Adriano, qui duo maxime in ædificando profusi & magnificentissimi fuere inter Romanos Imperatores, hoc in maximum decus cessit, cur non Neroni? Cogita deinceps, quot viros pauperes hac specie aluerit.

Alii cædebant ligna, vehebant alii: alii dolabant, alii operi applicabant, trahebant sursum, quidam clauos affigebant. Quid de lapidibus, lateribus, arena, sabulo, calce, marmore, cæmentis, ferreis vinculis, picturis, statuis, cellis subterraneis fodiendis, fornicibus construendis, lacu, piscibus tam peregrinis quam etiam Italicis, ductu deinde aquarum in quibus admirabilem sapientiam & liberalitate ostendit? Delusus enim à Seuero & Celere architectis? quibus non satis erat lucrum ex operibus ingens captare, nisi etiam ex irritis profusionibus: nec illos occidit, qui auaricia contemptum effecissent: nec coegit restituere, quæ eorum dolis amiserat. Verba Taciti ea in re ascribere lubet hic: *Magistris & machinatoribus Seuero & Celere, quibus ingenium & audacia erat etiam quæ natura denegauisset per artem tentare, & viribus principis illudere. Namque ab lacu Auerno nauigabilem fossam vsque ad ostia Tiberina depressuros promiserant squalenti littore, aut per montes aduersos: neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptina paludes: cætera abrupta, aut arentia: ac si abrumpi possent, intolerandus labor nec satis causa. Nero tamen, vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima Auerno juga connixus est: manentque vestigia irritæ spei.*

Hic si sequus fuisset, quam pulchram habuit experiendi materiam? quando etiam iure eos punire debuit.

Turcarum Rex, cum Venetus quidam architectus pollicitus esset fossam a mari rubro ducere in Nilum (magno sane commodo, si successisset) quicquid petiit obtulit, præfecitque operi, sed architecto custodes adhibuit: fallente voto, hominem occidit & merito: neque enim lucri causa debemus ludos facere principibus: & præter jacturam sumptuum, eos exponere inuidorum maledicentiæ. Simili patientia & mansuetudine Cesellio Basso Pœno, (qui ei illuserat somnio inani de thesauris reconditis Didonis, adeo turpiter, vt Oratores iam Cæsari de hoc gratularentur, tanquam inuentis iam quæ ille leuitate pollicitus fuerat) nihil mali fecit quanquam ipse, seu pudore seu metu, sibi manus intulerit. Quartum opus colossus fuit, cui caput suum imposuit, mansitque vsque ad Commodi per decem Imperatores, & annis plusquam centum viginti: solum Commodus caput Neronis detraxit, vt suum imponeret, cuculo fœdo haud absimilis. Excelluit ergo vel omnium consensu, etiam obtrectatorum, magnificentia operum. Sed dices, vt illi obiiciunt: Grauis fuit his impensis Reipub. & rapinas ob id exercuit. De rapinis suo loco dicam: de vexatione, nemo minus grauis: nam dum vituperare student, laudãt. Audi Suetonium: *Quorum operum perficiendorum gratia, quod vbique esset custodia, in Italiam deportari: etiam scelere conuictos, non nisi ad opus damnari præceperat.*

Quid hic obiicis? quod morti addictos seruauerit? quod neminem huius causa vexauerit? aut quid aliud magis? an melius fuerat damnare insontes ad opus? aut totum ærarium publicum exhaurire? Sed mittamus hæc: ad accusationem rapinarum deueniamus. Rapuit Nero, rapuit Vespasianus: Nero improbus appellatur, Vespasianus diuus: quæ causa est? an quia Nero iam deterior est Vespasiano: sed hoc non est: & si esset, aggrauare benefacta illius id non debet. An quia rapuerit, & non dederit? neque hoc vel ipsi obtrectatores obiiciunt: quando quidem constat omnium testimonio, neminem fuisse liberaliorem. At Vespasianus etiam in dando auarus fuit. An quia plus Nero rapuit? certe non. Audi Suetonium, quam sordida, violenta & intoleranda fuerit Vespasiani auaritia: *Sola est, in qua merito Vespasianus culpetur, auaritia: non enim contentus, omissa sub Galba vectigalia reuocasse, noua & grauia addidisse, & auxisse tributa prouinciis nonnullis & duplicasse: negotiationes quoque, vel priuato pudendas, propalam exercuit, coemendo quædam, tantum vt pluris postea distraheret. Nec candidatis quidem honores, reisve tam innoxiis quam nocentibus absolutiones venditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quenque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro spongiis dicebatur vti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes.* At dices: Forsan hic solus auarior fuit. Ne detraxeris rogo Cæsarem, dictatorem primum: non Tiberium, non Caligulam, non Galbam, Vitellium, Othonem, Domitia-

mitianum. Fateris de omnibus, excepto Dictatore. Audi Suetonium, de illo etiam: *Abstinentiam neq; in imperiis, neque in magistratibus praestitit, vt enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania de Proconsule & à sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium aeris alieni: & Lusitanorum quadam oppida, quanquam nec imperata detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter: in Gallia fana templaque Deorum donis referta expilauit, vrbes diruit, saepius ob praedam quam ob delictum: vnde factum, vt auro abundaret, ternisq; millibus nummum in libras promercale per Italiam prouinciasq; diuenderet.*

In primo consulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantundem inaurati aeris reposuit. Societates ac regna precio dedit, vt qui vni Ptolemaeo prope sex millia talentorum suo Pompeiique nomine abstulerit.

Postea vero euidentissimis rapinis ac Sacrilegijs, & onera bellorum ciuilium, & triumphorum ac munerum sustinuit impendia. Ex impensarum etiam magnitudine rapina dignosci possunt: erant etiam supra fidem, vnde illud: Donec attonitis iam omnibus, & quorsum illa tenderent reputantibus, M. Claudius Marcellus Cos. edicto praefatus de summa se Reipub. acturum, retulit ad Senatum, vt ei succederetur ante tempus.

Itaque exigua sunt, quę Nero accepit, si ad huiusmodi helluones conferantur. Neque Claudium excipiam: verum cum esset amens, fuit praemium libertorum, non Caesaris.

Quem ergo praeferes Neroni? Augustum, qui Imperiũ rapuit? aut Titum, qui qualis esset, ob breuitatem vitae dignosci non potuit? Verum forsan id in causa est, quod Nero à diuitibus, caeteri à plebe per tributa extorserunt.

Iniquum esse dicunt, vt onera inaequaliter imponantur, voluntq; vt per capita diuidantur. Sic mihi aliquando contigit: nec erubescebant, tandem spõte ditiores aliquid plus impenderunt. Fateor Neronem rapacem dici debere, si iustius est diuidi tributa per capita, quam per patrimonia.

Non erubescis impie, cum sis diues, excutere põdus duorum aureorum, vt imponas miserae illi viduae aut gerulo, qui solis oneribus aut pendula tela vitam quatuor aut quinque filiorum sustinent? O Christiani, satis ac multo crudeliores Nerone. Rapuit, dicitis? at beati illi Antonini, ab optimatibus tam laudati, quot miseros credis oppressetint vectigalibus?

Dicitis: Mutum est pecus plebs: nemo vlciscitur, nemo contra huiusmodi tyrannos scribit: sed si optimates premat, illis metuendum est: armantur, coeunt, vltionem quaerunt: si non possint, scriptores vrgent. Qui rapit à diuite, si rapit, male agit, sed tamẽ solas aufert opes: quas etiam iustius, si moderate auferat, eripit: at qui à paupere, eripit quod non habet: ideoque iniustius, & cum pecunia vitam illius aut filiorum.

Non ergo rapax fuit Nero, si tueri vultis vestros Traianos, Vespasianos, Antoninos. Venio ad reliqua crimina, atque in primis illud, quod quoniam crimen non est, nomen non habet: scilicet quod aurigauerit, cecinerit, publice pulsauerit, histrionicam exercuerit, adeo vt personatus in publicum prodierit. Haec crimina, cum crimina dici debeant, nec legi, nec vidi, nec scio. Placuit his autoribus crimina haec appellare, qui eruditionem, qui philosophiam, qui pingendi munus in Adriano probant, citharam in Alexandro: in Nerone nihil, vt video, probatur.

At dicunt: intra domum debuit hęc exercere, aut per alios, non publice & per seipsum: indecorum turpeque est, moderatorem orbis infamium virorum, praesertim publice, exercere ministeria.

Si peccauit Nero, postquam crimen non fuit, aut stultitia aut opinione, aut nimio aestu animi peccauit. Stulticia quidem non peccasse, suo loco demonstrabitur: si aestu animi, non crimen fuit, sed intemperies: at de hoc non accusatur, quod ediderit, quod spectauerit: sed quod se illis immiscuerit.

Verum id Neronis votum fuit, vt populus Romanus à tam saeuis spectaculis gladiatorum, & hominum à feris laniandorum cum pueris & mulieribus, aut depugnantium cum belluis, ad haec mitiora declinaret. Exhorruit & Cicero, sed non quantum & qualiter debuit, huiusmodi ludos, cum in quadam epistola dicat: Sed quae potest esse homini politico delectatio, cum homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut praeclara bestia venabulo transuerberatur?

Excusant se hi prodigiosi viri, quod Nero hoc agendo populum eneruaret. Atque ob hanc causam etiam pulsos Philosophos Roma, quod iuuentutem corrumperent, ait Seneca: O sapientes Respublicas: sic Athenienses Socratem peremerunt, quod iuuẽtutem & ipsum corrumpere dicerent. Socrates corrupit iuuentutem?

Philosophi corrumpunt iuuentutem? quid ergo est quod illam ęque ornat? an oratorum peruersa facundia? an lenonum consuetudo? an effetata rabies abominandorum spectaculorum?

At dices: His offerantur ad pugnam: tanquam non acrius pugnarent Athenienses, Lacedaemonii, Macedones & Numantini, qui paucissimi numero, adeo ingentes Romanorum copias fuderunt. At cur non ergo hi obtinuerunt orbis imperium, vt Romani?

Non hoc ex fortitudine pendebat, sed quoniam tribus rebus Romani consuluerunt: quas dum neglexere hi, tandem dolo magis ac pertinacia, quam praeliis victi succubuere: ea tria fuerunt: multitudo ciuium, vnde sumeretur miles: robur corporis ex victu, lardo enim & caseo placentisque absque fermento & posca vescebantur perpetuo in castris: vnde tertium, vt ferrent tot arma, vt equus vix ferre queat.

Audi hac in causa Ciceronem in Tusculanis: *Iade qui labor, quantus agminis? ferre plus dimidiati mẽsis cibaria? ferre si quid ad vsum velint? ferre vallum? nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros & lacertos, manus: arma enim militis membra esse dicunt: qua quidem ita geruntur apte, vt si vsus foret abiectis oneribus, expeditis armis pugnare possint. Quid exercitatio legionum? quid ille cursus, clamor quanti laboris est? Ex hoc ille animus in praeliis paratus ad vulnera. Adduc pari animo inexercitatum militẽ: mulier videbitur: cur? tantum interest inter nouum & veterem exercitum, quantum experti sumus: aetas tyronum plerumque melior sed ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet.*

Quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios: & quidem rudem illum & inexercitatum, quamuis leui icta, ploratus turpissimos edere: at vero ille exercitatus & vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirere, à quo vulnus obligaretur.

Itaq;

Itaque non ſpectacula, ſed exercitatio & robur quod ex ratione victus proficiſcitur, & experientia armorum, fortem & robuſtum reddunt militem: & multitudo hominum, quæ præter fidem tot bellis perpetuis ſufficiebant, victricem reddidere Rempublicam.

Nam de fortitudine ſola ſi agas, tria millia Græcorum, Lacedæmoniorum aut Bœotiorum, aut Achæorum, vel Acarnanum, aut Ætolorum, pugnare poterant cum ſex millibus Romanorum, tametſi Romani Græcis eſſent longe robuſtiores. Oſtendit hoc Philopæmon Argiuus dux, & Corinthiorum Timoleon, qui eoſdem hoſtes, quos Romani multis annis vix ſuperauerunt, ipſi breui tempore ſubegerunt. Sed non conſtabat fides. Quid ſi bella cum Xerxe & Artaxerxe conſideres? adeo paucis copiis innumeros barbaros fuderunt, vt fabula videatur. Vnus commemoratur Lucullus, qui decem millibus hominum maximas copias fudit barbarorum: ſed non tamen victricia arma, ſed victa depulit: nec Perſas, ſed imbelles Cappadoces & Medos & Armenos, aliaſque gentes Perſis ſubditas: neque eodem numero, at vix quinta parte: nec armis eiſdem inſtructos, non falcatis curribus, neque elephantis. Sed quid plura? viſum eſt quantis laboribus Cteſiphontem Romani imperatores, non legiones tantum, ſed totum pene orbem trahentes ſecum, ſuperare potuerunt: paucique ex illis, adeo vt fatale flumen Romanis dicerent: at quam brevi vnus Alexander totam Perſidem, tum florentem imperio totius Aſiæ, obtinuit? Sed non ſolus Alexander hoc potuit, verum & Ageſilaus Lacedæmoniorum Rex, jam obtinere cœperat, ni Græcorum inuidia à patria reuocatus fuiſſet. Sed reuertamur ad inſtitutum. Non ſpectacula illa fortes efficere poterant, ſed crudeles. Quinimo pauor mulierum, puerorum imbellium, præſens tam acerbum exitium, quot fletus, gemitus, lamentabiles voces, quot eiulatus, exanimationes repræſentare ſolebat? vt vix vnum fortitudinis exemplum inter innumerabilia timoris & pauoris, ſæuitiæ & efferationis omnia certe videres. Quare non eſt vt excuſes Romanam feritatem his nugis, & longe plus Philoſophia ad fortitudinem facit, quam ſæua illa ſpectacula. Quantum emolumenti affert ad fortiter occurrendum morti, opinio de Animi immortalitate? non crudelia theatra: quæ cum toties Cicero & Cato ſpectaſſent, alter cum mori deſtinaſſet, non illa mente reuoluebat, ſed Platonis Phædonem: alter ſibi commentus eſt ſermones Tuſculanarum quæſtionum, de Animi immortalitate. Prodeſt Philoſophia, docens nos, mortem, etſi à bonis paucis nos abſtrahat, à longe tamen pluribus malis nos ſecuros reddere: atque inter cætera, à metu, morbo & injuria, quæ ſunt ſumma mala mortalium, & quæ nulla animi virtute effugere licet, Docet etiam, nos non debere mortem horrere, quam neceſſario & breui quiſque ſubiturus eſt, etiamſi annos Neſtoreos viuat. Ergo non ſpectaculis, ſed Philoſophia opus eſt ad fortitudinem. Spectacula ad illiciendum cruendum populum, & magnificentiam oſtendendam excogitata ſunt. Iratus itaque Nero his cauſis populo, atque illis qui aduerſum vtilitatem communem voces ſpargebant in publicum, leges illas ſæuas ſpectaculorum promulgauit, in quibus nec excedere è theatro fas erat: obſeruarique juſſit ſingulorum vultum, quomodo ferrent ſpectaculum: & ſi ægre, punirent: non alia cauſa quam indignatione, quod cædes hominum & ludibria humani generis libenter ſpectarent, vera ſpectacula & liberalium artium experimenta odiſſent. Nec tamen adeo probem illius optimum votum ac prudens conſilium emendandi vitia populi, quam damnauerim violentam iram, qua id conſequi cupiuit. Etenim nonnunquam contingit, vt dum nimis quod juſtum eſt volumus, acerbius inſtando deteriorem cauſam apud maleuolos & obtrectatores facere videamur. Supereſt modo, vt de illo tam vulgato vitio diſſeram, libidine ſcilicet & luxuria, in qua ſolum eum defendi non poſſe obtrectatores credunt: tum ob immanitatem ſceleris, tum quod publice hæc flagitia admitteret: & primum quod inconſtans fuerit in vxoribus retinendis. Sed ſi ad hoc reſpicimus, nullus ex familia Auguſti pauciores habuit. C. Cæſar Dictator tres, Corneliam Cinnæ, Pompejam Pompeii, Calpurniam Piſonis: ſed & Cleopatram pene loco vxoris habuit. Auguſtus ipſe quatuor, P. Seruilii F. Claudium, priuignam Antonii ex Fuluia, ſcriboniam, & Liuiam Druſillam. Tiberius duas tantum duxit, Agrippinam & Iuliam: ſed non tam continentia, quam odio fœminei ſexus. Caligula Liuiam Horeſtillam, & Lolliam Paulinam, & Cæſoniam. Claudius ſex. Sed de Nerone agamus: tres duxit, Octauiam Poppæam, & ſtatiliam Meſſalinam, Tauri bis conſulis abneptem, cum priores morte amiſiſſet. At alii ſuperinduxerunt, repudiarunt, tam turpiter, vt viſas repente in conuiuio, aut ex ſola commemoratione pulchritudinis, ſtatim abduxerint. Sed veniamus ad vxorum iniurias, quas Cæſar dictator Auguſtus & Caligula illis intulerunt. Auguſto Liuia cogebatur puellas conquirere, cum quibus concumberet: præter vxores ciuium, quas conſtuprabat. Vnde illud amaruleutum jurgium Antonii, ex Suetonio: *Tu ſolam Druſillam inis? ita valeas, vti tamen hanc epiſtolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Ruſillam, aut Saluiam Titiſceniam, aut omnes.* Caius vero vxoribus ſorores ſuperinducebat in conuiuio. Itaque de re vxoria nihil eſt quod Neroni poſſit obiici, vt qui cõſtanter bis hæſerit: nec ſe miſcuerit propinquis, vt Caligula, qui cum omnibus ſororibus (erant autem tres) ſtuprum commiſit. Veniamus iam ſenſim ad ſingula: obiicitur Neroni, quod fratrem Britannicum conſtuprarit. Quæro, quo teſte? Nero non dixit, qui omnia fatebatur, & cui id obiiciunt maxime, quod nihil celare ſciret. Britannicus non dixit, puer enim erat, quem puduiſſet talia fateri: tertius teſtis non affuit. Nec Suetonius illius hoſtis acerrimus, huius meminit: nec ipſe Tacitus ſatis conſtanter, cum dixit, ferunt: vt ex odio potius ſit hoc aggeſtum, quam ex hiſtoria & facti veritate, Deinde ſi factum eſt, Britannicus conſenſit, tum maxime, quod Tacitus dicat crebris diebus Neronem illuſiſſe Britannici pueritiæ: nec tam igitur damnent Neronem quam Britannicum; tum maxime quod turpius exiſtimetur, pati nefanda, quam agere: hoc enim virile eſt, licet prauum, multiſque claris ac generoſis commune vicium: illud effœminati viri & omnino indigni, alienumque à generoſitate. Quod ſi ætas excuſare potuit Britannicum, ſcilicet quod puer eſſet: quanto magis Neronem, adoleſcentia ad omnem libidinem prona? At Dictatorem Cæſarem cum Octauio nepote ſororis concumbẽtem, quis defendere poterit? Vir ſenex, cum nepote certo concubuit: tanquam deſint pueri domino orbis terrarum, niſi in proprium ſanguinem tantum dedecus reuciat. O rem indignam C. Cæſare, & homine tot victoriis inclyto, ac Auguſto. Huius tamen rei teſtis locuples eſt Cicero, qui vt rem tamen omnibus notum ſcribit. Compara modo ſenem adoleſcenti, patruum ei, qui quod ad ſanguinem attinet (licet lege frater appellaretur) vix in numero eſſet conſanguineorum. Sed veniamus ad teſti-

reliqua. Obiicitur, quod Doryphoro liberto nupserit. Tacitus habet, Pythagoræ: nam hoc verisimilius est (ne effugiam, quod facile effugere liceret, cum de persona nõ constet) quod Isidis sacra celebraret, vbi constuprari & constuprare ita licebat, vt in sacris Vestæ castimoniam agere. Itaque noctu constat hæc peracta esse, nec continuata, sed per adulatores persuasum Neroni, pro sacrificio flagitium. At Cæsar Dictator, qui pudicitiam Nicomedi prostrauit, vnde illa carmina celebrata à militibus in triumpho:

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias.
Nicomedes non triumphat qui subegit Cæsarem.

Et rursus, ne adolescentiæ lapsus iniuriose (quanquam tum Nero esset adolescens) persequi videamur, quid illud est, aut quibus sacris peracta sunt, quæ a Catullo narrantur?

Pulchre conuenit improbis cinædis,
Mamurræ, Pathicoq, Cæsariq.
Nec mirum, maculæ pares vtrisq, Inde subiungit
Morbosi pariter, gemelli vterque:
Vno in lectulo eruditulis amabo. Et alibi:
Quis hoc potest videre? quis potest pati,
Nisi impudicus & vorax, & aleo?
Mamurram habere, quod comata Gallia
Habebat, & cuncta vltima Britannia.
Cinæde Romule hoc videbis & feres?
Et impudicus & vorax, & aleo. Inde subiungit:
Eo ne nomine Imperator vnice
Fuisti in vltima occidentis insula,
Vt ista vestra diffututa mentula
Ducenties comesset aut trecenties?
Quid est? an hæc sinistra liberalitas
Parum expatrauit; Et alibi rursus:
Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere
Nec scire vtrum sis albus an ater homo.
Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe:
Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit

Fuit hic Mamurra præfectus fabrum Cæsaris in Gallia, cuius etiam meminit Cicero in epistolis ad Atticum, his verbis: *Et Laberius dimissa. & Mamurra placent & Balbi horti, & Tusculanum:* ditauit enim eum Cæsar mirum in modum: hic fuit, qui primus voluit incrustari parietes marmore; autor Plinius est. Et Suetonius: *Valerium Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita nõ dissimulauerat, satisfacientem eodem die adhibuit cœnæ.* Itaque non video cur non magis damnandus sit Cæsar, qui in scelere perseuerauit, qui nullis sacris hoc egit, qui tantum ex hac causa donauit etiam priuatis, vt infamis redderetur, quam Nero. Et Octauium qui se patruo supposuit. Nota est fabula de Caligula & Pisone: sed omitto illum, qui Deus non fuit. Nero his diuis Isidis comparetur: videbis minus peccasse. Odio tamẽ potentiorũ hic damnatur, quod sine successore mortuus est: illi meriti relati in Deos, Iulius ab Octauio, Octauius à Tiberio Claudius à Nerone. Succedit Sporus, efformatus in puellæ modum: vnus fuit Sporus Neroni, & damnatur: at quot pueri fuere Traiano, quot fuere Adriano? inter quos duo: Antinous, templis sacris astro dicatus inter Deos, quem profana ob sacra fertur occidisse: alter, cui imperium relinquere destinauerat, Cæsaremque iam creauerat, sed præuentus morte non successit in imperio. Sunt etiam qui credant, Adrianum ea causa, quamuis coniunctum Traiano, adeptum imperium: eo factum est, vt vterq; horum odiosus ob hæc crimina esset vxori: quod Neroni nunquam euenit. Sed redeamus ad Diuos alios, priores omittendo. Domitiani Earinum nomine C. Cæsar Dictator trium legionum, quas Alexandriæ relinquebat, curam & imperium, Rufcioni liberti sui filio exoleto demandauit? quid tale Nero in Sporo effecit? Porro adulteria & stupra reginarum & matronarum Romanarum ac prouincialium Cæsaris, si quis numerare velit, non historiam, sed fabulam recitare videbitur. Adeo vero insaniuit in amore Cleopatræ, vt conuiuia in primam lucem sæpe traxerit: & eadem naue Talamego Ægyptum penetrãdo, Æthiopia tenus vectus fuisset, nisi recusasset exercitus. Huic etiam Ægypti regnum quod Romani in prouinciam reducere nolebant, quod ipsis formidabile solum ob potentiam videretur, dono dedit. Vxorem Bugodis Mauritaniæ regis sic adamauit, vt coniugi illius plurima & immensa dona tribuerit. Seruiliam M. Catonis sororem, M. Bruti matrem corrupit, donoq; dedit margaritam sexagies sestertio emtam. Tertiam quoque illius filiam adulteratur, cui ex auctione amplissima prædia minimo addixit pretio: vnde vulgati illi vers⁹ in triũpho.

Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus:
Aurum in Gallia stuprum emisti, hic sumpsisti mutuũ.

Quid dicam de Augusto, qui Apollinem cænabat inter sex catamitos totidemq; puellas. Vulgata sunt ob id, carmina illa:

Cum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexq, Deos vidit, Mallia sexq, Deas;
Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit,
Dum noua diuorum cœnat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt,
Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

Omittam nunc Tiberium inusitatæ, & horrendæ libidinis autorem: cui Nero non solum, sed mortalium nullus potest comparari. Sellariam Elephantidis libros, Spinthrias puerulos natantes, Parrhasii tabulam, in qua Atalanta ore Meleagro morigeratur, Fratres tibicines, irrumatas fœminas: & morti addictam Malloniam, quod non posset hoc diutius ferre: antra & cauas rupes Paniscorum habitu, ac Nympharum pubem & impubem gregem: & triplici vinculo colligata corpora teneræ ætatis: illud potius quæram, cur clarissimorum virorum plerique adeo turpibus flagitiis conflagrarunt? quin etiam sanctissimi & moderati alioqui, hac in parte omnes infamia aspersi sunt. Socrates, si negemus peccasse, ipse tamen fatetur, quam pronus fuerit ad libidinem, in cæteris continentissimus, vini, ciborum, iræ, laborũ patiens, abstinens, & ab auaricia omni alienus. Plato cum sua sanctitate, Aristotelesq; adeo fęde vixerunt, vt homines fuisse neges. Secundum Semiramis. Philippus Alexandri pater, & ipse Alexander, Agesilaus, Traianus, Adrianus, Cicero etiam de crimine filiæ notatus: nam de Tyrone haud puduit fateri. Quid ergo causæ est, vt Neroni pro crimine ascribamus, quod nulli alii crimini datum est? aut si crimen est, quod vere crimen est: non minus venia dignus est adolescens imperator, quam senes hi in priuata vita. An forsan ei obiicies Tiberii ebrietatem, conuiuia triduana, exquisitas cupedias, aut aleam Caii & Claudii? Quod obiicis, ita commune est omnibus bonis, vt vitium possit dici virtutis refulgentis, non flagitium. At dicis: fellator fuit, & inguina sugebat virorũ deligatorum ad stirpem? Non laudabo, non defendã hac in parte Neronem; non tuebor quod Tiberius deteriora fecerit: fuere impatientis libidinis: hæc irritamenta fuere priuati viri, & ætatis lasciuientis delicta: in quibus non malus princeps dignoscitur, sed salax natura, & corporis vitium velut Scabies. Quæ delinquit princeps in sæuitia, in rapinis, in iudiciis, non tuendo fines imperii, populũ premendo fame, hęc principis sũt vitia; at si immodice se vino dedat, aut crapulę, aut libidini, aut aleæ, aut delicatiori vitę: hæc nõ malũ principem efficiunt. Cato & Traianus optimi censentur, vterq; vinosus fuit. Alexander Se-

 uerus,

uerus, quo nemo melior, nouæ & ambitioſus: Alex. Auguſtus, vitæ delicatioris fuere Gordiani, qui optimi principes habiti ſunt. Vitia corporis repellere, arduum eſt: atq; aliud eſt illa non poſſe euincere, aliud animum habere malum. Inconſulta iuuenta maiora habet mala quam ſellare: adoleſcentes nihil putes omittere flagitii, dum æſtuant, inſana libidine: in aues, in canes ſæuiunt, in murorum foramina. Quid enim, quod manib. toties peccant? ſed nemo tam ſtolidus eſt, vt hæc ſciri velit, nedum vt referat ea. Quo fit, vt maligne hæc ſcripta ſint, & etiam in hiſtoriam traducta, quæ debuerant perpetuo ſilentio obliterari. An hoc multum referre putem, quod Plato, cum adoleſcentulus eſſet, ſe maſtrubaret: quæ inſania eſt huiuſmodi, quære? & maior quam Tiberij percunctatio, quæ mater Hecubæ? quod Achilli nomen inter virgines? Quo fit, vt ſæpe exiſtimauerim longe melius eſſe, nō ſcribi hiſtorias: earumq; lectionem plus afferre mali, quam vtilitatis mortalium generi. Quid enim ad bonos mores refert, ſeu legas leuitatem Athenienſium, perfidiam Carthaginenſium, crudelitatem tyrannorum? Quid boni ex Agathodis vita ac geſtis, aut Phalaridis vel Dionyſiorum? ſed neque Marii, Syllæ, C. Cæſaris geſta vtile aliquod exemplum continent: nil niſi doli, rapinæ, inſidiæ, fracta fides, ſæuitia mortes egregiorum virorum, bonorū oppreſſiones, depopulationes agrorum, excidia vrbium, cædes promiſcuæ, miſerorum graues ſeruitutes, calumniæ in inſontes, omniaque infinita cum infelici exitu: vt neque voluptatem capias, nec vtilitatem ex eiuſmodi lectione conſequaris. Itaque & Taciti & Metonii, & Diodori Siculi, & Appiani Alexandrini & Thucydidis hiſtoriæ, tum Macchiauelli, Philoſophiæ ſacræ ſtudiis aduerſantur. Sed longe deteriores his ſunt Herodoti, & noſtrorum temporum, quæ præter vitia communia plenæ ſunt mendaciis & adulationibus, falſiſque criminationibus. Quis neſcit, quanta fuerit virtus Antonii Leuæ Hiſpani ducis, vt ſolus dici, aut cum paucis Imperator appellari noſtri temporis poſſit & tamen nequiſſimus hiſtoricus, ſeu potius fabulator, quod pecunias non dediſſet, maluit totam corrumpere hiſtoriam treſque libros qui illi debebantur intermittere, ne (vt aiebat) ingratum inſereret hiſtoriæ. Cogita in cæteris qualem ſe exhibuerit. Cum aliquando Cæſar noſter legeret victoriam quam de Gallis habuerat, dixit: Profecto non meam, ſed Gallorum regis victoriā hic ſcripſit: indicans, ex pecuniis acceptis à rege, quanta mendacia inſeruiſſet hiſtoriæ. Sed & plerunque vita eorum congruit ſententiis: Thucydides enim exul ob furta publica, Herodotus infamis, Saluſtius Numidiæ præfectus totam diripuit prouinciam, adulter, & omni ſcelere coinquinatus. Diodorus, dum fœda, turpia, flagitioſaq; enarrat, ita omnia attingit, vt videatur voluptate potius quam neceſſitate adductus ea conſcribere. Hic noſter hiſtoricus, admirandus profecto magis aliis, qui tametſi ſenex parum abfuit quin pepererit. Sed & id deteſtabilius, quod cum eſſet etiam antiſtes, gaudebat numerari procos adoleſcentulos. Vah, quis credat ab huiuſmodi vita conducibile aliquid mortalium moribus aut vitæ emanare poſſe. Omitto quod, vt alias dixi, hæ hiſtoriæ omnes anima carent. Non vituperabo Xenophontis de Cyro confictam hiſtoriam: ſed hæc non hiſtoria eſt, verum philoſophica inſtitutio. Et Philippi quidem regis & Alexandri geſta narrantem libenter audio: ſed nulla pulchrior, quam Ælii Lampridii de Alexandro Seuero, digna certe quæ ab hominibus legatur, maxime principibus. Sed lubet ſcire ea omnia: & quomodocunque aucta, qualiter aut parta ſint imperia? Non nego, non veto: narratio vera tota eſſe debet. Optime conſultum eſſe rebus humanis, ſi principes & magiſtratus & hiſtorici omnes Philoſophiæ operam dediſſent. Non cuiuſuis eſt hiſtoriam ſcribere. Tria ſunt vitiorum genera: quædam quæ omnino inutilia ſunt, etiamſi nullus Deus nobis præſit, animique mortales ſint: velut ſtultitia, ira, ſegnitia: in his vagari non decet hiſtoricum: ſed vbi attigerit damna, quæ ſubſecuta ſunt, attingere cætera exempla: quæ non proſunt, relinquet: in eo genere etiam iniuria, cum nulli vſui eſt. Quæ vero non niſi Deum verentibus obſunt, vt dolus & auaritia, quæ vtilia vitia dicuntur: & appetitus gloriæ, & honorū ambitio, ſic debent narrari, vt emolumenta non ſolum doceas, ſed diligentiam & ſolertiam omnem adhibitam adiicias. Atq; hac in parte præter tres illos alias à nobis deſcriptos, Xenophontem, Saluſtium & Philippum Argentonem, Diodorum & Plutarchum de vita virorum illuſtrium adnumerabis. In tertio autem vitiorum genere, velut vltione, ſæuitia & inuidia, quod quandoque vtile eſt, quandoque non, licet verbum attingere ſolum, & breuiter pertranſire: niſi ingens aliquod malum aut bonum ſubſecutum fuerit: tunc enim, vt in ſecundo, omnia minutim ac diligentiſſime deſcribenda ſunt: maxime autem docenda ſunt, vt alias dixi, arcana colloquiorum, epiſtolarum & actionum: vt non ſit æqua partium deſcriptio, ſed vt poeta ait:

Semper ad euentum feſtinat, & in medias res
Non ſecus ac notas auditorem rapit: & quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.

Sic etiam in picturis quædam obſcure ſolum ſignificantur, ac breuiter: quæ pulchra ſunt, & notatu digna, longa ſerie ac multis imaginibus referuntur. Volutari autem in fœdorum vitiorum enarratione, & maxime cum vitia priuata ſunt, quæ admittit princeps cum res nullius ſit exempli, aut ad morum inſtitutionem vtilis, eius eſt qui vel animi mores, aut odium vel amorem in principem prodere velit, Comicique aut Tragœdi hoc eſt, non grauis hiſtorici. Nam Tacitum fuiſſe virum ambitioſum, & optimatium factioni addictum, nemo eſt qui addubitet. Sed ad accuſationem Neronis reuertor. Obiiciunt id, cur palam hæc fecit? ignoſcimus ætati, ignoſcimus temporum moribus, naturæ irritamentis, licentiæ regiæ, tot adulatoribus, occaſionibus, exemplis perditorum: quid coegit vt palam faceret, quæ in priuato fœda, quæ occulta vix defendi poſſunt? Hoc eſt, in quo excuſari non poſſe illum putant, ſic & illud culpant: Scis quid mihi opus ſit ad magiſtratus: quaſi illos ad rapinas non ſolum hortaretur, ſed impelleret. Verum, vt idem Suetonius autor eſt, impudicitiam profeſſis cætera delicta ignouit: non exiſtimauit crimen eſſe, quod non cælabatur. Fuit ſimplicitatis amator, diſſimulatorum hoſtis. Si reprehendis in Nerone, cur tueris in Epicureis? vnde illud Ciceronis: [illegible] turpiſſimæ intemperantiæ Epicureorum teſtem timui. Hi enim publice profitebantur, ſe id morbi genus formidare. At communis tamen labes, vt Iuuenalis:

Inter Socraticos notiſſima fama cinædos.

Nero autem hos horruit, qui cum mali eſſent, boni videri volebant: vt idem Poeta rurſus ait:

Qui curios ſimulant, & bacchanalia viuunt.

Veram

Veram integritatem non aspernatus, vt Cynici Demetrii, cuius supra meminimus: quanquam & illum Plinius Secundus, in defensione eius Philosophi, qui Soranum pecunia inductus accusaurt, iure damnet. Ex quo tamen apparet, Sorani damnationem iustam fuisse: neque enim [illegible] fuisset Philosophus ad accusationem falsam, cum alii multi falsi testes inuenti essent: [illegible] damnatur Philosophus vt falsus testis: facile enim potuisset redargui: sed quod vnica actione & Philosophiæ autoritatem, & amicitiæ iura violauerit. Existimauit ergo Nero scelera esse eo deteriora quo magis occulta. Ludos tamen ille putauit, nec eo modo in publicum processura: nocte enim [illegible] in lucis, vt refert Tacitus, hæc acta sunt. Et [illegible] fama & inuidia plus addidit. Quod vero magistratibus imperauerit rapinas, stulte dicunt, cum ex verbis [illegible] continentur: nam quæ rapiebant, non in Neronis sed proprium illorum commodum perueniebant. Ergo hoc ipso dicto iussit, ne quæ ad fiscum pertinerent, [illegible] suos vsus conuerterent simulatione compositionis atque remissionis. Quod malum adeo [illegible] nostris temporibus, vt dum fontium bona in magistratuum commoda transeunt, ditatis paucis cogantur principes grauioribus vectigalibus depauperare [illegible]ones: quorum vtrum melius sit, cogitat dum [illegible] iudicio. Extremum illud, quod obiicitur, est stultitiæ & imprudentiæ vitium: cui euentus subscripsisse videtur, amisso dum viueret imperio: quod seu stultitia, seu iniuriis crebris in subditos, seu segnitia acciderit, par videtur esse infamia ac peccatum. At mihi reliqui Cæsares stultiores fuisse Nerone videntur. Omitto modo Claudium, qui non stultus iam, sed ipsa mera fuit stultitia: satque vnum fuerit retulisse exemplum. Omittendo, quod criminante vxore fidos custodes ademerit à pupillo filio, quod priuignum adoptauerit, infinitaque alia cum duo litigarent, vnus ex his monuit Claudium, se vidisse quendam, describitque illius habitum, formam, qui secum litigabat, qui manum inferret Claudio. Paulo post superueniente altero litigatore, & libellum offerente, cum forma & vestes congruerent, raptum statim & damnatum, nec auditum, duci iussit. Simili amentia perdidit Appium Syllanum consocerum suum, cum Messalina & Narcissus somnialle se ex composito affirmassent, quod à Syllano trucidaretur: illumque interim adesse tanquam a Claudio vocatetur iussissent: cuius aduentu existimans somnio fidem factam, iussit statim eum interfici. Nec erubuit causam reddere necis in Senatu, & gratias liberto reddere. Sed comparemus Neronem ei Imperatori, qui sapientissimus ab omnibus iudicarus est: scilicet Augusto: comparemus & Ciceroni: dico Neronem vtroque sapientiorem fuisse. Primumque id supponamus quod verissimum est, scilicet sapientiam maxime consistere in electione eorum quæ in nostra sunt potestate: nam in cæteris felicem esse fortunæ est, non prudentiæ. vulgatum enim est apud nos prouerbium stultos sæpe collimare. Ergo si ita est, quis dementior fuit Augusto, qui per innumeros labores, infinita pericula, inaudita flagitia, maximos æstus animi, grauissimam infamiam, sæuissam feminam, summam ἀχαριστίαν, infelicitatem patriæ, ac ruinam, suorum mortes, ad tyrannidem peruenit, vt suis postmodum testamento priuatis, eos relinqueret hæredes, quorum maiores vt hostes maximos ad mortem compulit necessariam, filios fratresque occidit. Non deerant ex proprio sanguine elegantissimi iuuenes: maluit senem ex alieno hæredem relinquere, non sine manifesta pernicie omnium suorum. Nec reliquit successorem orbum: erat ei filius iuuenis & incolumis & ex filio nepos. Quid stultius excogitari potuit nonne hoc quod sæpius dixi, tanquam testimonium ingentium scelerum illius fuit? vt Deus ostenderet [illegible] sapientibus, quam facile sit ei vlcisci pessimos homines. Non hoc Agathocles aut Dionysius aut Hiero, vel alius quispiam tyrannus effecit. vt constet Augusto [illegible]orem fuisse neminem, qui immortalitatis spem [illegible] qui seipsos excidunt sponte [illegible]. Poterat Drusus esse filius: de Tiberio nemo dubitat. Q[illegible] ergo tanta inf[illegible] [illegible] facta? mandare vt ista [illegible] pronepos expo[illegible] naturata nepos, lege [illegible] [illegible]retur, inde occ[illegible] deletur Herod[illegible] [illegible]nus multos filios oc[illegible], [illegible] he-redes: nemo adeo desipuit [illegible] nepotes occideret, vt al[illegible] regni [illegible]et. Miramur de illo qui filios præterit [illegible] regem efficeret. & Augustus vt [illegible] Tiberium, qui suam deleret stirpem: quod etsi non [illegible] contigit, & parum tamen admodum abfuit: & causam dedit [illegible] errori vt tandem sub Commodo prorsus tam fœminea quam masculina, quæ in abnepotibus deuenit, extingueretur. Sed multo antea peritura erat iam occiso a Tiberio per Centurionem Agrippa, Germanico veneno sublato, effosso oculo Agrippinæ per centurionem [illegible] verberata relegata in Pandatariam insulam, vt mori præoptauerit: Druso fame absumpto N[illegible]one per carnificem ad voluntariam mortem [illegible]: nisi Seianum veneno sustulisset Drusum Tiberii nepotem compertum fuisset: hoc [illegible] fuit reliquus, qui superfuerunt. At si omnia latere potuerunt Augustum, an illud nescire potuit quod dici solet:

Regnum non capit duos?

Nec tyrannum stirpi regia parcere? Omitto reliqua Nihil tale meditatus est porro: amisit imperiũ, proditus a suis quotalis hoc optimis imperatoribus accidit? Pertinaci, Alexandro Seuero, Aureliano: qui adeo terribilis fuerat. At hos non vniuersi defecerere.

Sed Neq; Neronem: nam & legiones Orientis & Germanicæ non desciuere ab illo: & Prætorianos fatetur Tacitus potius decepto[s], quam quod voluntate desciuerint. Errauit, si modo errauit, Nero in his quæ fortunæ casibus subiacebant: Augustus in his quæ prudentiæ ac sapientiæ. Dic vter stultior? ob id Suetonius Augustum conatur excusare: sed fœdior est excusatio accusatione. Quod scilicet Liuiæ vxoris precibus id egerit, seu vt successoris improbitate melior videretur: quorum vtroque stultissimum est, perdere suam prolem, pro qua belluæ etiam pugnant, & in qua sola viget spes immortalitatis, vt alienam seruet, aut inani gloriolæ, quæ paucis annis finitur, satisfacias. Sed veniamus ad aliud sapientiæ exemplum, Ciceronem ipsum, qui cum mortuo C. Cæsare, cuius cædi non interfuisse dolet, Octauium lege filium, sanguine sororis nepotem, testamento hæredem ex dodrante (quæ pars à toto parum abest) euexit, extulit, armauit contra Remp. dum eam tueri nititur, quanquam toties monitus à Bruto, vnde ille grauiter & iuste apud Atticũ & apud Ciceronẽ conqueritur. Sed mittamus sicarios, quib⁹ non adeo dignum credi fas est: videamus quomodo ab Attico ipso monitus sit: *Quanquam enim posset in præsentia bellè iste puer pertinudere Antonium, tamẽ exitũ expectare debem⁹.* Et ipse inter Cic. hoc vidit, & tamen

men erravit: in epistola enim ad Atticum quadam inquit: *Missa est mihi contio Octaviani; at quae contio? iuras, ita sibi parentis honores consequi liceat, & simul dextrā intendit ad statua* ... *id est, Vt ...lus quidem si quid ... vnquam.* Et antea: *si multum possit Octavianus multo firmius acta tyranni comprobatum iri quam in Telluris, idq; contra Brutum ... re.* Quapropter postmodum suam stultitiam apertè deflet in epistola ad eundem Octavianum: *ô me nunquam sapientem & aliquando id, quod nō erat, frustra existimatum. Quantum te Populi Romane de me fefellit opinio? ô meam calamitosam & præcipitem senectutem. ô turpem exacta dementia, ætate caniciem? Ego patres conscriptos ad parricidiū induxi: ego Rempubl. fefelli: Ego ipse senatum sibi manus afferre coegi: cum te Iunonium puerum, & matris tua partum autorem esse dixi. At te fata patriæ Patrem futurum prædicabant.* Nec hoc errore contentus quod euexisset, quod ambitione consulatus vt consul fieret, fauisset garrula illa lingua, qua tot fontes in perniciē Reipubl. defendebat, vt scommate sapiens videretur, ornandum tollendumq; puerum (ita enim appellabat cum à quo vt puer habitus est) iactabat: Quod etiam non parum obfuit Ciceroni, cum Octauianus non solum decipi (hoc enim iam pridem intelligens dissimulabat) sed irrideri se ob beneficium optimatibus & senatus præstitum cognosceret: iam enim Mutinæ vicerat Antonium. At errauit in hoc vno certe is maximus fuit, Romanum enim populum euertit, & in eo diu nus perstitit: scilicet toto biennio, ac etiam amplius. Sed mitte hunc errorem, vide alium non minorem. Clodius accusatur de incestu cum Pompeia Cæsaris vxore: negat Cæsar scire quicquam. Cicero cum nullam à Clodio iniuriam passus esset, testimonium dicit in Clodium: nec sufficit testem se exhibuisse, vrget iudiciū apud senatum: quo facto, non solum Clodium, sed Cæsarem, cuius Pompeia vxor erat, & Pompeium puellæ patrem offendit: vnde absoluto Clodio à iudicibus, ex consensu Cæsaris & Pompeii eiectus est in exilium, publicans bonis: & non solum eius sus Cicero hoc facto, sed suscitata seditio illa, quæ ruina fuit ciuitatis Romanæ. Hæc stultitia adhuc maior est priore: quoniam omnis fine causa fuit: & nō fluctuante iam Republica, sed quieta prorsus contigit. Postmodum, si omnia illius dicta factaq; consideres, nec aliud queras testimonium, quam eius epistolas, præsertim ad Atticum: plene stultum fateberis hominem: non semel, centiesve, sed in omnibus pene epistolis, orationibus, factum illud suum prædicat, quasi in angulo acta res esset. Deinde vult omnes ciues nil aliud cogitare, quam de seipso, etiam cum rueret Respublica armis Cæsaris & Pompeii. Quam deflet pueriliter exhuū illud suum? quam impudenter petit triumphum, cum in acie nō fuisset: cumq; omia sibi licere putaret, iuste etiā à supplicatione repulsus est. Quo demiror Romanos tam amentes fuisse, vt huic seni iam deliranti tantū detulerint, vt reiecto Antonio, cum quo Rempublicam stare necesse erat, ob æmulationē Octauiani qui hæres erat tyrannidis, Octauiū ipsum cui nihil repugnabat, ad tyrannidem occupandā extulerint. Denique quod, cum omnia flagrarent armis Antoni & Octauii, iam succumbente Republica, ipse ... ret de sacello filiæ ... rigendo, tanquam Deæ: quam etiam ... t (vt ... necessitatem ab ipso pa... to ita Deo ... malos cunq; etiam essent, ... vt vi ... erit fratre fratrisq; filium occisum ob ... ho, nec satis tuto... p... antes vt caput extra le... o ... bonis: vt cogeretur obliuisci nefariorum sacrificiorum.

Forsan excusabis hominem ex Romanorum moribus, ... quod Deorum ... tum ... rideret. Sed antea nu... R... mano diu ... ta est. ... enerum fuit Antoni & ... vt homo nef... & omni scelere ... in ... Ciceronem autem hæc non ... qui ... merito potuit contemnere De... aliter ... temnere iure non potuit, nisi quia Deum ... omnium autorem ... t. At si ita est, ... modo mulieri ... Deo debebatur tant ... tribuere ... est? Sed jam in tam absurdo pro... sito illius verba subscribamus pro teste: *Profecto illam consecrabo omni monimentorum, ab omnium ingeniis scriptorum & Græcorum & Latinorum, Hoc solerat ... rursus. Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maxime: nihil enim video quod tam celebre esse possit: sed quos coram videbimus: ita tamen, vt hac æstate fanum absolutum sit.* Et iterum. *Expectabam autem maxime de fano. Quæsivit ... hortos emere Silii trans Tyberim aut Drusi.* Ideo rursus: *Quo plus in monimentum insumptum est, quam nescio quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum esse: quod non magnopere moueret, nisi nescio quo modo* (ἀλόγως fortasse) *nollem illud vllo nomine nisi fani appellari: quod si volumus, vereor ne assequi non possimus, nisi mutato loco.* Atque item: *Fanum fieri volo neque hoc mihi erui potest. Sepulchri similitudinem effugere non tam propter pœnam legis studio, quam vt maxime assequar ἀποθέωσιν: quod poteram, si in ipsa villa facerem: sed, vt sæpe locuti sumus commutationes dominorum reformido. In agro vbicunq; fecero, mihi videor assequi posse, vt posteritas habeat religionem: hæ mea tibi ineptiæ (fateor enim) ferendæ sunt.* Et paulo post: *quod mea mœstitia anocat, multis perfecies. si locum fano dederis: multa mihi ... ἀποθέωσιν in mentem veniunt: Sed loco valde opus est.* Et alibi: *Sed tamen aude sum affectus de Fano: quod nisi non dico effectum fuerit sed fieri videro.* Ac iterum, ne quid desit: *De hortis ex tuis literis cognoui, & Chry ... ppo: in villa cuius insulsitatem bene noram, video nihil aut pauca mutata: balnearia tamen laudat: maiora de minoribus ait hyberna effici posse: tecta igitur ambulatiuncula addenda est, quam vt tantum faciamus quantum in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris constabit in isto loco: ad id autem quod volumus ἀφ δρύμα nihil aptius videtur quam lucus, quem ego noram: sed celebritatem nullam tum habebat, nunc vt audio maximam, nihil est quod ego malim in hoc τὸ ... Φ ... ρὸς θεῶν προσφόρησιν.*

At saltem exemplo C. Cæsaris doctus esset: sed adhuc viuebat Cæsar, dum Cicero insaniret, licet tyrannidem occupasset: quod ex epistola illa libri tertii decimi manifestissimum est, cuius initium: Hortos quoniam hodie. Egregius igitur hic Orator inuexit ἀποθέωσιν: id est, Deificationem seu consecrationem. Quid mirum est ergo, Imperatores ipsos eo deuenisse dementiæ: postquam priuatus vir, senex, augur, Philosophus, hoc inchoare ausus est? Quo fit, vt me non parua subeat admiratio quid sit, quod hi, qui sapientiam profitentur, adeo ad impietatem proni sint, alii etiam stultissima admittant: nam Cicero præter id, quod non essequebatur, sed eminentem consecrationem filiæ, quæ ad pontifices spectabat, nec fanum, sed ridicule fingeret, nōne intelligebat, si nihil à morte superest talia omnia inania, vanā & puerilia esse? cum nil ad eam pertinerent: sin autem superesset, distorqueri, si quis illi relictus esset sensus & ob amentiam patris, & quod illum summum autorem læderet ad quem spectaret benefacere ipsi Tulliolæ aut malefacere.

Itaque

Itaque non alia cauſa eſt tot errorum, niſi quod hi, quos exiſtimamus ſapientes, non ſunt vere ſapientes, ſed ſtulti. Quo magis demiror de Ariſtotelis grauitate, qui hoc idem in concubina ſua facere auſus eſt, & ſacra Cereris irridere impio exemplo: vnde merito Athenienſibus pœnas exilij dedit: maiores daturus, ſi fuga ſe non ſubtraxiſſet. Ergo cauſa omnium horum eſt, exiſtimare ſapientes eos, qui non ſunt. Quid ergo miramur Neronem non fuiſſe ſapientem: quem tamen conſtat Auguſto ac Cicerone longe fuiſſe ſapientiorem, tametsi illi valde ſenes & rerum experientia edocti, pro ſapientiſſimis habiti ſint? Neq; enim quicquam harum nugarum tentauit aut aggreſſus eſt, nec errores adeo magnos admiſit. Dices: fateor, nulla in cauſa Neronem conuictum eſſe: ſed tamen ſi omnia ſimul conferas, impietatem, ſæuitiam, luxum, libidinem, ſcenicos ludos, profanatam maieſtatem, rapinas, prodigeritiam, ſtulticiam, ingrata facta, turpia, fœda, abominanda, euerſionem ſenatus, vexationem nobilium, popinas, monſtroſos concubitus, nocturna verbera, quibus graſſabatur etiam vulneribus adiectis, turbam illam ſcenicorum, perpetuam inter flagitioſos conſuetudinem, veneno tot peremptos familiares, libertos, amicos, neglectam quoque adminiſtrationem ob hoc Reipublicæ & bellicæ rei, donatam Armeniam fruſtra Tyridati cum ſumptibus illis immenſis, vrbis incendium, expilationes ſuorum in ciues, in prouincias, educatam & ditatam Locuſtam, datoſque ad ſcelus diſcipulos, ſocietatem Figilli peſſimi omnium mortalium viri cum ſuo Coſſutiano, tantum datam ſuſpicionibus ac falſis delatoribus, crudelitatem in ætatem imbellem, in ſexum innoxium: ſane facile ex tam multis etiam minimis, magnum aceruum ſcelerum & flagitiorum conflabis. Verum ſi Catoni Cenſorino obeſſe non potuit, quod quadragies quater in Senatu ſit accuſatus, nec ob id deterior vlla in parte habitus eſt: cur obeſſe debet Neroni, quod de multis accuſetur criminibus, quorum partim inſcius ſit, partim criminarion ſint: aut ſi ſint natura huiuſmodi, ratio ipſa docet neceſſario admiſſa & iuſte? Iam tandem oſtendimus Neronis virtutes atque præſtantiam, præclaraque facta, & ſapienter dicta, in quibus omni laude dignus habendus eſt: quod is ſolus vere bonus, ac vere ſanctus, cum Seuero Alexandro iuſticiam ſine diſcrimine perſonarum coluerunt: tanto potentioribus inuiſi magis, quo inuſitatum adminiſtrationis genus ſoli ſecuri viderentur. Et certe Nero turbulentioribus temporibus, minore Philoſophiæ ſtudio (cuius cauſa in Seneca fuit) & laſciuia aliqua permiſta ob ætatis fluxæ vitium, & matris Agrippinæ perſuaſionem. Cæterum quoniam bene dicta ſiniſtre aliquando interpretari ſolent, quaſi optimatum factionem proſecutus hoc argumento ſim: nec defuturos ſcio, qui etiam cum hoc (quod exitus amborum illorum principum infelix fuerit) regni ruinam me docuiſſe, dicere audebunt, quandoquidem non niſi optimatium factioni fauendo regna ſuſtineri queant: exemplo omnium illorum, præſertim Parthorum, Galliæ, Hiſpaniæ atq; Germaniæ, de quibus ſatis dictum eſt. Quibus nos breuiter reſpondemus, primum nos nihil contra optimatum, qui vere optimates ſunt: id eſt, qui tam virtute cæteros, quam potentia & opibus præcellunt, factionem dixiſſe. Sed neque contra alios, niſi vt æquo iure cenſeantur, & à cauſa, non perſonarum formula definiatur. Quod ſi id docui, exiſtimo etiam recte feciſſe, atque vtiliter conſuluiſſe principibus. Primum quod recte iudicando Deo placeant, à quo compenſationem ſint habituri, cui æqualem regni diuturni cõmoda quantumuis magna præſtare non poſſint. Deinde quod regna nulla æterna eſſe poſſint, imo nec valde diuturna: quod experimento perpetuo deprehenditur: & quantumuis ſit diſcriminis in diuturnitate, etiamſi mille annorum ſit, parum admodum referat: cum mille anni ad mundi perpetuitatem & ventura ſecula ſint velut punctum in ampliſſimo circulo, aut prælonga linea. Sed & hæc adminiſtrationis ratio, etiamſi ad præſentem ſecuritatem, diuturnitatem atq; magnitudinem imperij referatur, melior eſt: quoniam illud idem contigit in ea, quod de iuuenibus & ſenibus dici ſolet: iuuenes cito mori poſſe: ſed ſenes diu viuere non poſſe: ita cum alijs generibus adminiſtrationum, cum factione optimatum diuturnum regnum eſſe non poteſt: cum populari ac iuſta adminiſtratione (tametſi breue eſſe poſſit) poteſt etiam eſſe diuturnum, ac quantum humanæ patiuntur res perpetuum. Ergo in huiuſmodi adminiſtratione, quando ea ſola, & Tureta, perpetua eſſe poſſit: ſed illam ſæuitia plenam eſſe neceſſe eſt, vt quæ ab immitibus barbaris originem duxerit, quatuor obſeruanda ſunt. Primum, vt ius æquum omnibus ſeruetur: ſed in honoribus faueamus potentioribus, in re pecuniaria ac commodis, alijs pauperibus. Secundum, vt cum plebs ipſa facile ſeducatur ac deſerat defẽſores ſuos, tribunos creare oportet è corpore eius annuos, viros acres & bonos: ſic enim in officio continebuntur, & facile congregabuntur: eorumque vtilitatem conſulere, & maxime annonæ abundantiæ. Tertium, tollere ſubſtitutiones omnes. Quartum, vocata feuda, quæ ſi tollere durum eſt, non reficere oportet: tempore enim diſſipantur: vt enim non conuenit euertere familias quæ bonis moribus perpetuitatem quandam ſibi pepererunt: ita nec cogere iudicijs, vt perſæpe male partis familia in perpetuum gaudeat. Hæc ſi quis non agat, optimatium conſpirationi non par à plebe auxilium habere poterit: ſi agat, ſecurius viuet, & minore labore quam qui optimatibus addicti ſunt. Non defuturos etiam eſſe puto qui me accuſent, quod in bonos omnes hac laudationis ſpecie ſim debacchatus: præſertim in Auguſtum, Ciceronem & Senecam. Sed pro Auguſto veniam non deprecabor: de Seneca quid dicam, non habeo, qui nihil recte dicere nouit, aut facere. Barbariem intulit in ſcribendo: nouus declamator, ac nouus rhetor, philoſophus perditiſſimus. Vide leuitatem & turpitudinem eius in poemate illo in Claudium, indignam Grammatico etiam impuro: vide præcepta inter ſe pugnantia, vitam turpem & fœdam, in naturalibus rebus imperitiam: vir nequiſſimus, qui ſuſtinuit inſons vxor ſecum periret, quod ad ſe attinet, non ob aliud quã vt Neronem grauaret inuidia. Conſtat illam miſericordia hoſtis ſeruatam, quæ peribat coniugis crudelitate: nam ſi mori deſtinaſſet, non defuiſſet per tot annos quibus ſuperuixit, via ad mortem: vt neq; Portiæ Bruti vxori, cuius exemplum ſequi poterat. De Cicerone autem cauſa eſt, non in me inſectationis, ſed in falſa hominum opinione admirationis de illo. Cum enim populus exiſtimet, eos qui compti ſunt in ſermone, corporis ornatu ac moribus, quoſque plures laudant atque ſequuntur eſſe ſapientes, ac etiam probos: ideo cum Cicero maxime hoc in genere excelluerit, ſi quis maledicat de illo, eum aut ſtultum aut improbum eſſe putant. At huiuſmodi viros minus cæteris ſapientes eſſe conſtat, tum ex actionibus & fine eorum, tum ex coniunctione cum his quorum æſtimatione ſapientes & ſtulti exiſtimari debent, & à quibus omnis noſtra ſapientia huc deriuatur & ſpirat, qui nobis ſuperio-

res ac meliores ſunt. Quod ſi obücias, principes hoc noſtrum conſilium adminiſtrandi non ſeruare, nil mirum: namque difficilis eſt via ad virtutẽ: præponuntq; homines iucunda ſecuris, & facilia diuturnis. Denique mortalium commune vitium eſt, nullis rebus tam inimicos eſſe quam bonis proprijs. Quod ſi quis per ſingula id conſideret, inueniet ſic eſſe.

D I X I.

PETRI CVNÆI ENCOMIVM IVLIANI CÆSARIS,

ad Virum Ampliſſ.

NICOLAVM ZEISTIVM Leidenſ. Syndicum.

PErſæpe equidem, Zeiſti, virorum ampliſſime, illud contingere video: vti, cum iudicium de his, qui olim vixere principib. fertur, multum nos decipiat veterum quorundam, quos in Eccleſia Dei claros atq; illuſtres fuiſſe ſcimus, authoritas. Tantum enim opinio præiudicata poteſt, vti nihil vltra indagemus plerique, ſatiſque nos permoueat, etiã ſine ratione, eorum hominum ſanctimonia. Nimirum ſic exiſtimat vulgus; magnum in ſe nefas eum admittere, qui pietati, cuius titulis atque imperio Chriſtiana ſtat religio, defuiſſe interdum candorẽ credat. Ego ſicut plurimis maximiſque argumentis eſſe illos excellenti & diuina virtute viros iudico; ita & præ ſtudio peccaſſe non ignoro, & memini fuiſſe per quam acerbos. Vt de cæteris nihil iam dicam, certe qui in Græcia tunc aliquod nomen habebant, vitio gentis ſuæ nimium fuere in vtramque partem vehementes. Aderat cunctis gratis facundia rotunda, eruditio admirabilis, ingenium ad omnia promtum: quarum hercle rerum præſidio effectum eſt; vt quæcunque monumenta ad poſteros transmiſerunt, in iis maxima quædam & acerrima vis ſpiraret. Itaque quibus infenſi erant, eos per ſe magnos ſane, & pene in cælu poſitos, trahebant ad inferos; & alijs rurſus, quos ornandos cenſerunt, licet immerentibus, tantas laudes admenſi ſunt; vti poſteritas virtutes eorum, quæ vix mediocres ſunt, inſpiciat & lapidẽ e ſepulchro veneretur pro deo. Non ego per ambages te, Ampliſſime Zeiſti, neque longa per exorſa denebo. Rem tibi autorẽ dabo. Conſtantini virtutes plus, quam humanæ vbique celebrantur, & vtramque paginam faciunt. Fecit ille quidem multa, quæ boni principis famam deturpent. Nam & imperij opes in luxú abſumpſit: & auri luſtralis exactione crudeliter attriuit populum. Verum hæc Græci, quibus animus ſpei ac gratiæ obnoxius erat, cernere aut non poterát, aut nolebant. Itaq; animus in verba ambitioſus oblitus legis, preſſiorisq; iudicii, poſt tot accepta beneficia, nihil iam, niſi maximas eius laudes magna mercede meditabatur, Iulianum vero, laudatiſſimum principem, quem natura omnibus ornatum rebus excellere voluerat, tam indignis modis traduxere; vti iam illius nomen toti mortalitati res ſit inuiſa atq; deteſtabilis. De quo principe, quoniam, quid ſit iudicii mei, dicendum hic aperte eſt, nõ committam equidem, vti, quod omnes merito reprehenſione dignũ cenſent, id ego probare vllo pactu videar. Scio enim & doleo, mediusfidius; fuiſſe illũ religionis noſtræ cui ſemel ſeſe addixerat, deſertorem atque hoſtem. Turpe profecto facinus; & quod furiarum vltricibus pœnis multandum haud negamus. Verum eã res, etſi illum è ſanctiſſima Chriſtianorum gente expungit; interque profanos locat, paganoſque: tamen nunquam efficiet; vti propterea maximis accenſeri heroibus non debeat, qui vbiuis terrarum, & quolibet in populo, ſacra nuſtra, ceremoniaſque contempſere. Eſt illud in omni negotio apprime pulchrum, res natura ſua diſſociatas ſecernere, atq; ſingula, vti per ſe ſunt, intueri. Enimuero ille vniuerſi conditor & rector D E V S, cum ex tanta mortalium, qui vbique per orbem tunc erant, multitudine, perpauci quidam ſalutarem illam lucem, quæ a Chriſti vultu nobis affulget, ſequerentur; tamen multa extare voluit illuſtria documenta, ex quibus diſceremus: ineſſe in cæteris quoque diuinitatis ſemina; atque omni loco naſci virtutem. Equidem ego, quoties mecum agitabam, qualem quantumq; eſſe oporteret, qui ſummum inter homines teneret faſtigium. ſubit animum meum Iuliani veneratio; maiorque in eo, atque altior eſſe ſpiritus videbatur, quam vti cum cætera Imperatorum plebe cogi in ordinem poſſet. Eſt vtique natura mortalium auida imperii: eaque cupido maximis in animis ſplendidiſque ingenijs inhæret, vti; qui cæteris rebus pietatem colunt, regnandi gratia violandum eſſe ius arbitrentur. Hic nihil tale animo affectans, cum à Conſtantio Cæſar eſſet dictus, fatale ſibi malum & vltimam denuntiari credidit neceſſitatẽ. Qui enim vitam ſemper in ſapientię & optimarum rerum ſtudiis egiſſet, ex alta velut arce res hominum deſpexit; nihiliſque eſſe ſceptra, niſi vano fulgore tectum nomen intelligebat. Quia tamen communis vtilitatis derelictio contra naturam erat, quod boni ciuis fuit, fecit, eamque perſonam, quam caſus illi & Reſpublica impoſuerat nolenti, decenter & cum magna laude geſſit. Fregerant Romani imperii vires bellicoſiſſimi germanorum populi, quos ſuum cælum, ſuum ſydus acrius animabat. Hos ille armis ſic perdomuit, vti quas pacis leges barbari cæteris Imperatoribus dederant, eas a iuuene & peterent ſuppliciter & viuo illo conſtanter ſeruarent. Iam vero poſtea in Perſas cum exercitum duxiſſet; cuncta eorum oppida, cunctas prouincias magna celeritate, non tam curſibus ſuis quam victoriis peragrauit. Atque hæc incunabula illi & veluti rudimenta erant maiorum rerum: cum iuuenem prima firmioris ætatis ſpatia ingredientem, fatorum iniquitas extinxit. Quamquam nos hercle non vitæ, ſed gloriæ ſpatio metiri illum decet; quem & belli vſus iam tunc formidabilem hoſtibus, & pacis artes cunctis, non dicam ciuibus, ſed mortalium ſeculis fecere venerandum. Eſt quidem haud exigua res, ab eruditione, & ſapientiæ nutricibus literis aliquod decus trahere: verum, hæc vmbratici hominis magis, quam principis laus eſt. Etenim, qui res gerere, & ciuibus oſtendere captos hoſtes didicit: is mihi demum & imperio dignus eſſe, & Iouis attingere ſolium videtur. Noſter, quod paucis fuit quodam deorum munere conceſſum, virtutes diſpares prudentia iunxit: & cum ne in caſtris quidem, interque clangentes tubas philoſophum exueret, aut à prioris vitę recederet cõſuetudine, tamẽ manu ſtrenuus adfuit locis, ſucceſſoribuſque ſuis iuſtitię, & oblata caſu flexit ad conſilium. Ita eodem tempore inſcitiam, teterrimam belluarum, & ſimul gentes debellauit Romano nomini inimicas. Quæ licet ſumma, & propemodum diuina ſint: tamen poterat tantarum rerum laudem deſtruxiſſe aut animus nimia felicitate inebriatus, aut morum atque vitæ turpitudo. Etenim ita res eſt, qui magno imperio [illegible] in excelſo viuit, multo facilius in [illegible] [illegible]tus quam in ſe, regnum ter[illegible] [illegible] cæteros omnes, [illegible]et. Hic, cum in ſolidam vir-

tutis

tutis possessionem primis adhuc annis, & lubrico ætatis missus esset, animum semper supra fortunæ indulgentiam gessit; quæ tamen frangere etiam constantissimas mentes solet.

Non enim stupris atq; libidinibus principem egit; aut ex magno imperio tantum vsurpauit licentiam: sed ita se custodiuit, quasi legibus, quas nemo regi scripsit, redditurus esset rationem. Itaque amissa Helena coniuge, quam ille vnam caste dilexerat, non matronarum iam pudicitiam, sed naturæ expugnauit desideria; & qui omnium rerum circumflueret copiis, vitam asperam atq; duram, ex lege illius, quam sequebatur, disciplinæ, egit. Neque illa vero minor laus erat, animo Leni atque placido esse, & iniurias atque offensiones in summa potentia pati. Iactauerat in optimum Imperatorem fœdissima probra Antiochensis populus. Homines enim, Christiani quidem, sed luxu & delitiis enerues, quibus studium erat totos dies in theatris desidere grauitatem iam ferre sui principis nequibant, qui histrionum spectator & applausor non esset. Quod igitur vnum poterant, petulantissimam linguam in eum vibrarunt, eo consilio; vti tranquillissimo pectori extorquerent patientiam. Ille tot dicteria & venenatos sales non ferro aut igni vindicauit (quæ tamen vrbanitas in omnibus regibus eximescenda est) sed iocos illis quosdam, quorum est incomparabilis venustas, reposuit. Ita, qui omnia videbat ex se vno pendentia, contumelias suas nulla acerbitate executus est, pulchrumque duxit, & se dignum, impune lædi. Fuit profecto, fuit Græcorum quorundam, qui ea tempestate Ecclesiam rexere, magna imprudentia. Etenim, vti causæ suæ seruirent, principem Christianis infestum lacessebant, quem tolerare satius fuisset. Sunt in hominum manibus orationes eorum, in quibus, tanquam in scena, palam eum omnibus ludibrium fecere, & faciem illius, formamque corporis, atque gestus, tum alia fortuita, quæ vulgus & imperitissimus quisque notat, traxerunt in culpam. Qui viri, si meminissent temporum quibus nati erant; sane necessitati; quæ pertinax regnum tenet, sine contumacia paruissent; & quod magnæ prudentiæ est, obsequio mitigassent imperia. Sed nos eam rem, in medio relinquimus. Id enim modo agimus nunc, vti Iulianum cum cæteris principibus, Græcis Romanisque, hominibus paganis, componamus. Quorum ille virtutes sic superauit; vti, quæ singulis partim contigere, eas vnus hic habuerit vniuersas. Rarissimam enim rem, & prope inuidendam, magno studio concupiuit, innocentiam, & (sine inuidia dixerim) assequutus est. Cæterum, qui vitæ ipse suę, morumque acerrimus censor esset, haud facile cæteris rerum dominis, magnis sane viris, sed negligentius interdum viuentibus, male facta condonabat. Bello insignis aliquis fuerat, sed pacem multis vitiis fœdabat. Alius, quam in toga pepererat Laudem, inter arma temeritate aut socordia amisit. Postremo nemo adhuc extiterat, quem ipsa regni indoles, sceleris atque flagitiorum viam non doceret. Quæ cum perspexisset noster, Librum scripsit eruditissimum, in quo vniuersos Cæsares, qui ante se Romanis imperitauerant, mira tengit dexteritate. Neminem enim eximium habet; ac ne Marco quidem Antonino, cuius se imitatorem profitebatur, pepercit. Ita de tota antiquitate veluti iudex sedet, &, dum censuram agit regnantium; plus sane quam regnare videtur &c. Quæ de Iuliano dixi, ea nec ego primus sentio; & tu, cum verissima sint, inuitis etiam omnibus, asserenda fateberis. Certe primum maximumque animi nostri bonum, veritas est: cuius neque regnum nos vnquam nobis eripi per vim sinemus; &, quod ingenuæ simplicitatis est virtutes etiam in impiis paganisque positas, sine odio, sine partium studiis, persancte venerabimur.

*

PLVTARCHI DE CAPIENDA EX HOSTIBVS VTILITATE, LIBELLVS.

Videmus te, Corneli Pulcer, simul cum reip. administratione mansuetissimum vitæ genus delegisse, in quo cum maxime publico prosis, priuatim compellantibus te facilimum jucundissimúq; præbes. Enim vero regionem aliquam inuenire licet, quæ feris careat, q̃ de Creta narratur. respub. autem nulla adhuc extitit, quæ nullam inuidiam, nullam æmulationē aut studiuū contendendi, qui sunt affectus inimicitiis generandis fœcundissimi, protulisset. Quod si nulla alia res, ipsę saltem nos inimicitiis implicarent amicitiæ. quod & Chilo ille sapiēs sensit, cum ē dicēte neminem se habere inimicum, interrogauit nullumne etiam amicum haberet. Itaque viro in repub. versanti cum alias de inimicis disquisitio mihi non videtur negligenda, tum Xenophontis dictum attente considerandum, qui cordati hominis pronunciat esse. Etiam ex inimicis vtilitatem capere. Quę itaq; ea de re nuper mihi differere subiit, ea totidem conscripta verbis ad te mitto, omissis maxime his quæ in præceptis reipubl. administrandę scripsimus: cum videam illum tibi librum frequenter esse ad manum. Priscis hominibus satis fuit a diuersæ naturæ animalibus nullam accipere iniuriam: isq; fuit finis certaminum aduersus feras. Posteriores etiā in suos vertere eas vsus didicerunt, carnibus vescentes, pilis vestientes se, fellis aut coaguli medicina vtentes, pellibus se armantes. adeo vt non iniuria metuendum sit, ne, si feræ homines deficerent, vita humana esset futura belluina, inops, & fera. Proinde quoniam aliis satis est nullo ab inimicis affici damno, prudentes autem etiam vtilitatem ex iis capere Xenophon dixit fidem eius dicto derogare non conuenit, ars tamen ac via & ratio quærenda est qua id bonum consequantur, quibus absque inimico viuere non licet. Non potest quamuis arborem colonus exuere syluestri natura, neq; venator omnia cicurare animalia. inuenta tamen est ratio, qua & ille ex sterilibus, & hic ex feris emolumētum aliquod caperet. Aqua marina neque potui est, & vitiosa: pisces tamen alit, hominibusque in diuersissimas regiones proficiscentibus loco vehiculi est. Cum Satyrus ignem primo sibi visum osculari vellet & amplecti, monet eum Prometheus.

Barbam caper tuam deflebis protinus:

Tangentem adurit ignis. — interim lumen præbet, & calorem, & vsus gnaris instrumentum est omnium artium. Inimicum etiam consideremus, an damnosus cæteroqui & intractabilis, quodam tamē modo ansam sui vtendi præbeat. Multæ sunt res parum gratæ, inuisæ, & aduersæ iis quibus obtingunt, vides tamen & morbis corporis nonnullos ad ocium vsos, & laboribus alios oblatis confirmasse atq; exercuisse corpora: nonnullis exilium & iactura pecuniæ viaticum fuere ad otium & philosophiam, vt Diogeni & Crateti. & Zeno cum nunciaretur nauim ipsius qua negociabatur fractam, Bene facis, inquit, fortuna, quæ nos intra palliolum cōpellis. Sicut enim animalium ea quæ validissimo sunt ventriculo & sanitate firmissima, serpētes ac scorpios vorant atq; concoquunt, quædam etiam lapidibus & testis aluntur vigore & calore spiritus alterantis cum contra languidi & morbosi vino & pane sumto nauseent. ita stulti amicitias etiam corrumpunt, prudētes etiam inimicitiis vti commode norunt. Primo omnium id quo inimicitiæ maxime nocent, cautis

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΥΠ' ΕΧΘΡΩΝ ὠφελοῖτο.

ΟΡῶ μὲν ὅτι τὸν πρᾳότατον, ὦ Κορνήλιε Πούλχερ, αἵρῃ πολιτείας τρόπον, ἐν ᾧ μάλιστα τοῖς κοινοῖς ὠφέλιμος ὤν, ἀλυπότατον ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσι παρέχεις σεαυτόν. ἐπεὶ δὲ χώραν μὲν ἄθηρον (ὥσπερ ἱστοροῦσι τὴν Κρήτην) εὑρεῖν ἐστι, πολιτεία δὲ μήτε φθόνον ἐνήνοχεν, μήτε ζῆλον ἢ φιλονεικίαν, ἔχθρας γονιμώτατα πάθη, μέχρι νῦν οὐ γέγονεν· ἀλλ' εἰ μηδὲν ἄλλο, ταῖς ἔχθραις αἱ φιλίαι συμπλέκουσιν ἡμᾶς· ὃ καὶ Χίλων ὁ σοφὸς νοήσας, τὸν εἰπόντα μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν ἠρώτησεν εἰ μηδὲ φίλον ἔχει· δοκεῖ μοι τά τε ἄλλα περὶ ἐχθρῶν τῷ πολιτικῷ διεσκέφθαι προσήκειν, καὶ τοῦ Ξενοφῶντος ἀκηκοέναι μὴ παρέργως, εἰπόντος ὅτι τοῦ νοῦν ἔχοντός ἐστι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. ἅπερ οὖν εἰς τοῦτο πρώην εἰπεῖν μοι παρέστη, συναγαγὼν ὁμοῦ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀπέσταλκά σοι, φεισάμενος ὡς ἐνῆν μάλιστα τῶν ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλμασι γεγραμμένων. ἐπεὶ κἀκεῖνο τὸ βιβλίον ὁρῶ σε πρόχειρον ἔχοντα πολλάκις

Ἐξήρκει τοῖς παλαιοῖς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἀλλοτρίων ζώων μὴ ἀδικεῖσθαι, καὶ τοῦτο τῶν πρὸς τὰ θηρία τέλος ἦν ἀγώνων ἐκείνοις· οἱ δ' ὕστερον ἤδη χρῆσθαι μαθόντες αὐτοῖς, καὶ ὠφελοῦνται σαρξὶ τρεφόμενοι, καὶ θριξὶν ἀμφιεννύμενοι, καὶ χολαῖς καὶ πιτύαις ἰατρευόμενοι, καὶ δέρμασιν ὁπλίζοντες αὐτούς. ὥστε ἄξιον εἶναι δεδιέναι μὴ τῶν θηρίων ἐπιλειπόντων τῷ ἀνθρώπῳ, θηριώδης ὁ βίος αὐτοῦ γένηται, καὶ ἄπορος καὶ ἀνήμερος. ἐπεὶ τοίνυν τοῖς μὲν ἄλλοις ἱκανόν ἐστι τὸ μὴ πάσχειν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κακῶς, τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας ὁ Ξενοφῶν καὶ ἀπὸ τῶν διαφερομένων ὠφελεῖσθαί φησιν, ἀπιστεῖν μὲν οὐ χρή, ζητεῖν δὲ μέθοδον καὶ τέχνην δι' ἧς τοῦτο περίεστι τὸ καλὸν οἷς χωρὶς ἐχθροῦ ζῆν ἀδύνατόν ἐστιν. οὐ δύναται πᾶν ἐξημερῶσαι δένδρον ὁ γεωργός, οὐδὲ πᾶν τιθασσεῦσαι θηρίον ὁ κυνηγός· ἐζήτησαν οὖν καὶ καθ' ἑτέρας χρείας, ὁ μὲν ἐκ τῶν ἀκάρπων, ὁ δ' ἀπὸ τῶν ἀγρίων ὠφελεῖσθαι. τῆς θαλάττης τὸ ὕδωρ ἄποτόν ἐστι καὶ πονηρόν. ἀλλ' ἰχθῦς τρέφει, καὶ πόμπιμόν ἐστι πάντη καὶ πορεύσιμον ὄχημα τοῖς κομιζομένοις. τοῦ δὲ σατύρου τὸ πῦρ, ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιβαλεῖν, ὁ Προμηθεύς, Τράγος γένειον ἆρα πενθήσεις σύ γε· καίει τὸν ἁψάμενον· ἀλλὰ φῶς παρέχει καὶ θερμότητα, καὶ τέχνης ἁπάσης ὄργανόν ἐστι τοῖς χρῆσθαι μαθοῦσι. σκόπει δὴ καὶ τὸν ἐχθρόν, εἰ βλαβερὸς ὢν τἆλλα καὶ δυσμεταχείριστος, ἁμωσγέπως ἀφὴν ἐνδίδωσί τινα αὑτοῦ καὶ χρῆσιν οἰκείαν, καὶ ὠφέλιμός ἐστι. καὶ τῶν πραγμάτων ἄφιλα πολλὰ καὶ ἀπεχθῆ καὶ ἀντίπαλα τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι καὶ νόσοις ἔνιοι σώματος εἰς ἀπραγμοσύνην ἐχρήσαντο, καὶ πόνοι πολλοῖς προσπεσόντες ἐρρώσαν καὶ ἤσκησαν· ἐνίοις δὲ καὶ πατρίδος στέρησιν, καὶ χρημάτων ἀποβολὴν, ἐφόδιον σχολῆς ἐποίησε καὶ φιλοσοφίας, ὡς Διογένης καὶ Κράτης. Ζήνων δὲ τῆς ναυκληρίας αὐτῷ συντριβείσης, πυθόμενος εἶπεν, Εὖ γε ὦ τύχη ποιεῖς, εἰς τὸν τρίβωνα συνελαύνουσα ἡμᾶς. ὥσπερ γὰρ τὰ ῥωμαλέα τοῖς στομάχοις καὶ ὑγιεινότατα τῶν ζώων, ὄφεις ἐσθίοντα καταπέττει καὶ σκορπίους, ἔστι δ' ἃ καὶ λίθοις καὶ ὀστράκοις τρέφεται, μεταβάλλουσι δὲ δι' εὐτονίαν καὶ θερμότητα πνεύματος· οἱ δὲ σικχοὶ καὶ νοσώδεις ἄρτον καὶ οἶνον προσφερόμενοι ναυτιῶσιν· οὕτως οἱ μὲν ἀνόητοι καὶ τὰς φιλίας διαφθείρουσιν, οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ ταῖς ἔχθραις ἐμμελῶς χρῆσθαι δύνανται. πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι τῆς ἔχθρας τὸ βλαβερώτατον, ὠφελιμώτατον ἂν γενέσθαι τοῖς προσ-

προσέχουσι τί; ὅτι ἐστὶν ὠφελιμώτατον ἐν τοῖς πράγμασιν. ἐγρηγορὼς ὁ ἐχθρὸς ἀεὶ, καὶ λαβὴν ζητῶν παντάχοθεν περιοδεύει τὸν βίον, οὐ διὰ δρυὸς μόνον ὁρῶν, ὡς ὁ Λυγκεὺς, οὐδὲ διὰ λίθων καὶ ὀστράκων, ἀλλὰ καὶ διὰ φίλου καὶ οἰκέτου καὶ διὰ συνήθους παντὸς, ὡς ἀνυστόν ἐστι, φωρῶν τὰ πραττόμενα καὶ τὰ βουλευόμενα διορύττων καὶ διερευνώμενος. οἱ μὲν γὰρ φίλοι καὶ νοσοῦντες ἡμᾶς πολλάκις καὶ ἀποθνήσκοντες λανθάνουσι, μελλόντων καὶ ὀλιγωρούντων. τῶν δ' ἐχθρῶν μόνον οὐχὶ καὶ τοὺς ὀνείρους πολυπραγμονοῦμεν. νόσοι δὲ καὶ δανεισμοὶ καὶ διαφοραὶ πρὸς γυναῖκας αὐτοὺς ἐκείνους μᾶλλον ἢ τὸν ἐχθρὸν λανθάνουσι. μάλιστα δὲ τῶν ἁμαρτιῶν ἔχεται, καὶ ταύτας ἐξιχνεύει, καὶ καθάπερ οἱ γῦπες ἐπὶ τὰς ὀσμὰς τῶν διεφθορότων σωμάτων φέρονται, τῶν δὲ καθαρῶν καὶ ὑγιαινόντων αἴσθησιν οὐκ ἔχουσιν, οὕτω τὰ νοσοῦντα τοῦ βίου καὶ φαῦλα καὶ πεπονθότα κινεῖ τὸν ἐχθρόν, καὶ πρὸς ταῦτα οἱ μισοῦντες ἀΐσσουσι, καὶ τούτων ἅπτονται καὶ σπαράττουσι. τοῦτ' οὖν ὠφέλιμόν ἐστι, πάνυ μὲν εὐλαβούμενον ζῆν καὶ προσέχοντα αὐτῷ, καὶ μήτι πράττειν μηδὲ λέγειν ὀλιγώρως καὶ ἀπερισκέπτως, ἀλλ' ἀεὶ διαφυλάττειν ὥσπερ ἐν ἀκριβεῖ διαίτῃ τὸν βίον ἀνεπίληπτον. ἡ γὰρ οὕτω συστέλλουσα τὰ πάθη καὶ συνέχουσα τὸν λογισμὸν εὐλάβεια, μελέτην ἐμποιεῖ καὶ προαίρεσιν τοῦ ζῆν ἐπιεικῶς καὶ ἀνεγκλήτως. καθάπερ γὰρ αἱ πολέμοις ἀστυγειτόνων καὶ στρατείαις ἐνδελεχέσι σωφρονιζόμεναι πόλεις εὐνομίαν καὶ πολιτείαν ὑγιαίνουσαν ἠγάπησαν, οὕτως οἱ δι' ἔχθρας τινὰς ἀναγκασθέντες ἐπινήφειν τῷ βίῳ, καὶ φυλάττεσθαι τὸ ῥᾳθυμεῖν καὶ καταφρονεῖν, καὶ μετ' εὐχρηστίας ἕκαστα πράττειν, λανθάνουσιν εἰς τὸ ἀναμάρτητον ὑπὸ τῆς συνηθείας ἀγόμενοι, καὶ κατακοσμούμενοι τὸν τρόπον, κἂν μικρὸν ὁ λόγος συνεπιλαμβάνηται. τοῖς γὰρ,

Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες,

εἰς ἀεὶ πρόχειρον, ἐπιστρέφει καὶ διατρέπει καὶ ἀφίστησι τῶν τοιούτων ἐφ' οἷς οἱ ἐχθροὶ χαίρουσι καὶ καταγελῶσι. καὶ μὴν τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ὁρῶμεν ἐκλελυμένους καὶ ἀποτεθυμημένους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς πολλάκις ἀγωνιζομένους ἐν τοῖς θεάτροις ἐφ' ἑαυτῶν· ὅταν δ' ἅμιλλα καὶ ἀγὼν γένηται πρὸς ἑτέρους, οὐ μόνον αὐτοὺς ἀλλὰ καὶ τὰ ὄργανα μᾶλλον συνεπιστρέφουσι χορδολογοῦντες καὶ ἀκριβέστερον ἁρμοζόμενοι καὶ καταυλοῦντες. ὅστις οὖν οἶδεν ἀνταγωνιστὴν βίου καὶ δόξης τὸν ἐχθρὸν ὄντα, προσέχει μᾶλλον αὐτῷ, καὶ τὰ πράγματα περισκοπεῖ, καὶ διαρμόζεται τὸν βίον. ἐπεὶ καὶ τοῦτο τῆς κακίας ἴδιόν ἐστι, τὸ τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς φίλους ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνομεν. ὅθεν ὁ Νασικᾶς οἰομένων τινῶν καὶ λεγόντων ἐν ἀσφαλεῖ γεγονέναι τὰ Ῥωμαίων πράγματα, Καρχηδονίων μὲν ἀνῃρημένων, Ἀχαιῶν δ' ἐξηνδραποδισμένων, Νῦν μὲν οὖν (εἶπεν) ἐπισφαλῶς ἔχομεν, μήτε οὓς φοβηθῶμεν μήτε οὓς αἰσχυνθῶμεν ἑαυτοῖς ἀπολελοιπότες. ἔτι τοίνυν πρόσλαβε τὴν Διογένους ἀπόφασιν, φιλόσοφον σφόδρα καὶ πολιτικὴν οὖσαν· Πῶς ἀμυνοῦμαι τὸν ἐχθρόν; αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. ἵππους ἐχθρῶν ὁρῶντες εὐδοκιμοῦντας, καὶ κύνας ἐπαινουμένους, ἀνιῶνται, ἂν χωρίον ἐκπεπονημένον ἴδωσιν, ἂν εὐθαλοῦντα κῆπον, ἐπιστένουσι. τί οὖν οἴει, σεαυτὸν ἐπιδεικνύμενος ἄνδρα δίκαιον, ἀρτίφρονα, χρηστὸν, ἐν λόγοις εὐδόκιμον, ἐν πράξεσι καθαρὸν, ἐν διαίτῃ κόσμιον,

Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενον,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα;

Νικώμενοι (φησὶ Πίνδαρος) ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ πάντες, ἀλλ' ὅσοι νικωμένους αὐτοὺς ὁρῶσιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιμελείᾳ, χρηστότητι, μεγαλοφροσύνῃ, φιλανθρωπίᾳ, εὐεργεσίαις. ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ὡς ὁ Δημοσθένης φησὶν, ἐμφράττει τὸ στόμα,

videtur mihi fieri commodissimum. Quid nam illud est, inquies? Inimicus perpetuo vigilans res tuas infensius obseruat, circuitque vitam tuam, vndiquaq; ansam nocendi captans, neque tantum per quercum visu vt Lynceus penetrat, aut per lapides vel testas, sed & per amicos famulos, familiares quoscuq; quid rei geras pro virili explorans, & quid consilij capias per cuniculos inquirens ac perscrutans. Nam sæpe nobis non obseruantibus ob cunctationem & negligentiam ægrotant atque adeo moriuntur amici. Inimicorum tantum non etiam somnia curiositate nostra perquirimus. morbus quidem, æs alienum, dissidium cum vxore tuum facilius teipsum, quam inimicum fefellerit. Maxime autem peccatis inhæret inimicus, eaque inuestigat. & sicut vultures ad odorem corruptorum putredine cadauerum feruntur, puta & sana non sentientes, ita inimicum vitia vitæ malæque affectiones mouent, ad hæc assiliunt maleuoli, eaque arripiunt & laniant. Vt le igitur est, vt vsquequaque cautus tibique attentus viuas, & neque vel dicas vel agas quicquam temere aut inconsiderate, sed vitam tanquam in exacta victus ratione conserues omnis reprehensionis securam. hæc enim cautio sic reprimens animi motus, rationemque in officio cohibens, studium ingenerat atque institutum recte inculpateq. viuendi. Ac quemadmodu continentib. vicinorū bellis atq; expeditionib. ciuitates edoctæ bonas leges reipublicæque sanam formam seruare volunt: ita qui ob inimicitias coacti sunt sobrie viuere, & à negligentia sua incuriaque cauere, nihilq; nisi subductis vtilitatis rationib. agere, eos consuetudo etiam non sentientes ad vitæ rationem errorum vacuam adducit, moresq; cōponit & ornat, vel paululum adiuuante doctrina. Quibus enim in promtu est illud semper,

Proh, quam gauderet Priamus, Priamoque creati:

eos id monet, dehortaturq; & deducit ab iis agendis, quæ inimicis materiam gaudendi deridendique essent præbitura. Equidem histriones atque cantores scenicos videmus sæpenumero in theatris pro sese remisse ac nulla cū alacritate aut solertia agere: aūt concertatione aduersus alios, nō seipsos modo, sed & instrumenta sua maiore cum diligētia ad certamen aptare, fides explorare, accuratiusq; concentū instruere & tibijs canere. Ita & qui aduersariū sibi vitæ existimationisq; suæ paratum nouit esse inimicum, attentius seipsum obseruabit, res suas circumspiciet, vitamq; suam constituet. Nā & hoc vitij proprium est, quod cū peccamus, inimicos magis reuereamur quam amicos. Itaq; Nasica nonnullis putantib. atq; affirmantib. rem Romanam in tuto esse statu collocatā, deletis Carthaginensib. & in seruitutē redactis Achæis: nunc vero, dixit, periculose res nostræ se habent, qui neq; quos metuamus, neq; quos reuereamur, nobis reliquos fecimus. Adde his Diogenis effatum, oppido philosophicū & ciuile. interrogante quidam, Quo pacto vlciscar inimicum? respondit, si ipse probus honestusque fias. Cum vidēt inimicorū equos præclare se gerere, aut laudari canes, molestia affici solent homines. si agrum probe excultū cernunt inimici, aut bene florētem hortū, ingemiscūt. Quid cēses futurū, si te exhibeas spectādu iis hominē iustū, prudentem, frugi, in dicēdo laudabilē, in agendo purum, in victus ratione mondū,

Sulcum profundum habentem in pectore consitum
Tuo veneranda consilia vnde pullulent?

Ait Pindarus homines victos linguam ita ligatam habere, vt mutire non audeant. Non simpliciter hoc, neque de omnibus verum est, sed de his, qui superatos se vident ab inimicis industria, bonitate, magnanimitate, humanitate, beneficiis. hæc, vt ait Demosthenes, linguam auertunt, os obthurant,

thurant, spiritum intercludunt, silentium imponunt.

Tute malis meliorem presta. nam licet.

Vis inimico vt ægre sit facere? noli ei exprobrare lasciuiam, mollitiem, intemperantiam, illiberalitatem: ipse fortis esto, castus, verax, humanusq; te & æquum iis cum quibus tibi res est præbe. Quod si ad maledicendum prouehere, cura vt quam longissime absis ab iis, quæ alteri obiicis. excute animum tuum, vide vbi sis mendosus: ne tuum tibi vitium occinat illud tragœdi.

Alios medetur, ipse vlceribus scatens.

Si illiteratum dicis, studium discendi tuum laboremq; intende: si timidum, excita fortitudinem tuam. Si lasciuum, dele ex animo si quod restat adhuc delitescens libidinis vestigium. Nihil enim turpius est aut molestius maledicto in autorem recidente. sed sicut refractum lumen magis lædit imbecillos oculos, ita & maledicta grauius offendunt, ab ipsa veritate in maledicentem retorta. Sicut enim Cæcias nubes, ita vitiosa vita opprobria ad se trahit. Plato sane quoties interfuisset hominibus contra decorum agentibus, digressus seipsum solebat ita alloqui; Numnam ipse quoq; fortassis tali vitio laboro? Et qui vituperauit alterius vitam, si suam statim examinet atque emendet, in diuersam partem dirigens atq; auertens, aliquid ex conuiciando habebit vtilitatis: cum res ea alioquin inutilis ac vana & videatur & sit. Vulgo rident, si quis caluus aut gibbosus ipse, aliis ea vitia exprobret. In vniuersum vero ridiculum est iacere conuitium in alium, cum vicissim tibi conuicium ab eo reponi possit. Quale est quod Leo Byzantius gibboso cuidam oculorum ipsi imbecillitatem exprobranti respondit: Humanum mihi infortunium vitio vertis, ipse in dorso Nemesin gestans. Non itaq; adulterium obiice alteri, ipse insano puerorum amore flagrans, neq; prodigalitatem, sordidus ipse. Alcmæon Adrastum hoc maledicto incessit,

Tibi quæ maritum interfecit suum est soror.

Quid Adrastus? non alienum sed proprium ei reposuit opprobrium,

Matrem necasti tu manu tua tuam.

Et Domitius Crasso: nonne tu ob mortem murenæ quæ in viuario tuo alebatur plorasti? vicissim Crassus: nonne tu absq; vlla lacryma tres tuas vxores extulisti? Enimuero non ingeniosus sit aut vocalis aut proteruus oportet qui infligere alteri maledictum vult, sed inculpatus. videtur enim deus nulli ita serio mandasse vt seipsum noscat, atque conuicium alteri facturo. ne vbi dixit quæ voluit, quæ non vult audiat. Solet enim his euenire illud Sophocleum:

—lingua abusus futili,
Inuitus audit, qui volens dixit male.

Hoc itaque commodi inest in maledicendo aliis: Sed non minus vtilitatis est in maledictis inimicorum audiendis. Vnde ab Anthistene dictum est recte, cum qui saluus esse debeat, opus habere vel probis amicis, vel inimicis vehementissimis. quod illi admonendo peccantes, hi criminando a vitiis auertant. Sed quoniam nostra ætate ad liberas reprehensiones voce valde exili est prædita amicitia, loquax in adulando, muta in castigando; audienda est nobis ex inimicis veritas. Sicut enim Telephus domestico destitutus remedio, vulnus hostili hastæ sanandum præbuit: ita quos defecit beneuolus castigator, iij vt inimici sermonem audiant necesse est, reprehendentis, & punientis culpam: non animum maledicentis, sed rem ipsam considerantes. Iasonem Thessalum qui volebat interficere, gladio vomicam eius aperuit, eaque rupta salutem homini attulit. sic sæpe conuicium ab irato

aut

ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ. σὺ τοι διάφερε τῶν κακῶν. ἕξει γάρ. εἰ θέλεις ἀνιᾶν τὸν μισοῦντα, μὴ λοιδόρει κίναιδον μηδὲ μαλακὸν μηδ' ἀκόλαστον μηδὲ βωμολόχον, μηδ' ἀνελεύθερον· ἀλλ' αὐτὸς ἀνὴρ ἴσθι, καὶ σωφρόνει, καὶ ἀλήθευε, καὶ χρῶ φιλανθρώπως καὶ δικαίως τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ἂν δὲ λοιδορῆσαι προαχθῇς, ἄπαγε πορρωτάτω σεαυτὸν ὧν λοιδορεῖς ἐκεῖνον· ἐνδύου τῇ ψυχῇ, περισκόπει τὰ σαθρά, μή πού τις ὑποφθέγξηται κακία τὸ τοῦ τραγῳδοῦ,

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃς, ἐπίτεινε τὸ φιλομαθὲς ἐν σεαυτῷ καὶ φιλόπονον. ἂν δειλὸν, ἔγειρε μᾶλλον τὸ θαρραλέον καὶ ἀνδρῶδες. κἂν ἀσελγῆ τε καὶ ἀκόλαστον, ἐξάλειφε τῆς ψυχῆς εἴ τι λανθάνον ἐστὶ φιληδονίας ἴχνος. οὐ γὰρ αἴσχιόν ἐστι βλασφημίας παλινδρομούσης, οὐδὲ λυπηρότερον· ἀλλ' ἔοικε καὶ τὸ τοῦ φωτὸς ἀνακλώμενον μᾶλλον ἐνοχλεῖν τὰς ἀσθενεῖς ὁράσεις, καὶ τῶν ψόγων οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι τοὺς ψέγοντας ὑπὸ τῆς ἀληθείας. ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας. ὁ μὲν οὖν Πλάτων, ὁσάκις ἀσχημονοῦσιν ἀνθρώποις παραγένοιτο, πρὸς αὑτὸν ἀπιὼν εἰώθει λέγειν, Μή που ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; ὁ δὲ λοιδορήσας τὸν ἑτέρου βίον, ἂν εὐθὺς ἐπισκοπῇ τὸν ἑαυτοῦ καὶ μεθαρμόττῃ, πρὸς τοὐναντίον ἀπευθύνων καὶ ἀποστρέφων, ἕξει τι χρήσιμον ἐκ τοῦ λοιδορεῖν, ἄλλως ἀχρήστου καὶ κενοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ γελῶσιν, ἄν τις ὢν φαλακρὸς ἢ κυρτὸς ἑτέρους εἰς ταῦτα λοιδορῇ καὶ σκώπτῃ. γελοῖον δ' ὅλως ἐστὶ τὸ λοιδορεῖν καὶ σκώπτειν ὁτιοῦν ἀντιλοιδορηθῆναι δυνάμενον. ὡς Λέων ὁ Βυζάντιος ὑπὸ κυρτοῦ λοιδορηθεὶς εἰς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν, Ἀνθρώπινον, ἔφη, πάθος ὀνειδίζεις, ἐπὶ τοῦ νώτου φέρων τὴν νέμεσιν. οὐκοῦν μηδὲ μοιχὸν λοιδορήσῃς, αὐτὸς ὢν παιδομανής· μηδ' ἄσωτον, αὐτὸς ὢν ἀνελεύθερος.

Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς, τὸν Ἄδραστον ὁ Ἀλκμαίων. τί οὖν ἐκεῖνος; οὐκ ἀλλότριον ἀλλ' ἴδιον ἑαυτῷ προσφέρων ὄνειδος,

Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς ἥ σ' ἐγείνατο.

πρὸς τὸν Κράσσον ὁ Δομίτιος, Οὐ σὺ μυραίνης ἐν ζωγρείῳ σοι τρεφομένης, εἶτα ἀποθανούσης, ἔκλαυσας; καὶ ὁ ἕτερος, Οὐ σὺ τρεῖς γυναῖκας ἐκκομίσας οὐκ ἐδάκρυσας; οὐκ εὐφυᾶ δεῖ τὸν λοιδορησόμενον εἶναι καὶ μεγαλόφωνον καὶ ἰταμόν, ἀλλ' ἀλοιδόρητον καὶ ἀνέγκλητον. οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἔοικε προστάττειν ὁ θεὸς, ὡς τῷ μέλλοντι ψέγειν ἕτερον, τὸ Γνῶθι σαυτόν, ἵνα μὴ λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούωσιν ἃ μὴ θέλουσι. φιλεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

—γλῶτταν ἐκχέας μάτην,
Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴπῃ λόγους.

τοῦτο μὲν οὖν ἔνεστι τῷ λοιδορεῖν τὸν ἐχθρὸν ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον· οὐκ ἔλαττον δ' ἕτερον, τὸ λοιδορεῖσθαι καὶ κακῶς ἀκούειν αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. ὅθεν ὀρθῶς ὁ Ἀντισθένης εἶπεν, ὅτι τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι ἢ φίλων δεῖ γνησίων ἢ διαπύρων ἐχθρῶν· οἱ μὲν γὰρ νουθετοῦντες τοὺς ἁμαρτάνοντας, οἱ δὲ λοιδοροῦντες ἀποτρέπουσιν. ἐπεὶ δ' ἡ φιλία τανῦν ἰσχνόφωνος γέγονεν ἐν τῷ παρρησιάζεσθαι, καὶ τὸ κολακεῦον αὐτῆς λάλον ἐστί, τὸ δὲ νουθετοῦν ἄναυδον· ἀκουστέον ἐστὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν τὴν ἀλήθειαν. ὡς γὰρ ὁ Τήλεφος οἰκείου μὴ τυγχάνων ἰατροῦ, τῷ πολεμικῷ δόρατι τὸ ἕλκος ὑπέθηκεν, οὕτως τοὺς ἀπορουμένους εὐνοίας νουθετούσης, ὑπομένειν ἀνάγκη μισοῦντος ἐχθροῦ λόγον, ἂν ἐλέγχῃ καὶ κολάζῃ τὴν κακίαν, σκοποῦντας τὸ ἔργον, ἀλλὰ μὴ τὴν γνώμην τοῦ κακῶς λέγοντος. ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν Θεσσαλὸν Προμηθέα κτεῖναι διανοηθεὶς, ἔπαισε τῷ ξίφει τὸ φῦμα, καὶ διεῖλεν οὕτως ὥστε σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ φύματος ῥαγέντος· οὕτω πολλάκις

ὑπὸ

ὑπ' ὀργῆς ἢ ἔχθρας προσπεσοῦσα λοιδορία κακὸν ψυχῆς ἀγνοούμενον ἢ ἀμελούμενον ἐθεράπευσεν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ λοιδορηθέντες, οὐ σκοποῦσιν εἰ πρόσεστιν αὐτοῖς τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ τί πρόσεστιν ἕτερον τῷ λοιδοροῦντι, καὶ καθάπερ οἱ παλαίοντες τὴν κόνιν οὐχ ἑαυτῶν ἀποψῶσι τὰς λοιδορίας, ἀλλὰ συμπάσσουσιν ἀλλήλους, εἶτα φύρονται καὶ ἀναχρώννυνται συμπεσόντες ὑπ' ἀλλήλων. δεῖ δὲ ἀκούσαντα κακῶς ὑπ' ἐχθροῦ, τὸ μὲν προσὸν ἀφαιρεῖν αὑτοῦ μᾶλλον ἢ κηλῖδα περὶ τοῦ σου ἱματίου καὶ δειχθεῖσαν· ἂν δέ τις λέγῃ τὰ μὴ προσόντα, ὅμως ζητεῖν αἰτίαν ἀφ' ἧς ἡ βλασφημία γέγονε, καὶ φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι μή τι λανθάνωμεν ἢ σύνεγγυς ἢ ὅμοιον τῷ λεγομένῳ παραμαρτάνοντες· οἷον Λακύδην τὸν Ἀργείων βασιλέα, κόμης τινὲς διάθεσις καὶ βάδισμα τρυφερώτερον εἰς μαλακίαν διέβαλε· καὶ Πομπήϊον, τὸ ἑνὶ κνᾶσθαι δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν, πορρωτάτω θηλύτητος καὶ ἀκολασίας ὄντα. Κράσσος δὲ τῶν ἱερῶν μιᾷ παρθένων αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν, χωρίον τι καλὸν ὠνήσασθαι παρ' αὐτῆς βουλόμενος, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἐντυγχάνων ἰδίᾳ καὶ θεραπεύων. Ποστουμίαν δὲ τὸ γελᾶν προχειρότερον, καὶ λαλιᾷ χρῆσθαι θρασυτέρᾳ πρὸς ἄνδρας, διέβαλεν, ὥστε κριθῆναι φθορᾶς. ηὑρέθη μὲν οὖν καθαρὰ τῆς αἰτίας· ἀπολύσας δ' αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς Σπόριος Μινούκιος, ὑπέμνησε μὴ χρῆσθαι λόγοις ἀσεμνοτέροις τοῦ βίου. Θεμιστοκλῆ δὲ Παυσανίας μηδὲν ἀδικοῦντι προσετρίψατο τὴν ὑποψίαν τῆς προδοσίας, διὰ τὸ χρῆσθαι φίλῳ καὶ γράφειν συνεχῶς καὶ πέμπειν πρὸς αὐτόν. ὅταν οὖν λεχθῇ τι μὴ ἀληθὲς, οὐχ ὅτι ψευδές ἐστι δεῖ καταφρονεῖν καὶ ἀμελεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν τί τῶν ὑπὸ σοῦ λεγομένων ἢ πραττομένων, ἢ σπουδαζομένων, ἢ συνόντων, ὁμοιότητα τῇ διαβολῇ παρέσχηκε, καὶ τοῦτο διευλαβεῖσθαι καὶ φεύγειν. εἰ γὰρ ἕτεροι πράγμασιν ἀβουλήτοις περιπεσόντες διδάσκονται τὸ χρήσιμον, (ὥσπερ ἡ Μερόπη φησὶν, —αἱ τύχαι δέ με Μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα, Σοφὴν ἔθηκαν) τί κωλύει διδάσκαλον ἄμισθον λαβόντα, τὸν ἐχθρὸν, ὠφεληθῆναι καὶ μαθεῖν τι τῶν λανθανόντων; πολλὰ γὰρ ὁ ἐχθρὸς μᾶλλον αἰσθάνεται τοῦ φίλου· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον ὡς ὁ Πλάτων φησί. τῷ δὲ μισεῖν μετὰ τοῦ πολυπραγμονεῖν καὶ τὸ λαλεῖν ἔνεστιν. ὁ Ἱέρων ὑπό τινος τῶν ἐχθρῶν εἰς τὴν δυσωδίαν ἐλοιδορήθη τοῦ στόματος· ἐλθὼν οὖν οἴκαδε πρὸς τὴν γυναῖκα, Τί λέγεις; (εἶπεν) οὐδὲ σύ μοι τοῦτ' ἔφρασας; ἡ δ', οὖσα σώφρων καὶ ἄκακος, Ὤιμην (εἶπεν) ὅτι τοιοῦτο πάντες ὄζουσιν οἱ ἄνδρες. οὕτω καὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ καταφανῆ πᾶσι παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαθεῖν πρότερόν ἐστιν ἢ τῶν φίλων καὶ συνήθων. ἄνευ δὲ τούτου, τῆς περὶ γλῶτταν ἐγκρατείας, οὐ μικρὸν ἀρετῆς μέρος οὔσης, ὑπήκοον ἀεὶ τῷ λογισμῷ καὶ πειθήνιον ἔχειν οὐκ ἔστιν, ἂν μή τις ἀσκήσει καὶ μελέτῃ καὶ φιλοπονίᾳ τὰ κάκιστα τῶν παθῶν, οἷόν ἐστιν ἡ ὀργὴ, κατεργάσηται. ἡ γὰρ ἀκουσίως ἐκπίπτουσα φωνὴ καὶ τὸ, —ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, καὶ τὸ ἐξίπτασθαι ἔνια τῶν ῥημάτων αὐτόματα, τοῖς ἀνασκήτοις μάλιστα θυμοῖς, οἷον ὀλισθαίνουσι καὶ διαρρέουσιν, ἐπιγίγνεται δι' ἀσθένειαν θυμοῦ, δι' ἀκρατῆ γνώμην, διαίτῃ θρασείᾳ. λόγου δὲ, κουφοτάτου πράγματος, βαρυτάτη ζημία (κατὰ τὸν θεῖον Πλάτωνα) καὶ παρὰ θεῶν ἕπεται καὶ παρὰ ἀνθρώπων. ἡ δὲ σιγὴ, πανταχοῦ μὲν ἀνυπεύθυνος, οὐ μόνον ἄδιψος, (ὥς φησιν Ἱπποκράτης) ἐν δὲ λοιδορίαις σεμνὸν καὶ Σωκρατικὸν, μᾶλλον δὲ Ἡράκλειον, εἴγε κἀκεῖνος

Οὐδ' ὅσον μυῖαν συγερῶν ἐμπάζετο μύθων.

οὔτι

aot inimico nobis inflictum animi morbum latentem neglectumve sanauit. Sed pleriq; maledictis impetiti non considerant an vere illis aliquid obiectatur, quid sit in maledicente despiciunt: & instar athletarum puluerem conuiciorum sibi ipsis non detergent, sed eodem alios conspergunt atq; opplent, atq; ita cum his luctantur seq; mutuo deiiciunt. Eoimuero ab inimico crimine aliquo notatus, si id verum sit, maiore studio id expurgare debes, quam vestis aliquam commonstratam maculam. Si falsum, tamen quęrenda est causa quę criminationi occasiooem dedit: cauendumq; & verendum, ne imprudentes tale aliquid aut simile eius quod obiectum fuit committamus. Verbi gratia, Lacydem Argiuorum regem comæ quædam dispositio, & incessus delicatoor, calumniæ mollioei obnoxium reddidit: vt & Pompeium, hominem à mulierositate & libidine remotissimũ, quod vno digito caput scaberet. Crassus insimulatus est incestæ cum Vestali quadam virgine consuetudinis, quod cum ab ea emere prædiũ quoddam pulcrum cuperet, sæpius eam demerendi gratia conueniret. Postumia quod promtious rideret, & cum viris liberius colloqueretur, in suspicionem non seruatæ pudicitiæ venit, ita quidem vt etiam causam in judicio cogeretur dicere. & insontem criminis compertam Sp. Minucius pontifex maximus cum absolueret, monuit ne verbis vitę castimoniam non æquantibus vteretur. Themistoclem etiam innoxium, amicitiæ cum Pausania vsus & missi crebro nuncii ac litteræ, In suspicionem prodiuonis vocauerunt. Ergo cum aliquid obiicitur falsum, non idideo quia verum non est, contemni debet aut negligi: sed circumspiciendum, quodnam tuum dictũ aut factum aot propositum, vel quis eorum qui tecum sunt ansam similitudine huic calomnię dederit, idq; studiose cauendum, porro & fugiendum. Si enim alii rebus circumueoo insperatis atq; tristibus, discunt quid sit vtile, quomodo Merope ait:

—me vero fortuna vices,
Carissimus meorum mercedis loco
Erudiere ademtis:

quid impedit, quo minus gratis docentem magistrũ admitteotes inimicum, vtilitatem capiamus, & aliquid eorum, quæ nos latebant discam⁹? multa enim inimicus amico facilius sentit, cum amator, vt Plato ait, cœcutiat in amata re. Odio præter curiositatem etiam loquacitas adest. Hiero, cum ei quidam inimicus oris fœtorem exprobrasset, domum se ad vxorem recipiens. Quid hoc, inquit, rei est, cur tu mihi hoc non indicauisti? illa vero, vt erat pudica & simplex, existimabam, ait, omnes viros sic olere, adeo, & quæ in sensus incurrunt, & ad corpus pertinent, & omnium conspectui sunt exposita, prius ex inimicis, quam ex amicis aut familiaribus cognoscimus. Iam linguæ continentiam, quæ pars est virtutis noo exigua obtemperantem rectę rationi semper habere oon potest, nisi qui exercitatione accuratione, laborisque contentione pessimos affectus, qualis est ira, edomuerit. Voces enim quæ inuitis excidunt de quibus illud dici potest,

Erupit claustra vallati dentibus oris,

& quod nonnulla verba euolant fortuito, maxime vbi animi excandescentia exercitatione non subacta quasi labimur & diffluimus: hæc inquam proficiscũtur ab impotentia animi iram regere ignari, propter ruditatem judicii, & vitæ raoonẽ ferociorẽ. Cæterũ oratiooni, leuissimæ rei, grauissima (vt est apud D. Platonẽ) & apud deos; & apud homines pœna est proposita. Silentiũ vbiq; est impune; neq; tantum, quod ait Hippocrates, contra sitim valet, maxime autem adestq; Socraticum quippiam, aut potius Herculeum.

Non quantum vel musca, animum aduertit maledictis.

Neq;

hibitũ vbi maledictis impetimur, grauitatem habet Siquidem Hercules etiam,

Neq; hoc sane grauius & pulcrius est quiescere inimico criminante, & maledictum

Velut obstreperum scopulum præternatare:

sed exercitatio potior est. Condocefactus enim taciturus ferre conuicia inimici, facile etiam feres incitationem vxoris maledicentis, neque perturbaberis amici aut fratris acerbioribus vocibus. & patrē quoque aut matrem iacientem vel verbera ingerentem sine ira sustinebis. Etenim Socrates Xantippam ferebat, iracundam morosamq; mulierem, quod facilius cum aliis se versaturum putabat, si istam sufferre adsuevisset. Multo autem præstat inimicorum & alienorum dicteria ac conuicia, iras, & obscenas insectationes exercitatione præparatum posse animo quieto & æquo tolerare. Atq; hoc modo licet in inimicitiis mansuetudinē & malorū tolerantiā demonstrare. Simplicitati & magnanimitati atque bonitati plus loci hic est, quam in amicitiis. non enim tam pulcrum est, bene amicu facere, quam turpe non facere id, cum necessitas eius requirit. Cæterum oblata occasione vlciscendi inimicum, eum missum facere, æquanimitatis est. qui vero & miseratur inimicū afflictum, & opem fert indigenti, & filiis eius ac familiæ aduerso ipsorum tempore operam suam studiumq; defert: hunc qui non amat ob animi humanitatem, neq ob probitatem laudat,

Huic pectus atrum est, atq; adamantinum,

E ficta ferro viscera vel rigent.

Cæsari cum statuas Pompei deiectas erigi iussisset, Cicero dixit, Pompei statuis restituendis tuas defixisti. Itaque ne laudationi quidem parcendum est inimici, merito suo eam reportantis. hoc enim laudanti maiorem conciliat quam laudato laudem: & cum alio tempore vituperat, creditur non odio hominis id facere, sed quia factum eius improbet. &, quod pulcerrimum est atq; vtilissimum, longissime abducitur ab inuidendo amicis res secundas aut familiaribus gloriam rei bene gestæ, qui vsu didicit etiam inimicos laudare, neq; morderi eorum successibus, aut inuidere iis prosperitatem. Et vero quænam alia exercitatio maiorem conferat animis nostris vtilitatem, aut affectionem meliorem, quam quæ ex eo inuidentiam æmulationemq; malignam aufert? vt enim in ciuitate multa necessaria quidē ea, sed tamen mala, vbi consuetudine recepta vim legis adipiscuntur, non facile possunt aboleri, quamuis damnosa sint: ita inimicitia cum odio introducit inuidiam, obtrectationem, lætitiam de aduersis inimici rebus, acceptarum iniuriarum memoriam, eaque in animo relinquit. accedunt fraudes, imposturæ, & insidiæ, quod hæc putamus aduersus inimicos neq; male neq; iniuste adhiberi: manentq; & alte radices agunt. quę nisi vsurpare aduersus inimicos caueam°, victi consuetudine postmodo etiam ad amicos transferimus. Quod si recte Pythagoras in brutis animalibus adsuefecit suos ad vitandam crudelitatem & iniurias, ideoq; & aucupes improbauit, & piscium redemtis capturis, dimitti eos iussit, omnisq; non feri animalis cæde interdixit: multo profecto honestius est in dissensionibus & contentionibus cum hominibus aliis inimicos nos esse ingenuos, iustus, & veraces, affectusq; prauos & degeneres ac maleficos compescere. vt in consuetudine cum amicis animus plane sedatus omni abstineat maleficio. Exercebat cum Domitio inimicitias Scaurus, eiq; actionem iudiciariam intentauerat. ante diem iudicio dictum seruus Domitii ad Scaurum venit, indicaturus corū aliquid quæ ad eam actionem pertinerēt, Scaurumque laterent. sed Scaurus indicium non admisit, hominemque correptum, ad dominum remisit. Cato Murenæ diem dixerat ambitus, & argumenta quibus reum peragere criminis posset cōquirebat. cum seque-

οὔτι μὴν τοῦτο σεμνότερον καὶ κάλλιόν ἐστι τοῦ λοιδοροῦντος ἐχθροῦ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, λισσάδα πέτρην φιλοκέρτομον ὡς παρανηχόμενος· ἀλλὰ μείζων ἡ ἄσκησις. ἂν ἐχθρὸν ἐθισθῇς λοιδοροῦντα φέρειν σιωπῇ, πάνυ ῥᾳδίως οἴσεις γυναικὸς ἐμμελῶς κακῶς λεγούσης, καὶ φίλου φωνὰς, καὶ ἀδελφοῦ πικροτάτας ἀκούων, ὑπομενεῖς ἀθορύβως· πατρὶ δὲ καὶ μητρὶ τυπτόμενος καὶ βαλλόμενος παρέξεις ἄθυμον καὶ ἀμελέτητον σαυτόν. ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην θυμοειδῆ οὖσαν καὶ χαλεπὴν, ὡς ῥᾳδίως συνεσόμενος ἑτέροις, ἂν ἐκείνην ὑπομένειν ἐθισθῇ. πολὺ δὲ βέλτιον, ἐχθρῶν καὶ ἀλλοτρίων ἐγγυμνασάμενον σκώμμασι καὶ λοιδορίαις καὶ ὀργαῖς καὶ βδελυρίαις ἐθίσαι τὸν θυμὸν ἡσυχίαν ἄγειν, μηδὲ ἀσχαλλᾶν ἐν τῷ λοιδορεῖσθαι. πρᾳότητα μὲν οὖν καὶ ἀνεξικακίαν οὕτως ἐστὶν ἐνεπιδείξασθαι ταῖς ἔχθραις, ἁπλότητα δὲ καὶ μεγαλοφροσύνην καὶ χρηστότητα μᾶλλον ἐν ταῖς φιλίαις. φίλον μὲν γὰρ οὐχ οὕτω τὸ εὖ ποιεῖν καλὸν, ὡς αἰσχρὸν τὸ μὴ ποιεῖν δεόμενον. ἐχθροῦ δὲ καὶ τὸ τιμωρίαν παραλιπεῖν ἐν καιρῷ παρασχόντος, ἐπιεικές ἐστι. τὸν δὲ καὶ πταίσαντι συμπαθήσαντα, καὶ δεηθέντι συλλαβόμενον καὶ παισὶν ἐχθροῦ καὶ οἰκείοις πράγμασιν ἐν χρείᾳ γινομένοις, σπουδήν τινα καὶ προθυμίαν ἐνδεξάμενον, ὅστις οὐκ ἀγαπᾷ τῆς εὐμενείας, οὐδὲ ἐπαινεῖ τὴν χρηστότητα, κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν. τῷ Καίσαρι κελεύσαντι τὰς Πομπηΐου τιμὰς ἀνασταθῆναι καταβεβλημένας, ὁ Κικέρων, τὰς Πομπηΐου (φησὶν) ἀνδριάντας ἔστησας, τοὺς δὲ σοὺς ἔπηξας. ὅθεν οὐδὲ ἐπαίνου φειστέον οὐδὲ τιμῆς περὶ ἀνδρὸς ἐχθροῦ, δικαίως εὐδοκιμοῦντος. ἔπαινον τε γὰρ φέρει μείζονα τοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ πίστιν ἔχει πάλιν ἐγκαλῶν, ὡς οὐ τὸν ἄνδρα μισῶν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν ἀποδοκιμάζων. τὸ δὲ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον, ἀπωτάτω καθίσταται τοῦ φθονεῖν καὶ φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ κατορθοῦσιν οἰκείοις, ὁ τοὺς ἐχθροὺς ἐθισθεὶς ἐπαινεῖν, καὶ μὴ δάκνεσθαι μηδὲ βασκαίνειν εὖ πραττόντων. καίτοι τίς ἄσκησις ἑτέρα μείζονα ὠφέλειαν ἐνεργάζεται ταῖς ψυχαῖς, ἢ διάθεσιν κρείττονα, τῆς ἀφαιρούσης τὸ δύσζηλον ἡμῶν καὶ φιλόφθονον; ὥσπερ γὰρ ἐν πολέμῳ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων, ἄλλως δὲ φαύλων, ἔθος λαβόντα καὶ νόμου δύναμιν, οὐκ ἔστι ῥᾳδίως ἀπώσασθαι βλαπτομένους, οὕτως ἡ ἔχθρα συνεισάγουσα τῷ μίσει φθόνον, ζηλοτυπίαν, ἐπιχαιρεκακίαν, μνησικακίαν ἐγκαταλείπει. πρὸς δὲ τούτοις καὶ πανουργία καὶ ἀπάτη, καὶ ἐπιβουλὴ δοκοῦσα μὴ φαῦλον εἶναι μηδὲ ἄδικον πρὸς ἐχθρὸν ἂν ἐγγένηται, παραμένει δυσαπάλλακτος· εἶτα χρῶνται πρὸς τοὺς φίλους αὐτοῖς ὑπὸ συνηθείας, ἂν μὴ φυλάξωνται πρὸς τοὺς ἐχθρούς. εἴπερ οὖν ὀρθῶς ὁ Πυθαγόρας, ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐθίζων ὠμότητος ἀπέχεσθαι καὶ πλεονεξίας, ὀρνέων τε θηρευτὰς παρῃτεῖτο, καὶ βόλους ὠνούμενος ἰχθύων, ἐκέλευεν ἀφιέναι, καὶ παντὸς ἡμέρου ζῴου φόνον ἀπηγόρευε· πολὺ δή που σεμνότερόν ἐστιν, ἐν διαφοραῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ φιλονεικίαις γενναῖον ἐχθρὸν ὄντα καὶ δίκαιον καὶ ἀψευδῆ, τὰ μοχθηρὰ καὶ ἀγεννῆ καὶ πανοῦργα πάθη κολάζειν καὶ ταπεινὰ ποιεῖν· ὅπως ἐν τοῖς πρὸς τοὺς φίλους συμβολαίοις παντάπασιν ἀτρεμῇ, καὶ ἀπέχηται τοῦ κακουργεῖν. Σκαῦρος ἐχθρὸς ἦν Δομιτίου καὶ κατήγορος· οἰκέτης οὖν τοῦ Δομιτίου πρὸ τῆς δίκης ἧκε πρὸς αὐτὸν, ὡς ἔχων τι μηνῦσαι τῶν λανθανόντων ἐκεῖνον· ὁ δὲ οὐκ εἴασεν εἰπεῖν, ἀλλὰ συλλαβὼν τὸν ἄνθρωπον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν δεσπότην. Κάτωνι δὲ Μουρήναν διώκοντι δημοκοπίας καὶ συνάγοντι τοὺς ἐλέγχους, ἐξ ἔθους παρηκολούθουν οἱ τὰ πραττόμενα παραφυλάττοντες.

πολλά·

πολλάκις οὖν αὐτὸν ἠρώτων εἴ τι μέλλει σήμερον συνάγειν ἢ πραγματεύεσθαι πρὸς τὴν κατηγορίαν· εἰ δὲ μὴ φαίη, πιστεύοντες ἀπῄεσαν. τοῦτο μὲν οὖν αὐτοῦ τῆς δόξης ἔχει τεκμήριον μέγιστον· ἀλλὰ μεῖζον καὶ κάλλιστον, ὅτι τῷ δικαίῳ χρῆσθαι καὶ πρὸς ἐχθροὺς ἐθισθέντες οὐδέποτε μὴ προσενεχθῶμεν ἀδίκως καὶ πανούργως τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις. ἐπεὶ δὲ πάσαισι κορυδαλλῇσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι κατὰ τὸν Σιμωνίδην· καὶ πᾶσα φύσις ἀνθρώπου φέρει φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν καὶ φθόνον, κενεοφρόνων ἑταῖρον ἀνδρῶν (ὥς φησι Πίνδαρος) οὐ μετρίως ἄν τις ὠφελοῖτο τῶν παθῶν τούτων, ποιούμενος ἀποκαθάρσεις εἰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἀποστρέφων ὥσπερ ὀχετοὺς, πορρωτάτω τῶν ἑταίρων καὶ οἰκείων. καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικε, συνιδὼν πολιτικὸς ἀνὴρ Ὀνομάδημος, ἐν τῇ κατὰ Χίον στάσει μερίδος ὢν τῆς κρατούσης, συνεβούλευε τοῖς ἑταίροις μὴ πάντας ἐξελάσαι τοὺς ἀντιστασιώτας, ἀλλ' ὑπολιπεῖν τινας. ὅπως (ἔφη) μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι, τῶν ἐχθρῶν παντάπασιν ἀπαλλαγέντες. καὶ ἡμῶν τοίνυν ἀναλισκόμενα ταῦτα τὰ πάθη πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἧττον ἐνοχλήσει τοῖς φίλοις. Οὐ γὰρ κεραμεῖ δεῖ κεραμέα φθονεῖν, οὐδ' ἀοιδὸν ἀοιδῷ (καθ' Ἡσίοδον), οὐδὲ γείτονα ζηλοῦν, οὐδ' ἀνεψιὸν, οὐδ' ἀδελφὸν εἰς ἄφενος σπεύδοντα, καὶ τυγχάνοντα χρηστῶν πραγμάτων· ἀλλ' εἰ μηδείς τρόπος ἐστὶν ἄλλος ἀπαλλαγῆς ἐρίδων καὶ φθόνων καὶ φιλονεικιῶν, ἔθιζε σεαυτὸν δάκνεσθαι μὲν τῶν ἐχθρῶν εὐημερούντων, καὶ παροξύνων καὶ χάραττε τὸ φιλόνεικον ἐν ἐκείνοις θηγόμενον. ὥσπερ γὰρ οἱ χαρίεντες γεωργοὶ τὰ ῥόδα καὶ τὰ ἴα βελτίω ποιεῖν νομίζουσι, σκόροδα καὶ κρόμμυα παραφυτεύοντες (ἀποκρίνεται γὰρ εἰς ἐκεῖνα πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ τροφῇ δριμὺ καὶ δυσῶδες) οὕτω καὶ ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ περισπῶν τὸ βάσκανον καὶ κακόηθες, εὐμενέστερον παρέξει τοῖς φίλοις εὐπραγοῦσι καὶ ἀλυπότερον. διὸ καὶ τὰς ἁμίλλας πρὸς ἐκείνους ἐστὶ ποιητέον ὑπὲρ δόξης ἢ ἀρχῆς ἢ πορισμῶν δικαίων, μὴ μόνον δακνομένους, ἄν τι πλέον ἡμῶν ἔχωσιν, ἀλλὰ καὶ πάντα παραφυλάττοντας ἐξ ὧν πλέον ἔχουσι, καὶ πειρωμένους ὑπερβαλέσθαι ταῖς ἐπιμελείαις καὶ φιλοπονίαις καὶ τῷ σωφρονεῖν καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς, ὡς Θεμιστοκλῆς ἔλεγεν οὐκ ἐᾶν αὐτὸν καθεύδειν τὴν ἐν Μαραθῶνι τοῦ Μιλτιάδου νίκην. ὁ μὲν γὰρ ἐν τύχαις διαφέρειν αὐτοῦ τὸν ἐχθρὸν ἡγούμενος ἐν ἀρχαῖς ἢ συνηγορίαις, ἢ πολιτείαις, ἢ παρὰ φίλοις καὶ ἡγεμόσιν, ἐκ τοῦ πράττειν τι καὶ ζηλοῦν, εἰς τὸ βασκαίνειν παντάπασι καὶ ἀθυμεῖν καταδυόμενος, ἀργῷ τῷ φθόνῳ καὶ ἀπράκτῳ σύνεστιν. ὁ δὲ μὴ τυφλούμενος περὶ τὸ μισούμενον, ἀλλὰ καὶ βίου καὶ ἤθους καὶ λόγων καὶ ἔργων γινόμενος θεατὴς δίκαιος, τὰ πλεῖστα κατόψεται τῶν ζηλουμένων ἐξ ἐπιμελείας καὶ προνοίας καὶ πράξεων χρηστῶν περιγινόμενα τοῖς κεκτημένοις, καὶ πρὸς ταῦτα συντείνων ἐπ' ἀσκήσει τὸ φιλότιμον αὐτοῦ καὶ φιλόκαλον, τὸ δὲ χασμῶδες ἐκκόψει καὶ ῥᾴθυμον. εἰ δέ τινες οἱ ἐχθροὶ κολακεύοντες, ἢ πανουργοῦντες, ἢ δικάζοντες, ἢ μισθαρνοῦντες, αἰσχρὰς καὶ ἀνελευθέρους δοκοῦσι καρποῦσθαι δυνάμεις ἐν αὐλαῖς ἢ πολιτείαις, οὐκ ἐνοχλήσουσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον εὐφρανοῦσι, τὸ αὐτῶν ἐλευθέριον καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ βίου καὶ ἀνύβριστον ἀντιτάττοντας. Ἅπας γὰρ ὅ τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς οὐκ ἀντάξιος ἀρετῆς, κατὰ Πλάτωνα· καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος ἔχειν ἀεὶ δεῖ πρόχειρον, Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον·

οὐδὲ

sequebantur vt erat moribus receptum, qui obseruarent quid ageretur. ij persæpe quærebant e Catone, an isto die aliquid tractaturus esset quod ad iudicium Murenianum pertineret. si actutum se ea in causa quicquam negaret, fidem habebant viro, & discedebant. Hæc quidem maximum continent argumentum Catonianæ existimationis. sed maius hoc est atque pulchrius, quod iustitiam etiam aduersus inimicos adhibere adsuefacti nunquam iniuste sumus aut per fraudationem cum amicis acturi. Sed quoniam, vt dixit Simonides, omnibus cassitis cassidem oportet esse cristatam, ita etiam omnis natura humana profert studium rixandi, obtrectationem, & inuidiam vanorum asseclam (vt ait Pindarus) hominum: non mediocriter profecto is vitiis suis consuluerit, qui istas animi affectiones in inimicos quasi effundens expurgat, & cloacis vt sic dicam quibusdam ductis ista quam longissime a sociis & domesticis deriuet. Quod mihi animaduertisse Onumademus videtur, homo rationum ciuilium peritus. qui cum in Chio orta seditione a potentiore staret parte, hortatus est socios, ne omnes aduersarios eiicerent, sed quosdam in ciuitate relinquerent. dicebat enim alioqui periculum fore, ne omnibus inimicis exturbatis ipsis essent controuersiæ. Eodē modo isti in inimicos infumpti praui affectus, minus molesti erunt amicis. Necesse enim non est vt figulus figulo inuideat, & cantor cantori, sic vt Hesiodus cecinit: neque æmulatio maleuola inter vicinos, cognatos aut fratres necessaria est, altero ad opes properante, & successibus vtente prosperis. Sed si omnino nulla alia ratio inueniri potest, qua rixis, inuidia, contentionib. libereris, condocefacito teipsum vt inimicorum lætis rebus mordearis, in usq; studium concertandi tuum irrita, imprime, acue. Sicut enim sciti agricolæ rosas & violas putant se facere meliores, si halia & cepas iuxta plantent: quod in ea excernitur quidquid alimento acerbū inest aut fœtidum. ita inimicus quoq; excipiens inuidiæ & malignitatis tuæ ictus, beneuolentiorē te amicis secunda vtentibus fortuna reddet atq; commodiorem. Itaq; cum inimicis contendendum est de gloria, potentia, aut licitis rei familiaris incrementis, vrhō vramur modo si in hoc genere ab iis superemur, sed & omnia ea obseruemus vnde illi nobis priores fieri potuerint, conemurq; eorum vincere industriam, constantiam laboris, & temperantia, nosq; ipsi obseruemus. qua ratione dixit Themistocles, sibi Miltiadis Marathonia victoria somnos adimi. Qui enim inimicum existimat priores ferre in honorib. publicis, aut patrociniis, aut reipubl. procuratione, aut apud amicos vel principes: is si ab agendo & æmulando omnino ad inuidendum & animo languendū se conuertat inani certe inefficaciq; conflictatur inuidentia. Qui vero non excæcatur odio inimici, sed vitam eius, mores, dicta, factaq; vt incorruptus spectator contemplatur: is pleraq; eorum, quorum sinistra æmulatione correptus est, intelliget eidiligētia, prouidentia, probisq, actionibus parta esse: eodemq; contendēs, studium honestatis gloriæq; suū augebit vanitate & socordia affectuū amputatis. Sin eueniat, vt inimici adulādo, nequiose agēdo, causas forenses tractando, aut operam mercenariā locando in reb. turpibus atq; illiberalib. videantur aliquid potentiæ in aulis rebuspublicisve consecuti, fructū inde nonnullū percipere: nō modo id molestiā nobis obijciet nullam, sed & gaudiū adferet, nostrā libertatē vitamq; puram & contumeliæ expertem iis opponentibus. Quidquid enim supra & infra terrā est, auri, eo in parari cum virtute non meretur: siquidem Platonem audimus. Est etiam in promtu Solonis illud habendum:

At nos virtutem non permutabimus horum,

Pulcraque virtutis munera, diuitiis.

nedum

nedum virtuti nostræ præferamus acclamationes theatrorum epulis corruptorum, aut honores & priores accubitus apud eunuchos & pellices & satrapas regum: nihil enim horum dignum est admiratione aut æmulatione, neque pulcrum, à turpitudine proficiscitur, nisi quod amans obcæcatur in consideratione rei amatæ, & facilius sentimus turpitudinem eum ea ab inimicis admittitur. Cæterum neq; conceptum de eorum peccatis gaudium, neq; dolor nobis ob eorum recte facta obortus otiosa esse debent: sed rationes vtrinq; instituendæ ita sunt, vt & eorũ erratis cauendis præstauriores, & imitandis recte factis non deteriores ipsis, existamus.

οὐδὲ γὰρ βοὰς δι' ἐκπεπληγμένων θεάτρων, οὐδὲ τιμὰς ζηλοτυπῶν καὶ προεδρίας παρ' εὐνούχοις καὶ παλλακαῖς καὶ σατράπαις βασιλέων· ζηλωτὸν γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ καλὸν ἐξ αἰσχροῦ φυόμενον. ἀλλ' ἐπεὶ τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ παρέχουσι μᾶλλον ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ἀσχημονοῦντες αἴσθησιν, δεῖ δὲ μήτε τὸ χαίρειν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν, ἀργὸν εἶναι, μήτε τὸ λυπεῖσθαι ἐφ' οἷς κατορθοῦσιν, ἀλλ' ἐπιλογίζεσθαι δι' ἀμφοτέρων ὅπως τὰ μὲν φυλαττόμενοι, βελτίους ὦμεν αὐτῶν, τὰ δὲ μιμούμενοι, μὴ χείρονες.

THRASYMACHI
ENCOMIVM INIVSTITIÆ.

Apud Platon. 1. de Republ.

Dicito, ô Socrates, est tibi nutrix? Quid? inquam, nonne respondere decebat magis, quam talia quærere? Quoniam, inquit, te negligit, & oppletas tibi nares non emungit, cum tamen indigeas, qui neque pecudum, neq; pastoris cognoscis officium. Cur istud inquam? Quia putas, inquit, opiliones vel bubulcos pecudum, bouumve bonum considerare, pascereque & colere, ad aliud respicientes quam ad dominorum, & ipsorum vtilitatem. Et illos qui in vrbibus præsunt vt decet, aliter ad eos qui sub illis sunt, existimas respicere, quam tanquam pastor ad oues: & aliud cogitare noctes atq; dies, quam vnde vtilitas ad ipsos proueniat. Atq; adeo procul abes ab iusto iustitiaq;, & iniusto item & iniustitia, vt ignores iustitiam iustumq; alienum esse bonum, ac reuera, imperantis & potentioris emolumentum, detrimentum vero proprium obedientis & subditi: Iustitiam vero contra ignauis iustisq; hominibus dominari. Qui autem parent, facere quæ imperanti potentiorique conducunt, illumque obsequio beatum reddere, sibi autem ipsis non consulere. Considerare profecto sic decet, ô ignauissime Socrates, iustum virum omnino minus iniusto habere. Primum quidem, in mutuis commerciis aliquid contrahunt iustus vna atq; iniustus, in dissoluenda societate semper minus reportare iustus quam iniustus reperietur. Cum vero in rebus publicis aliqua tributa conferenda sunt, iustus plus confert, quam sui æquales, iniustus autem minus. Quando autem aliquid inde accipiendum est iustus nihil, iniustus multa reportat. Etenim si quando magistratus quodam vterq; fungitur, si nulla alia iusto iactura contigit, hæc saltem illi non deest, vt res domesticæ deterius per negligentiam disponantur: ex publico autem nihil, propterea quod iustus sit, lucretur. Accedit ad hęc quod domesticos & familiares sibi infensos reddit, cum illis obsequi nulla in re vltra iustum velit. Iniusto vero omnia contra eueniunt, nimirum quod ante dixi, eum præ cæteris vbiq; lucrari. Hunc ergo considera, si vis iudicare quanto magis conferat priuatim sibi iniustum esse quam iustum. Facilime autem disces, si ad extremam perueneris iniustitiam, quæ iniuste agentem felicissimũ efficit; eos contra qui afficiuntur iniuria ac neminem injuste lædere volunt, infelicissimos. Est autem hæc tyrannis, quæ non paulatim sed simul omnia aliena vsurpat, & clam, & vi, & sacra sancta, & priuata, & publica. Si quis vero in aliqua istorum parte deliquerit deprehensusq; fuerit, mulctatur, & opprobrio subiacet maximo. Etenim sacrilegi, fures, latrones, surreptores, & omnino per singulas quasdã partes peccantes ab huiusmodi criminibus nominantur. Sed postquam aliquis vltra huiusmodi rapinas pecuniarũ, etiam ciues ipsos in seruitutẽ suam redegit, non jam tam probrosis notatur vocabulis, sed & beatus & felix vocatur, non à ciuibus suis tantum, verum etiam ab omnibus qui eum audiunt nequitiam omnem adimpleuisse.

Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, τίτθη σοι ἔστι; τί δαί; (ἦν δ' ἐγώ) οὐκ ἀποκρίνεσθαι χρῆν μᾶλλον, ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾶν; Ὅτι τοί σε (ἔφη) κορυζῶντα περιορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον· ὅς γε αὐτῇ οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποιμένα γιγνώσκεις. Ὅτι δὴ τί μάλιστα, (ἦν δ' ἐγώ) ὅτι οἴει τοὺς ποιμένας ἢ τοὺς βουκόλους τὸ τῶν προβάτων ἢ τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν αὐτοὺς καὶ θεραπεύειν πρὸς ἄλλο τι βλέποντας ἢ τὸ τῶν δεσποτῶν ἀγαθὸν καὶ τὸ αὑτῶν. Καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας, οἳ ὡς ἀληθῶς ἄρχουσιν, ἄλλως πως ἡγῇ διανοεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ὥσπερ ἄν τις πρὸς πρόβατα διατεθείη, καὶ ἄλλο τι σκοπεῖν αὐτοὺς διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἢ τοῦτο ὅθεν αὐτοὶ ὠφελήσονται. καὶ οὕτω πόρρω εἶ περί τε τοῦ δικαίου καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδίκου τε καὶ ἀδικίας, ὥστε ἀγνοεῖς ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον, ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη. ἡ δὲ ἀδικία τοὐναντίον, καὶ ἄρχει τῶν ὡς ἀληθῶς εὐηθικῶν τε καὶ δικαίων· οἱ δ' ἀρχόμενοι ποιοῦσι τὸ ἐκείνου ξυμφέρον, κρείττονος ὄντος, καὶ εὐδαίμονα ἐκεῖνον ποιοῦσιν ὑπηρετοῦντες αὐτῷ, ἑαυτοὺς δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν. σκοπεῖσθαι δὲ, ὦ εὐηθέστατε Σώκρατες, οὑτωσὶ χρή. ὅτι δίκαιος ἀνὴρ ἀδίκου πανταχοῦ ἔλαττον ἔχει. πρῶτον μὲν, ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ξυμβολαίοις, ὅπου ἂν ὁ τοιοῦτος τῷ τοιούτῳ κοινωνήσῃ, οὐδαμοῦ ἂν εὕροις ἐν τῇ διαλύσει τῆς κοινωνίας πλέον ἔχοντα τὸν δίκαιον τοῦ ἀδίκου, ἀλλ' ἔλαττον· ἔπειτα ἐν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν, ὅταν τινὲς εἰσφοραὶ ὦσιν, ὁ μὲν δίκαιος ἀπὸ τῶν ἴσων πλέον εἰσφέρει, ὁ δὲ ἔλαττον. ὅταν τε λήψεις, ὁ μὲν οὐδὲν, ὁ δὲ πολλὰ κερδαίνει. καὶ γὰρ ὅταν ἀρχήν τινα ἄρχῃ ἑκάτερος, τῷ μὲν δικαίῳ ὑπάρχει καὶ εἰ μηδεμία ἄλλη ζημία, τά γε οἰκεῖα δι' ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχειν· ἐκ δὲ τοῦ δημοσίου μηδὲν ὠφελεῖσθαι, διὰ τὸ δίκαιον εἶναι. πρὸς δὲ τούτοις, ἀπεχθέσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις, ὅταν μηδὲν ἐθέλῃ αὐτοῖς ὑπηρετεῖν παρὰ τὸ δίκαιον. τῷ δὲ ἀδίκῳ πάντα τούτων τἀναντία ὑπάρχει. λέγω γὰρ ὅνπερ νῦν δὴ ἔλεγον, τὸν μεγάλα δυνάμενον πλεονεκτεῖν· τοῦτον οὖν σκόπει, εἴπερ βούλει κρίνειν ὅσῳ μᾶλλον ξυμφέρει ἰδίᾳ αὐτῷ ἄδικον εἶναι, ἢ τὸ δίκαιον. πάντων δὲ ῥᾷστα μαθήσῃ, ἐὰν ἐπὶ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν ἔλθῃς, ἣ τὸν μὲν ἀδικήσαντα εὐδαιμονέστατον ποιεῖ, τοὺς δὲ ἀδικηθέντας, καὶ ἀδικῆσαι οὐκ ἂν ἐθέλοντας, ἀθλιωτάτους. ἔστι δὲ τοῦτο τυραννὶς, ἣ οὐ κατὰ σμικρὸν τἀλλότρια καὶ λάθρᾳ καὶ βίᾳ ἀφαιρεῖται, καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια, καὶ ἴδια καὶ δημόσια, ἀλλὰ ξυλλήβδην, ὧν ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ὅταν τις ἀδικήσας μὴ λάθῃ, ζημιοῦταί τε καὶ ὀνείδη ἔχει τὰ μέγιστα. καὶ γὰρ ἱερόσυλοι, καὶ ἀνδραποδισταὶ, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ ἀποστερηταὶ, καὶ κλέπται, οἱ κατὰ μέρη ἀδικοῦντες τῶν τοιούτων κακουργημάτων καλοῦνται. ἐπειδὰν δέ τις πρὸς τοῖς τῶν πολιτῶν χρήμασι καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισάμενος δουλώσηται, ἀντὶ τούτων τῶν αἰσχρῶν ὀνομάτων, εὐδαίμονες καὶ μακάριοι κέκληνται, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἂν πύθωνται αὐτὸν τὴν ὅλην ἀδικίαν ἠδικηκότα.

οὐ γὰρ τὸ ποιεῖν τὰ ἄδικα ἀλλὰ τὸ πάσχειν φοβούμενοι, ὀνειδίζουσιν οἱ ὀνειδίζοντες τὴν ἀδικίαν. οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἰσχυρότερον καὶ ἐλευθεριώτερον καὶ δεσποτικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστὶν ἱκανῶς γιγνομένη· καὶ ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, τὸ μὲν τοῦ κρείττονος συμφέρον τυγχάνει ὂν τὸ δίκαιον, τὸ δ' ἄδικον ἑαυτῷ λυσιτελοῦν τε καὶ συμφέρον.

Non enim ideo vituperant iniustitiam quicunque eam vituperant, quod iniuste facere, sed quod perpeti metuant. Hoc igitur pacto, ô Socrates, iniustitia omnibus suis partibus absoluta, robustius quiddam est, liberalius & regalius, quam iustitia: vtq. ab initio dicebam, id quod potentiori confert, iustum est, iniustum vero sibi ipsi vtile est, & conferens.

CARNEADIS INIVSTIÆ ENCOMIVM APVD LACTANT. INSTITVT. LIB. V. CAP. XVII.

CArneadis disputationis summa hæc fuit. Jura sibi homines pro vtilitate sanxisse scilicet varia pro moribus: & apud eos pro temporibus sæpe mutata: jus autem naturale esse nullum. Omnes & homines & animantes alias ad vtilitates suas natura ducente ferri. Proinde aut nullam esse justitiam: aut si sit aliqua, summam esse stultitiã, sibi noceret alienis commodis consulet & inferebant hæc argumẽta omnibus populis: qui florerent imperio & Romanis quoque ipsis: qui totius orbis potirentur domino. Si justi velint esse: hoc est, si aliena restituant: ad casas esse redeundum: & in necessitate ac miseriis jacendum: tum omissis communibus ad propria veniebat. Bonus vir, inquit, si habeat seruum fugitiuum: vel domum insalubrem ac pestilentem: quæ vitia solus sciat: & ideo prescribat: vt vendat: vtrumne profitebitur fugitiuum seruum ac pestilentem domum se vendere: an celabit emptorem? si profitebitur emptori fugitiuum esse: bonus quidẽ: quia non fallet. Sed tamen stultus judicabitur: quia vel paruo vendet: vel omnino non vendet. Si celauerit: erit quidem sapiens: quia re consulet. Sed idem malus quia fallet. Rursus si reperiat aliquem: qui aurichalcum se putet vendere, cum sit illud aurum: aut plumbum cum sit argentum: tacebitne vt id paruo emat an id iudicabit ut magno? stultum plane videtur emere malle magno. Vnde intelligi volebat: & eum qui sit justus ac bonus stultum esse: & eum qui sapiens malum. Et tamen sine pernicie fieri posse: vt sint homines paupertate contenti. Transibat ergo ad maiora in quibus nemo potest sine periculo vitæ justus esse. Dicebat enim nempe justitia est hominem non occidere: alienum prorsus non attingere. Quid ergo justus faciet: si forte naufragium fecerit: & aliquis imbecillior viribus tabulam cæperit: nonne illum à tabula deturbabit: vt ipse conscendat, eaque nixus euadat? Cum maxime sit nullus medio mari testis. Si sapiens est faciet. Ipsi enim pereundum est, nisi fecerit. Si autem mori maluerit, quam manus inferre alteri, jam vero justus est: sed stultus est. qui vitæ suæ non parcat dum parcit alienæ. Item, si acie suorum fusa hostes insequi cœperint: & justus ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem: eine parcet vt ipse occidatur: an deiciet ex equo: vt ipse possit hostem euffugere? Quod si fecerit, sapiens: sed idem malus. Si nõ fecerit: justus, sed idem stultus sit necesse est. Ita ergo justitiam: cum in duas partes diuisisset: alteram ciuilem esse dicens, alteram naturalem: vtramque subuertit: quod illa ciuilis sapientia sit quidem: sed justitia non sit: Naturalis autem illa justitia sit quidem: sed nõ sit sapientia. Arguta hæc plane & venenata sunt, & quæ M. Tullius non potuerit refellere. Nam cum faciat Lælium Furio respondentem: proque justitia dicentem: irrefutata hæc tanquam foueam est præter gressus: vt videatur idem Lælius non naturalem quæ in stultitiæ crimen venerat: sed illam ciuilem defendisse justitiam: quam Furius sapientiam quidem esse concesserat: sed iniustam.

M. CHRISTOPHORI NEANDRI ORATIO.

DE INIVSTITIÆ LAVDIBVS

SI cæleste numen, Illustris & generose comes, clarissime Dn. Præses, nobilissimi genere politissimi virtute, florentissimi ætate juuenes, adolescentes: si, vnquam cæleste numen hoc me sibi beneficio obstringere voluisset, vt quicquid conceptis verbis peterem, id re mihi consequi liceret: optarem equidem hoc tempore non vellus aureum Aeetæ Colchorum Regis, non Crœsi inuidiosas opes, non pretiosos Cleopatræ viniones: sed ad rem arduam, quam melior, recte in sagandam, insigne acumen ingenii, ad proferendam eloquentiæ calamistros, linguæque vbertatem Carneadis Academiæ, quem ferunt cum ab Atheniensibus ad Senatum populumque Romanum negotii publici gratia legatus esset, tantis viribus contra justitiam disseruisse; vt aliorum quidem animis scrupulos, aliorum vero pectoribus nauseam & odium justitiæ inseruerit, eosdemque à justitia celerime fastidio quodam & satietate alienant. Etsi enim satis intelligo in hac tenuitate dicendi vel potius infantia, non tantum mihi esse vel virium, vel autoritatis, quantum ad hoc quod animo concepi quodque omnibus votis expeto plane perficiendum requiritur: propositum tamen mihi est, vestigium illud, in quo tantus ac tam præclarus Orator institit, à longinquo persequi, & si possum, justitiam, quam hominum opertuo, quæ vim sæpe facit veritati, in choro virtutum supremo loco collocat, dominamque & Reginam earum omnium, vtpote à qua in omne genus omnium leges & jura manatunt, indigetat, ita deiicere, vt pro justitia iniustitiam, pro æquitate iniquitatem magis amplectendam, colendamq; judiceris. Quod dum facio, videbor quidem aliis augustissimum Ephesinæ Dianæ templum Herostrati æmulus facinoris, horrendo conatu incendere, aliis Astræam, ne dicam solem ipsum, justitiæ antistitem, quæ vltima cælestium terras mortalium offensa sceleribus dereliquit, de cœlo, quo recepta dicitur, in terram præcipitare; aliis summo Ioui, cœlicolisq; omnibus Gigantum more bellum indicere velle. Sed præstare tamen atque adeo oportere videtur, opinione hominum antiquiorem habere veritatem, quæ contra hominum ingenia callida, solertiam, cõtra fictas omnium insidias facile per ipsam sese vi propria defensura est. Illud modo antequam vlterius proueher, à vobis summopere contendo, vt quando omne mihi perfugium in vestra humanitate situm est tenuitatem meam vestro fauore subleuetis, quo mea oratio his veluti secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit scopum, facilius consequatur. Adeste igitur alacres animis, qui adestis corporibus, & præiudiciis omnibus sepositis, affectu remoto, præconceptis opinionibus abiectis, non aures modo beneuolas sed mentes quoq. attentas mihi quæso, paulisper adhibete. Quæ si mihi à vobis tribui concedique sentiam, efficiam profecto, nisi me

omnis fallunt, vt luce meridiana clarius appareat, iustitiã non modo non tanti, quanti vulgo fit, faciendã esse, sed etiam plane fugiendam & consortio hominum eliminandam, delendam funditus, exstirpandam radicitus, atq; ad Pædalios Indos potius sacris publicis à Dis immortalibus iustitiam petere solitos, cum interim misellis illis actidophagi, quod ederent, aut biberent non haberent, releegandam. Atque adeo vt hæc tota controuersia melius diiudicetur, neue gratis quiddam mihi largiri videamini, rationibus ad id demonstrandum vtar firmissimis. Ac primo quidem quis hominum, cui cor sapiat, & palatus, inueniri posse creditur, stultitiam qui suopte nutu amare, eique operam dare velit? quis tam simplex & ineptus, qui miserrimã cum fatuitate conflictare gestiat? quis denique tam stupidus ac demens qui stoliditatẽ magistram sequi propositum sibi habeat: at suapte natura speciem quandam stultitiæ, iustitiam habere grauissimus scriptor Lactantius pronunciauit: neque id iniuria. annon enim aliorum commoda procurare, inque procurandis inseruire, curis sese macerare alienis, suorum commodorum oblitum & immemorem vtilitatem propriam vilipendere atque negligere, penitus dementis atq; insipidi est semper habitum? at hoc facit iustitia, vnde & alienum bonum à Philosopho eam salutatam legimus. nonne deliri & mente capti est, quiescere cum possit, aliorum se immiscere negotiis? at hoc iustitia facit, quam nullis laboribus, molestus, curis, & sumptibus parcere videmus, vt alienis rebus opitulari, inque re, opera, studio & conatu omni inseruire, & consulere possit, sibi exinde mala omnia afferens. Quod si veritas non natura, sed opinione hominum constat, vt non minus prudenter quam rectè censuit Heraclitus: & si quamuis iure consensio omnium gentium lex naturæ putanda est, teste Romanæ eloquentiæ parente Cicerone, quis nescit, omnium pene animos occupasse opinionem hanc, iniustitiam illam, quę modo cum consilio & calliditate coniuncta sit, prudentiam esse vel maximam: quippe, qua iniustus à paruis & humilibus principiis breui tempore ad magnam potentiam caute sibi rebusq; suis prospiciendo peruenit, & ex aliorum simplicitate, tarditate, stultitia commodum, sibi quod exusu sit, comparat maximum: iustitia contra florentissimi ac opulentissimi breuiore tempore funditus concidant. Neque enim adamantinis illis vinculis, quæ Astrææ cultores crebro in ore habent, iustitia & æquitate, sed consilio & calliditate magnæ res retinentur, absque illis esset, quantam deformitatem habiturę, & quam cito ruituræ sint, facile vel quilibet animaduerte poteft.

Accedit eodem, quod naturæ contraria est, & plane inimica iustitia. Omnes enim homines, tametsi caute dissimulare, ac astute celare videntur, tamen ita sentiunt, neque alia re quã metu, seu potius impendẽtis mali, φ atrocius esse videtur, opinione, ab iniustitia abstinente nemoq; est, qui si talem annulũ habeat, qualem Lydius Gyges habuisse fertur, aut alio quo modo prorsus impune iniustus esse posset, non dicturus sit iustitiæ multam salutem, seq; totum iniustinę, vt rei optimæ, atq; vtilissimę rerum alterius, sine cuius ope fieri non potest, vt quisquam rerum indigus magna tẽtet, atq; ad altiora aspiret, traditurus. Cumq; nõ scripta sit, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa atripuimus, hausimus, expressimus: ad quam nõ docti, sed facti, nõ instituti, sed imbuti sumus, vt omnes nobis melius esse velimus quam aliis, nostraque potiora semper & cariora habeamus alienis: quis non hinc quoq; animaduertet, contra naturam esse iustitiam, quæ totam ad alienas vtilitates se exporrigit, tota alienis rebus procurandis inseruit, tota molestiis alienis implicata, suorum interim commodorum, vtilitatum & emolumentorum penitus immemor. Quanquam adduci nullo modo possum, vt credam, alienas vtilitates, & commoda recte eum persequi, suum qui lucrum & opportunitatem propriam negligit: quandoquidem ab ea dilectione, quæ cuique est erga se ipsum, officia caritatis & beneuolentiæ, aliis præstanda, proficiscuntur. Videte quæso, quam odiosa, quam inimica, quamque abhorrens a natura sit iustitia, quam inuidiosum & cum periculo coniunctum eam exercere. Quamuis enim omnia vitia bonis odiosa atq; inuisa sunt: tamen iustitia præcipue alienat ab iis, in quibus est aliorum animos, omnium sibi odia conflat, conciliat, colligit. Quod si diuino edicto iubetur quisq; proximum suum diligere, sicut seipsum; iustitia vero plus amat alium quam se, fauet nescio quibus peregrinis, exoticis, & ignotis, proximos sibi, quos maxime defendere debebat, deserit, & in discrimine relinquit: diuinis eam quoq; præceptis aduersari, quo atrocius nil committi aut cogitari potest, vel oculis captus videt. Et quæ adeo magna laus iustitiæ esse, aut quomodo laudabilis illa & expetenda, & virtus esse potest: Philosophorũ princeps, omnium Aristoteles, quem scientia rerum, scriptorum copiam, eloquendi suauitate, inuentionum acumine, varietate operum clarum clarior nemo vicit, cuius verba pro ratione nobis sunt: virtutem dici nõ φθονεῖν τῷ ἔχειν ἀδίκῳ, non perdere aut affligere eos in quib. ipsa insit. Præclare me hercle, vt omnia.

Quemadmodum enim ridiculum esse dicit senex Comic° postulari, aduersus illum vt causam diceret, cui venisset aduocatus: ita virtutem, quam non solũ bonum esse Peripatetici sapientissimi, sed etiam solam bonum esse Stoici acutissimi, & in disputando propemodum inuicti asseruerunt, necem & interitum adferre ei, cuius vitæ & saluti est consultum, nefas esse videatur. Tantum n. virtuti ab optimis quibusq; tributum est semper, vt neq; qui eam habeat, etiamsi cæteris omnib° careat, miserum, neq; a quo illa absit, etiamsi aliis omnibus affluat, felicem esse posse fateantur. Hæc autem in iustitiam conuenire quis tam præfrictæ frontis est, qui affirmare ausit, φ̃ nouimus summis sępe viris perniciem intulisse grauissimam, exitium molitam esse præsentissimum: Aristidem enim iustum, nil tale mentum, solum vetere patrium, quo asperius accidere tãto viro nil poterat, quis cogit? iustitia. Zaleuco Locrensium legislatori constantissimo oculũ quis excussit? iustitia. Charõdæ denique insonti vitam quis ademit? iustitia. Si enim iustitiæ non ita operam dedisset, vt iusti nomen inde meruerit, nequaquam testularum iudicio exactus, Fuit Aristides: Nec Zaleucus oculum perdidisset, si populum pro filio deprecantem audite, quã legi latæ insistere maluisset: & Charondas sibi, suis, patriæq; diutius vixisset, si à iustitia poti° deflectere, quam eidem inhærere voluisset. Sed quid ego priuatos homines cõmemoto? (quanquam & hoc ipsũ non leue crimen est) totas profecto Respubl. regna florentissima, ciuitates opulentissimas, vrbes munitissimas iustitia, nisi a gubernatoribus occurreretur, pessundaret. Sine enim antiquas, siue hodiernas paulo altius intueamur Respub. eas aliter non conseruari, nisi nonnunquam a iustitia recedatur, videmus. Sed hæc videri possunt obscuriora, lentius disputantur: Factis & exemplis illustranda sunt Rerũp. & principum. Quæro enim a vobis, num solius iustitiæ cogitationem & despectum habuisse videantur ii, qui Resp. aut præclare fundarunt, aut fundatas conseruarunt, & præcipitantibus subuenerunt? Ponite ante oculos Respubl. & Monarchias: vultis incipiam a rebus publicis? vulus post eam à Prin-

Principibus? Quibus tandem mediis Athenienses Rempub. suam & libertatem tutati sunt, utrine, quæ justitia sola monstrat, an aliis quibusdam artibus & machinationibus. Cui enim vestrum non auditum est, periclitaturam fuisse universi populi libertatem, nisi viros illos, quorum virtus & potentia ita in conspicuo erat, vt facile studia vulgi traherent ad se vel inuiti: è ciuitate expulissent. Quod tametsi contra justitiam esse videtur, quæ suum cuiq; tribuere, & virtuti præmia magis quam pœnas irrogare jubet, Reipublicæ tamē illi fuit maxime salutare. Quis vero fratrum necem aut detentionem justitiæ præceptis conformem esse dicit? Nemo opinor, eorum præsertim, qui superstitiosi esse quam religiosi malunt. Et ea tamen ratione cum Musulmanni, tum Abyssini in Aphrica Reges regnorum suorum quieti, & subditorum tranquillitati consulunt. Apud Turcas enim Reges, cum pedem imperio inferunt, fratres mox omnes consuetudine a Gilderune Bajazete accepta trucidant. Apud Abyssinos vero regnante legitimo successore, reliqui filii & consanguinei, ne ad regnum adspirent, neue habeant occasionem turbas libidine imperii excitandi procul remoti in monte altissimo Angi, ad quem propter præcipitia vnus tantum aditus esse dicitur, perpetuis custodiis detinentur. Neque est, quod quisquam morem hunc barbarum & à barbaris solum vsurpatum esse clamet, vt nouum. Vetustus hic mos est, vsurpatus ab Alexandro Magno, quem ferunt bellum Asiæ illaturum cum à Ducibus suis audiisset, fratrum cædem ad securitatem Regis esse, cognatos omnes prius è medio sustulisse: vsurpatus etiam à Deiotaro, qui cum vni filiorum relinquere imperium atq; omne suum patrimonium cuperet, quo id facilius efficeret, cæteros omnes manibus suis trucidauit. Contra justitiam inquies & æquitatem? Fateor, atq; hoc ipsum est quod pugno: non tamen contra Reipubl. salutem, non contra naturam, quæ docuit vinitores, cum vitis aliqua plures emiserit surculos, vnum modo & eis relinquere, alios amputare, vt is qui reliquis maior est, robustior fiat. Fulserat Romæ Cometa, qui & vulgi opinione mutationem Regis portendebat: & omnium ore Rubellius Plautus celebrabatur, cui nobilitas per matrem est Iulia familia. Permotus iis, Nero, literas ad Plautum componit: consuleret sibi & vrbi, seque praue diffamantibus subtraheret: esse illi per Asiam auitos agros, in quibus tuta & inturbida juuenta frueretur: atque ita Plautus illuc cum coniuge Antistia, & paucis familiarium concessit. contra justitiæ regulam Plautus innocens solum vertere coactus est: Eumanites tamen fecit mea sententia & recte Nero, monstrum alioquin, non homo. Nam & ipsi Plauto pepercit, & Reipubl. saluti consuluit. Quid alia commemorem? Contra justitiam est aliquem sine ordine judiciario & forensi processu, atque adeo non accusatum damnari? & tamen nisi Tiberius Cæsar Sejanum dolo magis quam principali authoritate ad supplicium rapuisset: nisi nuper Henricus III. Galliarum Rex aduersus Guisium eodem jure vsus fuisset, quantum in discrimen ille Romanum, hic Galliæ regnum, vterque se, liberos, propinquos, cognatos, & subditos suos coniecisset? Omitto alia, ne patientia vestra in me audiendo abutar, & ea pluribus verbis ingerere vobis velle videar, quæ non minus vobis nota, atque ipsi estis vobis. Illud saltem a vobis quæro, si tam bona est justitia, vt plurimorum falsa est persuasio, cur Ecclesiastes nos prohibet nimium esse justos? certe bonum quo excellentius & recessui propius, hoc melius, nec virtus, vt iterum Philosophicæ sapientiæ parens scripsit, quisquam vnquam est abusus. Nec quisquam modum in rebus bonis præscribit, sed malis potius terminos præfigit, atque cancellos circumdat, extra quos qui egreditur, non ferat impune. Quis vero nimis justos nos esse prohibet? non priuatus aliquis homo, non e principum vulgo aliquis, sed Salomon, at qui vir? omnium quos sol vnquam tulit vt potentissimus, ita sapientissimus. Sed occurritur nobis à quibusdam, quorum mihi videor audire susurros! Si ita est, vt dicis, cur justitiam tantopere laudant, iniustitiam non laudant homines? quibus ego repono, quod voluptatis inimicis Eudoxus, ideo non laudari iniustitiam, quia maior sit omni laude, & honore potius amplissimo & imitatione, quam laude & commendatione digna: digna sane cum in ea semper reperiant boni quod imitentur, nil inuenire possint obtrectatores quod calumnientur.

Quare agite, Illustris & Generose Comes, Dn. Præses clarissime, vosque genere nobilissimi, virtutum & doctrinæ laude cumulatissimi, Dn. auditores, si neq; stultitiæ labem vobis aspergi, qua nil fœdius; nec Gigantum more cum natura bellum gerere, quo nil immanius: nec præceptis diuinis aduersari, quo nil magis execrabile cogitari aut perpetrari potest, nec vobis ipsis pernitiem communem, Reipubl. mala certissima, exitium præsentissimum attrahere constituistis; nuncium mittite justitiæ, delete ex animo vestro memoriam eius: excutite è manibus vestris opera eius: vosque ita animatos ostendite, vt nihil magis, quam sapientiam diuinam vobis cordi, nil odio magis, quam naturæ violationem extimescendam, præceptorum diuinorum contemptionem nefariam, nihil denique carius, præstantius, & magis expetendum esse, quam salutem vestram priuatam cum publica vtilitate coniunctam, appareat.

D I X I.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ

ἢ ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική.

Τί ποτ' ἄρα, ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ ἐλεύθεροι καὶ δοῦλοι, τέχνην ἕκαστός τινα ἐπίστανται, δι' ἧς ἑαυτοῖς τε εἰσὶ καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι· σὺ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, δι' οὗ ἄν τι ἢ αὐτὸς ἀπόναιο, ἢ ἄλλῳ μεταδοίης; Πα. πῶς ... ἐρωτᾷς, ὦ Τυχιάδη; οὐδέπω οἶδα· πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν. Τυ. ἔστιν ἥν τινα τυγχάνεις ἐπιστάμενος τέχνην, οἷον μουσικήν; Πα. μὰ Δία. Τυ. τί δὲ ἰατρικήν; Πα. οὐδὲ ταύτην. Τυ. ἀλλὰ γεωμετρίαν; Πα. οὐδαμῶς. Τυ. τί δὲ ῥητορικήν; φιλοσοφίας

LVCIANI DE PARASITO
SIVE QVOD ARS SIT PARASITICA.

QVid tandem in causa est, Simo, quod cum alii homines, siue serui sint siue ingenui, quisq; artem quandam calleat, qua eum sibi ipsi, tū aliis sunt vtiles: tu vero, quantum ego perspicio, nulli rei aut negotio intententus es, vnde aut tu fructum aliquē caperes, aut alteri benigne impertiendo, adiumento esse possis? PAR. Quid hæc tua sibi vult interrogatio, ô Tychiade? nondum enim capio. proinde planius ac manifestius me interrogato. TYCH. Estne aliqua ars, cuius tu sciens & peritus es, videlicet Musicæ? PAR. Non per Iouem. TYCH. Quid autem, Medicinæ? PAR. Ne illius quidem. TYCH. Atqui Geometriæ? PAR. Nequaquam. TYCH. Quid autē, Rhetoricæ? Nam philosophiæ studio vsq; adeo abhorres

hostes quantũ ipsius vitii contagiũ à philosophia alienũ est. Par. Atq; etiam, si fieri potest, adde quiddam amplius. Proinde ne animum inducas hoc te mihi ignoranti exprobrare: fateor enim me ignavum esse, atque etiam tua opinione longe peiorem.

Tych. Sane, sed hasce fortasse artes propter illarum magnitudinem atque difficultatem non perdidicisti: at ex popularibus illis quam tandem tenes? num architectonicam? aut sutrinam? Neque enim ea est rerum tuarum conditio, vt non talis alicuius artis egeas adminiculo. Par. Recte dicis, ô Tychiade. neque enim vllam illarum calleo.

Tych. Quam igitur aliam?

Par. Quam? Profecto, vt mea est opinio, generosam quam & te, si pernoueris, laudaturum plane existimo. Eandem vero opere, atque re ipsa, perpulchre obire posse me dico, tametsi illam oratione explicare mihi non perinde promptum sit.

Tych. Quam tandem dicis? Par. Nondum mihi videor super illa orationes satis studiose exercuisse. Quod autem vnius alicuius artis non rudis sim, hoc plane iam nosse potes. Quare nihil est, quod hoc nomine mihi sies infensior. Quamcunq; autem teneam, alio tempore audies. Tych. Verum ego omnis moræ impatiens sum! Par. Fortasse si audires, inopinata tibi ars mea videretur. Tych. Atqui propter hoc ipsum tanto impensius scire laboro. Par. Alio tempore tibi exponetur, ô Tychiade. Tych. Nequaquam, sed iam quamcunq; pernosti exponito, nisi adeo te pudeat. Par. Parasiticam. Tych. Et quis ita vesani atq; dementis est animi ô Simo, qui hanc artem esse prædicet? Par. Ego. Si vero ob hoc ipsum quod aliam artem non teneam, tibi insanire videor, huius ipsius causam mihi putato fuisse insaniam, meque jam durius increpandi finem facito. Aiunt enim hanc deam cum alias habentibus esse difficilem, tum quod delinquentes erratorum excusare soleat, quasi horum omnium magistram atque autorem culpam vniuersam in se transferentem. Tych. Ergo, Simo, Parasitica ars est? Par. Sane ais: atque ego illius autor & inuentor sum. Tych. Proinde tu Parasitus es. Par. Tu quidem, Tychiade, probro me afficis. Tyc. Atqui non erubescis te ipse Parasitum compellando? Par. Sane vero: puderet enim me, nisi dicerem. Tych. Atque per Iouem, si tibi notiores esse velimus, erga alios te ignorantes, quod tibi nomen esse testabimur? num Parasitum te esse affirmabimus? Par. Hoc nomine compellantes me longe magis oblectabitis, quam si Phidiam statuarium me esse dixeritis. Quippe mea arte non minus gaudeo quam ipse Phidias Joue à se fabricato gauisus est. Ty. Atqui hoc mihi attentius consideranti, res perridicula perspecta est. Par. Quænam? Ty. Si externe scribentes ad te in epistolis, hunc tibi adiiciamus titulum: Simoni Parasito. Par. Atqui impensius mihi gratificaberis, quam si hoc titulo nobis scripseris: Dioni philosopho. Tych. Quantum tu quidem hac compellatione gaudere soleas, mihi parum curę est. Sed & aliud quiddam obseruandũ venit. Par. Quodnam? Tych. Nunc & hæc in aliarum artium numero nobis recensenda sit, vt interrogante quopiã cuiusmodi ars sit respondeamus, veluti de Grammatica, aut Rhetorica interrogati solemus, parasitica? Par. Ego vero Tychiade, longe justius hanc quam profiteor, quam vllam aliam artem dicendam esse contendo. Quod si jucundum esset auditu, vt opinor fore, sententiam meam explicare non grauabor, quanquam ad hoc non admodum, vt ante dixi, præparatus aut instructus sum. Tych. Tametsi sint exigua, veritate tamẽ præcellent. Par. Age, sub initium artem ipsam, quo finitionis genere describatur, ad calculos

φύσις ἅμα γὰρ τοσοῦτον ἀπέχεις, ὅσον καὶ ἡ κακία. Πα. ἐγὼ ἀμαθὴς, εἰ οἷόν τι εἶναι, καὶ πλέον ὥστε μή μοι δοκεῖ τοῦτό γε καθάπερ ἀγνοοῦντι, ὀνειδίσαι. φημὶ γὰρ κακὸς εἶναι, καὶ χείρων, ἢ σὺ δοκεῖς.

Τυ. ναὶ, ἀλλὰ ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ ἐξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν, καὶ δυσκολίαν. τῶν δὲ δημοτικῶν τινα, τεκτονικὴν ἢ σκυτοτομικὴν, καὶ γὰρ οὐδὲ τἆλλα οὕτως ἔχει σοι, ὡς μὴ καὶ τοιαύτης ἂν δεηθῆναι τέχνης. Πα. ὀρθῶς λέγεις, ὦ Τυχιάδη. οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδεμιᾶς ἐπιστήμων εἰμί. Τυ. τίνος οὖν ἑτέρας;

Πα. τίνος; ὡς ἐγὼ οἶμαι γενναίας, ἣν εἰ μάθοις, καὶ σὺ ἐπαινέσειν οἴομαι. ἔργῳ μὲν οὖν κατορθοῦν φημι ἤδη, εἰ δὲ καὶ λόγῳ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Τυ. τίνα ταύτην;

Πα. οὔπω μοι δοκῶ τοὺς περὶ ταύτην ἐκμεμελετηκέναι λόγους. ὥστε ὅτι τέχνην μέν τινα ἐπίσταμαι, ὑπάρχει ἤδη σοι γιγνώσκειν καὶ μὴ διὰ τοῦτο χαλεπῶς μοι ἔχειν. ἣν τινα δὲ, αὖθις ἀκούσῃ. Τυ. ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι.

Πα. τὸ γὰρ τῆς τέχνης παράδοξον ἴσως φανεῖταί σοι ἀκούσαντι.

Τυ. καὶ μὴν διὰ τοῦτο σπουδάζω μαθεῖν.

Πα. εἰσαῦθις, ὦ Τυχιάδη.

Τυ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μήπερ ἄρα αἰσχύνῃ.

Πα. ἡ παρασιτική.

Τη. κᾆτα εἰ μὴ μαίνοιτό τις, ὦ Σίμων, τέχνην ταύτην φαίη ἄν;

Πα. ἔγωγε. εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ, τοῦ μηδεμίαν ἄλλην ἐπίστασθαι τέχνην αὐτὴν, αἰτίαν εἶναί μοι τῆς μανίας δόκει, καὶ με τῶν ἐγκλημάτων ἤδη ἀφίει. φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην τὰ μὲν ἄλλα χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, παραιτεῖσθαι δὲ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοὺς, ὥσπερ διδάσκαλον, ἢ παιδαγωγὸν τούτων ἀναδεχομένην εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας.

Τυ. οὐκοῦν, ὦ Σίμων, ἡ παρασιτικὴ τέχνη ἐστί;

Πα. τέχνη γὰρ, κἀγὼ ταύτης δημιουργός.

Τυ. καὶ σὺ ἄρα παράσιτος;

Πα. πάνυ ὠνείδισας, ὦ Τυχιάδη.

Τυ. ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς, παράσιτον σαυτὸν καλῶν.

Πα. οὐδαμῶς. αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν, εἰ μὴ λέγοιμι.

Πα. λέγω δ' ὅμως. τῶν μὲν τοίνυν ῥητόρων Ἰσοκράτης οὐχ ὅπως εἰς πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε, ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ δικαστήριον ἀνέβη, διὰ δειλίαν, οἶμαι, ἐπεὶ οὐδὲ τὴν φωνὴν διὰ τοῦτο εἶχε. τί ἔτι; οὐχὶ Δημάδης μὲν καὶ Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης, ὑπὸ δέους, εὐθὺς τῇ καταγγελίᾳ τοῦ Φιλίππου πολέμου, τὴν πόλιν προὔδοσαν, καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ, καὶ διετέλεσαν Ἀθήνησιν ἀεὶ τὰ ἐκείνου πολιτευόμενοι, ὡς εἴ γέ τις καὶ ἄλλος Ἀθηναῖος κατ' αὐτὰ ἐπολέμει, κἀκεῖνος ἐν αὐτοῖς ἦν φίλος; ὁ Ὑπερείδης δὲ καὶ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος οἵ γε δοκοῦντές τις ἀνδρειότεροι, κἀν ταῖς ἐκκλησίαις ἀεὶ θορυβοῦντες, καὶ λοιδορούμενοι τῷ Φιλίππῳ τί ποτε ἀπειργάσαντο γενναῖον ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν πολέμῳ; καὶ Ὑπερείδης μὲν καὶ Λυκοῦργος οὐδ' ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω παρακύψαι τῶν πυλῶν, ἀλλ' ἐντειχίδιοι καθῆντο παρ' αὐτοῖς ἤδη πολιορκούμενοι, γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συντιθέντες. ὁ δὲ δὴ κορυφαῖος αὐτῶν, ὁ ταυτὶ λέγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνεχῶς, Φίλιππος γὰρ ὁ Μακεδὼν ὄλεθρος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον πρίαιτό τίς ποτε, τολμήσας προελθεῖν εἰς τὴν Βοιωτίαν, πρὶν ἢ ξυμμῖξαι τὰ στρατόπεδα καὶ ξυμβαλεῖν εἰς χεῖρας, ῥίψας τὴν ἀσπίδα ἔφευγεν. ἢ οὐδέπω ταῦτα πρότερον ἀκήκοας οὐδενός, πάνυ γνώριμα ὄντα, οὐχ ὅπως Ἀθηναίοις, ἀλλὰ Θρᾳξὶ καὶ Σκύθαις, ὅθεν ἐκεῖνο τὸ κάθαρμα ἦν;

Τυ. ἐπίσταμαι ταῦτα· ἀλλ' οὗτοι μὲν ῥήτορες, καὶ λόγους λέγειν ἠσκηκότες, ἀρετὴν δ' οὔ. τί δὲ περὶ τῶν φιλοσόφων λέγεις; οὐ γὰρ δὴ τούτους, ὥσπερ ἐκείνους, ἔχεις αἰτιᾶσθαι.

Πα. οὗτοι πάλιν, ὦ Τυχιάδη, οἱ περὶ τῆς ἀνδρείας ὁσημέραι διαλεγόμενοι, καὶ κατατρίβοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα, πολλῷ μᾶλλον τῶν ῥητόρων φανοῦνται δειλότεροι καὶ μαλακώτεροι. σκέπτει δὲ οὕτω· πρῶτον μὲν οὐκ ἔστιν ὅστις εἰπεῖν ἔχει φιλόσοφον ἐν πολέμῳ τετελευτηκότα· ἤτοι γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐστρατεύοντο, ἢ εἴπερ ἐστρατεύσαντο, πάντες ἔφυγον. Ἀντισθένης μὲν οὖν, καὶ Διογένης καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων καὶ Πλάτων, καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶς οὗτος ὁ ὅμιλος, οὔποτε εἶδον παράταξιν· μόνος δὲ τολμήσας ἐξελθεῖν εἰς τὴν ἐν τῇ πόλει μάχην, ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκράτης, φεύγων ἐκεῖθεν, ἀπὸ τῆς Πάρνηθος, εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν κατέφυγε· πολὺ γὰρ αὐτῷ ἀστειότερον ἐδόκει μετὰ τῶν μειρακυλλίων καθεζόμενον ὡραΐζειν καὶ σοφίσματα προβάλλειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἢ ἀνδρὶ Σπαρ-

Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι. Τυ. ὦ γενναῖε, ταῦτα μὲν ἤδη καὶ παρ᾽ ἄλλων ἐπυθόμην, οὐ μὰ Δία σκώπτειν αὐτοὺς, οὐχ ὀνειδίζειν βουλομένων. ὥστε οὐδέν τι μοι δοκεῖς χαριζόμενος τῇ σεαυτοῦ τέχνῃ καταψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν. ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ, ἤδη φέρε, καὶ σὺ τὸν παράσιτον, ὁποῖός τις ἐστιν, ἐν πολέμῳ καὶ λέγε, καὶ εἰ ὅλως λέγεται παράσιτός τις γενέσθαι τῶν παλαιῶν. Πα. καὶ μὴν, ὦ φιλότης, οὐδεὶς ἀνήκοος Ὁμήρου, οὐδ᾽ ἂν πάμπαν ἰδιώτης τύχῃ, ὅστις οὐκ ἐπίσταται παρ᾽ αὐτῷ τοὺς ἀρίστους τῶν ἡρώων παρασίτους ὄντας. ὅ τε γὰρ Νέστωρ ἐκεῖνος, οὗ ἀπὸ τῆς γλώττης ὥσπερ μέλι ὁ λόγος ἀπέρρει, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως παράσιτος ἦν. καὶ οὔτε τὸν Ἀχιλλέα, ὥσπερ ἐδόκει τε καὶ ἦν τὸ σῶμα γενναιότατος, καὶ δικαιότατος, οὔτε τὸν Διομήδην, οὔτε τὸν Αἴαντα ὁ Ἀγαμέμνων οὕτως ἐπαινεῖ τε καὶ θαυμάζει, ὥσπερ τὸν Νέστορα. οὐδὲ γὰρ δέκα Αἴαντας εὔχεται γενέσθαι αὐτῷ, οὔτε δέκα Ἀχιλλέας. πάλαι δ᾽ ἂν ἑαλωκέναι τὴν Τροίαν, εἰ τοιούτους, ὁποῖος ἦν οὗτος ὁ παράσιτος, καίπερ γέρων ὢν στρατιώτας εἶχε δέκα. καὶ τὸν Ἰδομενέα τὸν τοῦ Διὸς ἔγγονον, παράσιτον Ἀγαμέμνονος ὁμοίως λέγει.

Τυ. ταῦτα μὲν καὶ αὐτὸς ἐπίσταμαι. οὔπω γε μὴν δοκῶ μοι γιγνώσκειν πῶς δὴ τὼ ἄνδρε τῷ Ἀγαμέμνονι παρασίτοι ἤστην.

Πα. ἀναμνήσθητι, ὦ γενναῖε, τῶν ἐπῶν ἐκείνων, ὧνπερ αὐτὸς ὁ Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα λέγει.

Τυ. ποίων.

Πα. Σὸν δὲ πλέον δέπας αἰεὶ ἕστηχ᾽, ὥσπερ ἐμοὶ πιέειν, ὅτε θυμὸς ἀνώγει. ἐνταῦθα γὰρ τὸ αἰεὶ πλέον δέπας εἴρηκεν, οὐχ ὅτι τὸ ποτήριον διὰ παντὸς πλῆρες ἕστηκε τῷ Ἰδομενεῖ, καὶ μαχομένῳ καὶ καθεύδοντι, ἀλλ᾽ ὅτι αὐτῷ διόλου τοῦ βίου μόνῳ συνδειπνεῖν ὑπῆρχε τῷ βασιλεῖ, ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ τοῖς λοιποῖς στρατιώταις, πρὸς ἡμέρας τινὰς προσκαλουμένοις. τὸν μὲν γὰρ Αἴαντα ἐπεὶ καλῶς ἐμονομάχησε τῷ Ἕκτορι, εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄλγον φησὶ, κατὰ τιμὴν ἀξιωθέντα ὀψὲ τοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ δείπνου. ὁ δὲ Ἰδομενεὺς καὶ ὁ Νέστωρ ὁσημέραι συνεδείπνουν τῷ βασιλεῖ, ὡς αὐτός φησι. Νέστωρ δὲ παράσιτος μοι δοκεῖ τῶν βασιλέων μάλιστα τεχνίτης, καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄρξασθαι τῆς τέχνης, ἀλλὰ ἄνωθεν ἐπὶ Καινέως καὶ Ἐξαδίου. δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρασιτῶν, εἰ μὴ καὶ Ἀγαμέμνων ἀπέθανε.

Τυ. οὗτος μὲν γενναῖος ὁ παράσιτος. εἰ δὲ καὶ ἄλλους ἴσως οἶσθα πειρῶ λέγειν.

Πα. τί οὖν, ὦ Τυχιάδη, μὴ καὶ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως παράσιτος ἦν, καὶ ταῦτα, μηδενὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων φαυλότερος, οὔτε τὴν ψυχὴν, οὔτε τὸ σῶμα, νεανίας ὤν; ἐγὼ γὰρ οὐδ᾽ αὐτοῦ μοι δοκῶ Ἀχιλλέως, τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις, αὐτὸν χείρω εἶναι. τόν τε γὰρ Ἕκτορα ῥήξαντα τὰς πύλας, καὶ παρὰ ταῖς ναυσὶν εἴσω μαχόμενον, οὗτος ἐξέωσε, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἤδη καιομένην ἔσβεσε, καί τοι ἐπιβατευόντων αὐτῆς οὐχ οἱ φαυλότατοι, ἀλλ᾽ οἱ τοῦ Τελαμῶνος Αἴας τε καὶ Τεῦκρος, ὁ μὲν ὁπλίτης ἀγαθὸς, ὁ δὲ τοξότης. καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, ἐν δὲ τούτοις καὶ Σαρπηδόνα, τὸν τοῦ Ἀχιλλέως. καὶ ἀπέθανε δὲ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως, ἀλλ᾽ αὐτὸν μὲν Ἕκτορα Ἀχιλλεὺς ἀπέκτεινεν, εἷς ἕνα, καὶ αὐτὸν Ἀχιλλέα Πάρις, τὸν δὲ παράσιτον θεὸς καὶ

Spartano manus conserere. *Tych.* Ego vero ista, iam olim, o generose, memorata accepi ab aliis, quibus per Iouem nequaquam voluntas erat hæc illis illudendi gratia exprobrare, sicut tibi. Itaque parum gratiæ arti tuæ conciliare videre tantos viros falsis contumeliis afficiendo. At si videtur, ac mihi cuiusmodi vir parasitus in bello sit expedi, & nunquid omnino ex veteribus al quispiam parasitus fuisse credendus est. *Par.* Atqui, o amice, nimimem vsque adeo Homericæ poeseos rudem atque imperitum esse existimo, neque si prorsus a literis alienus aut idiota fuerit, qui nesciat apud illum ex heroicis omnium præstantissimos parasitos esse. Siquidem Nestor ille, a cuius lingua perinde vt mel fluebat oratio, regis parasitus fuit. Sed neque Achillem, quemadmodum & videbatur: eratque corporis forma atque viribus excellentissimus: neque Diomedem, neque Aiacem Agamemnon tantis laudibus extulit & admiratus est, quanto laudis testimonio ornauit Nestorem. Neque enim decem Aiaces sibi dari exoptat, neque decem Achilles. Quippe iam olim Troiam funditus excisum cepisset, si eiusmodi decem alios milites, cuiusmodi parasitus ille fuerat, quanquam iam confectus senio, habuisset. Quin etiam Idomenea Iouis filium eadem ratione Agamemnonis parasitum fuisse confirmat. *Tych.* Hæc equidem & ipse non iam ignoro. Nondum tamen mihi intelligere videor, quomodo illi duo heroes Agamemnonis parasiti fuerint. *Par.* perlege, ô generose versiculos illos quibus ipse Agamemnon Idomenea alloquitur. *Tych.* Quosnam dicis. *Par.*

semper tibi plenior vni
Stare solet cyathus, velut & mihi, quando bibendi
Est mens vt potes——

Inde quod dixit, semper pleniorem adstare cyathũ, non ita accipiendum est, quasi semper poculum vino plenum Idomeneo & pugnanti & dormienti sit propositum, sed quod illi per omnem vitam soli cũ rege cœnandi facultas concessa fuerit, sed non perinde vt aliis militibus certis quibusdam diebus ad mensam vocatis. Etenim Ajacem quod singulari certamine congressus cum Hectore optime se gessetat, Proceres ad Agamemnonem diuinum cœnatum abduxisse commemorant, tanquam propter virtutem in pugna editam honoratum, admodum sera cœna apud regem apparata. At vero Idomeneus atq; Nestor fere quondie cum rege cœnitabant, vt idem auctor testator. Porro Nestor regum parasitus mihi fuisse videtur multa arte industrius. Neque apud Agamemnonem primum hanc parasitandi artem exorsus est, sed multis retro temporibus apud Cænea atq; Exadium. Visus vero est neque parasitandi finem ante fecisse quam Agamemnon diem suum obiit. *Tych.* Equidem ille præclarus & insignis fuit parasitus. At si quos alios id generis heroas parasitos fuisse nosti, hoc mihi nominatim, explicare ne pigeat. *Par.* Quid igitur, ô Tychiade, nonne & Patroclus Achillis parasitus tibi fuisse videtur, præsertim cum nullo aliorum Græcorum fuerit deterior aut ignauior neque animi, neque corporis dotibus tametsi iuuenis existens! Mihi quidem nullam re ipsa Achille fuisse inferior, ex eius operibus coniecturam facienti. Etenim Hectorem perruptis portarum obicibus, ac intra munitionem iuxta naues pugnantem fortissime repulit, & Protesilai nauim iam incensam & ardentem extinxit quanquam in ea essent non ignauissimi: verum Telamone nati & Aiax & Teucer, alter hasta strenuus, alter arcu valens. Multos præterea ex Barbaris neci dedit: inter quos & Sarpedonem Iouis filium Achillis parasitus peremit. Prostratus vero occubuit nequaquam vt alii, sed ipsum quidem Hectorem vita spoliauit Achilles, at

Achillem Paris vnus, vnum. Porro autem parasitum & Apollo & duo viri occiderunt. Ac jam moriens eas voces edidit, non quales generosissimus Hector ille, Achillem supplicirer precatus, vt cadauer eius suis sepeliendum redderet: sed quales par est parasitum expirantem emittere. Cuiusmodi tandem?

> *Si mihi viginti duro in certamine tales*
> *Ante occurrissent, cunctos ego cuspide caesos*
> *Strauissem letho.*

Tych. At de his quidem abunde satis multa verba fecisti. Caeterum Patroclum non amicum sed Achillis Parasitum fuisse quo pacto testatum facies?

Par. Ipsum ô Tychiade, Patroclum quod parasitus fuerit, dicentem tibi exhibebo.

Tych. Admiranda dicis.

Par. Audi igitur hosce versiculos:

> *Ne mea pelida condi patiare seorsum*
> *Ossa, sed amborum sint sine tecta sepulchro,*
> *Sicut & ante domi nutriti viximus vna.*

Et rursus eodem in loco:

> *Nam me susceptum Peleus studiose alebat,*
> *Nomine meq; tuum voco Theraponta pocauit*

Hoste est, parasitum esse voluit. Etenim si Patroclum Achillis amicum dicere voluisset, haud illum Theraponta nominasset. Erat enim Patroclus liberalior, quam vt Achillis seruus dici sustinuisset. Quos igitur dicit esse therapontas, qui neque serui sunt, neq; amici nempe parasitos: quo nomine & Menonem Idomenei theraponta compellat. Atq; ita nunc parasitos dictos esse, plane conjectura auguror. Quin etiam hoc sidera, quamobrem Idomenea Iouis filiũ non dignatus sit Marti aequalem dicere, verum Merionem eius parasitum. Nonne vero & Aristides vir popularis existens & pauper, vt inquit Thucydides, parasitus fuit Armodij? nonne & amator? Sunt enim parasiti suorum alumnorum peramantes. Huius itaque parasiti opera, Atheniensium Reipubl. tyrannide oppressae libertas iterum recuperata est. Et nunc in foro stat aeneus inter reliqua ciuitatis monimenta spectabilis. Illi equidem cum tanta virtute claruerint, tamen parasitos agebant. Tu vero quonam animatum animo parasitum in bello esse putas? Nonne sub initium talis curato probe corpore sumpto ientaculo prodit in aciem, quemadmodum & Vlysses fas esse contendit? Quippe cum statim sub aurorae exortum pugnandum erit, ille prius cibum sumat necesse est. Et quo tempore alij milites prae metu, hic quidem galeam diligenter adornat, ille thoracem curiose induit, alius aliud quiddam malum belli suspicans trepidat: parasitus vultu prorsus hilaro & exporrecto indulget epulis: ac mox postquam in aciem progressus est, inter primos fortissime dimicat: caeteruio qui alit parasitum, tum in ordine subsequitur, quem ille non secus atque Aiax Teucrum, clypeo defendit. Cupit enim impensius suum seruare alumnum parasitus, quam seipsum tueri incolumem. Quod si etiam io bello caesus parasitus accubuerit, neque imperatorem, neque militum quenquam pudore afficit, tantum existens cadauer, quasi corporis dignitate quondam in symposiis accumbere solitus est, adeo vt indignum sit facinus philosophi cadauer huic appositum conspici, aridum & sordidum, prolixo barbicio informe, hominem prorsus miserandum & qui ante initum praelium mortuus sit, imbellis atque inualidus. Quis vero eam ciuitatem non extreme contemneret, cuius iam miserandos atque infelices cerneret satellites? Quis non eam vrbem cum robustis, tum animosis auxiliatoribus egere existimet, qui adeo pallidos & comatos homuciones inter militũ cadauera dispersos intuitus fuerit, eosq; qui in

καὶ ἄλλους ἀνθρώπους καὶ πλείστους, φωνὰς δὲ ἀφῆκεν οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος Ἕκτωρ, προσκυνῶν τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἱκετεύων ὅπως ὁ νεκρὸς αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποδοθῇ, ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. ποίας δὴ ταύτας; τοιαύτας·

> εἴ μοι ἐείκοσιν αὐτοὶ τοιοῦτοι ἀντεβόλησαν,
> πάντες κ' αὐτοῦ ὄλοντο, ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντες.

Τυ. Ταῦτα μὲν ἱκανά· ὅτι δὲ μὴ φίλος, ἀλλὰ παράσιτος ἦν ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως, πειρῶ λέγειν.

Παρ. Αὐτόν σοι, ὦ Τυχιάδη, τὸν Πάτροκλον, ὅτι παράσιτος ἦν, λέγοντα σοι παρέξομαι.

Τυ. Θαυμαστὰ λέγεις.

Πα. Ἄκουε τοίνυν αὐτῶν τῶν ἐπῶν.

> Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀστέ' Ἀχιλλεῦ,
> Ἀλλ' ὁμοῦ, ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισι.

καὶ πάλιν ὑποβάς, καί με νῦν ὑποδεξάμενός φησιν ὁ Πηλεὺς ἔτρεφεν ἐνδυκέως, καὶ σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε· τουτέστι παράσιτον εἶχεν. εἰ μὲν τοίνυν φίλον ἐβούλετο τὸν Πάτροκλον λέγειν, οὐκ ἂν αὐτὸν ὠνόμαζε θεράποντα. ἐλεύθερος γὰρ ἦν ὁ Πάτροκλος. τίνας τοίνυν λέγει θεράποντας, εἰ μήτε τοὺς δούλους, μήτε τοὺς φίλους; τοὺς παρασίτους δηλονότι, ἢ καὶ τὸν Μηριόνην τοῦ Ἰδομενέως καὶ αὐτὸν θεράποντα ὀνομάζει, οὕτως, οἶμαι, καλουμένων τότε τῶν παρασίτων. σκόπει δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα τὸν μὲν Ἰδομενέα, Διὸς ὄντα υἱὸν, οὐκ ἀξιοῖ λέγειν ἀτάλαντον Ἄρηϊ, Μηριόνην δὲ τὸν παράσιτον αὐτοῦ. τί δέ; οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων, δημοτικὸς ὢν καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησί, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δέ; οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. οὗτος τοίνυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννουμένην εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο, καὶ νῦν ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ μετὰ τοῦ παιδικοῦ. οὗτοι μὲν δὴ τοιοῦτοι ὄντες μάλα ἀγαθοὶ παράσιτοι γεγόνασι. σὺ δὲ δὴ ποῖόν τινα εἰκάζεις ἐν πολέμῳ τὸν παράσιτον; οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ ἄλλως ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν, κἂν εὐθὺς ἅμα ἠοῖ μάχεσθαι δέῃ. καὶ ἐν ᾧ ἄλλοι στρατιῶται χρόνον ὑπὸ δέους ὁ μέν τις ἀκριβῶς ἁρμόζει τὸ κράνος, ὁ δὲ θωράκιον ἐνδύεται, ὁ δὲ αὐτὸ τὸ δεινὸν ὑποπτεύων τοῦ πολέμου τρέμει, οὗτος δὲ ἐσθίει τότε μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον, εὐθὺς ἐν πρώτοις διαγωνίζεται. ὁ δὲ τρέφων αὐτὸν ὄπισθεν ὑποτέτακται τῷ παρασίτῳ, κἀκεῖνος αὐτὸν, ὥσπερ ὁ Αἴας τὸν Τεῦκρον, ὑπὸ τῷ σάκει καλύπτει καὶ τῶν βελῶν ἀφιεμένων, γυμνώσας ἑαυτὸν ἐκεῖνον σκέπει· βούλεται γὰρ ἐκεῖνον μᾶλλον σώζειν ἢ ἑαυτόν. εἰ δὲ καὶ πέσοι παράσιτος ἐν πολέμῳ, οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ δήπου οὔτε λοχαγὸς οὔτε στρατιώτης αἰσχυνθείη, μεγάλῳ τε ὄντι νεκρῷ, καὶ ὥσπερ ἐν συμποσίῳ καλῶς κατακειμένῳ. ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν τούτῳ παρακείμενον ξηρὸν, ῥυπῶντα, μακρὸν πώγωνα ἔχοντα, προτεθνηκότα τῆς μάχης, ἀσθενῆ ἄνθρωπον. τίς οὐκ ἂν καταφρονήσειε ταύτης τῆς πόλεως, τοὺς ὑπασπιστὰς αὐτῆς οὕτω κακοδαίμονας ὁρῶν; τίς δὲ οὐκ ἂν εἰκάσειε, χλωροὺς καὶ κομήτας ὁρῶν ἀνθρωπίσκους κειμένους, τὴν πόλιν ἀπορίᾳ συμμάχων τοὺς ἐν τῇ εἱρκτῇ

εἰρκτῇ μακαρίους ἀπέχειν τοῦ πολέμου; τοιοῦτοι μὲν ἐν πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι. ἐν εἰρήνῃ δὲ τοσοῦτον μοι δοκεῖ διαφέρειν παρασιτικὴ φιλοσοφίας, ὅσον αὐτὴ ἡ εἰρήνη πολέμου. καὶ πρῶτον εἰ δοκεῖ σκοπῶμεν τὰ τῆς εἰρήνης χωρία.

Τυχ. οὔπω ξυνίημι ὅ τι τοῦτο πῶς βούλεται, σκοπῶμεν δὲ ὅμως.

Παρ. οὐκοῦν ἀγορὰν καὶ δικαστήρια καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια καὶ κυνηγέσια, καὶ συμπόσια ἔγωγε φαίην ἂν πόλεως χωρία;

Τυ. πάνυ μὲν οὖν.

Πα. ὁ τοίνυν παράσιτος εἰς ἀγορὰν μὲν καὶ δικαστήρια οὐ πάρεισιν ὅτι, οἶμαι, τοῖς συκοφάνταις πάντα τὰ χωρία ταῦτα μᾶλλον προσήκει, καὶ ὅτι οὐδὲν μέτριόν ἐστι τῶν ἐν τούτοις γιγνομένων. τὰς δὲ παλαίστρας, καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ συμπόσια διώκει, καὶ κοσμεῖ μόνος οὗτος. ἐπεὶ τίς ἐν παλαίστρᾳ φιλόσοφος ἢ ῥήτωρ ἀποδὺς, ἄξιος συγκριθῆναι παρασίτου τῷ σώματι; ἢ τίς ἐν γυμνασίῳ τούτων ὀφθεὶς οὐκ αἰσχύνη τοῦ χωρίου μᾶλλόν ἐστι; καὶ μὴν ἐν ἐρημίᾳ τούτων οὐδεὶς ἂν ὑποστὰς θηρίον ὁμόσε ἰόν. ὁ δὲ παράσιτος αὐτά τε ἐπιόντα μένει, καὶ δέχεται ῥᾳδίως, μεμελετηκὼς αὐτῶν ἐν τοῖς δείπνοις καταφρονεῖν. καὶ οὔτ᾽ ἔλαφος, οὔτε σῦς, αὐτὸν ἐκπλήττει πεφρικώς. ἀλλὰ κἂν ἐπ᾽ αὐτὸν ὁ σῦς τὸν ὀδόντα θήγῃ, καὶ ὁ παράσιτος ἐπὶ τὸν σῦν ἀντιθήγει. τοὺς μὲν γὰρ λαγὼς διώκει μᾶλλον τῶν κυνῶν. ἐν δὲ συμποσίῳ τίς ἂν καὶ ἁμιλλήσαιτο παρασίτῳ, ἤτοι παίζοντι ἢ ἐσθίοντι; τίς δὲ ἂν μᾶλλον εὐφράνειε τοὺς συμπότας, πότερον οὗτος ᾄδων καὶ σκώπτων, ἢ ἄνθρωπος μὴ γελῶν, ἐν τριβωνίῳ κάμμυσος, εἰς γῆν ὁρῶν, ὥσπερ ἐπὶ πένθος, οὐκ ἐπὶ συμπόσιον ἥκων; καὶ ἔμοιγε δοκεῖ ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστι, οἷον ἐν βαλανείῳ κύων. φέρε δὴ ταῦτα ἀφέντες, ἐπ᾽ αὐτὸν ἤδη βαδίζωμεν τὸν βίον τοῦ παρασίτου σκοποῦντες ἅμα καὶ παραβάλλοντες ἐκεῖνον. πρῶτον τοίνυν ἴδοι τις ἂν τὸν μὲν παράσιτον, ἀεὶ δόξης καταφρονοῦντα, καὶ οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὅ τι οἱ ἄνθρωποι οἴονται. περὶ ῥήτορας δὲ καὶ φιλοσόφους εὕροις ἂν οὔ τινας, ἀλλὰ πάντας, ὑπὸ τύφου καὶ δόξης τρεφόντας. καὶ οὐ δόξης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὃ τούτου αἴσχιόν ἐστιν, ὑπ᾽ ἀργυρίου. καὶ ὁ μὲν παράσιτος οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφῖδας ἀμελῶς ἔχοι, καὶ οὐδὲν αὐτῷ δοκεῖ διαφέρειν τὸ χρυσίον τοῦ πυρός. οἱ γὰρ μὴν ῥήτορες καὶ ὃ δεινότερόν ἐστι, καὶ οἱ φιλοσοφεῖν φάσκοντες, πρὸς αὐτὸ οὕτω διάκεινται κακοδαιμόνως, ὥστε τῶν μάλιστα νῦν εὐδοκιμούντων φιλοσόφων (περὶ μὲν γὰρ τῶν ῥητόρων τί δεῖ λέγειν;) ὁ μὲν δικάζων δίκην δώροις ἐπ᾽ αὐτῇ ἑάλω, ἄλλος δὲ μισθὸν σοφιστεύων εἰς πρᾶξιν τοὺς μανθάνοντας, ὁ δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τοῦ συνεῖναι ὁμοίως μισθὸν αἰτεῖ. καὶ οὐκ αἰσχύνεται. ἔτι πρεσβύτης ὢν διὰ τοῦτο ἀποδημεῖ, καὶ μισθοφορεῖ, καθάπερ Ἰνδὸς ἢ Σκύθης αἰχμάλωτος. καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα αἰσχύνεται, ὃ μισθὸς ὃ λαμβάνει. εὕροις δ᾽ ἂν οὐ μόνον ταῦτα περὶ τούτους, ἀλλὰ

καὶ

excubiis stationes agitant, nullius in bello esse precii. Tales equidē sunt in rebus bellicis parasiti, cum philosophis atq; rhetoribus comparati. Ceterum in pace tantum praecellit philosophiā parasitica: quantum ipsa pax bello prestat. Ac primum, si videtur, pacis loca atq; studia contemplemur. Tych. Nondum teneo quid hæc tua sibi velit oratio. consideremus tamen. Par. Igitur forum & judicia & palæstras & gymnasia, tum venationes & symposia ego ciuitatis loca esse dixerim. Tych. Et recte sane. Par. Quod autem parasitus in forum causas acturus nō prodit, quodque in iudiciis nulli clientulorum vocatus patronus præsto est: hanc ego subesse causam opinor, quod ista loca magis sycophantis & rabulis illis forensibus pateant atq, conueniant, quodq; nihil moderati in illis fieri soleat: palæstras vero atq; gymnasia vna cum symposiis parasitus frequentat sedulo, quibus solus ille ornamento est atque decori. quoniam quisnam philosophorū aut rhetorum exutus vestimentis in palęstra digne cōponendus esset cum parasiti corpore? Aut quis illorū conspectus in gymnasio, non potius probro atq; dedecore locum afficeret? Atqui ne in deserto quidem illorum quispiā irruentis alicuius beluæ impetum sustineret: at parasitus earundem vim atq; ferociam fidenter expectat, ac sine negotio compescit, quippe qui easdem in conuiuiis contemnere didicerit. Sed neq; ceruus, neq; sus setis inhorrescens parasitum conterret, sed sue aduersus illum dentes acuente, parasitus aduersus suem contra acuit terribilis. Cæterum lepusculos magis insectatur, quam vllus canis venaticus. Porro autem in conuiuio quis cum parasitu certamen susciperet, aut jocos ciente, aut comedente? Et quis magis conuiuarū tristitiam discutit? an ille cantillans ridicula, & ludens dicteriis: an homo potius nihil ridens, in sordida tritaq; lacerna accumbens, terram tristis intuens, quasi ad luctum, non ad symposiū vocatus venisset? Ac mihi profecto tale quiddam in symposio videtur esse Philosophus, quod canis in balneo. Sed age istis posthabitis, ad ipsam parasiti vitam nos conferamus, excutientes atq; comparantes illum. Primum igitur quis est qui nō videt parasitum vnquam non contemptorem esse gloriæ, quippe cui nihil curæ est quam de se homines opinionem obtineant? At vero ipsos Rhetores atque Philosophos quispiam inuenerit nō saltem illorum aliquos, sed in vniuersum omnes, fastu atque gloria transuersos agi, ac non tantum gloriæ, sed, quod adhuc turpius, argenti sitientissimus. Sed enim parasitus hoc erga pecuniam affectus est animo, quo non aliquis negligentiore erga lapillos passim proiectos in littore animatus est. Ac nihil illi inter aurum, & ignem videtur esse discriminis. Rhetores autem & quod absurdius est, etiam illi qui philosophiæ professione se venditant, tam auide argento inhiant, quasi hac ratione maximam sibi nunc conciliarent & opinionem & authoritatem philosophi. De rhetoribus quid multa attinet dicere? cum ille corruptus largitionibus, causam orare soleat, alius dicendi artem profitens à discentibus mercedem exigit. Tertius à rege similiter præmium flagitat, non ad aliud, nisi quod cum illo conuersationem societ: nec pudore suffunditur. Est præterea alius, qui jam ætate confectus, non ob aliud peregre proficiscitur, quam vt lucrum faciat, aut stipendio mereat, non aliter atque Indus aliquis, aut Scytha captiuus. Neque eundem pudet nominis, quod merces sit illud quod accipit. Non solum vero his vitiis eos inuenies obnoxios, sed sunt adhuc alii degeneris animi affectus, quibus sunt plenissimi, nempe molestæ perturbationes, iracundia, inuidentia, ac omnis ge-

neris

neris concupiscentiæ. Parasitus autem his omnibus vacans affectibus neque irascitur, propter animi tolerantiam, tum etiam quod illi nemo sit cui irasceretur. Atque etiam si quando victus mentis impotentia indignetur, nihil tamen mali aut iniuriæ iracundiæ impulsu designat perperam: quin potius risum omnibus eius excandescentia excitat, ac oblectamento est conuersantibus. Minime vero omniũ perturbatur, tristitia aut vlla mentis molestia discruciatur. Etenim tam præsens illi parasitica suppeditat aduersus omnes molestias remedium, vt nulla etiã causa existat quamobrem afficiatur tristitia. Neque enim illi sunt opes, neque fortunæ, neque famulus vllus, nõ vxor, nõ liberi, quibus pereuntibus habentem discruciari animo omnino necesse est, si horum iacturam fecerit. Atqui neque gloriæ vllius est appetens, neq; opulentiæ: sed nec formosam quenquam desiderat. Tych. Veruntamen, o Simo, plane consentaneum est, illum ob victus indigentiam perturbari animo. Par. Ignoras o Tychiade statim initio hunc esse parasitum minime, quicunque laborat victus inopia. Neque enim fortis inopia fortitudinis fortis perhibendus est: neque sapiens sapientiæ penuria sapiens putandus: alioqui parasitus esse non possit. Nos enim de eo qui re ipsa parasitum agit, loquimur, non de eo qui solem parasiti nomen falso obtinet. Enim si fortis non alia ratione, quam præsente fortitudine fortis, & sapiens præsente sapientia sapiens habendus est: sequitur neque parasitum, nisi parasitandi facultas suppetat, parasitum esse posse. Quare nisi hoc illi suppeditatum fuerit ab alio, nequaquam parasitus existimandus est. Tych. Proinde parasitus nunquam alimenti laborabit inopia? Par. Ita quidem apparet. Itaque neque huius neque alterius cujuspiam rei gratia discruciatur animo. Verum omnes ad vnum philosophi pariter atque rhetores, maximo semper in metu sunt. Illorum igitur plurimos plerumque ligno armatos in publicum prodire videmus: quod procul dubio non facerent, nisi armatos meruerint. Quid quod etiã ianuas probe oppessulatas occludunt, metuẽtes ne quis noctu domum ingressus, illis perniciem machinetur? At parasitus ædiculæ suæ januam quidem claudit, sed plane incuriose & temere, ne videlicet venti violentia irruens aperiat. Cæterum noctu orto tumultu, non magis animo timore concutitur, quam si nullus extitisset.

Preterea per sola loca iter faciens, nullo accinctus gladio ambulat. nihil n. prorsus vspiã gentiũ metuit.

At ego sepenumero vidi philosophos nullius periculi ne suspitione quidẽ existente arcus apparẽtes.

Semper enim baculis armati incedunt, atque etiam si quando in balneas lotum abeunt aut vocati ad prandium.

Nullus vero est qui parasitum aut adulterii aut violentiæ, aut rapinæ aut alterius cuiuspiam delicti insimulare possit: quoniam qui talibus vitiis esset contaminatus, jam non amplius parasitus foret perhibendus, sed se ipse grauissimæ injuriæ exponeret.

Itaque adulterium flagitioso committens, vna cum perpetrato delicto etiam flagitũ nomen incurrit? Quemadmodum autem qui improbus fuerit, non bonus, sed malus habendus est: sic quoque parasitus si quid turpiter in se admiserit, illud ipsum quod fuerat abiicit, assumit autem id quod deliquit per flagitiũ. Cæterum eius generis praua facinora per multa extant a philosophis & rhetoribus turpissime perpetrata, quæ non nobis tantum comperta sunt, vtpote quæ nostro tempore saltem designata forent, sed libris editis monumenta habemus eorum facinorum, quorũ illi autores extiterunt. Extat apologia Socratis, extat Æschynis, atq; Hyperidæ, neq; non Demosthenis. Ac ferme plurimorũ rhetorũ atq; philosophorũ defensiones etiam hodie leguntur. At nulla extat parasito apologia, nec vllus est qui pro vero affirmare possit, parasito iniuriarum scriptam esse dicam. Tych. At per Iouem parasitus meliori quam rhetores atque philosophi viuendi conditione fruitur,

καὶ ἄλλα πάθη [illegible] ταῖς [illegible] καὶ ἡδονὰς καὶ παντοίας [illegible] ὁ μὲν παράσιτος τούτων ἐστὶν ἁπάντων ἐκτός· οὔτε γὰρ [illegible] ἀνεξικακίαν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὅτῳ [illegible] ἡ ὀργὴ αὐτοῦ χαλεπὸν μὲν οὐδὲ σκυθρωπὸν οὐδὲν ἀπεργάζεται, γέλωτα δὲ μᾶλλον, καὶ εὐφραίνει τοὺς συνόντας. λυπεῖται δὲ ἥκιστα πάντων, τοῦτο τῆς τέχνης παρασκευαζούσης αὐτῷ καὶ χαριζομένης, μὴ ἔχειν ὑπὲρ ὅτου λυπηθείη. οὔτε γὰρ χρήματά ἐστιν αὐτῷ οὔτε οἶκος, οὔτε οἰκέτης οὔτε γυνὴ οὔτε παῖδες, ὧν διαφθαρέντων πάντως ἀνάγκη ἐστὶ λυπεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὰ ἐπεὶ ταῦτα ἀπόλλυνται. [illegible] οὔτε δόξης, οὔτε χρημάτων, ἀλλ' οὐδὲ ὡραίου τινός.

ΤΥ. Ἀλλ', ὦ Σίμων, εἰκός γε ἐνδείᾳ τροφῆς λυπηθῆναι αὐτόν.

ΠΑ. Ἀγνοεῖς ὦ Τυχιάδη, ὅτι ἐξ ἀρχῆς οὐδὲ παράσιτός ἐστιν οὗτος ὅστις ἀπορεῖ τροφῆς· οὐδὲ γὰρ ἀνδρεῖος ἀπορῶν ἀνδρείας ἐστὶν ἀνδρεῖος, οὐδὲ φρόνιμος, ἀπορῶν φρενῶν ἐστι φρόνιμος· ἄλλως γε οὐδὲ παράσιτος ἂν εἴη. πρόκειται δὲ ἡμῖν περὶ παρασίτου ζητεῖν ὄντος, οὐχὶ μὴ ὄντος. εἰ δὲ μὴ ὁ ἀνδρεῖος ἄλλως ἢ παρουσίᾳ ἀνδρείας, καὶ ὁ φρόνιμος, παρουσίᾳ φρονήσεως, καὶ ὁ παράσιτος δὲ παρουσίᾳ τοῦ παρασιτεῖν παράσιτος ἔσται· ὥστε εἴ γε τοῦτο μὴ ὑπάρχει αὐτῷ, περὶ ἄλλου τινός, καὶ οὐχὶ παρασίτου ζητήσομεν.

ΤΥ. Οὐκοῦν οὐδέποτε ἀπορήσει παράσιτος τροφῆς.

ΠΑ. Ἔοικεν, ὥστε οὔτ' ἐπὶ τούτῳ οὔτ' ἐπ' ἄλλῳ ἐστὶν ὅτῳ λυπηθείη ἄν. καὶ μὴν καὶ πάντες ὁμοῦ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες φοβοῦνται μάλιστα. τοὺς γοῦν πλείστους αὐτῶν εὕροις ἂν μετὰ ξύλου προϊόντας. οὐκ ἂν δήπου, εἰ μὴ ἐφοβοῦντο, ὡπλισμένους, καὶ τὰς θύρας δὲ μάλα [illegible] ἀποκλείοντας μή τις ἄρα νύκτωρ [illegible] αὐτοῖς δεδιότας. ὁ δὲ τὴν θύραν τοῦ οἰκήματος προστίθησιν εἰκῇ, καὶ ὡς μὴ ὑπὸ ἀνέμου ἀνοιχθείη· γινομένου δὲ ψόφου νύκτωρ οὐδὲν μᾶλλον ταράττεται ἢ μὴ γινομένου, καὶ δι' ἐρημίας δὲ ἀπιὼν ἄνευ ξίφους ὁδεύει· φοβεῖται γὰρ οὐδὲν οὐδαμοῦ. φιλοσόφους δὲ πολλάκις εἶδον ἐγώ, οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ, τόξα εὐσκευασμένους· ξύλα [illegible] καὶ εἰς βαλανεῖον ἀπιόντες καὶ ἐπ' ἄριστον. παρασίτου μὲν οὐδεὶς ἔχει κατηγορῆσαι μοιχείαν ἢ βίαν ἢ ἁρπαγὴν ἢ ἄλλο τι ἀδίκημα ἁπλῶς· ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἀδικεῖ· ὥστε εἰ μοιχεύσας τύχῃ, ἅμα τῷ ἀδικήματι καὶ τοὔνομα μεταλαμβάνει τοῦ ἀδικήματος. ὥσπερ δὲ ὁ κακὸς οὐ τὸ ἀγαθὸς, ἀλλὰ φαῦλος εἶναι λαμβάνει, οὕτως οἶμαι, ὁ παράσιτος, ἐάν τι ἀδικῇ, αὐτὸ μὲν ὃ ἔστιν [illegible] ἀποβάλλει, ἀναλαμβάνει δὲ ὃ ἀδικεῖ. [illegible] ματα δὲ τοιαῦτα ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ἄφθονα οὐ μόνον ἴσμεν αὐτοὶ γεγονότα καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς βιβλίοις ἀπολελειμμένα ὑπομνήματα ἔχομεν τῶν ἀδικημάτων. ἀπολογία μὲν γὰρ Σωκράτους ἐστὶ, καὶ Αἰσχίνου καὶ Ὑπερείδου καὶ Δημοσθένους καὶ τῶν πλείστων σχεδὸν ῥητόρων καὶ σοφῶν.

Παρασίτου δὲ οὐκ ἔστιν ἀπολογία, οὐδὲ ἔχει τις εἰπεῖν δίκην πρὸς παράσιτον γεγραμμένην. ΤΥ. Ἀλλὰ μὰ Δία, ὁ μὲν βίος τοῦ παρασίτου κρείττων ἐστὶ τοῦ τῶν ῥητόρων

fato

πρότερον καὶ τῶν φιλοσόφων ὁ δὲ θάνατος φαυλότερος.

Πα. πάνυ μὲν οὖν τοὐναντίον παρὰ πολὺ εὐδαιμονέστερος· φιλοσόφους μὲν γὰρ ἴσμεν ἅπαντας, ἢ τοὺς πλείστους κακοὺς κακῶς ἀποθανόντας, τοὺς μὲν ἐκ καταδίκης ἑαλωκότας ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι, φαρμάκῳ, τοὺς δὲ κατακαυθέντας τὸ σῶμα ἅπαν, τοὺς δὲ ἀπὸ δυσουρίας φθινήσαντας, τοὺς δὲ φυγόντας. παρασίτου δὲ θάνατον οὐδεὶς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν, ἀλλὰ τὸν εὐδαιμονέστατον, φαγόντος καὶ πιόντος. εἰ δέ τις καὶ δοκεῖ βιαίῳ τετελευτηκέναι θανάτῳ, ἀπεπτήσας ἀπέθανε.

Τυ. ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἐνηγώνισταί σοι τὰ πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὑπὲρ τοῦ παρασίτου. λοιπὸν δέ, εἰ καλὸν καὶ λυσιτελές ἐστι τὸ κτῆμα τοῦτο τῷ τρέφοντι, πειρῶ λέγειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκοῦσιν, ὥσπερ εὐεργετοῦντες καὶ χαριζόμενοι, τρέφειν αὐτοὺς οἱ πλούσιοι, καὶ εἶναι τοῦτο αἰσχύνην τῷ τρεφομένῳ.

Πα. ὡς ἠλίθιά γέ σου, ὦ Τυχιάδη, ταῦτα εἰ μὴ δύνασαι γεγνώσκειν, ὅτι πλούσιος ἀνήρ, εἰ καὶ τὸ Γύγου χρυσίον ἔχει, μόνος ἐσθίων, πένης ἐστί, καὶ προϊὼν ἄνευ παρασίτου πτωχὸς δοκεῖ· καὶ ὥσπερ στρατιώτης χωρὶς ὅπλων, ἀτιμότερος, καὶ ἐσθὴς ἄνευ πορφύρας, καὶ ἵππος ἄνευ φαλάρων, οὕτω καὶ πλούσιος ἄνευ παρασίτου ταπεινός τις καὶ εὐτελὴς φαίνεται. καὶ μὴν ὁ μὲν πλούσιος κοσμεῖται ὑπ' αὐτοῦ, τὸν δὲ παράσιτον ὁ πλούσιος οὐδέποτε κοσμεῖ. ἀλλ' ὥστε οὐδὲ ὄνειδός ἐστιν αὐτῷ, ὡς σὺ φής, τὸ παρασιτεῖν, ὡς εἴπερ δηλονότι ὡς κρείττονι χείρονα, ὅπως γε μὴν τῷ πλουσίῳ τοῦτο λυσιτελές ἐστι, τὸ τρέφειν τὸν παράσιτον, ᾧ γε μετὰ τοῦ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐκ τῆς τούτου δορυφορίας ὑπάρχει. οὔτε γὰρ μάχῃ ῥᾳδίως ἄν τις ἐπιχειρήσειε τῷ πλουσίῳ τοῦτον ὁρῶν παρεστῶτα, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθάνοι τις φαρμάκῳ τοῦτον ἔχων παράσιτον. τίς γὰρ ἂν τολμήσειεν ἐπιβουλεῦσαί τινι τούτου προεσθίοντος καὶ προπίνοντος; ὥστε ὁ πλούσιος οὐχὶ κοσμεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων ὑπὸ τοῦ παρασίτου σῴζεται. οὕτω μὲν ὁ παράσιτος διὰ φιλοστοργίαν πάντα κίνδυνον ὑπομένει, καὶ οὐκ ἂν παραχωρήσειε τῷ πλουσίῳ φαγεῖν μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν αἱρεῖται συμφαγών.

Τυ. πάντα μοι δοκεῖς, ὦ Σίμων, διεξελθεῖν, ὑστερήσας οὐδὲν τῆς σαυτοῦ τέχνης, οὐχ ὥσπερ αὐτὸς ἔφασκες ἀμελέτητος ὤν, ἀλλ' ὥσπερ ἄν τις ὑπὸ τῶν μεγίστων γεγυμνασμένος. λοιπὸν εἰ μὴ αἰσχρὸν αὐτὸ τὸ ὄνομα ἐστὶ τῆς παρασιτικῆς, ἐθέλω μαθεῖν.

Πα. ὅρα δὴ τὴν ἀπόκρισιν, ἐάν σοι ἱκανῶς λέγεσθαι δοκῇ, καὶ πειρῶ πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ὡς ἂν ἄριστα οἴῃ. φέρε γάρ, τὸν σῖτον οἱ παλαιοὶ τί καλοῦσι; Τυ. τροφήν. Πα. τί δὲ, τὸ σιτεῖσθαι οὐχὶ τὸ ἐσθίειν; Τυ. ναί. Πα. οὐκοῦν καθωμολόγηται τὸ παρασιτεῖν, ὅτι οὐκ ἄλλο ἐστί.

Τυ. τοῦτο γάρ, ὦ Σίμων, ἐστὶν ὃ αἰσχρὸν φαίνεται.

Πα. φέρε δή, πάλιν ἀπόκριναί μοι, τί πρότερόν σοι δοκεῖ διαφέρειν, καὶ προκειμένων ἀμφοῖν, πότερον αὖ αὐτὸς ἕλοιο, ἄρά γε τὸ πλεῖν, ἢ τὸ παραπλεῖν; Τυ. τὸ παραπλεῖν ἔγωγε. Πα. τί δὲ τὸ τρέχειν ἢ τὸ παρατρέχειν; Πα. τί δέ, τὸ ἱππάζειν ἢ τὸ παριππάζειν; Τυ. τὸ παρατρέχειν. Τυ. τὸ παριππάζειν.

Πα. τί δὲ τὸ ἀκοντίζειν, ἢ τὸ παρακοντίζειν;

Τυ. τὸ παρακοντίζειν; Πα. οὐκοῦν

fatetur, tamen deteriore absumitur. PAR. Equidem longe diuersum est quod dicis. nam fato multo feliciore tunc e viuis migrat parasitus. Quippe comperte exploratum habemus philosophos fere omnes, aut totum maximam partem, malo extinctos esse. nonnullos condemnatione iudicii in maximo flagitio manifesto deprehensis, sumpto veneno: alios igne exustos, plerosque vrinandi difficultate absumptos, alios ex fuga retractos & occisos. At quis tandem tali quopiam exitio parasitum sublatum esse referre potest? sed mors felicissima fere illi contingit edenti atque bibenti. Quod si quis etiam violenta morte defungi videatur, mortuus auolasse creditur.

TYCH. Hæc equidem satis superque tibi pro parasito contra philosophos, decertata sunt. Superest vt & illud explices, num honesta & vtilis hæc alenti sit possessio. Siquidem opulenti homines mihi videntur parasitos alere, tanquam obsequentes & beneuole gratificantes illorum tenuitati: quod ego ei qui alitur, dedecus esse existimo.

PAR. Quam simpliciter fatuum te esse constat o Tychiade, si hoc nequeas intelligere, hominem diuitem etiamsi Gygis opulentiam possideret, solum edentem esse pauperem?

Atqui ille progrediens in publicum non comitante parasito, mendicus est. Et quemadmodum miles sine armis habetur despectior & vestis sine purpura vilior, & equus sine phaleris leuior: hic etiam diues egregie & ampliter nummatus, longe apparet sine parasiti satellitio humilior atque contemptior. Atqui parasitus quoque non parum ornamento est diuiti, diues parasito non item.

Alioqui neque probrum est, vt tu ais, huic parasitari, vt præstantiori deteriorem. Quod autem opulento vtile sit parasitum alere præterquam quod ornamentum non vulgare illi adiungit, etiam securitatem multam parasiti præsentia & comitatus diuiti suppeditat.

Neque enim quispiam temere pugna adorietur diuitem qui hunc illius lateri assistentem conspexerit. Sed neque metuendum est eum veneno periturum, qui parasitum conuiuam habuerit. Quis enim auderet insidiis petere quempiam hoc prægustante atque prælibente? Itaque diues non tantum à parasito ornatur, sed eius quoque opera à maximis periculis tutus conseruatur.

Ita enim parasitus propter charitatis affectum qua diuitem ex animo complectitur omnibus semet obiectant periculis. Neque tantum concedit solum cibum sumere sed vno quoque edens exoptat oppetere.

TYCH. Omnia mihi, ô Simo, satis diserte differuisse videris, nec quicquam quod ad artem tuam commendam pertinet prætermisisti; neque vt dixisti, ad hanc rem inexercitatus accessisti, sed plane omnium instructissimus atque exercitatissimus. Quod reliquum est, scire gestio an parasiti compellatio non turpis & dedecorosa habenda sit.

PAR. Vide quod responsum à me exigas sufficienter super, his verba tibi fecisse videor. Responde vero mihi vicissim ad quæstionem, si recte factum existimas. Age σῖτον prisci illi quo vocarunt nomine.

TYCH. Alimenti vocabulo. PAR. Quid autem σιτεῖσθαι nonne alere. TYCH. Sane vero. PAR. Est ergo in confesso neque aliud esse parasitari. TYCH. At illud ipsum, Simo, est, quod turpe esse apparet. PAR. Age iterum mihi responde, quid tibi discriminis esse videtur, aut vtrisque propositis vtrum electurus esses, num nauigare, an adnauigare? TYCH. Ego quidem eligerem Adnauigare. PAR. Quid autem, currere, an adcurrere? TYCH. Adcurrere. PAR. Quid autem equitare, an adequitare? TYCH. Adequitare. PAR. Quid autem, jaculari, an adiaculari? TYCH. Adiaculari. PAR. Proinde

non

non alia quoque ratione pro edere parasitari sat scio quoque eligeres. T... H. V... nolim sententiæ tuæ refragari non possum. At te quidem in posterum, veluti pueri, & sub auroram & a prandio accedam, arti tuæ perdiscendæ operam daturus. Tu vero eandem docebis citra inuidiam, ingenue, quoniam primus tibi ero discipulus. Perhibent autem & matres primam prolem adamare impensius.

ὁμοίως ἐπὶ λοιποῖς τοῦ ἐσθίειν μᾶλλον τὸ ἀριστεῖν. Τυ. ὁμολογῶ ἀνάγκη. καὶ ἐπὶ λοιπῶν, ὥσπερ οἱ παῖδες ἀφίξομαι καὶ ἕωθεν, καὶ μετ᾽ ἄριστον. μαθητὴς ἔσομαι τῆς τέχνης. σὺ δὲ με αὐτὴν ἐκείνως διδάσκειν ἀφθόνως, ἐπεὶ καὶ πρῶτος μαθητής σοι γεγονώς. Φασὶ δὲ καὶ τὰς μητέρας μᾶλλον τὰ πρῶτα φιλεῖν τῶν τέκνων.

FINIS.

STEPHANI GVAZZÆ ENCOMIVM ADVLATIONIS.

EQVES.

Etsi omnes verbis quidem adulationem vituperant: corde tamen laudant. Et ausim dicere, me in tot ciuitatibus, regionibus, quas vidi, nunquam reperisse cor adeo fetum & syluestre, quod blanditiis & adulationibus non fuerit emollitum. Ac longo tandem rerum vsu vere expertus sum: *viros maximi pretii & acutissimi ingenii primum in hoc delectari; vt non minus ipsi adulentur aliis, quam alios sibi adulari desiderent.* Vtique enim considerare potes; quod si vento me implere velles, & dicere, me forte Athletam, aut excellentem Musicum esse; iniuriæ loco id habiturus forem; cum nihil istorum norim: ac si formam characterum meorum, & Stylum, vel quid aliud meæ professionis extolleres; ipse quidem modestiæ causa id declinarem aliquantulum: sed intrinsecus tamen magnam inde voluptatem perciperem: tum quod mihi persuadeo, omne illud, quod isto casu de me prædicas, plus quam verum; tum quod naturali motu laudes expoto. Ac scio, me legisse, quod cum Themistocles interrogatus esset, quænam vox sibi in theatro maxime placuisset? illa, respondit, quæ laudes meas commemorabat.

Et istud quidem desiderium commune est omnibus hominibus: qui adeo gloriæ sunt cupidi, vt cum vel nominari se cum laude audiunt, tantum nõ rumpantur lætitia: sicuti Demosthenem fecisse legimus. Is enim duos prætergrediens baiulos; cum intelligeret, eos submisse inter se dicere; iste est Demosthenes: concuruit sese, & in pedis digitos eleuauit, vt maius & grandius sui spectaculum exhiberet: non secus ac si diceret, idem ego ipsus sum. Sed quid de Demosthene dico? Quot sunt, qui suum ipsorum meritum non pensitantes, nec considerantes iure ac iniuria laudati fuerint, verba sibi dare lubenter patiuntur, & officium istud in bonã interpretantur partem? Et quot econtra videmus, inter quos forsan & ego sum, qui grauiter dolent, & indignantur, si quis eis non fuerit adulatus? Hoc amplius dico; si quis ex istis Gnathonibus & adulatoribus publicis, quorum iam meministi, laudum mearum campum ingrederetur; equidem Thraso euaderem, & insatiabili voluptate auscultarem: existimarem scilicet, illum etsi inter alias adulator esset, mea tamen causa talem non fore; quinimo magnam illi haberem gratiam, & eo ipso momento amicos meos, totamque cognationem præsentem cuperem. Hæc hæc, Domine Hannibal, est illa via conciliandorum amicorum & honorum. Et nunc demum pro certo ac constituto habeo; eum, qui nesciat adulari, nescire & conuersari. Atque audiui aliquando Gallum quendam præcipuum virum, amicis suis dicentem: Adulamini mihi: nihil enim omnium magis gratum poteritis facere. Nec quisquam est, qui non intelligat, quod veluti reprehensio inimicitiæ est principium, ita laudes amicitiæ. Iam si adulatio in errorem nos deducere nbi videtur: mihi sane videtur contra. Quemadmodum enim qui merito laudatus fuit, ad maiora stimulatur: ita qui immerentem se laudatum videt, conscientiæ morsu quasi tangitur; & qualis esse debeat, monetur: vt ita adulationem nobis adiumento esse intelligamus. Sed & si adulatio in vitii loco ponenda esset; discreti parentes & prudentes magistri non vterentur ea erga pueros; qui etsi perfecte loqui, legere aut saltare nesciunt; tenues tamen ipsorum conatus multum laudantur; vt animus illis ad maiora & laude digna capessenda addatur. Vides etiam naturam ipsis quoque infantum cordibus adulationem infudisse. Hi enim cum vel nummulos, vel reculas alias a parentibus impetrare volunt, ad amplexandum illos & osculandum accurrunt. Videntur ab hac etiam mendici edocti esse, vt eleemosynam petituri preciosis & prægnantibus verbis aures aliorum intonent. Præterea aduerte ad accuratos Oratores, qui lactucam suam oleo adulationis condiunt; & modos docent, beneuolentiam sibi conciliandi, & principum, magistratuum, gratiam obtinendi. Nec omittam exemplum exercitatorum & prudentiam amatorum; qui & voce & scriptis amicam modo patronam, modo ... & corculum, modo animulam, modo spem, atque aliis etiam blandientibus verbis appellant: inox in cœlum euehunt, & Dearum nomine insigniunt, quin & pulchritudinem earum Angelicam & diuinam nominant, dentes, Margaritas, labra, corallia, manus, ebur, &c, vt dixit Poeta,

— Sunt crines, aurum: vultus, nix: fulgida ocelli Sidera: sunt Hebenum nigra supercilia.

Ipse denique mundus, vt finiam tandem, adulatione plenus est, & conseruatur: nec quicquam illa hisce temporibus magis in vsu est. Ac vides omnes homines, vt in pace viuant, & in conuersatione descendantur, inuicem sibi adulari: si non expressim ipsa voce; certe tacite. Licet enim patrom & amici vestes satis politæ sint: non intermittunt tamen limbo pallii sui eas excutere, ac si puluere aut luto inquinatæ essent. Sunt etiam multi, qui etsi aliis loquentibus non auscultant; capite tamen annuunt & supercilia ducunt, & amico in omnibus, aliquo modo, complacere, ac satisfacere cupiunt: quod nihil aliud est, quam adulari. Nosti etiam, natura nobis exosos esse cauillatores & sophistas: qui ad singula fere verba nobis contradicunt, & pilum in ouo quærunt.

Eos vero, qui sermonibus nostris aut lingua, aut gestibus adstipulantur, iudicamus amicos, & ex animi nostri sententia; eorumque aduectione tangimur; libenter cum eis conuersamur, & adulationem ipsorum loco humilitatis & beneuolentiæ habemus; ita vt, qui nobis adulentur, eum aut inuidum, aut superbum æstimemus. Tantaque est nostra illa vana gloria; vt laudati, etsi quidem intel-

intelligimus laudando modum excessum esse; nihil minus, id attribuamus abundantiæ amoris potius, quam adulationi. Nec vnquam audisti, quenquam alteri, ob falsam laudem, mendacium regessisse. Imo vento & persuasione tumidus, lætus plane illi respondet: Amor ille, quo me prosequeris, verba ista depromit. Non absque ratione inquit adulator quidam, cum admonitus esset, vt verum diceret; respondi: Quod si verum dicam ei, qui id auditurus sit: ecquis erit, qui audiat? eredas denique sicuti veritas odium parit; ita adulationem amorem & bonum sanguinem generare. Ausim etiam dicere, eum qui adulationem de mundo tollit, omnem pariter ciuilitatem tollere. Nam & piscoli detractione honorem exhibemus inimico nostro: & hic nobis faustum precatur diem, qui infelicem annum totum, & triste pascha intus in corde nobis imprecatur. Sed quid censes? oportet & nos ad imitationem illorum, hilarem vultum affingere, subridere, cum vulpibus vulpinari, & artem arte eludere. Sicuti enim turpe est, cum amico obstinate velle contendere; ita virtus & vrbanitas quædam est, posse cedere, & honorem illi relinquere, quemadmodum prudens ille Anichinus apud Bocatium fecit. Qui cum Domina Sebachiam ludens, dum vinci se pateretur, victoriam & triumphum gratiæ ipsius reportauit. Itaque ex his omnibus cõcludo; qui, aliorum fauorem sibi conciliare, & felicem finem cupit contingere; necessum esse vt Lodi & Piacenza semper in ore habeat, virtutisque esse iudicet, aliorum operas & lingua & aliis signis magnifacere; &, quod tam anxie quærunt, illis posse tribuere.

IOANNIS PICI MIRANDVLANI

BARBARIEI ENCOMIVM.

Barbaries alloquitur Hermolaum Barbarum.

Vide Angeli Politiani lib. 9. epist. 4.

VIximus celebres, ô Hermolae, & posthac viuemus, non in scholis grammaticorum, & pœdagogiis, sed in philosophorum coronis, in conuentibus sapientum; vbi non de matre Andromaches, non de Niobes filiis atque id genus leuibus nugis; sed de humanarum, diuinarumque rerum rationibus agitur, & disputatur. In quibus meditandis, inquirendis, & enodandis, ita subtiles, acuti, acresque fuimus: vt anxii quandoque nimium, & morosi fuisse videamur, si modo esse morosus quisquam, aut curiosus nimio plus in indaganda veritate potest. Atque in his quidem si quis nos arguat hebetudinis, & tarditatis; age amabo quicunque is est, pedem conferat; experietur habuisse barbaros non in lingua, sed in pectore Mercurium; non defuisse illis sapientiam, si defuit eloquentia: quam cum sapientia non coniunxisse, tantum fortasse abest à culpa, vt coniunxisse sit nefas. Quis enim concinnos, quis fucum in proba virgine non damnet? Quis in Vestali non detestetur? Tanta est inter Oratoris munus, & Philosophi pugnantia; vt pugnare magis inuicem non possint. Nam quod aliud Rhetoris officium, quam mentiri, decipere, circumuenire, præstigiari. Est enim vestrum (vt dicitis) posse pro arbitrio in candida nigrum vertere, in nigra candidum: posse quæcunque vultis tollere, abiicere, amplificare, extenuare dicendo. Demum res ipsas magicis quasi (quod vos iactatis) viribus eloquentiæ, in quam libuerit faciem, habitumque transformare, vt non qualia suopte ingenio, sed qualia volueritis, non fiant quidem; sed cum non sint esse tamen audientibus appareant. Hoc totum est, ne quicquam aliud, quam merum mendacium, mera impostura, merum præstigium, cum a natura rei semper, vel augendo excedat, vel minuendo deficiat, & fallacem verborum concentum, veluti laruas, & simulacra prætendens, auditorum mentes blandiendo ludificet! Erit ne huic cum Philosopho affinitas, cuius studium omne in cognoscenda, & demonstranda cæteris veritate versatur? Adde quod nobis nulla erit fides, lautitias vocum, & veneres affectantibus; quasi rebus parum fidentes, nec vero nixi trahere in sententiam his lenociniis homines quæramus. Est ob hanc causam legere res sacras rustice potius, quam eleganter scriptas: quod nihil sit magis dedecens, & noxium in omni materia, in qua de vero cognoscendo agitur; quam vniuersum illud dicendi genus elaboratum. Hoc, hoc forensium est quæstionum, non naturalium, atque cœlestium. Non est eorum, qui in academia sed qui in republica illa versantur; in qua quæ fiunt, quæque dicuntur, populari trutina examinantur; apud quam flores fructibus longe præponderant. Nonne scis illud? Non omnia omnibus pari filo conueniunt. Est elegans res (fatemur hoc) facundia; plena illecebræ, & voluptatis: sed in philosopho nec decora, nec grata. Quis mollem incessum, argutas manus, ludibundos oculos in histrione, & saltatore non probet? in ciue, in philosopho quis non improbet, arguat, abominetur? Si puellam viderimus moribus lepidam, atque dicaculam; laudabimus, exosculabimur. Hæc in matrona damnabimus & persequemur. Non ergo nos, sed illi inepti, qui ad pedes Vestæ agant bacchanalia; qui grauitatem philosophicarum rerum, & castitatem ludicris veluti, & calamistris dehonestent. Profecto quod Synesius de adolescente, de oratione commode dici potest: comatam orationem, semper cinædam. Quare nos nostram malumus, capillis sirtam, globosam, inexpeditam, quam eum impuritatis, vel nota, vel suspicione belle comatam. Alioqui Palladis peplum non reuelaret; sed à sacris vti profana repelleretur. Et vt nihil sint reliqua, hoc est verissimum; nihil esse diuersum magis ab instituto philosophi, quacunque in re; quam quod luxum, aut fastum aliqua ex parte sapit. Sicyonios calceos habiles, aptosque ad pedem dicebat Socrates, sed Socrati non conuenire. Omnino non eadem ratio ciuilis habitus, & Philosophici: sicut neque mensæ, neque sermonis: vtitur his philosophus duntaxat ad necessitatem, vtitur ciuilis homo etiam ad gratiam: quam & hic si neglexerit, non ciuilis: & ille si affectauerit, non erit Philosophus. Si posset Pythagoras viuere sine cibo; soleribus etiam parceret: si inasensa aspectu, aut demum minore, quam sermonis opera explicare, omnino non loqueretur: tantum abest, vt linguam poliat, & exornet. Quod vel ob id cauendum nobis, ne illectus cute medicata lector demoretur ad eam, ad medullam & sanguinem non peruadat; quem subesse sæpe cerussato ori infectum vidimus. Vidimus antiquam in hisce omnibus, quibus propterea in vsu venit; cum nihil sit intus non inane, & vanum detinere lectorem in prima facie, modulato vario, atque concentu: quod si fecerit Philosophus, clamabit Musonius, non Philosophũ loqui sed tibicinem canere. Non ergo nobis vitio detur, id non fecisse, quod

se; quod fecisse vitium erat. Quærimus nos, quid nam scribamus; non quærimus, quomodo: imo quomodo quærimus; vt scilicet sine pompa, & flore vllo orationi quam nolumus v delectabilis, venusta, & facta sit: sed vt vtilis, grauis, & reuerenda: vt maiestatem potius ex horrore, quam gratiam ex mollitudine consequatur. Non expectamus theatri plausum; quod aures demulserit æquabilis clausula, vel numerosa: quod hoc sit salsum, illud sit lepidum: sed expectamus paucorum potius, præ admiratione silentium; introspicientium penitus aliquid, aut de naturæ adytis erutum; aut de Iouis aula ad homines adductum: tum vel aliquid ita argutum, vt defendendi: ita defensum, vt arguendi nõ sit locus. Admirentur præterea nos sagaces in inquirendo, circumspectos in explorando, subtiles in contemplando, in judicando graues, implicitos in vinciendo, faciles in enodando. Admirentur in nobis breuitatem stili, fœtam rerum multarum, atq; magnarum, sub expositis verbis remotissimas sententias, plenas quæstionum, plenas solutionum: quam apti simus, quam bene instructi ambiguitates tollere, scrupos diluere, inuoluta euoluere, flexaninus syllogismis & infirmare falsa, & vera confirmare. His nos o Hermolae vindicauimus hucusque, & vindicaturos posthac ab obliuione memoriam nostram non dubitamus. Quod si vulgo (vt dicis) habemur sordidi, rudes, inculti; hoc nobis ad gloriam est, non ad contumeliam. Vulgo non scripsimus, sed tibi, & tui similibus. Nec aliter, quam prisci suis ænigmatis, & fabularum inuolucris arcebant idiotas homines à mysteriis: & nos consueuimus absterrere illos à nostris dapibus, quas nõ polluere non possent amariori paulum cortice verborum. Solent & qui thesauros occultare volunt, si non datur seponere, quisquiliis integre, vel ruderibus, vt prætereuntes non deprehendant; nisi quos ipsi dignos eo munere judicauerint. Simile philosophorum studium celare res suas populum, à quo cum non probari modo, sed nec intelligi eos deceat: non potest non dedecere, habere aliquid quæ ipsi scribunt theatrale, plausibile, populare; quod demum multitudinis judicio accommodare se videatur. Sed vis effingam ideam sermonis nostri? Ea est ipsissima, quæ Silenorum nostri Alcibiadis. Erant enim horum simulacra hispido ore, tetro, & aspernabili, sed intus plena gemmarum, supellectilis raræ & preciosæ: Ita extrinsecus si aspexeris, feram videas. si introspexeris, numen agnoscas. At inquies, non ferunt aures nunc asperam, nunc hiulcam, semper inconsonam texturam; non ferunt barbara nomina, ipso etiam pene timenda sono. O delicate cum accedis choraulas, & citharœdos, pone te in auribus: cum vero philosophos; auoca à sensibus, redeas ad teipsum in animi penetralia, mentisque secessus. Assume illas Thianei aures; quibus cum omnino non erat in corpore, non terrestrem Marsiam, sed Apollinem cœlestem diuina cithara vniuersi melos ineffabilibus temperantem modis exaudiebat. His auribus philosophorum verba si delibaueris, mellea tibi ad Nestoris inuidiam esse videbuntur. Sed hæc sinamus, nimio plus assurgentia. Profecto fastidire in philosopho, subtilissime disputante, minus concinnam elocutionem; non tam delicati stomachi est, quam insolentis. Neq; est aliter, ac si quem in Socrate de moribus docente offendat, aut laxus calceus, aut toga dissidens, & sectum praue stomachetur ob vnguem. Non desiderat Tullius eloquentiam in philosopho; sed vt rebus & doctrina satisfaciat. Sciebat tam prudens, quam eruditus homo nostrum esse componere mentem, potius quam dictionem curare; ne quid aberret ratio, non oratio. Attinere ad nos in affectu orationem ἐν διαθέσει λόγον, non attinere in enunciatione τῇ ἐν προφορᾷ. Laudabile in nobis habere Musas in animo, & non in labiis: ne quid in illo vel per iram sonet asperius, vel per libidinẽ eneruatius. Deniq; ne qua sit discors à genuina ipsa; qua temperatus est modulabiliter harmonia; quam Plato cum intelligeret, theatralia ista, & poetarum sæpe corrumpi, à repub. sua poetas omnes eliminauit; gubernandam autem philosophis reliquit, mox certe si per lasciuiam differendi poetas fuerint imitati, exilio condemnandis. At instabit Lucretius, & si non egeant per se philosophię commendationes amœnitate dicendi, per eius tamen adhibitionem, dissimulandam esse ipsarum rerum austeritatem sicut absinthia per se pellunt morbos, melle tamen illiniuntur, vt puerorum ętas improuida ludificetur. Hoc forte tibi faciendũ erat ô Lucreti, si pueris scribebas tua: si vulgo, faciendum vtiq; tibi, qui non absinthia modo, sed meracissima toxica propinares. Sed longe alia nobis habenda ratio, qui vulgus (vt ante diximus) non allectare quærimus, sed absterrere: nec tetra absinthia, sed nectar propinamus. Sed contendet Lactantius, satis constare in auditorum animos, vel seniorum influere potentius veritatẽ, & vi sua instructam, & luce orationis ornatam. Si fuisses ô Firmiane tam frequens in sacris literis, quam in fictis litibus fuisti. & hoc non dixisses: & nostra non minus bene fortasse cõfirmasses, quam destruxeras aliena. Dic quæso, quid mouet̃ fortius, & persuadent, quam sacrarum lectio literarum: non mouent, nõ persuadent: sed cogunt, agitant, vim inferunt: nõ legis rudia verba, & agrestia, sed viua, sed animata, flammea, aculeata, ad imum spiritum penetrantia, hominem totum potestate mirabili transformantia. Periclis orationibus elaboratis & luculentis nihil se commoueri inquit Alcibiades; sed Socratis verbis nudis & simplicibus. Addit etiam, si sint inepta; rapi in furorem, extra se poni, & velit & nolit: faciendũ ei, quod ille præceperat. Sed quid perdo verba in re confessa? si non desipit auditor à fucato sermone; quid sperat aliud, quam insidias? Trib. maxime persuadetur, vita dicentis, veritate rei, sobrietate orationis. Hæc sunt Lactanti, quæ Philosopho fidẽ conciliabunt: si bonus fuerit, si veridicus, si id genus dicendi appetens, quod non ex amœnis Musarum syluis sed ex horrendo fluxerit antro; in quo dixit Heraclitus latitare veritatem. Ac dicet quispiam: Age amice, examinemus hæc, deposita contentione. Reuerendũ quoddam atque diuinum per se est sapientia; nec exotico quoquam eget ornatu: sed quæ inuidia & hunc accedere? Quis negat, quæ per se decent, si adornentur, fieri decentiora? Ego amice hoc in plerisq; negos adeo multa sunt, quorum splendorẽ, si quid adiunxeris, eluminos, & nõ illustres: ita sunt scilicet in sua natura optimo statu, vt demutari ab illo nisi in peius, non possint. Marmorea domus picturam nõ recipit; si opus albarium superinduxeris; demas de dignitate, de pulchritudine. Non aliter & sapientia, & quæ tractãtur à philosophis, rectono nõ clarescunt, sed offuscantur. Quid plura? Nonne vulgatũ bonas formas cerusa deuenustari? in vniuersum quicquid pulchri superimponas, celat quod inuenit: quod affert secũ, illud ostentat. Quare si quod prius fuerat aduentitio præstat. jacturam fecerit illud quicquid est, non lucrũ. Ob eam causam nudam se præbet philosophia, vndiq; conspicuã; tota sub oculos, sub iudicium venire gestit: scit, se habere, vnde tota vndiq; placeat. Quantum de ea veles, tantum de forma veles. tantum de laude minuas, syncerã, & impermixtam se haberi vult: quicquid admisceas, infeceris, adulteraueris, aliam feceris: stat puncto insectili, & indi-

indiuiduo. Quapropter nec ludendum tropis nec verbis, aut nimis luxuriandum, aut translatis lasciuiendum, aut factitiis audendum in rem tam seria, tanti discriminis, in qua demere, addere, demutare aliquid sit flagitium. At inquies; Age damus hoc nobis vt non sit vestrum ornato loqui: sed vestrum est certe, quod nec præstatis, vt latine saltem, vt si non floridis, suis tamen verbis res explicetis. Non exigo à vobis orationem comptam; sed nolo sordidam; nolo vnguentatam: sed nec hircosam. Non sit lecta, sed nec neglecta. Non quærimus, vt delectet, sed querimur, quod offendat: bene habet, iam scilicet ad nos ventum est. Sed amabo incognoscamus, quid istæc sit latinitas; quam solam dicitis debere philosophos, & non persoluere: si dicendo incurratis exempli causa, à Sole hominem produci, causari hominem nostrates dicent. Clamabis actutum, hoc non est latinum; hoc vsque vere: non est Romane dictum; hoc vero verius: igitur non recte: peccat argumentum: Dicet Arabs eandem rem, dicet Ægyptius; non dicent latine; sed tamen recte. Aut enim nomina rerum arbitrio constant, aut natura: si fortuitu positu, vt scilicet communione hominum in eandem sententiam conueniente, quo sanxerint vnum quodque appellari nomine; ita apud eos recte appellatur: quid prohibet hosce philosophos, quos nuncupatis barbaros, conspirasse in vnam dicendi normam, apud eos non secus sanctam, ac habeatur apud nos Romana: Illam cur rectam non appelletis, appelletis vestram; nulla est ratio: si hæc impositio nominum tota est arbitraria. Quod si dignari illam Romani nominis appellatione non vultis, Gallicam vocetis, Britannicam, Hispanam, vel (quod vulgares dicere solent) Parisiensem. Cum ad vos loquentur, continget eos pleraque rideri, pleraque non intelligi. Idem accidet vobis apud eos loquentibus, Ἀνάχαρσις παρ' Ἀθηναίοις σολοικίζει, Ἀθηναῖοι δὲ παρὰ Σκύθαις. id est Anacharsis apud Athenienses solœcismum facit; Athenienses apud Scythas. Quod si nominum rectitudo pendet ex natura rerum; debemus ne rhetores, an philosophos, qui rerum omnium naturam soli perspectam habent, & exploratam de hac rectitudine consulere; Forte quæ aures respuunt, vtpote asperula, acceptat ratio, vtpote rebus cognatiora. Sed quid oportuit nouare eos linguam; & si nati erant inter latinos, non latine loqui? Non poterant illi O Hermolae, dum legebant in cœlo fatorum leges, euentorum natos, ordinem vniuersi: legebant in elementis nascendi vices, & obeundi simplicium vires, mixtorum temperaturas: non poterant inquam eodem tempore in Cicerone, in Plinio, in Apuleio Romanæ linguę proprietates, leges, obseruantias adnotare. Quærebant quid ad hortens, quid receptum in natura, quid a Romanis interea non curabant. Verum enim vero iam te loco meliore statuo, do tibi eloquentiam; & sapientiam m[illegible]o nexu conspirasse. Adiunxerunt philosophi sapientiam mutuo ab eloquētia: abiunxerunt historici, rhetores, poetæ, quod deflet Philostratus, eloquentiam à sapientia. Hos tu victuros celebri fama minime dubitas. Illos non nisi in pœnam & contumeliam. Vide quid agas, indisertam ma vult Cicero prudentiam, quam stultam loquacitatem. Non quærimus in pecunia, qua moneta percussa sit; sed qua materia constet. Nec est qui purum aurum non malit habere sub nota Teutonum, quam sub Romano Symbolo factitium. Peccant qui dissidium cordis, & linguæ faciunt; sed qui excordes toti sunt lingua, nonne sunt mera (vt Cato ait) mortuaria glossaria? Viuere sine lingua possumus; forte non commode, sed sine corde nullo modo possumus. Non est humanus qui sit insolens politioris literaturæ. Non est homo, qui sit expers philosophiæ. Prodesse potest infantissima sapientia insipiens eloquentia, vti gladius in furentis manu, non obesse maxime non potest. Ergo inquies, & statuæ non a figura, sed à materia commendantur. Et si Chærilus eadem quæ Homerus, & de iisdem Mæuius, ac Virgilius cecinissent; futurum erat vt quæ illi, atq; isti inter Poetas reciperentur. Nonne vides disparilitatem similitudinis? Illud & nos asseueramus, à specie rem æstimari, non ex subiecto. Est enim à specie res id quod est: sed alia specie quispiam inter philosophos, alia inter Poetas recipiendus. Scribat Lucretius de natura, de Deo, de prouidentia; scribat de iisdem ex nostris quispiam; scribat Ioannes Scotus, & quidem carmine, vt sit ineptior. Dicet Lucretius reru principia, atomos, & vacuum; DEVM corporeum, rerum nostrarum inscium: temere omnia fortuito occursu corpusculorum ferri: sed hæc latine dicet, & eleganter. Dicet Ioannes, quæ plura constant sua materia, specieque constitui, esse Deum separatam mentem, cognoscentem omnia, omnibus consulentem. Nec propterea quod vniuersa etiam infima videat, ac moderetur: è sua pace minimum dimoueri, sed quod dici solet, descendentem non descendere, κατιόντα μὴ κατιέναι. At dicet in fulse, ruditer, non latinis verbis. Quæso quis in dubium reuocet: vter poeta melior, vter Philosopho. Extra omnem est controuersiam, tam rectius Scotum philosophari, quam ille loquitur ornatius. Sed vide quid differant: huic os insipidum, illi mens desipiens. Hic grammaticorum, ne poetarum dicā, decreta nescit: ille Dei atq; naturæ. Hic inuantissimus dicēdo sentit ea, q̃ laudari dicēdo satis nō possunt: ille fando eloquētissimus eloquitur nefāda.

ALBERTI FRIDERICI MELLIMANNI

Indocti facile inueniunt Patronum, ex Sebastiano Brandio.

Qvam Dantes stupido, parum venuste
Responsum dedit elegans venustum!
Namque hic ex solido vir esse callens
Doctrinas, aliosque semidoctus
Viuebant simul: ille semidoctus
Se docto cupiebat anteferre,
Dicens; quid tibi quæso profuerunt
Hi, quos in studia erogas labores?
Cernis? quam mea Princip: probentur?
Quæ dico facio videri placere?
Multo me locupletat ære Princeps:
Tu contra mihi singularis artis,
Quænam præmia consequare, narra.
Dantes, ingenio Vir explicato;
Hoc, inquit. video, nihilq; miror
Magnus suppeditant quibus Patroni,
Fortunæ soboles putantur esse.
Tu. cum non nimis arte perpolitus
Sis qui quam cito reperis patronum?
Qui cum possit acumen æstimare
Tuum, tum similes tui sit ipse.
Mecænas fuerit mihi repertus;
Qui nostras sciat æstimare Musas,
Ac intelligat ista, Marte nostro,
Quæ procudimus, & polimus arte;
Hic si contigerit patronus olim,
Vt nunc indole, moribusq; vince,
Te nummis etiam atq; honore vincam
Quam Dantes stupido, parum venuste,
Responsum dedit elegans, venustum.

ΜΩΡΙΑΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ, IDEST, STVLTITIAE

laus, Erasmi Roterodami declamatio.

STVLTITIA LOQVITVR.

VTcunq; de me vulgo mortales loquuntur: neque enim sum nescia; quam male audiat stultitia,

tis, etiam apud stultissimos, tamen hanc esse, hanc inquam esse vnam, quæ meo numine Deos atq; homines exhilaro, vel illud abunde magnum est argumentum: quot simul atq; in hunc cœtum frequentissimum dictura prodii; sic repente omnium vultus noua quadam atq; insolita hilaritate enituerunt; sic subito frontem exporrexistis, sic læto quodam & amabili applausistis risu: vt mihi profecto quotquot vndiq; præsentes intueor, pariter Deorum Homericorum nectare, non sine nepenthe, temulenti esse videamini: cum antehac tristis ac soliciti sederitis; perinde quasi nuper e Trophonii specu reuersi. Cæterum quemadmodum fieri consueuit; vt cum primum Sol formosum illud & aureũ os terris ostenderit: aut vbi post asperam hyemem nouũ ver blandis aspirant Fauonii; protinus noua rebus omnib' facies, nouus color ac plane juuenta quædã redeat: ita vobis, me conspecta, mox alius accessit vultus. Itaq; quod magni alioqui Rhetores, vix longa diuq; meditata oratione possunt efficere; nẽpe vt molestas animi curas discutiant: id ego solum statim aspectu præstiti.

Quamobrem autem hoc insolito cultu prodierim hodie, iam audietis: si modo nõ grauabimini dicenti mihi præbere aures nõ eas sane, quas sacris concionatorib' sed quas fors circulatoribus, scurris ac Morionib' consueuistis arrigere; quales olim Midas ille noster exhibuit Pani. Lubitum est n. paulisper apud vos sophistam agere; non quidem huius generis, qui hodie nugas quasdam anxias inculcat pueris, ac plusquam muliebrem rixandi pertinaciam tradit: sed veteres illos imitabor; qui quo infamem Sophorum appellationem vitarent, sophistæ vocari maluerunt. Horum studium erat, Deorum ac fortium virorum laudes encomiis celebrare. Encomium igitur audietis non Herculis, neq; Solonis; sed meum ipsius, hoc est, stultitiæ. Iam vero nõ huius facio sapientes istos, qui stultissimum & insolentissimũ esse prædicant: si quis ipse laudib. se ferat. Sit sane quam volent stultũ: modo decorũ esse fateantur. Quid enim magis quadrat: quam vt ipsa Moria, suarum laudum sit buccinatrix, & αὐτὴ ἑαυτὴν αὐλῇ. Quis n. me melius exprimat quam ipsa me? Nisi si cui forte notior sum: q̃ egomet sum mihi. Quanquam ego hoc alioqui, non paulo etiam modestius, arbitror, quam id quod optimatum ac sapientũ vulgus factitat qui peruerso quodam pudore, vel Rhetorem quenpiam palponẽ, vel poetam vaniloquum, subornare solent: eumque mercede conductum: à quo suas laudes audiant, hoc est, mera mendacia: & tamen verecund' interim ille, pauouis in morem pennas tollit, cristas erigit: cum impudens assentator nihili hominem, Diis æquiparat: cum absolutum omnium virtutũ exẽplar proponit, à quo sciat ille se plus quam τὸ δὶς διὰ πασῶν abesse: cum corniculam alienis conuestit plumis: cum τὴν αἰθίοπα λευκαίνει, denique cum ἐκ μυίας τὸν ἐλέφαντα ποιεῖ. Postremo sequor tritum illud vulgi prouerbiũ; quo dicitur is recte laudare sese: cui nemo alius contingit laudator. Quãquam hic interim demitor mortaliũ ingratitudinem dicam, an segnitiem; quorum cum omnes me studiose colant, meáq; libenter sentiant beneficentiam; nemo tamẽ tot jam seculis extitit, qui grata oratione stulticiæ laudes celebrarit: cum nõ defuerint, qui Busirides, Phalarides, febres quartanas, muscas, caluicia atque id genus pestes, accuratis magnaque & olei & somni jactura elucubratis laudibus vexerint. A me extemporariam quidem illam & illaboratam; sed tanto veriorem audietis orationem. Id quod nolim existimetis, ad ingenii ostentationem esse confictum; quemadmodum vulgus oratorum facit. Nam ij, sicuti nostis, cum orationem totis triginta annis elaboratam, nonnunquam & alienam proferunt: tamen tridui sibi [illegible] scriptam, aut etiam dictatam esse dejerent. Mihi porro semper gratissimum fuit, ὅτι κεν ἐπ᾽ ἀκαιρίαν γλῶτταν ἔλθῃ dicere. At ne quis iam a nobis expectet vt iuxta vulgatam istorum Rhetorum consuetudinem meipsam finitione explicem; porro vt diuidam, multo minus. Nam vtrunq; ominis est inauspicati vel fine circumscribere eam, cuius numen tam late pateat; vel secare, in cuius cultum omne rerum genus ita consentiat. Tametsi quorsum tandem attinet mei velut vmbram atque imaginem finitione repræsentare; cum ipsam me coram præsentes præsentem oculis intueamini? Sum etenim, vti videtis, vera illa largitrix ἐάων, quam Latini stulticiam, Græci Μωρίαν appellant. Quanquam quid vel hoc opus erat dicere; quasi non ipso ex vultu fronteque, quod aiunt, satis, quæ sim, præ me feram; aut quasi, si quis me Mineruam aut Sophiam esse contendat, non statim solo possit obtutu coargui: etiamsi nulla accedat oratio, minime mendax animi speculum. Nullus apud me fucis locus; nec aliud fronte simulõ; aliud in pectore premo. Sumque mei vndique simillima: adeo vt nec ij me dissimulare possint, qui maxime sapientiæ personam ac titulum sibi vendicant, καὶ ἐν τῇ πορφύρᾳ πίθηκοι, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι obambulant. Quamuis autem sedulo fingant; tamen alicunde prominentes auriculæ Midam produnt. Ingratum me Hercle & hoc hominum genus; qui cum maxime sint nostræ factionis: tamen apud vulgus cognominis nostri sic pudet: vt id passim aliis magni probri vice obuciant. Proinde istos cum sint μωρότατοι re, cæterum sophi ac Thaletes videri velint: nonne jure optimo μωροσόφους illos appellabimus? Visum est enim hac quoque parte nostri temporis Rhetores imitari; qui plane Deos sese esse credunt: si hirudinum ritu bilingues appareant: ac præclarum facinus esse ducunt, latinis orationibus subinde græculas aliquot voculas, velut emblémata intertexere: etiam si nunc non erat his locus. Porro si desunt exotica, è putrib' chartis quatuor aut quinque prisca verba eruunt, quibus tenebras offendant lectori videlicet, vt qui intelligunt, magis ac magis sibi placeant: qui non intelligunt, hoc ipso magis admirentur; quo minus intelligunt.

Quandoquidem est sane & hoc nostratium voluptatum genus non inelegans, quam maxime peregrina maxime suspicere. Quod si qui paulo sunt ambitiosiores; arrideant tamen & applaudant, atque asini exemplo, τὰ ὦτα κινῶσι, quo cæteris probe intelligere videantur, [illegible]. Nunc ad institutum recurro. Nomen igitur habetis viri. Quid addam epitheti? quid nisi stultissimi? Nam quo alio honestiore cognomine Mystas suos compellet Dea stulticia? sed quoniam non perinde multis notum est, quo genere prognata sim; id iam, Musis bene iuuantibus, exponere conabor. Mihi vero neque chaos, neque Orcus, neque Saturnus, neque Iapitus, aut alius id genus obsoletorum, ac patrium Deorum quispiam pater fuit. Sed πλοῦτος ipse vnus, vel inuitis Hesiodo & Homero, atque ipso adeo Ioue, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Cuius vnius nutu, vt olim, ita nunc quoque sacra prophanaque omnia sursum ac deorsum miscentur. Cuius arbitrio bella, paces, imperia, consilia, judicia, comitia, connubia, pacta, fœdera, leges, artes, ludicra, feria, (jam spiritus me deficit) breuiter, publica priuataque omnia mortaliũ negocia administrantur. Citra huius opẽ, totus ille poeticorum numinum populus, dicam audacius, ipsi quoque dii selecti, aut omnino non essent

De suo victitantes. essent, aut certe ἀνεράστως sane quam frigide victitarent. Quem quisquis iratum habuerit, huic ne Pallas quidem satis auxilii tulerit. Contra, quisquis propitium, is vel summo Ioui, cum suo fulmine mandare laqueum possit. *Huius patris glorior esse.* τούτου πατρὸς εὔχομαι εἶναι. Atque hic quidem me progenuit, nō è cerebro suo, quemadmodum tetricam illam ac toruam Palladem Iupiter, verum ex Neotete nympha multo omnium venustissima, pariter ac festiuissima. Neque rursum id tristi illi alligatus coniugio, quomodo faber ille claudus natus est, verum quod non paulo suauius *In amore mixtus.* ἐν φιλότητι μιχθείς, quemadmodum noster ait Homerus. Genuit autem, ne quid erretis, non Aristophanicus ille Plutus, iam capularis, iam oculis captus, sed quondam integer adhuc calidusque iuuenta, neque iuuenta solum, verum multo magis nectare, quod tum forte in Deorum conuiuio largius ac meracius hauserat. Quòd si locum quoque natalem requiritis, quandoquidem id hodie vel inprimis ad nobilitatem interesse putāt, quo loco primos ediderim vagitus: ego nec in erratica Delo, nec in vndoso *In specubus cauis.* mari, ἐν σπέσσι γλαφυροῖσιν, in lum edita, sed in ipsis insulis fortunatis, vbi ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα omnia proueniunt. *Citra sationem & arationem.* In quibus neque labor, neque senium neque morbus est vllus, nec vsquam in agris asphodelus, malua, squilla, lupinumue aut faba, aut aliud hoc genus nugarum conspicitur. Sed passim oculis, simulque naribus adblandiuntur moly, panace, nepenthes, amaracus, ambrosia, lotus, rosa, viola, Hiacynthus, Adonidis hortuli. Atque in his quidem nata deliciis nequaquam à fletu sum auspicata vitam sed protinus *Summo Ioui.* blande arrisi matri. Iam vero non inuideo τῷ ὑψίστῳ κρονίδῃ capram altricem, cum me duæ lepidissimæ nymphæ suis aluerint mammis, Methe Baccho progenita, & Apædia Panos filia. Quas hic quoq; in cæterorum comitum ac pedissequarum mearum consortio videtis. Quarum me hercle nomina, si voleris cognoscere ex me quidem non nisi Græca audietis. Hęc nimirum quam sublatis superciliis conspicamini, *Amor sui.* φιλαυτία est. Huic quam velut arridentibus oculis, *Adulatio.* ac plaudentem manibus videtis, κολακία nomen. *Obliuio.* Hæc semisomnis ac dormitanti similis λήθη vocatur. Hæc cubito vtroque innitens, consertisq; manibus, *Odium laboris.* μισοπονία dicitur. Hæc rosis redimita serto, & vndiq; delibuta vnguentis, ἡδονή. *Voluptas.* Hæc lubricis & huc atque illuc errantibus luminibus, ἄνοια dicitur. *Amentia.* Hæc nitida cute, probeq; saginato corpore τρυφὴ nomen habet. *Delitiæ.* Videtis & Deos duos puellis admixtos, quorum alterum κῶμον vocant, alterum νήγρετον ὕπνον. *Comum Deum temulentiæ. Altissimū somnum.* Huius, inquam, famulitii fidelib. auxiliis genus omne rerum meæ subiicio ditioni, ipsis etiam imperans imperatoribus. Genus, educationem, & comites audistis.

Nunc, ne cui sine causa videar mihi Deæ nomen vsurpare, quantis commoditatibus Deos simul & homines adficiam, quamq; late meum pateat numen: arrectis auribus accipite. Etenim si non inscite scripsit quidam, hoc demum esse Deum: iuuare mortales. Et si merito in Deorum senatum adsciti sunt, qui vinum, aut frumentum aut vnam aliquam huiusmodi commoditatem mortalibus ostenderunt: cur non ego iure, Deorum omnium ἄλφα dicar, habearque, quæ vna omnibus largior omnia. Principio quid esse potest vita ipsa vel dulcius, vel preciosius? At huius exordium cui laudem acceptam ferri conuenit, nisi mihi? Neque enim aut ὀβριμοπάτρης hasta Palladis, *Potentem habens patrem.* aut νεφεληγερέτα Iouis ægis hominum genus vel *Nubium congregator.* progignit, vel propagat. Verum ipse Deum pater atque hominum rex, qui toto nutu tremefacit Olympum, fulmen illud trisulcum ponat oportet, & vultum illum Titanicum, quo, cum libet, Deos omneis territat, planeque histrionum more, aliena sumenda misero persona: si quando velit id facere, quod nunquam non facit, hoc est, παιδοποιεῖν. Iam vero stoici se Diis proximos autumant. At date mihi terque quaterque, aut si libet, sexcenties stoicum, tamen huic quoque, si non barba insigne sapientiæ, etiamsi cum hircis commune, certe supercilium erit ponendum, explicanda frons, abiicienda dogmata illa adamantina, ineptiendum ac delirandum aliquantisper. In summa, me, me inquam, sapiens ille accersat oportet, si modo pater esse velit. Et cur non apertius meo more vobiscum fabuler? Quæso, num caput, num facies, num pectus, num manus, num auris, quæ partes honestæ putantur, progenerant Deos aut homines? Non opinor, imo ea pars adeo stulta, adeoque ridicula, vt nec nominari citra risum possit, humani generis est propagatrix. Is est sacer ille fons, vnde vitam hauriunt omnia verius, quam ille Pythagoricus quaternio. Age vero, qui vir obsecro matrimonii capistro velit præbere os, si quemadmodum isti sapientes facere consueuerunt, prius eius vitæ incommoda secum perpenderit: aut quæ tandem mulier virum admiserit, si partus periculosos labores, si educationis molestiam, vel norit vel cogitarit? Porro si coniugiis debetis vitam, coniugium autem debetis ἀνοίᾳ, pedisequæ mihi, nimirum quid debeatis, intelligitis. Tū quæ semel hæc experta, denuo repetere velit, nisi λήθης præsens numen adfuerit? Neque vero id Venus ipsa vel reclamante Lucretio vnquam inficias iuerit, sine nostri numinis accessione, suam vim mancam atq; irritam esse. Itaque ex nostrô illo temulento ridiculoque lusu, proueniunt, & superciliosi Philosophi, in quorum locum nunc successere, (quos vulgus Monachos appellat) & purpurei reges, & pii sacerdotes, & ter sanctissimi Pontifices. Postremo totus etiam ille Deorum Poeticorum cœtus, adeo frequens, vt turbam vix iam ipse capiat Olympus, tametsi spaciosissimus. At sane parum sit mihi vitæ seminarium, ac fontem deberi, nisi quicquid in omni vita commodi est, id quoq; totum ostendero mei muneris esse. Quid autem vita hæc, num omnino vita videtur appellanda, si voluptatem detraxeris? Applausistis. Equidem sciebam, neminem vestrum ita sapere, vel desipere magis, imò sapere potius, vt in hac esset sententia. Quanquam ne stoici quidem isti voluptatem aspernantur, tametsi sedulo dissimulant, milleque conuitiis eam apud vulgus dilacerant, nimirum vt deterritis aliis ipsi prolixius fruantur. Sed dicant mihi per Iouem, quæ tandem vitæ pars est, non tristis, non infestiua, non inuenusta, non insipida, non molesta, nisi voluptatem, id est, stultitiæ condimentum adiunxeris? Cuius rei cum satis idoneus testis esse possit, ille nunquam satis laudatus Sophocles: cuius extat pulcherrimum illud de nobis Elogium ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος, tamen age, rem omnem sigillatim aperiamus. *In nihil sapiendo vita iucundissima.* Principio quis nescit primam hominis ætatem multo lætissimam, multoque omnibus gratissimam esse? Quid est enim illud in infantibus, quod sic exosculamur, sic amplectimur, sic fouemus, vt hostis etiam huic ætati ferat opem, nisi stultitiæ lenocinium, quod data opera prudens natura, recens natis adiunxit, vt aliquo voluptatis velut auctoramento, & educantium labores delinire queant, & tuentium fauores eblandiantur? Deinde quæ succedit huic adolescentia, quam est apud omnes gratiosa, quam candide fauent omnes, quam studiose prouehunt, quam officiose porrigunt auxiliares manus? At vnde quæso ista iuuentæ gratia? vnde nisi ex me? Cuius beneficio quam minimum sapit, atque ob id quam minime ringitur. Mentior, nisi mox grandiores facti per rerum vsum, ac disciplinas virile quiddam sapere cœperint, continuo deflorescit formæ nitor, languescit alacritas, frigescit lepos, labescit vigor. Quoque longius à me subducitur, hoc minus minusque viuit, donec suc-

Molesta senectus. cedat τὸ χαλεπὸν γῆρας, id est, molesta senectus, non iam aliis modo, verum etiam sibimet iouisa. Quæ quidem prorsum nulli mortalium foret tolerabilis, nisi rursum taurorum misera laborum dextra adessem, & quemadmodum Dii Poetarum solent pereuntibus aliqua metamorphosi succurrere, indem ego quoque iam capulo proximus denuo quoad licet ad pueritiam reuocarem. Vnde non abs re vulgus eos *Iterum pueros.* παλιμπαῖδας appellare consueuit. Porro si quis transformandi rationem requirat, ne id quidem celarim. Ad Lethes nostræ fontem, nam in insulis fortunatis oritur (siquidem apud inferos tenuis modo riuulus labitur) eos produco vt simul atque illic longa potarint obliuia, paulatim dilutis animi curis repubescant. At isti iam delirant, inquiunt, iam desipiunt. Esto sane. Sed istuc ipsum est repuerascere. An vero est aliud puerum esse, quam delirare, quam desipere? An non hoc vel maxime in ea delectat ætate, quod nihil sapit? Quis enim non ceu portentum oderit, atque execretur puerum virili sapientia? Adstipulatur & vulgo iactatum prouerbium: Odi puerulum præcoci sapientia. Quis autem sustineret habere commercium, aut consuetudinem cum eo sene, qui ad tantam rerum experientiam, parem animi vigorem, iudiciique acrimoniam adiunxisset? Itaque delirat senex meo munere: Sed tamen delirus iste meus interim miseris illis curis vacat, quibus sapiens ille distorquetur. Interim non illepidus est compotor. Non sentit vitæ tædium, quod robustior ætas vix tolerat. Nonnunquam cum sene Plautino ad tres illas literas reuertetur, infelicissimus si sapiat. At interim meo beneficio felix, interim amicis gratus, ne congerro quidem insulsus. Quandoquidem & apud Homerum è Nestoris ore fluit oratio melle dulcior, cum Achillis sit amarulenta: & apud eundem senes in mœnibus considentes, τὴν λειριόεσσαν, floridam vocem edunt. Quo quidem calculo ipsam etiam superant pueritiam, suauem quidem illam, sed infantem, ac præcipuo vitæ oblectamento, puta garrulitate carentem. Addite huc, quod pueris quoque gaudeant impensius senes, ac pueri vicissim senibus delectantur, ὡς αἰεὶ vt semper similem Deus ducit ad similem τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Quid enim inter illos non conuenit, nisi quod hic rugosior & plures numerat natales? Alioqui capillorum albor, os edentulum, corporis modus minor, lactis appetentia, balbuties, garrulitas, ineptia, obliuio, incogitantia, breuiter omnia cætera congruunt. Quoque magis accedunt ad senectam, hoc potius ad pueritiæ similitudinem redeunt, donec puerorum ritu, citra vitæ tædium citra mortis sensum emigrant è vita. Eat nunc, qui volet, & hoc meum beneficium cum reliquorum Deorum metamorphosi comparet. Quidquid irati faciant, non libet commemorare, sed quibus quam maxime propitii sunt, eos solent in arborem, in auem, in cicadam, aut etiam serpentem transformare: quasi vero non istud ipsum sit perire aliud fieri. Ego vero hominem eundem optimæ ac felicissimæ vitæ parti restituo.

Quod si mortales prorsus ab omni sapientiæ commercio temperarent, ac perpetuo mecum ætatem agerent: ne esset quidem vllum senium, verum perpetua iuuenta fruerentur felices. An non videris tetricos istos, vel Philosophiæ studiis, vel seriis, & arduis addictos negociis, plerunque priusquam plane iuuenes sint, iam consenuisse: videlicet curis, & assidua acrique cogitationum agitatione sensim spiritus & succum illum vitalem exhauriente? tum contra Moriones meos pinguiculi sint, & nitidi, & bene curata cute, plane porci Acarnanii, quod aiunt, ἀγήρως, nunquam profecto senectutis incommodum vllum sensuri, nisi nonnihil, vt fit, sapientum contagio inficerentur. Adeo nihil patitur hominum vita, omni ex parte beatum esse. Accedit ad hæc vulgari prouerbii non leue testimonium, quod dictitant: stultitiam vnam esse rem, quæ & iuuentam alioqui fugacissimam remoretur, & improbam senectam procul arceat. Vt non temere de Brabantis populari sermone iactatum sit. Cum cæteris hominibus ætas prudentiam adferre soleat, hos quo propius ad senectam accedunt, hoc magis atque magis stultescere. Atqui hac gente non est alia, vel ad communem vitæ consuetudinem festiuior, vel quæ minus sentiat senectutis tristitiam. His quidem vt loco, ita & vitæ instituto confines sunt Hollandi mei: qur enim non meos appellem, vsque adeo studiosos mei cultores, vt inde vulgo cognomen emeruerint? cuius illos adeo non pudet, vt hinc vel præcipue sese iactitent. Eant nunc stultissimi mortales, & Medeas, Circes, Veneres, Auroras & fontem nescio quem requirant, quo sibi iuuentam restituant: cum id sola præstare & possim & soleam. Apud me succus est ille mirificus, quo Memnonis filia Thitoni aui sui iuuentam prorogauit. Ego sum Venus illa, cuius fauore Phaon ille repubuit, ita vt à Saphone tantopere deamaretur. Meæ sunt herbæ, si quæ sunt, mea precamina, meus ille fons, qui non solum reuocat elapsam adolescentiam, sed, quod est optabilius, perpetuam seruat. Quod si omnes huic sententiæ subscribitis, adolescentia nihil esse melius, senectute nihil detestabilius: quantum mihi debeatis, videris opinor, quæ tantum bonum retineam, tanto exoloso malo. Sed quid adhuc de mortalibus loquor? Cœlum omne lustrare, & mihi meum nomen opprobret, licebit, quicunque volet: si quem omnino Deorum reperent non insuauem & aspernabilem, nisi meo numine commendetur. Etenim cur semper ephebus & comatus Bacchus? Nempe quia vecors, ac temulentus, conuiuiis, saltationibus, choreis, lusibus vitam omnem transigens, ne tantulum quidem habet cum Pallade commercii. Denique tantum abest, vt sapiens haberi postulet: vt ludibriis ac iocis coli gaudeat. Neque prouerbio offenditur, quod illi fatui cognomentum attribuit, id est huiusmodi, Morycho stultior. Μωρύχου μωρότερος. Porro Morycho nomen verterunt, quod illum pro templi foribus sedentem, musto ficisq; recentibus, agricolarum lasciuia consueuerit oblinire. Tum autem quid non scommatum in hunc vetus iacit comœdia? O insulsum, inquiunt, Deum, & dignum, qui ex inguine nasceretur? At quis non malit hic fatuus & insulsus esse, semper festiuus, semper pubescens, semper omnib. lusus ac voluptatem adferens, quam vel aliud ostẽdens, aliud habens in animo ἀγκυλομήτης ille Iupiter omnib. formidabilis, vel Pan suis tumultibus omnia lenio vitians, vel fauillis oppletus Vulcanus, ac semper officinæ laboribus squalidus, aut Pallas etiam ipsa, sua Gorgone & hasta terribilis semper intuens torue καὶ δεινὸν δερκομένη. Cur semper puer Cupido? Cur? nisi quia nugator est, nihil sanum οὐδὲν ὑγιὲς neque facit, neque cogitat? Cur aureæ Veneri semper vernat sua forma? Nimirum, quia mecum habet affinitatem, vnde & patris mei colorem, vultu refert. Atq; hac de causa est apud Homerum, Acareæ Veneri χρυσῆ Ἀφροδίτη. Deinde perpetuo ridet, si quid modo Poetis credimus, aut horum æmulis statuariis. Quod numen vnquam religiosius coluere Romani, quam Floræ omnium voluptatum parẽtis? Quanquam si quis etiam tetricorum Deorum vitam diligentius requirat ab Homero, reliquisq; Poetis: reperiet, stultitiæ plena omnia. Quid enim attinet reliquorum facta cõmemorare, cum Iouis ipsius fulminatoris amatores ac lusus probe noritis? cum se-

ueta

neta illa Diana oblita sexus, nihil aliud quam venetur, Endymionem interim deperiens? Verum illi sua facinora à Momo audiāt malim, à quo sæpius quondam audire solebant. Sed hunc nuper irati vna cum Ate in terras præcipitem dederunt, quod sapientia sua felicitati Deorum importunus obstreperet. Neque mortalium vllus exulem dignatur hospitio, tantum abest vt illi in principum aulis sit locus, in quibus tamen mea κολακία primas tenet: cui cum Momo non magis conuenit, quam cum agno lupis. Itaque sublato illo, iam multo licentius ac suauius nugantur Dii, vere ῥεῖα ζώοντες, vt inquit Homerus, nullo videlicet censore. *Facile agentes.* Quos enim non præbet iocos ficulnus ille Priapus? Quos non ludos exhibet furtis ac præstigiis suis Mercurius? Quin & Vulcanus ipse in Deorum conuiuiis γελωτοποιὸν agere consueuit, ac modo claudicatione, modo cauillis, modo ridiculis dictis exhilarare compotationem. *Morionem.* Tum & Silenus ille senex amator, τὸν κόρδακα saltare solitus, vna cum Polyphemo τὴν τρεττανελὸ, Nymphis τὴν γυμνοποδίαν saltantibus. *Rusticanā saltationem Cyclopis saltationem Saltationem nudis pedibus.* Satyri semicapri Atellanas agitant, Pan insulsa quadam cantiuncula risum omnibus mouet, quem ita malunt, quam ipsas audire musas, præcipue cum iam nectare cœperint madere. Porro quid ego nunc commemorem, quæ probe poti Dii post conuiuium agitent? adeo me hercle stulta, vt ipsa nonnunquam a risu temperare nequeam. At satius est in his Harpocratis meminisse, ne quis forte nos quoque Corycæus aliquis Deus auscultet, ea narrantes, quæ ne Momus quidem impune proloquutus est. Sed iam tempus est: vt ad Homericum exemplar, relictis cœlitibus vicissim in terram demigremus, quamque ibi nihil lætum, aut felix, nisi meo munere, dispiciamus. Inprimis videtis, quanta prouidentia natura parens & humani generis opifex, illud cauerit, ne vsquam deesset stultitiæ condimentum? Etenim cum stoicis definitoribus nihil aliud sit sapientia, quam duci ratione: contra stultitia, affectuum arbitrio moueri, ne plane tristis ac tetrica esset hominum vita: Iupiter quanto plus indidit affectuum quam rationis? quasi semunciam compares ad assem. Præterea rationem in angustum capitis angulum relegauit, reliquum omne corpus perturbationibus reliquit.

Deinde duos quasi tyrannos violentissimos vni apposuit iram, quæ præcordiorum arcem obtinet, atque adeo ipsum vitæ fontem, cor & concupiscentiam, quæ ad imam vsque pubem latissime imperium occupat. Aduersus has geminas copias quantum valeat ratio, communis hominum vita satis declarat, cum illa, quod vnum licet, vel vsque ad rauim reclamat, & honesti dictat formulas. Verum illi laqueum regi suo remittunt, multoque odiosius obstrepunt, donec iam his quoque fessus vltro cedit, ac manus dat. Cæterum quoniam viro administrandis rebus nato, pluscolum de rationis vnciola erat aspergendum, vt huic quoque pro virili consuleret, me sicut in cæteris in consilium adhibuit, moxque consilium dedi me dignum: nempe vti mulierem adiungeret, animal videlicet stultum quidem illud atque ineptum, verum ridiculum & suaue, quo conuictu domestico, virilis ingenii tristitiam, sua stultitia condiret atque edulcaret. Nam quod Plato dubitare videtur, vtro in genere ponat mulierem, rationalium animantium, an brutorum, nihil aliud voluit, quam insignem eius sexus stultitiam indicare. Quod si qua forte mulier, sapiens haberi voluit, ea nihil aliud agit, quam vt bis stulta sit, perinde quasi bouem aliquis doceat ad ceroma, inuita reluctanteque, vt aiunt, Minerua. Conduplicat enim vitium, quisquis contra naturam virtutis fucum inducit, atque alio deflectit ingenium. Quemadmodum iuxta Græcorum prouerbium simia semper est simia, etiamsi purpura vestiatur: Ita mulier semper mulier est, hoc est stulta, quamcunque personam induxerit. Neque vero mulierum genus vsque adeo stultum arbitror, vt eam ob rem mihi succenseant, quod illis & ipsa mulier, & stultitia stultitiam attribuam. Etenim si rem recta reputent via, hoc ipsum stultitiæ debent acceptum ferre: quod sint viris multis calculis fortunatiores. Primum formæ gratiam, quam illæ merito, rebus omnibus anteponunt, eiusque præsidio in tyrannos etiam ipsos tyrannidem exercent. Alioqui vndenam horror ille formæ, hispida cutis, & barbæ sylua, plane senile quiddam in viro, nisi à prudentiæ vitio, cum fœminarum semper leues malæ, vox semper exilis, cutis mollicula, quasi perpetuam quandam adolescentiam imitentur? Deinde quid aliud optant in hac vita, quam vt viris quam maxime placeant? Nonne huc spectant, tot cultus, tot fuci, tot balnea, tot compturæ, tot vnguenta, tot odores, tot componendi, pingendi, fingendique vultus, oculos & cutem artes? Iam num alio nomine viris magis commendatæ sunt, quam stultitiæ? Quid enim est, quod illi mulieribus non permittunt? At quo tandem autoramento, nisi voluptatis? Delectant autem non aliare, quam stultitia. Id esse verum non ibit inficias, quisquis tecum reputarit, quas vir cum muliere dicat ineptias: quas agat nugas, quoties fœminea voluptate decreuerit vti.

Habetis igitur primum & præcipuum vitæ oblectamentum, quo fonte proficiscatur. Sed sunt nonnulli cum primis autem senes, bibaces quidem illi magis quam mulierosi, qui summam voluptatem in compotationibus constituunt. Equidem an sit vllum lautum conuiuium, vbi mulier non adsit, viderint alii. Illud certe constat, citra stultitiæ condimentum nullum omnino suaue esse. Adeo vt si desit, qui seu vera, seu simulata stultitia risum moueat, γελωτοποιοὺς quempiam vel mercede conductum accersant, aut ridiculum aliquem parasitum adhibeant, qui ridendis, hoc est, stultis dicteriis, silentium ac tristitiam compotationis discutiat. *Morionem.* Quorsum enim attinebat tot bellariis, tot lautitiis, tot cupediis onerare ventrem, nisi & oculi pariter & aures nisi totus animus risu, iocis, leporibus pasceretur. At istiusmodi tragematum ego sum architectrix vnica. Quanquam illa ipsa iam in conuiuiis sollennia, regem sortiri talis, lusitare tesseris, Philotesiis inuitare, certare [illegible], ad Myrtum canere, saltare, gesticulari, non à septem Græciæ sophis, verum à nobis ad humani generis salutem reperta sunt. *Circumlationibus.* Atqui omnium huiusmodi rerum ea natura est, vt quo plus habeant stultitiæ, huc plus conferant vitæ mortalium, quæ si tristis sit, ne vita quidem appellanda videatur. Tristis autem euadat, oportet, nisi cognatum tædium, hoc genus oblectamentis absterseris. Sed erunt fortassis, qui hoc quoq; voluptatis genus negligant, & in amicorū charitate & consuetudine acquiescant: amicitiam dictitantes vnam rebus omnibus anteponendam: quippe rem vsque adeo necessariam, vt nec aer, nec ignis, nec aqua magis. Rursum adeo iucundam, vt qui hanc de medio sustulerit, solem sustulerit: adeo denique honestam, si quid tamen hoc ad rem pertinet, vt nec ipsi Philosophi vereantur eam inter præcipua bona commemorare. Sed quid, si doceo, me huius quoque tanti boni & puppim esse & proram? Docebo autem non Crocodilitis, aut Soritis, ceratinis, aut aliis id genus dialecticorum argutiis: sed pingui, quod aiunt,

Minerua, rem digito propemodum ostendam. Age conniuere, labi, cæcutire, hallucinari in amicorum vitiis, quædam etiam insignia vitia pro virtutibus amare, mirarique, an non stultitiæ videtur affine? Quid cum alius exosculatur næuum in amica, alium delectat polypus Agnæ, cum filium strabonem appellat pætum pater: quid, inquam, hoc est, nisi mera stultitia? Clament terque quaterque stultitiam esse: atqui hoc vna stultitia, & iungit, iunctos & seruat amicos. De mortalib. loquor, quorum nemo sine vitiis nascitur: optimus ille est, qui minimis vrgetur: cum inter istos inter sapientes istos Deos, aut omnino non coalescit amicitia, aut tetrica quædam & insuauis intercedit, nec ea nisi cum paucissimis: nam cum nullis dicere religio est, propterea quod maxima pars hominum desipit: imo nullus est, qui non multis modis deliret: & non nisi inter similes cohæret necessitudo. Quod si quando inter seueros istos coierit mutua beneuolentia, ea certe haudquaquam stabilis est: nec admodum duratura, nimirum inter morosos, & plus satis oculatos, vt qui in amicorum vitiis tam cernunt acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius.

At ipsi in propriis vitiis quam lippiunt, & quam non vident manticam in tergo pendentem? Itaque cum ea sit hominum natura, vt nullum ingenium reperiatur, non magnis obnoxium vitiis. Adde tantum annorum ac studiorum dissimilitudinem, tot lapsus, tot errata, tot casus vitæ mortalis: quo pacto vel horam constabit inter Argos istos amicitiæ iucunditas, nisi accesserit ea, quam mire Græci εὐήθειαν appellant: hanc seu stultitiam, seu morum ille facilitatem vertas licebit. Quid autem? an non Cupido ille omnis necessitudinis autor est parens, prorsum oculis captus est, cui quemadmodum non pulchra, pulchra videntur, ᾧ τὸ μὴ καλὸν καλὸν πέφανται, itidem inter vos quoque efficit: vt suum cuiq. pulchrum videatur, vt cæcus cæcam, perinde vt pupus pupam deamet. Hæc passim & fiunt & videntur: sed tamen hæc ridicula iucundam vitæ glutinant copulantque societatem. Porro quod de amicitia dictum est, id multo magis de coniugio sentiendum: quod quidem nihil est aliud quam indiuidua vitæ coniunctio Deum immortalem, quæ non diuortia, aut etiam diuortiis deteriora passim acciderent, nisi viri fœminæque domestica consuetudo, per adulationem, per iocum, per facilitatem, errorem, dissimulationem meum vtique satellitium, fulciretur, aleretur que? Papæ, quam pauca coirent matrimonia: Si sponsus prudenter exquireret, quos lusus delicata illa, sicuti videtur, ac pudens virguncula iam multo ante nuptias luserit? Tum quando pauciora cohærerent inita, nisi plurima vxorum facta per viri vel negligentiam, vel stuporem laterent? Atque hæc quidem merito stultitiæ tribuuntur, verum ea interim præstat, vt marito iucunda sit vxor, vxori iucundus maritus, vt tranquilla domus, vt maneat affinitas. Ridetur, cuculus, curruca, & quid non vocatur, cum mœchæ lachrymas labellis exorbet,

At quanto felicius, sic errare, quam Zelotypiæ diligentia cum sese conficere, tum omnia miscere tragœdiis? In summa vsque adeo nulla societas nulla vitæ coniunctio sine me vel iucunda, vel stabilis esse potest: vt nec populus principem, nec seruum herus, nec heram pedissequa, nec discipulum præceptor, nec amicus amicum, nec maritum vxor, nec locator conductorem, nec contubernalis contubernalem, nec conuictor conuictorem diutius ferat, nisi vicissim inter sese nunc errent, nunc adulentur, nunc prudentes conniueant, nunc aliquo stultitiæ melle sese deliniant. Iam hæc scio videri maxima: sed audietis maiora. Quæso num quenquam amabit, qui ipse semet oderit? num cum alio concordabit qui secum ipse dissidet? Num vlli voluptatem adferet, qui sibimet ipsi sit grauis ac molestus? Istud opinor nemo dixerit, nisi qui sit ipsa stultior stultitia. Atqui si me excluseris, adeo nemo poterit alterum ferre: vt ipse etiam, sibi quisque sit inuisus.

Quandoquidem id mali natura, non paucis in rebus nouerca magis quam parens, mortalium ingeniis insevit, præcipue paulo cordatiorum: vt sui quemque pœniteat, admiretur aliena. Quo fit vt omnes dotes, omnis elegantia, decorque vitæ vitietur pereatque. Quid n. proderit forma, præcipuum deorũ immortalium munus, si putiditatis vitio contaminetur? Quid iuuenta, si senectis tristitiæ fermento corrumpatur? Denique quid in omni vitæ munere vel tecum, vel apud alios acturus es cum decoro (est enim non artis modo, verum etiam omnis actionis caput, decere quod agas) nisi adsit dextra hæc Philautia, quæ mihi merito germanæ est vice? Adeo strenue meas vbique partes agit. Quid autem æque stultum, atque tibi ipsi placere? teipsum admirari? At rursum quid venustum, quid gratiosum, quid non indecorum erit, quod agas, ipse tibi displicens? Tolle hoc vitæ condimentum & protinus frigebit cum sua actione orator, nulli placebit cum suis numeris musicus, explodetur cum sua gesticulatione histrio, ridebitur vna suis cum musis poeta, sordebit cum arte pictor, esuriet cum pharmacis medicus. Postremo pro Nireo Thersites, pro Pharaone Nestor, pro Minerua sus, pro facundo infans pro vrbano rusticus videberis. In tantum necesse est, vt sibi quoque quisque blandiatur, & assentatiuncula quapiam sibi prius commendetur, quam aliis possit esse commendatus. Denique cum præcipua felicitatis pars sit, vt quod sis, esse velis. nimirum totum hoc præstat compendio mea Philautia, vt neminem suæ formæ, neminem sui ingenii, neminem generis, neminem loci, neminem instituti, neminem patriæ pœniteat, adeo, vt nec Hirlandus cum Italo, nec Thrax cum Atheniensi, nec Scytha cum insulis fortunatis cupiat permutare. Et ô singularem naturæ sollicitudinem, vt in tanta rerum varietate paria fecit omnia. Vbi dotibus suis nonnihil detraxit, ibi plusculum Philautiæ solet addere, quanquam hoc ipsum stulte profecto dixi, cum hæc ipsa dos sit vel maxima. Vt ne dicam interim, nullum egregium facinus adiri, nisi meo impulsu, nullas egregias artes, nisi me autore fuisse repertas. An non omnium laudatorum facinorum seges ac fons est bellum? Porro quid stultius, quam ob causas, nescio quas, certamen eiusmodi suscipere, vnde pars vtraque semper plus aufert incommodi, quam boni? Nam eorum qui cadunt, veluti Megarensium nullus respectus οὐδ' ἐν λόγῳ. Dein cum iam vtrinq; consistere ferratæ acies, & rauco cecinerunt cornua cantu, quis ero sapientum istorum vsus, qui studiis exhausti, vix tenui frigidoque sanguine spiritum ducunt. Crassis ac pinguibus opus est, quibus quam plurimum adsit audaciæ, mentis quam minimum. Nisi si quis Demosthenem militem malit, qui Archilochi sequutus consilium, vix conspectis hostibus, abiecto clypeo fugit tam ignauus miles, quam orator sapiens. Sed consilium, inquiunt, in bellis plurimum habet momenti. Equidem fateor in duce, verum id quidem militare, non philosophicum, alioqui parasitis, lenonibus, latronibus, sicariis, agricolis, stupidis, obæratis, & huiusmodi mortalium fæce res tam præclara geritur, non philosophis lucernariis.

Qui

Qui quidem quam sint ad omnem vitæ vsum inutiles, vel Socrates ipse vnus Apollinis oraculo sapiens, sed minime sapienter iudicatus, documento esse potest: qui nescio quid publice conatus agere, summo cum omnium risu discessit. Quanquam vir is in hoc non vsquequaque desipit, quod sapientis cognomen non agnoscit, itaque ipsi Deo rescribit, quodque censet sapienti à Republica tractanda abstinendum esse, nisi quod potius monere debuerat, à sapientia temperandum ei, qui velit in hominum haberi numero. Deinde quid eundem accusatum ad cicutam bibendam adegit, nisi sapientia? Nam dum nubes & ideas philosophatur, dum pulicis pedes metitur, dum culicum vocem miratur, quæ ad vitam communem attinet, non didicit. Sed adest præceptori de capite periclitanti discipulus Plato, egregius scilicet Patronus, qui turbæ strepitu offensus, vix dimidiatam illam periodum pronunciare potuit. Iam dicam de Theophrasto? qui progressus in concionem, repente obmutuit, perinde repente, quasi lupo conspecto. Qui militem animasset in bello? Isocrates ob ingenii timiditatem nec hiscere vnquam est ausus. M. Tullius eloquentiæ Romanæ parens, semper indecora trepidatione, perinde quasi puer singultiens exordiri consueuit. Idque Fabius interpretatur cordati oratoris, & periculum intelligentis argumentum.

Verum cum hoc dicit, an non palam fatetur, sapientiam obstare ad rem probe gerendam? Quid isti facient, cum res ferro geritur, qui tum metu exanimantur, cum nudis verbis est decertandum? Et post hæc celebratur, si Diis placet, præclara illa Platonis sententia: beatas fore Respublicas, si aut imperent Philosophi, aut philosophentur imperatores. Imo si consules historicos, reperies nimirum nullos Reipublicæ pestilentiores fuisse principes: quam si quando in philosophastrum aliquem aut literis addictum inciderit imperium. Cuius rei satis, opinor, faciunt fidem Catones: quorum alter insanis delationibus Reipublic. tranquillitatem vexauit, alter libertatem Populi Romani, dum nimium sapienter vindicat funditus subuertit. Adde his Brutos, Cassios, Gracchos, ac Ciceronem etiam ipsum, qui non minus pestilens fuit Romanorum Reipubl. quam Demosthenes Atheniensium. Porro Marcus Antonius, vt donemus bonum imperatorem fuisse, nam id ipsum extorquere possim: fuit enim hoc ipso nomine grauis, atque inuisus ciuibus, quod tam philosophus esset. Sed tamen vt donemus, fuisse bonum: at certe pestilentior fuit Reipubl. tali relicto filio, quam fuerat sua administratione salutaris.

Quandoquidem solet hoc hominum genus, qui se sapientiæ studio dediderunt, cum cæteris in rebus, tum præcipue in liberis propagandis infelicissimum esse, prouidente opinor natura, ne malum hoc sapientiæ inter mortales latius serpat. Itaque Ciceroni degenerem fuisse filium constat, & sapiens ille Socrates liberos habuit matri similiores, quam patri, vt non omnino pessime scripsit quidam, id est, stultos. Sed vtcunque ferendum, si tantum ad publica munia forent asini ad lyram ὄνοι πρὸς λύραν, nisi ad omnem prorsus vitæ functionem nihilo essent dexteriores. Ad conuiuium adhibe sapientem, aut tristi silentio, aut molestis quæstiunculis obturbabit. Ad choream aduoca, camelum saltare dices. Ad publicos ludos trahe, ipso vultu populi voluptatibus obstabit: & cogetur è theatro migrare sapiens Cato, quandoquidem supercilium non potest ponere. In colloquium inciderit repente lupus in fabula. Si quid emendum, si contrahendum, breuiter si quid eorum agendum, sine quibus hæc quotidiana vita transigi non potest: stipitem dicas sapientem istum, non hominem. Vsque adeo neque sibi, neque patriæ, neque suis vsquam vsui esse potest, propterea quod communium rerum sit imperitus, & à populari opinione, vulgaribusque institutis longe lateque discrepet. Qua quidem ex re odium quoque consequatur necessum est: nimirum ob tantam vitæ atque animorum dissimilitudinem. Quid enim omnino geritur inter mortales, non stultitiæ plenum, idque a stultis & apud stultos? Quod si quis vnus vniuersis velit obstrepere, huic ego suaserim: vt Timonem imitatus, in solitudinem aliquam demigret, atque ibi solus sua fruatur sapientia. Verum vt ad id, quod institueram, reuertar, quæ vis saxeos, quernos & agrestes illos homines in ciuitatem coegit, nisi adulatio? Nihil enim aliud significat illa Amphionis & Orphei cithara. Quæ plebem Romanam iam extrema molientem, in concordiam ciuitatis reuocauit? Num oratio philosophica? Minime. Imo ridiculus ac puerilis apologus de ventre, reliquisque corporis membris confictis? Idem valuit Themistoclis apologus consimilis de vulpe & ericio. Quæ sapientis oratio tantundem potuisset, quantum commentitia illa cerua Sertorii potuit, quantum Laconis illius de duobus canibus deque vellendis equinæ caudæ pilis ridendum commentum? Vt ne quid dicam de Minoe, deque Numa, quorum vterque fabulosis inuentis stultam multitudinem rexit. Huiusmodi nugis commouetur ingens ac potens illa belua, populus.

At rursum, quæ ciuitas vnquam Platonis aut Aristotelis leges, aut Socratis dogmata recepit? Tum autem quæ res Decios persuasit, ut vltro sese Diis manibus deuouerent? Quid Q. Curtium in specum traxit, nisi inanis gloria, dulcissima quædam Siren, sed mirum quam a sapientibus istis damnata? Quid enim stultius, inquiunt, quam supplicem, candidatum blandiri populo, congiariis fauorem emere, venari tot stultorum applausus, acclamationibus sibi placere, in triumpho velut signum aliquod populo spectandum circumferri, æneum in foro stare? Adde his nominum & cognominum adoptiones. Adde diuinos honores, homuncioni exhibitos, adde publicis ceremoniis in Deos relatos etiam sceleratissimos tyrannos. Stultissima sunt hæc, & ad quæ ridenda non vnus sufficiat Democritus. Quis negat? Atqui hoc fonte nata sunt fortium heroum facinora, quæ tot eloquentium virorum literis in cœlum tolluntur. Hæc stultitia parit ciuitates, hac constant imperia, magistratus, religio, consilia, iudicia, nec aliud est omnino vita humana, quam stultitiæ lusus quidam.

Iam vero vt de artibus dicam, quid tandem mortalium ingenia ad excogitandas prodendasque posteris, tot egregias, vt putant, disciplinas excitauit, nisi gloriæ sitis? Tantis vigiliis, tantis sudoribus, famam, nescio quam, qua nihil esse potest inanius, redimendam putarunt homines, vere stultissimi. Sed interim stultitiæ tot iam egregia vitæ commoda debetis, quodque est longe dulcissimum, aliena fruimini insania. Ergo posteaquam mihi fortitudinis & industriæ laudem vindicaui, quid si prudentiæ quoque vindicem? Sed dixerit aliquis, eadem opera ignem aquæ misceas, licebit. Verum hoc quoque successurum arbitror, si vos modo, quod antehac fecistis, auribus atque animis fauebitis. Principio si rerum vsu constat prudentia, in vtrum magis competet eius cognominis honos, in sapientem, qui partim ob animi timiditatem nihil aggreditur, an in stultum, quem neque pudor, quo vocat, neque periculum, quod non perpendit, ab vlla re deterret? Sapiens ad libros veterum confu-

git, atque hinc meras vocum argutias edificit. Stultus adeundis cominusque periclitandis rebus, veram ni fallor, prudentiam colligit. Id quod vidisse videtur Homerus, etiamsi cæcus, cum ait factum etiam stultus cognoscit ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Sunt enim duo præcipua ad cognitionem rerum paranda obstacula; pudor, qui fumum offundit animo; & metus, qui ostenso periculo, dehortatur ab adeundis facinoribus. Ab his magnifice liberat stultitia. Pauci mortales intelligunt, ad quam multas alias quoque commoditates conducat, nunquam pudescere, & nihil non audere. Quod si prudentiam accipere malunt eam, quæ rerum iudicio constat, audite obsecro, quam procul absint ab hac, qui hoc nomine sese venditant. Principio constat res omneis humanas, velut Alcibiadis Silenas, binas habere facies nimium inter sese dissimiles. Adeo vt quod prima, vt aiunt, fronte mors est, si interius inspicias, vita sit: contra, quod vita, mors, quod formosum, deforme: quod opulentum, id pauperrimum: quod infame, gloriosum: quod doctum, indoctum: quod robustum, imbecille: quod generosum, ignobile: quod lætum, triste: quod prosperum, aduersum: quod amicum, inimicum: quod salutare, noxium: breuiter omnia repente versa reperies, si Silenum aperueris. Id si cui forte nimis philosophice dictum videtur, age pinguiore, quemadmodum dici solet, Minerua, planius faciam. Quis regem non & opulentum, & dominum fatetur? Atqui nullis animi bonis instructus est, atqui nihil illi satis est: iam videlicet pauperrimus est. Tum animum habet plurimis addictum vitiis, iam turpiter seruus est. Ad eundem modum in cæteris quoque philosophari liceret. Sed hoc exempli vice posuisse satis est. At quorsum hæc? inquiet aliquis. Audite quo rem deducamus.

Si quis histrionibus in scena fabulam agentibus personas detrahere conetur, ac spectatoribus veras natiuasque facies ostendere, nonne is fabulam omnem peruerterit, dignusque habeatur, quem omnes è theatro velut lymphatum saxis eiiciant? Exorietur autem repente noua rerum species, vt qui modo mulier, nunc vir: qui modo iuuenis, mox senex: qui paulo ante rex, subito Dama: qui modo Deus, repente homunculus appareat. Verum eum errorem tollere, est fabulam omnem perturbare. Illud ipsum figmentum & fucus est, quod spectatorum oculos detinet.

Porro mortalium vita omnis quid aliud est, quam fabula quæpiam, in qua alii aliis obtecti personis procedunt, aguntque suas quisque partes: donec choragus educat è proscenio? Qui sæpe tamen eundem diuerso cultu prodire iubet, vt qui modo regem purpuratum egerat, nunc seruulum pannosum gerat.

Adumbrata quidem omnia, sed hæc fabula non aliter agitur. Hic si mihi sapiens aliquis cœlo delapsus, subito exoriatur, clamitetque hunc quem omnes vt Deum ac Dominum suscipiunt, nec hominem esse, quod pecudum ritu ducatur affectibus, seruum esse infimum: quod tam multis, tamque fœdis dominis sponte seruiat. Rursum alium, qui parentem extinctum luget, ridere iubeat, quod iam demum ille viuere cœperit, cum alioqui vita hæc nihil aliud sit, quam mors quædam: Porro alium stemmatis gloriantem, ignobilem ac nothum appellet, quod à virtute longe absit, quæ sola nobilitatis sit fons: adque eundem modum de cæteris omnibus loquatur: quæso quid is aliud egerit, nisi vt demens ac furiosus omnibus esse videatur? Vt nihil est stultius præpostera sapientia, ita peruersa prudentia nihil imprudentius. Siquidem peruerse facit, qui sese non accommodet rebus præsentibus, foroque nolit vti, nec saltem legis illius conuiuialis meminerit: aut bibe, aut abi, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, postuletque vt fabula iam non sit fabula. Contra, vere prudentis est, cum sis mortalis, nihil vltra sortem sapere velle: cumque vniuersa hominum multitudine vel conniuere libenter, vel comiter errare. At istud ipsum, inquiunt, stultitiæ est. Haud equidem inficias iuerim, modo fateantur illi vicissim, hoc esse, vitæ fabulam agere.

Cæterum illud ô Dii immortales, eloquar ne, an sileam? Qur autem sileam, cum sit vero verius? Sed præstiterit fortassis in re tanta Musas ex Helicone accersere, quas Poetæ sæpius ob meras nugas aduocare solent. Adeste igitur paulisper Iouis filiæ, dum ostendo nec ad egregiam illam sapientiam, ac felicitatis, vt ipsi vocant, arcem, aditum esse cuiquam, nisi stultitia duce. Iam primum illud in confesso est, affectus omnes ad stultitiam pertinere. Quandoquidem hac nota à stulto sapientem discernunt, quod illum affectus, hunc ratio temperat. Eoque Stoici perturbationes omnes ceu morbos a sapiente semouent. Verum affectus isti non solum pædagogorum vice funguntur, ad sapientiæ portum properantibus: verum etiam in omni virtutis functione, ceu calcaria stimulique quidam adesse solent, velut ad bene agendum exhortatores. Quanquam hic fortiter reclamat bis Stoicus Seneca, qui prorsum omnem affectum adimit sapienti. Verum cum id facit, iam ne hominem quidem relinquit: sed nouum potius Deum quendam δημιουργῶ, qui nusquam nec extitit vnquam, nec extabit: imo vt apertius dicam, marmoreum hominis simulacrum constituit, stupidum, & ab omni prorsus humano sensu alienum. Proinde si libet, ipsi suo sapiente fruantur, citraque riualem ament licet, cumque eo vel in ciuitate Platonis, vel si malint, in idearum regione, vel in Tantalis inhabitent hortis. Quis enim non istiusmodi hominem ceu portentum ac spectrum fugitet horreatque, qui ad omnes naturæ sensus obsurduerit, qui nullis sit affectibus, nec amore, nec misericordia magis commoueatur, quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes: quem nihil fugiat, qui nihil erret, sed ceu Lynceus quispiam nihil non perspiciat: nihil non ad amussim perpendat, nihil ignoscat, qui solus seipso sit contentus, solus diues, solus sanus, solus rex, solus liber, breuiter omnia solus, sed suo solius iudicio, qui nullum moretur amicum, ipse amicus nemini: qui Diis quoque ipsis non dubitet mandare laqueum, qui quicquid in omni vita geritur, velut insanum damnet, rideatque? Atqui huiusmodi animal est absolutus ille sapiens. Quæso, si res agatur suffragiis, quæ ciuitas istiusmodi magistratum sibi velit, aut quis exercitus talem optet ducem? imo quæ mulier id genus maritum, quis conuiuator eiusmodi conuiuam, quis seruus talibus moribus dominum vel optet, vel ferat?

Quis autem non malit vel vnum quemuis de media stultissimorum hominum plebe, qui stultus stultis vel imperare possit, vel parere, qui sui similibus placeat, sed quam plurimis, qui comis sit in vxorem, iucundus amicis, bellus conuiua, conuictor facilis: postremo qui nihil humani a se alienum putet? Sed me quidem iamdudum istius sapientis piget. Quare ad reliqua commoda sese recipiat oratio. Agedum, si quis velut è sublimi specula circumspiciat, ita vt Iouem Poetæ facere prædicant, quot calamitatibus hominum vita sit obnoxia, quam misera, quam sordida natiuitas, quam laboriosa educatio, quot iniuriis exposita pueritia, quot sudoribus adacta iuuentus, quam grauis senectus, quam dura mortis necessitas: deinde in omni vita, quot morborum agmina infestent, quot imi-

mineant casus, quot ingruant incommoda, quam nihil vsquam non plurimo felle tinctum, vt ne commemorem ista, quæ homini ab homine inferuntur mala. quod genus sunt, paupertas, carcer, infamia, pudor, tormenta, insidiæ, proditio, conuicia, lites, fraudes. Sed ego iam plane arenam commetiri τὴν ἄμμον ἀναμετρεῖν aggredior. Porro quibus admissis ista commeruerint homines, aut quis Deus iratus eos in has miserias nasci coegerit, non est mihi fas in præsentia proloqui. Verum ista, qui secum perpendat, nonne Milesiarum virginum probabit exemplum, etiamsi miserandum? Atqui nam potissimum sibi vitæ tædio fatum accersiuere? Nonne sapientiæ confines? Inter quos, vt interim Diogenes, Xenocrates, Catones, Cassios ac Brutos sileam, Chiron ille, cum immortalem esse liceret, vltro mortem præoptauit. Videtis, opinor, quid futurum sit, si passim sapiant homines: nempe altero luto, altero Figulo Prometheo opus fore. Verum ego partim per ignorantiam, partim per incogitantiam, nonnunquam per obliuionem malorum atque interdum spem bonorum, aliquoties nonnihil mellis voluptatibus aspergens, ita tantis in malis succurro: vt ne tum quidem libeat vitam relinquere, cum exacto Parcarum stamine, ipsa iamdudum eos relinquit vita: quoque minus sit causæ, cur in vita manere debeant, hoc magis iuuet viuere: tantum abest, vt vllo vitæ tædio tangantur. Mei nimirum muneris est, quod passim Nestorea senecta senes videris, quibus iam ne species quidem hominis superest: balbos, deliros, edentulos, canos, caluos, vel vt magis Aristophanicis eos describam verbis, sordentes, incuruos, rugosos, caluos, edentulos, carentes mentula, ῥυπῶντας, κυφούς, ἀθλίους, ῥυσούς, μαδῶντας, νωδοὺς καὶ ψωλούς, tamen vsqueadeo vita delectari, adeoque νεανίζειν, vt alius tingat canos, alius appositicia coma caluitium dissimulet, alius dentibus vtatur mutuo fortassis à sue quopiam sumptis: hic puellam aliquam misere depereat, & amatoriis ineptiis quemuis etiam superet adolescentulum. Nam vt capulares iam, meraque silicernia, teneram aliquam iuuenculam ducant vxorem, eamque & indotatam, & aliis vsui futuram, id adeo frequens, vt propemodum & laudi detur. Sed multo etiam suauius, si quid animaduertat anus, longo iam senio mortuas, adeoque cadauerosas, ut ab inferis redisse videri possint: tamen illud semper in ore habere, lumen bonum φῶς ἀγαθόν: adhuc catullire, atque, vt Græci dicere solent, libidinari [illegible] & magna mercede conductum aliquem Phaonem inducere, fucis assidue vultum oblinire: nusquam à speculis discedere, intimæ pubis syluam vellere, vietas ac putres ostentare mammas, tremuloque gannitu languentem sollicitare Cupidinem, potitare, misceri puellarum choris, literulas amatorias scribere. Ridentur hæc ab omnibus tanquam, vti sunt: stultissima: at ipsæ sibi placent, & in summis interim versantur deliciis, totasque sese melle perungunt, meo videlicet beneficio felices.

Porro quibus hæc detidicula videntur, illud secum expendant velim, verum satius ducant huiusmodi stultitia vitam plane mellitam exigere, an trabem, vt aiunt, suspendio quærere. Porro quod hæc vulgo putantur infamiæ obnoxia, istud nihil ad stultos meos, qui malum hoc aut non sentiunt, aut si quid sentiunt, facile negligunt. Si saxum in caput incidat, id vere malum sit. Cæterum pudor, infamia, probrum, maledicta, tantum adferunt noxæ, quantum sentiuntur. Si sensus absit, ne mala quidem sunt. Quid lædit, si totus populus in te sibilet, modo tute tibi plaudas? Atque vt id liceat, sola stultitia præstat. Sed mihi videor, audire reclamantes philosophos. Atqui hoc ipsum est, inquiunt, miserum, stultitia teneri, errare, falli, ignorare. Imo hoc est hominem esse.

Porro miserum cur vocent, non video, quandoquidem sic nati estis, sic instituti, sic conditi, ea est communis omnium sors. Nihil autem miserum, quod in suo genere constat: nisi forte quis hominem deplorandum existimet, qui neque volare possit cum auibus, neque quaternis ingredi pedibus cum reliquo pecudum genere, neque cornibus sit obarmatus, quemadmodum tauri. Verum is eadem opera, equum etiam bellissimum infelicem vocabit, quod neque Grammaticam didicerit, neque placentis vescatur, taurum miserum, quod ad palæstricam sit inutilis: Igitur vt equus imperitus Grammaticæ, miser non est: ita nec homo stultus infelix, propterea quod hæc cum illius natura cohærent. Verum rursus vrgent logodædali. Est, inquiunt, homini peculiariter addita disciplinarum cognitio, quarum adminiculis id, quod natura diminutum est, ingenio penset. Quasi vero vllam veri faciem habeat, naturam, quæ in culicibus, atque adeo in herbis ac flosculis tam sollicite vigilauerit, in vno homine dormitasse, vt disciplinis opus esset: quas Theutus ille humano generi infensus genius, in summam perniciem excogitauit, adeo non vtiles ad felicitatem, vt illi quoque ipsi officiant, ad quod proprie repertæ dicuntur, vt eleganter arguit apud Platonem rex ille prudentissimus de literarum inuento. Igitur disciplinæ cum reliquis humanæ vitæ pestibus irrepserunt, iisdem autoribus, à quibus omnia flagitia proficiscuntur, puta dæmonibus, quibus hinc nomen etiam inuentum, quasi δαήμονας, hoc est, scientes appelles. Siquidem simplex illa aurei seculi gens nullis armata disciplinis, solo naturæ ductu, instinctuque viuebat. Quorsum enim opus erat Grammatica, cum eadem esset omnibus lingua, nec aliud sermone peteretur, nisi vt alius alium intelligeret? Quis vsus Dialectices vbi nulla erat pugnantium inter se sententiarum dimicatio? Quis Rhetoricæ locus, cum nullus alteri negotium facesseret? Quorsum requirerent legum prudentia, cum abessent mali mores, ex quibus haud dubie bonæ leges prognatæ sunt? Porro religiosiores erant, quam vt impia curiositate arcana naturæ, siderum mensuras, motus, affectus, abditas rerum causas scrutarentur, nefas esse rati, si homo mortalis vltra sortem suam sapere conaretur.

Iam quid extra cœlum esset inquirendi dementia ne in mentem quidem veniebat. At labente paulatim ætatis aureæ puritate, primum à malis, vt dixi, geniis inuentæ sunt artes, sed paucæ, atque hæ quidem à paucis receptæ. Postea sexcentas addidit Chaldæorum superstitio, & Græcorum ociosa leuitas, meras ingeniorum cruces, adeo vt vel vna Grammatica abunde satis sit ad perpetuam vitæ carnificinam. Quanquam inter has ipsas disciplinas, hæ potissimum in precio sunt, quæ ad sensum communem, hoc est, ad stultitiam, quam proxime accedunt. Esuriunt Theologi, frigent Physici, ridentur Astrologi, negliguntur Dialectici. Solus Medicus vir multis æquiualens aliis ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Atque in hoc ipso genere, quo quisquis indoctior, audacior, incogitantiorque, hoc pluris fit etiam apud torquatos istos principes. Atqui medicina, præsertim, vt nunc à compluribus exercetur, nihil aliud est quam assentationis particula, non minus profecto, quam Rhetorica. Secundum hoc proximus datur locus leguleiis, & haud scio, an primus quorum professionem, ne quid ipsa pronunciem, velut asininam Philosophi magno consensu videre soleat. Sed tamen horum asinorum arbitrio maxima minimaque negocia transiguntur. His latifundia crescunt, cum Theologi interim excussis totius diuinitatis scriniis,

prætexenda commissa sua, sexus ille. Igitur vt ad fatuorum felicitatem redeam, multa cum iucunditate peracta vita, nullo mortis vel metu, vel sensu, recta in campos Elysios demigrant, & illic pias atque ociosas animas lusibus suis delectaturi. Eamus nunc, & quemuis etiam sapientem cum huius morionis sorte conferamus. Finge, quod huic opponas exemplar sapientiæ, hominem, qui totam pueritiam atque adolescentiam in perdiscendis disciplinis contriuerit, & suauissimam vitæ partem, perpetuis vigiliis curis, sudoribus perdiderit: ne in reliqua quidem omni vita vel tantillum voluptatis degustarit, semper parcus, pauper, tristis, tetricus sibi ipsi iniquus ac durus, aliis grauis & inuisus, pallore, macie, valetudine, lippitudine confectus, senio caniticque multo ante diem contracta, ante diem fugiens e vita. Quanquam quid refert, quando moriatur istiusmodi qui nunquam vixerit? Habetis egregiam illam sapientis imaginem. At hic rursus obganniunt mihi, stoicæ ranæ [illegible] Nihil inquiunt, miserius insania. Sed insignis stultitia, vel insaniæ proxima est, vel ipsa potius insania. Quid enim aliud est insanire, quam errare animo? Sed isti tota errant via. Age, hunc quoque syllogismum dissipemus, Musis bene fortunantibus. Argute quidem isti, verum quemadmodum apud Platonem docet Socrates, ex vna Venere secta duas, & ex vno Cupidine dissecto duos faciens, itidem & istos Dialecticos decebat insaniam ab insania distinguere, si modo ipsi sani videri vellent. Neque enim protinus omnis insania calamitosa est. Alioqui non dixisset Horatius: An me ludit amabilis insania: neque Plato poetarum, vatum & amantium furorem inter præcipua vitæ bona collocasset: nec vates illa laborem Æneæ vocasset insanum. Verum est duplex insaniæ genus: alterum quod ab inferis diræ vltrices submittunt, quoties immissis anguibus vel ardorem belli, vel inexplebilem auri sitim, vel dedecorosum ac nefarium amorem, vel parricidium, incestum, sacrilegium, aut aliam id genus pestem aliquam in pectora mortalium inuehunt, siue cum nocentem & conscium animam, furiis ac terriculorum facibus agunt. Et alterum huic longe dissimile, quod scilicet a me proficiscitur, omnium maxime optandum. Id accidit quoties iucundus quidam mentis error simul & anxiis curis animum liberat, & multiiuga voluptate delibutum reddit. Atque hic mentis error est, quem velut eximium deorum munus, ad Atticum scribens, optat Cicero, nimirum quo tantorum malorum sensu carere posset. Neque perperam sensit Argiuus ille, qui hactenus insaniebat, vt totos dies solus desideret in theatro, ridens, plaudens, gaudens, quod crederet, illic miras agi tragœdias, cum nihil omnino ageretur: cum in cæteris vitæ officiis probe sese gereret, iucundus amicis, comis in vxorem, posset qui ignoscere seruis, Et signo læso non insanire lagenæ. Hunc vbi cognatorum opera datis pharmacis morbo leuasset, sibique iam totus esset redditus, hunc in modum cum amicis expostulans: Pol, me occidistis, amici: Non seruastis ait, cui sic extorta voluptas, & demptus per vim mentis gratissimus error. Et merito quidem: errabant enim ipsi, atque elleboro magis opus habebant, qui tam felicem ac iucundam insaniam, ceu malum aliquod, existimarent potionibus expellendam. Quanquam illud equidem nondum statui, num quiuis sensus, aut mentis error, insaniæ nomine sit appellandus. Neque enim si cui lippienti mulus asinus esse videatur: aut si quis indoctum carmen veluti doctissimum admiretur, is continuo videbitur insanire. Verum si quis non sensu tantum, sed animi iudicio fallatur, idque præter vsitatum morem ac perpetuo, is demum insaniæ censebitur affinis esse, veluti si quis quoties asinum audierit rudentem, arbitretur se miros symphoniacos audire, aut si quis pauperculus, infimo loco natus, Crœsum Lydorum regem esse se credat. Sed hoc insaniæ genus, si, quemadmodum fere fit, vergat ad voluptatẽ, non mediocrem delectationem adfert tum iis, qui eo tenentur tum illis, quibus est hoc animaduersum, nec tamen eodem insaniunt. Nam hæc insaniæ species multo latius patet, quam vulgus hominum intelligit. Sed vicissim insanus insanum ridet, ac mutuam sibi voluptatem inuicem ministrant. Neque raro fieri videtis, vt maior insanus, vehementius videat minorem. Verum hoc quisque felicior, quo pluribus desipit modis, Stultitia iudice, modo in eo genere insaniæ maneat, quod nobis est peculiare: quod quidem vsque adeo late patet, vt haud sciam, an ex vniuersa mortalium summa quempiam liceat reperire, qui omnibus horis sapiat, quique non aliquo insaniæ genere teneatur. Quanquam hoc tantum interest, qui cucurbitam cum videt, mulierem esse credit, hunc insano nomen ponunt: propterea quod per paucis id vsu venit. Verum vbi quis vxorem suam, quam cum multis habet communem, eam plusquam Penelopen esse deierat, ubique sibi amorem in modum plaudit, feliciter errans, hunc nullus insanum appellat, propterea quod passim maritis hoc accidere videant. Ad hunc ordinem pertinent & isti, qui præ venatu ferarum omnia contemnunt, atque incredibilem animi voluptatem percipere se prædicant, quoties fœdum illum cornuum cantum audierint, quoties canum eiulatus. Opinor etiam cum excrementa canum odorantur, illis cinnamomum videri. Deinde quæ suauitas, quoties fera lanienda est? Tauros & verueces humili plebe laniare licet, feram nisi a generoso secari nefas. Is nudo capite, inflexis genibus, gladio ad id destinato, neque enim quouis idem facere fas est, certis gestibus, certa mẽbra, certo ordine religiose secat. Miratur interim perinde vt in re noua tacita, circumstans tacita turba, tametsi spectaculum hoc plus milies viderit. Porro cui contigerit e bellua nonnihil gustare, is vero existimat, sibi non parum nobilitatis accedere. Itaque cum isti assidua ferarum insectatione atque esu, nihil aliud assequantur, nisi vt ipsi propemodum in feras degenerent: tamen interea regiam vitam agere se putant. Et his simillimum genus eorum, qui insatiabili ædificandi studio, flagrant nunc rotunda quadratis, nunc quadrata rotundis permutantes. Neque vero finis vllus neque modus, donec ad extremam redactis inopiam, nec vbi habitent, nec quid edant, supersit. Quid tum postea? Interim annos aliquot summa cum voluptate peregerunt. Ad quos mihi quidem proxime videntur accedere, qui nouis & arcanis artibus rerum species vertere moliuntur, ac terra marique quintam quandam essentiam venantur. Hos adeo lactat mellita spes, vt neque laborum, neque impensarum vnquam pigeat: miroque ingenio semper aliquid excogitant quo sese denuo fallant, sibique ipsis gratam faciant imposturam, donec absumptis omnibus, non sit, quo iam fornaculam instruant. Non desinunt tamen iucunda somniare somnia, cæteros pro viribus ad eandem felicitatem animantes. Cumque iam prorsus omni spe destituuntur, superest tamen vna sententia abunde magnũ solatium, in magnis & voluisse sat est. Ac tum vitæ breuitatem incusant, vt quæ magnitudini negotii non suffecerit. Porro aleatores nonnihil addubito, num in nostrum collegium sit admittendi. Sed tamẽ stultum omnino ridiculumque spectaculum est, cum videmus nonnullos vsque adeo addictos, vt simul atque strepitum talorum audierint, protinus illis cor saliat ac

fa-

palpitetque. Deinde cum semper illiciente vincendi spe, omnium facultatũ naufragium fecerint, in aleæ scopulũ illisa naue, non paulo formidabiliorem Malea, vixque nudi emerserint: quó suis potius fraudant, quam victorem: ne scilicet viri parum graues habeantur. Quid cum senes iam & cæcutientes, vitreis etiam oculis lusitant? Postremo cum iam iusta chiragra contudit articulos, vicarium etiam mercede conducunt, qui pro se talos in pyrgum mittat? Suauis quidem res, nisi quod hic ludus plerunq; solet in rabiem euadere, iamque ad furias, non ad me pertinere. Cæterum illud hominum genus haud dubie totum est nostræ farinæ, qui miraculis ac prodigiosis gaudent mendaciis, vel audiendis vel narrandis. Nec vlla satietas talium fabularum cum portentosa quædam, de spectris, de lemuribus, de laruis, de inferis, de id genus millibus miraculorum commemorantur: quæ quo longius absunt à vero, hoc & creduntur lubentius, & iucundiore pruritu titillant aures. Atq; hæc quidem non modo ad leuãdum horarum tædium mire conducunt, verum etiam ad quæstum pertinent, præcipue sacrificis & concionatoribus. His rursum adfines sunt ii, qui sibi stultam quidem, sed tamen iucundam persuasionem induxerunt, futurum, vt si ligneum aut pictum aliquem Polyphemũ Christophorum aspexerint, eo die non sint perituri: aut qui sculptam Barbaram præscriptis verbis salutarit, sit incolumis è prælio rediturus: aut si quis Erasmum certis diebus, certis cereolis, certisque preculis conuenerit, breui sit diues euasurus. Iam vero Georgium etiam Herculem inuenerunt, quemadmodum & Hippolytum alterum. Huius equum phaleris ac bullis religiosissime adornatum tantum non adorãt, ac subinde nouo quopiam munusculo demerentur, per huius æream galeam deierare plane regium habetur. Nam quid dicam de iis, qui sibi fictis scelerum condonationibus suauissime blandiuntur, ac purgatorii spacia veluti clepsydris metiuntur, secula, annos, menses, dies, horas, tanquam è tabula mathematica, citra vllum errorem dimetientes? Aut de iis, qui magicis quibusdam notulis ac preculis, quas pius aliquis impostor, vel animi causa, vel ad quæstum excogitauit, freti nihil sibi non pollicentur, opes, honores, voluptates, saturitates, valetudinem perpetuo prosperam, vitam longæuam, senectam viridem, denique proximũ Christo apud superos concessum, quem tamen nolint, nisi admodum sero contingere, hoc est, cum huius vitæ voluptates, inuitos eos ac mordicus retinentes, tamen deseruerint, tum succedant illæ cælitum delitiæ. Hic mihi puta negociator aliquis aut miles, aut iudex, abiecto ex tot rapinis vnico nummulo, vniuersam vitæ Lernam semel expurgatam putat, totq; periuria, tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot cædes, tot imposturas tot perfidias, tot proditiones existimat velut ex pacto redimi: & ita redimi vt iam liceat ad nouum scelerũ orbem de integro reuerti. Quid autem stultius iis, imo quid felicius, qui 7. illis sacrorũ psalmorum versiculis cotidie recitatis plusquam summam felicitatem sibi promittunt? Atque hos magicos versiculos dæmon quispiam, facetus quidem ille, sed futilis magis, quam callidus, D. Bernardo creditur indicasse, sed arte circumuentus miser: & hæc tam stulta, vt meipsam propemodum pudeat, tamen approbantur, idq; non à vulgo modo, verum etiam à religionis professoribus. Quid iã, nonne eodem fere pertinet, cum singulæ regiones suum aliquem peculiarem vindicant diuum, cumq; in singulos singula quædam partiũtur, singulis suos quosdam culturæ ritus attribuunt: vt hic in dentium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius rem furto sublatam restituat: hic in naufragio prospere affulgeat, ille gregem tueatur, atque item de cæteris. Nam omnia percensere longissimum fuerit. Sunt qui singuli pluribus in rebus valeant, præcipue Deipara virgo: cui vulgus hominum plus prope tribuit, quam filio. Verum ab his diuis quid tandem petunt homines, nisi quod ad stultitiam attinet? Agedum inter tot anathemata, quibus templorum quorundam parietes omnes ac testudinem ipsam refertam conspicis, vidistine vnquam qui stultitiã effugerit, qui vel pilo sit factus sapientior. Alius enatauit incolumis. Alius ab hoste perfossus vixit. Alius è prælio, pugnantibus cæteris, non minus feliciter, quam fortiter aufugit. Alius in crucem sublatus, fauore diui cuiuspiam furibus amici, decidit: vt nonnullos etiam male diuitiis onustos pergeret exonerare. Alius perfracto carcere fugit. Alius irato medico à febre reualuit. Alii potum venenum, aluo soluta, remedio non exitio fuit, idque non admodum læta vxore, quæ operam & impensam luserit. Alius euerso plaustro, equos incolumes domum abegit. Alius oppressus ruina vixit. Alius a marito deprehensus elusit. Nullus pro depulsa stultitia gratias agit. Adeo suauis quædam res est nihil sapere, vt omnia potius deprecentur mortales, quam Moriam. Sed quid ego hoc superstitionum pelagus ingredior?

Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox, omnes stultorum euoluere formas,
Omnia stultitiæ percurrere nomina possim:

vsque adeo omnis omnium Christianorum vita istiusmodi delirationibus vndique scatet: quas ipsas tamen sacrifici non grauatim & admittunt & alunt, non ignari, quantum hinc lucelli soleat accrescere. Inter hæc, si quis odiosus sapiens exoriatur, succinatque id, quod res est, non male peribis, si bene vixeris: peccata redimis, si nummulo addideris odium malefactorum, tum lachrymas, vigilias, precationes, ieiunia, ac totam vitæ rationem commutaris. Diuus hic tibi fauebit, si vitam illius æmulaberis. Hæc, inquam, atque id genus alia, si sapiens ille obgānniat, vide in quanta felicitate repente mortalium animos in quem tumultum retraxerit? Ad hoc collegium pertinent, qui viui qua funeris pompa velint efferri, tam diligenter statuunt, vt nominatim etiam præscribant quot tedas, quot pullatos, quot cantores, quot luctus histriones velint adesse: perinde quasi futurum sit, vt aliquis huius spectaculi sensus ad ipsos sit rediturus, aut vt pudescant defuncti, nisi cadauer magnifice defodiatur: haud alio studio, quam si ædiles creati, ludos aut epulum edere studeant. Equidem tametsi propero, tamen haud possum istos silentio præterCurrere, qui cum nihil ab infimo cerdone differant, tamen inani nobilitatis titulo, mirum quam sibi blandiuntur. Alius ad Æneam, alius ad Brutum, alius ad Arcturum genus suum refert. Ostendunt vndique sculptas & pictas maiorum imagines. Numerant proauos atque atauos, & antiqua cognomina commemorant, cum ipsi non multum absint à muta statua, pene iis ipsis quæ ostendunt signis deteriores. Et tamen hac tam suaui Philautia, felicem prorsum vitam agunt. Neque desunt æque stulti, qui hoc beluarum genus, perinde vt Deos suspiciunt. Sed quid ego de vno aut altero genere loquor? quasi vero non passim hæc Philautia plurimos vbique miris modis felicissimos efficiat? cum hic quauis simia deformior, sibi plane Nireus videtur. Alius simul atque treis lineas circinó duxerit, prorsum Euclidem sese putat: hic ὄνος πρὸς λύραν, & quod deterius, nec ille sonat, quo mordetur gallina marito, tamen alterum Hermogenem esse se credit. Asinus ad Lyram.
Est autem illud longe suauissimum insaniæ genus,

quo nonnulli, quicquid vlli suorum dotis adest, eo non aliter atque suo gloriantur. Qualis erat ille bis beatus apud Senecam diues, qui narraturus historiolam quampiam, seruos ad manum habebat, qui nomina suggererent: non dubitaturus, vel in pugilum certamen descendere, homo alioqui adeo imbecillus, vt vix viueret: hac re fretus, quod multos haberet domi seruos egregie robustos. Porro de artium professoribus, quid attinet commemorare? quando peculiaris est horum omnium Philautia, adeo vt reperias citius, qui vel agello paterno, quam ingenio cedere: verum præcipue histrionum, cantorum, oratorum ac Poetarum, quorum, quo quisque est indoctior, hoc sibi placet insolentius, hoc sese magis iactat ac dilatat. Et inueniunt similes labra lactucas: imo quo quidque est ineptius, hoc plures admiratores nanciscitur, vt pessima quæque semper plurimis arrident, propterea quod maxima pars hominum, vt diximus, stultitiæ obnoxia est. Proinde si quis est imperitior, & ubi ipsi multo iucundior est, & pluribus admirationi: quid est, quod is veram admirationem malit, primum magno constaturam, deinde redditura m & pudiciorem & timidiorem, postremo multo paucioribus placituram? Iam vero video naturam, vt singulis mortalibus suam, ita singulis nationibus ac pene ciuitatibus communem quandam insevisse Philautiam: Atque hinc fieri, vt Britanni, præter alia, formam, musicam, & lautas mensas proprie sibi vindicent. Scoti nobilitate & regiæ affinitatis titulo, neq; non Dialecticis argutiis sibi blandiantur: Galli morum ciuilitatem sibi sumant. Parisienses, Theologicæ scientiæ laudem, omnibus prope submotis, sibi peculiariter arrogent: Itali bonas literas & eloquentiam asserant, atq; hoc nomine sibi suauissime blandiantur omnes, quod soli mortalium barbari non sint. Quo quidem in genere felicitatis, Romani primas tenent, ac veterem illam Romam adhuc iucundissime somniant: Veneti nobilitatis opinione sunt felices: Græci tanquam disciplinarum autores, veteribus illis laudatorum heroum titulis sese venditant. Turcæ, totaque illa vere Barbarorum colluuies, etiam religionis laudem sibi vindicat, Christianos perinde vt superstitiosos irridens. At multo etiam suauius Iudæi etiam dum Messiam suum constanter expectant; ac Mosen suum hodieque mordicus tenent: Hispani bellicam gloriam nulli concedunt: Germani corporum proceritate & magiæ cognitione sibi placent: ac ne singula persequar, videtis opinor, quantum vbique voluptatis pariat singulis & vniuersis mortalibus Philautia, cui prope par est Assentatio soror. Nihil enim aliud Philautia, quam cum quis ipse sibi palpatur. Idem si alteri facias, κόλαξ fuerit. At hodie res quædam infamis est adulatio, sed apud eos, qui rerum vocabulis magis, quam rebus ipsis commouentur. Existimant cum adulatione fidem male cohærere: quod multo secus sese habere, vel brutorum animantium exemplis poterant admoneri. Quid enim cane adulantius? at rursum quid fidelius? Quid sciuro blandius: at hoc quid est homini magis amicum? Nisi forte vel aspeti leones, vel immites tigres, vel irritabiles pardi magis ad vitam hominum conducere videntur.

Quanquam est omnino perniciosa quædam adulatio, qua nonnulli perfidiosi & irrisores, miseros in perniciem adigunt. Verum hæc mea, ab ingenii benignitate, candoreque quodam proficiscitur, multoque virtuti vicinior est, quam ea quæ huic opponitur, asperitas ac morositas inconcinna, vt ait Horatius, grauisque.

Hæc deiectiores animos erigit, demulcet tristes, extimulat languentes, expergefacit stupidos, ægrotos leuat, feroces mollit, amores conciliat, conciliatos retinet. Pueritiam ad capessenda studia literarum allicit, senes exhilarat, principes citra offensam sub imagine laudis, & admonet & docet. In summa facit, vt quisq; sibi ipse sit iucundior & charior, quæ quidem felicitatis pars est vel præcipua: Quid autem officiosius, quam cum mutuum muli scabunt? Vt ne dicam interim, hanc esse magnam illius laudatæ eloquentiæ partem, maiorem medicinæ, maximam poeticæ: denique hanc esse totius humanæ consuetudinis mel & condimentum. Sed falli inquiunt miserum est, imo non falli miserrimum. Nimium enim desipiunt, qui in rebus ipsis felicitatem hominis sitam esse existimant. Ex opinionibus ea pendent. Nam rerum humanarum tanta est obscuritas, varietasque, vt nihil dilucide sciri possit, quemadmodum recte dictum est ab Academicis meis, inter Philosophos quam minimum insolentibus. Aut si quid sciri potest, id non raro officit etiam vitæ iucunditati. Postremo sic sculptus est hominis animus, vt longe magis fucis, quam veris capiatur. Cuius rei si quis experimentum expositum & obuium quærat, conciones ac templa petat: in quibus si quid serium narratur, dormitant, oscitant, nauseant omnes. Quod si clamator ille, lapsa sum, declamator dicere volebam, ita vt sæpe faciunt, anilem aliquam fabellam exorditur, expergiscuntur, eriguntur, inhiant omnes. Item si quis sit diuus fabulosior & poeticus. Quod si exemplum requiris, finge huius generis Georgium, aut Christophorum, aut Barbaram, videbis hunc longe religiosius coli, quam Petrum aut Paulum, aut ipsum etiam Christum.

Verum hæc non huius sunt loci. Iam quanto minoris constat hæc felicitatis accessio? Quandoquidem res ipsis aliquoties magno negocio pares oportet, vel leuissimas, vti Grammaticen. At opinio facillime sumitur, Quæ tantundem, aut amplius etiam ad felicitatem conducat. Age si quis putribus vescatur salsamentis, quorum alius nec odorem ferre possit, & tamen huic Ambrosiam sapiant, quæso, quid interest ad felicitatem? Contra si acipenser alicui nauseam sapiat, quid referet ad vitæ beatitudinem? Si cui sit vxor egregie deformis, quæ tamen marito, vel cum ipsa Venere certare posse videatur, nonne perinde fuerit, ac si vere formosa foret? Si quis tabellam minio lutoque male oblitam, suspectet, ac demiretur, persuasum habens, Apellis aut Zeuxidis esse picturam, nonne felicior etiam fuerit eo, qui eorum artificum manum magno emerit, fortassis minus ex eo spectaculo voluptatis percepturus. Noui ego quendam mei nominis, qui nouæ nuptæ gemmas aliquot adulterinas dono dedit, persuadens, vt erat facundus nugator, eas non modo veras ac natiuas esse, verum etiam singulari atque inæstimabili precio. Quæso, quid intererat puellæ, cum vitro non minus iucunde pasceret & oculos, & animum, nugas perinde vt eximium aliquem thesaurum, conditas apud sese seruaret? Maritus interim & sumptum effugiebat & vxoris errore fruebatur, nec eam tamen sibi minus habebat deuinctam, quam si magno empta donasset. Num quid interesse censebis inter eos, qui in specu illo Platonico variarum rerum vmbras ac simulacra demirantur, modo nihil desiderent, neque minus sibi placeant: & sapientem illum, qui specum egressus, veras res aspicit. Quod si Mycillo Lucianico diues illud & aureum somnium perpetuo somniare licuisset, nihil erat cur aliam optaret felicitatem. Aut nihil igitur interest, aut si quid interest, potior etiam stultorum conditio.

Primum, q̄ his sua felicitas minimo constat, id est,

sola

sola persuasiuncula. Deinde quod ea fruuntur cum plurimis cõmuniter. Porro nullius boni iucunda sine socio possessio. Quis enim nescit, quanta sapientum paucitas. si modo quisquam inueniatur? quanquam ex tot seculis Græci septem omnino numerant, quos me hercle, si quis accuratius excutiat, dispeream si vel semisapientem inueniet, imo si vel trientem viri sapientis. Proinde cum inter multas Bacchi laudes illud habeatur vt est primarium: quod animi curas eluat, idque ad exiguum modo tempus. nam simulatq; villum edormieris, protinus albis, vt aiunt, quadrigis recurrunt animæ molestiæ: quanto meum beneficium cum plenius, tum præsentius, quæ perpetua quadam ebrietate, mentem gaudiis, deliciis, tripudiis, expleo, idque nullo negocio? Neque quenquam omnino mortalem mei muneris expertem esse sino, cum reliquæ numinum dotes aliæ ad alios perueniant. Non vbiuis nascitur generosum, & lene merum, quod curas abigat, quod cum spe diuite manet. Paucis contigit formæ gratia, Veneris munus, paucioribus eloquentia, Mercurii donum. Non ita multis obtigerunt opes, dextro Hercule. Imperium non cuiuis concedit Iupiter Homericus. Sæpenumero Mauors neutris fauet copiis. Complures ab Apollinis tripode tristes discedunt. Sæpe fulminat Saturnius. Phœbus aliquando iaculis pestem immittit. Neptunus plures extinguit, quam seruat. Vt interim Veioues istos, Plutones, Atas, Pœnas, Febres, atque id genus, non Deos, sed carnifices commemorem. Ego sum vna illa stultitia, quæ omneis ex æquo tam parata beneficentia complector. Nec vota moror, nec irascor, exposcens piamina: si quid ceremoniarum fuerit prætermissum. Nec cœlum terræ misceo: si quis reliquis inuitatis Diis, me domi relinquat, nec admittat ad nidorem illum victimarum. Nam cæterorum Deorum tanta in his est morositas, vt prope maius sit operæ pretium atq; adeo tutius, illos negligere, quam colere. Quemadmodum sunt & homines nonnulli, tam difficiles, & ad lædendum irritabiles, vt præstiterit eos prorsum alienissimos habere, quam familiares. At nemo, inquiunt, stultitiæ sacrificat, neque templum statuit. Equidem demiror, vt dixi, nonnihil hanc ingratitudinem: Verum hoc quoque pro mea felicitate boni consulo: quanquam ne hæc quidem desiderare possum. Quid enim est cur thusculum aut molam, aut hircum aut suem requiram, cum mihi mortales omnes vbique gentium eum cultum persoluant, qui vel à Theologis maxime probari solet? Nisi forte Dianæ debeam inuidere, quod illi humano sanguine litatur. Ego me tum religiosissime coli puto, cum passim, vt faciunt omnes, animo complectuntur, moribus exprimunt, vita repræsentant. Qui quidem diuorum cultus, nec apud Christianos admodum frequens est. Quanta turba eorum, qui Deiparæ virgini cereolum affigunt, idque in meridie, cum nihil est opus? Rursum quam pauci, qui eandem vitæ castimonia, modestia, cœlestium rerum amore studeant æmulari? Nam is demum verus est cultus, longeq; cœlitibus gratissimus. Præterea cur templum desiderem, cum orbis hic vniuersus templum mihi sit, ni fallor, pulcherrimum? Neque vero desunt mystæ, nisi vbi desunt homines. Nec tam vsq; adeo stulta sum, vt saxeas ac coloribus fucatas imagines requiram, quæ cultui nostro nonnunquam officiunt: cum à stupidis, & pinguibus istis, signa pro diuis ipsis adorantur. Nobis interim vsu venit, quod solet iis, qui à vicariis suis extruduntur. Mihi tot statuas erectas puto, quot sunt mortales, viuam mei imaginem præ se ferentes, etiamsi nolint. Itaq; nihil est quod reliquis Diis inuideam, si aliis in angulis terrarũ alii colantur, idq; statis diebus: Quemadmodum Rhodi Phœbus, in Cypro Venus, Argis Iuno, Athenis Minerua, in Olympo Iupiter, Tarenti Neptunus, Lampsaci Priapus, modo mihi communiter orbis omnis longe potiores victimas assidue præbeat. Atqui si cui videor hæc audacius, quam verius dicere, agedum paulisper ipsas hominum vitas inspiciamus: quo palam fiat, & quantum mihi debeãt, & quanti me faciant maximi pariter ac minimi. At non quorumlibet vitam recẽsebimus, nam id quidem perlongum: verum insignium tm̃, vnde reliquos facile sit æstimare. Quid n. attinet de vulgo, plebeculaq. cõmemorare, quæ citra controuersiã tota mea est? tot n. vndiq; stultitiæ formis abundat. tot in dies nouas cõminiscitur: vt nec mille Democriti ad tantos risus suffecerint: quanquam illis ipsis Democritis rursum alio Democrito foret opus. Quin etiam incredibile sit dictu, quos risus, quos ludos, quas delitias homunculi quotidie præbeant superis. Nam hi quidem horas illas sobrias, & antemeridianas iurgiosis consultationibus, ac votis audiendis impartiunt. Cæterum vbi iam nectare madent, neque lubet quicquam serium agere: tum qua parte cœlum quam maxime promiñet, ibi consident ac pronis frontibus, quid agitent homines speculantur. Nec est aliud spectaculum illis suauius. Deum immortalem, quod theatrum est illud, quam varius stultorum tumultus? Nam ipsa nonnunquam in Deorum Poëticorum ordinibus considere soleo. Hic deperit in mulierculam, & quo minus adamatur, hoc amat impotentius. Ille dotem ducit non vxorem. Ille sponsam suam prostituit. Alius Zelotypus, velut Argus obseruat. Hic in luctu papæ quam stulta dicit facitque? conductis etiam velut histrionibus, qui luctus fabulam peragant. Ille flet ad nouercæ tumulum. Hic quicquid vndecunque potest corradere, id totum ventriculo donat: paulo post, fortiter esuriturus. Hic somno & ocio nihil putat felicius. Sunt qui alienis obeundis negociis sedulo tumultuantur, sua negligunt. Et qui versuris, atque ære alieno diuitem se esse putat, mox decocturus. Alius nihil arbitratur felicius, quam si ipse pauper hæredẽ locuplet. Hic ob exiguum idq; incertum lucellum, per omnia maria volitat, vndis ac ventis vitam committens, nulla pecunia reparabilem. Ille mauult bello diuitias quærere, quam tutum ocium exigere domi. Sunt qui captandis orbis senibus, putant quã commodissime ad opes perueniri. Neque desunt, qui idem malint de amandis beatis aniculis aucupari. Quorum vtrique tum demum egregiam de se voluptatem Diis spectatoribus præbent, cum ab ipsis, quos captant, arte deluduntur. Est omnium stultissimum negociatorum genus: quippe qui rem omnium sordidissimam tractent idq; sordidissimis rationibus, qui cum passim mentiantur, peierent, furentur fraudent, imponant, tamen omnium primos sese faciunt: propterea quod digitos habeant auro reuinctos. Nec desunt adulatores fraterculi, qui mirentur istos, ac venerabiles palam appellent, nimirum, vt ad ipsos aliqua male partorum portiuncula redeat. Alibi videas Pythagoricos quosdam, quibus vsque adeo omnia videntur esse communia, vt quicquid vsquam incustoditum nacti fuerint, id velut hæreditate obuenerit, æquo animo tollant. Sunt qui votis tantum diuites sunt, & secunda quædam sibi fingũt somnia idque ad felicitatem satis esse putant. Nonnulli foris diuites haberi gaudent, domi gnauiter esuriunt. Hic festinat, quicquid habet profundere, ille per fas nefasque congerit. Hic candidatus ambit populares honores: ille ad focum semper oblectat. Bona pars lites nunquam finiendas agitat: & hinc atque hinc certatim contendunt vt prorogatorem iudicem & collusorem ditent advocatum. Hic rebus nouandis studet, ille magnum quiddam molitur. Est qui Hierosolymam, Romam aut diuum Ia-

cobum adeas, vbi nihil est illi negocii, domi relictis cum vxore liberis. In summa si mortalium innumerabiles tumultus è luna, quemadmodum Menippus olim, despicias, putes te muscarum, aut culicum videre turbam, inter se rixantium, bellantium, insidiantium, rapientium, ludentium, lasciuientium, nascentium, cadentium, morientium. Neq; satis credi potest, quos motus, quas tragœdias ciat tantulum animalculum, tamque mox periturum. Nam aliquoties vel leuis belli, seu pestilentiæ procella multa simul millia rapit ac dissipat. Sed ipsa stultissima sim planeq; digna, quam multis cachinnis rideat Democritus, si pergam populares stultitiarum & insaniarum formas enumerare. Ad eos accingar, qui sapientiæ speciem inter mortales tenent, & aureum illum ramum vt aiunt, aucupantur, inter quos Grammatici primas tenent, genus hominum profecto quo nihil calamitosius, nihil afflictius, nihil æque Diis inuisum foret, nisi ego miserrimæ professionis incommoda dulci quodam insaniæ genere mitigarem. Neque enim quinque tantum execrationibus πέντε καταραῖς, id est, quinque tantum diris obnoxii sunt isti, quemadmodum indicat Epigramma Græcum, verum sexcentis, vt qui semper famelici, & sordidi in ludis illis suis, in ludis dixi, imo in φροντιστηρίοις vel pistrinis potius ac carnificinis inter puerorum greges, consenescunt laboribus, obsurdescunt clamoribus, fœtore pædoreque contabescunt, tamen meo beneficio fit, vt sibi primi mortalium esse videantur. Adeo sibi placent, dum pauidam turbam, minaci vultu voceque territant, dum ferulis, virgis, lorisq; conscindunt miseros, dumque modis omnibus suo arbitratu sæuiunt, asinum illum Cumanum imitantes. Interim sordes illæ meræ munditiæ videntur, pedor amaracinum olet, miserrima illa seruitus regnum esse putatur: adeo vt tyrannidem suam nolint cum Phalaridis aut Dionysii imperio commutare. Sed longe etiam feliciores sunt, noua quadam doctrinæ persuasione. Siquidem cum mera deliramenta pueris inculcent; tamen Dii boni, quem non illi Palæmonem, quem non Donatum præ sese contemnunt? idque nescio quibus præstigiis mire efficiunt, vt stultis materculis & idiotis patribus tales videantur, quales ipsi se faciunt. Iam adde & hoc voluptatis genus, quoties istorum aliquis Anchisæ matrem aut voculam vulgo incognitam, in putri quapiam charta deprehenderit, puta bubsequam, bouinatorem, aut manticulatorem, aut si quis vetusti saxi fragmentum, mutilis notatum literis, alicubi effoderit, ô Iupiter, quæ tum exultatio, qui triumphi, quæ encomia, perinde quasi vel Africam deuicerint, vel Babylonas ceperint. Quid autem cum frigidissimos & insulsissimos versiculos suos passim ostentant, neq; desunt qui mirentur, iam plane Maronis animam in suum pectus demigrasse credunt. At nihil omnium suauius, quam cum ipsi inter sese mutua talione laudant ac mirantur, vicissimq; scabunt. Quod si quis alius verbulo lapsus sit, idque forte fortuna hic oculatior deprehenderit, ô Hercules ὦ ἡράκλεις, quæ protinus tragœdiæ, quæ digladiationes, quæ conuicia, quæ inuectiuæ! Male propitios habeam omneis Grammaticos, si quid mentior. Noui quendam artibus instructissimum πολυτεχνότατον, Græcum, Latinum, Mathematicum, Philosophum, Medicum, καὶ ταῦτα βασιλικόν, iam sexagenarium, qui cæteris rebus omissis annis plus viginti se torquet ac discruciat in Grammatica, prorsus felicem se fore ratus: si tam diu liceat viuere, donec certo statuat, quomodo distinguendæ sint octo partes orationis, quod hactenus nemo Græcorum aut Latinorum ad plenum præstare valuit. Perinde q. res sit bello quoq; vindicãda, si quis coniunctionem faciat dictionem, ad aduerbiorũ ius pertinentem. Et hac gratia cum totidem sint Grãmaticæ, quot Grammatici, imo plures: quandoquidem Aldus meus vnus, plusquam quinquies Gramaticam dedit: hic nullam omnino quantumuis barbare aut moleste scriptam prætermittit; quam non euoluat, excutiatq; neminem non inuidens, si quid quantumlibet inepte moliatur in hoc genere; misere timens, ne quis forte gloriam hanc præripiat, & pereant tot annorũ labores. Vtrum insaniam hanc vocare mauultis, an stultitiam? Nam mea quidem haud magni refert: modo fateamini, meo beneficio fieri, vt animal omnium alioqui longe miserrimũ, eo felicitatis euehatur, vt sortem suam neq; cum Persarum regibus cupiat permutare. Minus mihi debent poetæ, tametsi vel ex professo meæ sunt factionis; quippe liberum genus, vt habet prouerbium, quorum omne studium non alio pertinet, quam ad demulcendas stultorum aures, idq; meris nugamentis, ac ridiculis fabulis. Et tamen his freti dictu mirum; vt cum sibi polliceantur immortalitatem, & Diis parem vitam, tum aliis eandem permittant. Huic ordini præ cæteris familiares Φιλαυτία καὶ κολακεία: nec ab vllo mortalium genere color neq; simplicius, neq; constantius. Porro Rhetores, quanquam nonnihil illi quidem præuaricantur, colluduntq; cum Philosophis; tamen hos quoq; nostræ factionis esse, cum alia multa, tum illud imprimis arguit; quod præter alias nugas, tam accurate tam multa de iocandi ratione conscripserunt. Atq; adeo stultitiam ipsam inter facetiarum species numerat, quisquis is fuit, qui ad Herennium dicendi artem scripsit: Quodq; apud Quintilianum, huius ordinis longe principem, caput est de risu, vel Iliade prolixius: tantumq; stultitiæ tribuunt, vt sæpe quod nullis argumentis dilui possit, risu tamen eludatur. Nisi & si quis hoc arbitretur ad stultitiam non pertinere, ridiculis dictis excitare cachinnos, idq; arte. Huius farinæ sunt & isti, qui libris edendis famam immortalem aucupantur. Hi cum omnes mihi plurimum debent, tum præcipue qui meras nugas chartis illinunt. Nam qui erudite, ad paucorum doctorum iudicium scribunt, quiq; nec Persium, nec Lælium iudicem recusant, mihi quidem miserandi magis, quam beati videntur: vt qui sese perpetuo torqueant: addunt, mutant, adimunt, reponunt, repetunt, recudunt, ostendunt, nonum in annum premunt, nec vnquam sibi satisfaciunt: ac futile præmium, nempe laudem, eamque perpaucorum, tanti emunt, tot vigiliis, somnique, rerum omnium dulcissimi, tanta iactura, tot sudorib. tot crucibus. Adde nunc valetudinis dispendium, formæ perniciem, lippitudinem, aut etiam cæcitatem, paupertatem, inuidiam, voluptatem abstinentiam, senectutem præproperam, mortem præmaturam: & si qua sunt alia eiusmodi. Tantis malis sapiens ille redimendum existimat, vt ab vno aut altero lippo probetur. At meus ille scriptor, quanto delirat felicius, dum nulla lucubratione, verum vtrumque visum est animo, quicquid in calamum incidit, vel somnia sua statim literis prodit, leui duntaxat chartarum iactura, non ignarus futurum, vt quo nugaciores nugas scripserit, hoc a pluribus, id est, stultis & indoctis omnibus probetur.

Quid enim est negotii, treis illos doctos, si tamen ea legerint, contemnere? Aut quid valebit, tam paucorum sapientum calculus in tam immensa reclamantium turba? sed magis etiam sapiunt, qui aliena pro suis ædunt, & alieno magnoque partam labore gloriam, verbis in se transmouent, hoc videlicet freti, quod arbitrentur futurum, vt etiam si maxime coarguantur plagii, tamen aliquantisper tempus vsuram huius quæstus lucrifactum iri.

Videre est operæprecium, quam hi sibi placent, cum vulgo laudantur, cum digito osten-

duntur in turba. Hic est admirandus ille [illegible]: cum apud bibliopolas prostant, cum in omnium paginarum frontibus leguntur tria nomina, præsertim peregrina, ac magicis illis similia. Quę per Deum immortalem quid aliud sunt quam nomina? Deinde quam à paucis cognoscenda, si mundi vastitatem respicias: tum à quanto paucioribus laudanda vt sunt etiam indoctorũ diuersa palata. Quid? quod ea ipsa nomina non raro confinguntur, aut è priscorum libris adoptantur? Cum alius sese Telemachum alius Stelenum aut Laertem: hic Polycratem, ille Thrasimachum sese nominari gaudet: vt nihil iam referat, etiamsi chamæleõti aut cucurbitæ, sive, quẽadmodum solent Philosophi loqui, alpha aut beta librum inscribas. Illud aũt lepidissimum, cum mutuis Epistolis, carminibus, encomiis sese vicissim laudãt, stulti stultos, indoctos indocti. Hic illius suffragiis discedit Alceus, ille huius Callimachus, ille huius est M. Tullio superior: hic illi Platone doctior. Nonnũquã etiam antagonistam quęrunt, cuius ęmulatione famam augeant. Hinc scinditur incertum studia in contraria vulgus, donec vterq; dux re bene gesta victor discedit, vterq; triumphum agit. Rident hæc sapientes, vt, veluti sunt, stultissima. Quis enim negat? Sed interim meo beneficio suauem vitam agunt, ne cum Scipionibus quidem suos triumphos commutaturi. Quanquam docti quoque interim dum hæc magna cum animi voluptate rident, & aliena fruuntur insania, non paulum mihi debent & ipsi, quod inficiari non possint, nisi sint omnium ingratissimi. Inter eruditos iureconsulti sibi vel primum vindicant locum, neque quisquam alius æque sibi placet, dum sisyphi saxum assidue voluunt, ac sexcentas leges eodem spiritu contexunt: nihil refert, quam ad rem pertinentes: dumq; glossemata glossematis, opiniones opinionib. cumulantes, efficiunt, vt studium illud omnium difficillimum esse videatur. Quicquid n. laboriosum, idem protinus & præclarũ existimãt. Adiungamus his Dialecticos ac Sophistas hominum genus, quouis ære Dodonæo loquacius, vt quorum vnusquivis cum vicenis delectis mulierib. garrulitate decertare possit: feliciores tamen futuri, si tantũ linguaces essent, non etiam rixosi, adeo vt de lana caprina pertinacissime digladientur, & nimium altercando plerunq; veritatem amittant. Hos tamen sua Philautia beatos reddit, dum tribus instructi syllogismis, incunctanter audent quauis de re cum quouis manum conserere. Cæterum pertinacia reddit inuictos, etiamsi Stentorem opponas. Sub hos prodeunt Philosophi, barba pallioque verendi, qui se solos sapere prædicant, reliquos omnes mortales, vmbras volitare. Quam vero suauiter delirant, cum innumerabiles ædificant mundos? dum solem, dum lunam, stellas, orbes, tanquam pollice filoque metiuntur, dum fulminum, ventorum, eclipsium ac cæterarum inexplicabilium rerum causas reddũt, nihil vsquam hæsitantes: perinde quasi naturæ rerum architectrici fuerint à secretis, quasive è Deorum consilio nobis aduenerint: quos interim natura cum suis coniecturis, magnifice ridet. Nam nihil apud illos esse comperti, vel illud satis magnum est argumentum, quod singulis de rebus inexplicabilis inter ipsos est digladiatio. Ii cum nihil omnino sciant, tamen omnia se scire profitentur: cumq; seipsos ignorent, neque fossam aliquoties, aut saxum obuium videant, vel quia lippi sint plerique, vel quia peregrinantur animi: tamen ideas, vniuersalia, formas separatas, primas materias, quidditates, ecceitates videre se prædicant, res adeo tenues, vt neque Lynceus, opinor, possit perspicere. Tum vero præcipue prophanum vulgus aspernantur, quoties triquetris, & tetragonis circulis, atque huiusmodi picturis mathematicis, aliis super alias inductis, & in Labyrinthi speciem confusis, præterea literis velut in acie dispositis, ac subinde alio atque alio repetitis ordine, tenebras offundunt imperitioribus. Neque desunt ex hoc genere, qui futura quoque prædicant, consultis astris, ac miracula plusquam magica pollicentur: & inueniunt homines fortunatos, qui hæc quoque credant. Porro Theologos silentio transire fortassis præstiterit & hanc camarinam non mouere, καὶ τὴν ἀνάγυριν μὴ κινεῖν: nec hanc anagyrin tangere, vtpote genus hominum mire superciliosum atq; irritabile, ne forte turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur & ad palinodiam adigant: quod si recusem, protinus hæreticam clamitent. Nam illico solẽt hæc terrere fulmine, si cui sunt parum propicii. Sane quanquam non alii sunt, qui minus libenter agnoscant meam in se beneficẽtiam: tamen hi quoque non mediocribus nominibus obstricti sunt, dum felices sua Philautia perinde quasi ipsi tertium incolant cœlum, ita reliquos mortales omneis, vt humi reptantes pecudes, è sublimi despiciunt, ac prope commiserantur: dum tanto magistralium definitionum, conclusionum, corollariorum, propositionum explicitarum & implicitarũ agmine septi sunt, tot exuberant diuerticulis καταφυγαῖς, vt nec Vulcaniis vinculis sic possint irretiri, quin elabantur distinctionib. quib. nodos omneis adeo facile secãt, vt non Tenedia bipennis melius: tot nuper excogitatis vocabulis, ac prodigiosis vocibus scatent. Præterea dum arcana mysteria suo explicant arbitratu, qua ratione conditus ac digestus sit mundus. Per quos canales labes illa peccati in posteritatem deriuata sit: quibus modis, qua mensura, quantulo tempore in virginis vtero sit absolutus Christus, quemadmodum in synaxi accidentia subsistant, sine domicilio. Sed hæc protrita.

Illa demum magis & illuminatis, vt vocant, Theologis digna putant, ad hæc si quando incidunt, expergiscuntur. Num quod instans in generatione diuina: num plures in Christo filiationes. Num possibilis propositio Pater Deus odit filium? Num Deus potuerit suppositare mulierem, num Diabolum, num asinum, num cucurbitam, num silicem? Tum quemadmodum cucurbita fuerit concionatura, editura miracula, figenda cruci. Et quid consecrasset Petrus, si consecrasset eo tempore, quo corpus Christi pendebat in cruce? Et num eodem tempore Christus homo dici potuerit: & num post resurrectionem edere aut bibere fas sit futurum, iam nunc famem sitimque præcauentes. Sunt innumerabiles subtilia nugamenta λεπτολεσχίας, his quoque multo subtiliores, de notationibus, relationibus, de formalitatibus, de quidditatibus, ecceitatibus, quos nemo possit oculis assequi, nisi tam Lynceus, vt ea quoq; per altissimas tenebras videat, quæ nusquam sunt. Adde nũc his γνώμας illas adeo παραδόξους, vt illa Stoicorum oracula, quæ paradoxa vocant, crassissima præ his videantur & circumforanea: velut leuius esse crimen, homines mille iugulare, quam semel in die dominico calceum pauperi consuere. Et potius esse committendum, vt vniuersus orbis pereat vna cum victu & vestitu, quod aiunt, suo, quam vnicum quantumlibet leue mendaciolum dicere. Iam has subtilissimas subtilitates subtiliores etiam reddunt tot scholasticorum viæ, vt citius è Labyrinthis temet explices, quam ex inuolucris Realium, Nominalium, Thomistarum, Occanistarum, Scotistarum, & nondum omneis dixi, sed præcipuas duntaxat. In quibus omnibus tantum est eruditionis, tantum difficultatis, vt existimem ipsis Apostolis alio spiritu opus fore, si cogantur hisce de rebus cum hoc nouo Theologorum genere conserere manus. Paulus fidem præstare potuit, ad idem cum ait: Fides est substantia rerum sperandarum, argumen-

gumentum non apparentium parum magistraliter definitur. Idem vt charitatem optime præstiuit, ita parum Dialectice vel diuidit, vel finit, in priore ad Corinthios epistula, cap. decimo tertio. Ac pie quidem illi consecrabant synaxim, & tamen rogati de termino à quo, & termino ad quem, de transsubstantiatione, de modo, quo corpus idem sit in diuersis locis, de differentia, qua corpus Christi est in cœlo, qua fuit in cruce, qua in Sacramento synaxeos, quo puncto fiat transsubstantiatio, cum oratio per quam ea fit, vt quantitas discreta sit in fluxu, non parum, vt opinor, respondissent acumine, quo Scotidæ disserunt hæc, ac definiunt. Nouerant illi Iesu matrem, sed quis eorum tam Philosophice demonstrauit, quomodo fuerit ab Adæ macula præseruata, quam nostri Theologi? Petrus accepit claues, & accepit ab eo, qui non committit indigno, & tamen an intellexerit nescio: certe nusquam attigit subtilitatem, quomodo scientiæ clauem habeat is quoque, qui scientiam non habeat. Baptizabant illi passim, & tamen nusquam docuerunt, quæ sit causa formalis, materialis, efficiens & finalis Baptismi, nec characteris delebilis, & indelebilis apud hos ulla mentis. Adorabant quidem illi sed in spiritu, nihil aliud sequentes, quam illud euangelium, spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Verum haud apparet eis tum fuisse reuelatum, vna eademque adoratione adorandam imagunculam carbone delineatam in pariete, & Christum ipsum, si modo duobus sit porrectis digitis intonsa coma & in vmbone, qui adhæret occipitio, treis habeat notas. Quis enim hæc percipiat, nisi triginta sex annos totos in physicis, & vltramundanis Aristotelis & Scoticis contriuerit? Identidem inculcant Apostoli gratiam, at iidem nusquam distinguunt, quid intersit inter gratiam gratis datam gratiam gratificantem. Hortantur ad bona opera, nec discernunt opus operans & opus operatum. Passim inculcant charitatem, nec secernunt infusam ab acquisita, nec explicant accidens ne sit, an substantia, creata res, an increata. Detestantur peccatum, at emoriar, si potuerunt scientifice definire, quid sit illud, quod peccatum vocamus, nisi forte Scotistarum spiritu fuerunt edocti. Nec enim adduci possum, vt credam Paulum, e cuius unius eruditione licet omneis æstimare, toties damnaturum fuisse quæstiones, disceptationes, genealogias, & vt ipse vocat, λογομαχίας; si eas percalluisset argutias, præsertim cum omnes illius temporis contentiones pugnæque rusticanæ fuerint, & crassæ, si cum magistrorum nostrorum plusquam Chrysippeis subtilitatibus conferantur. Quanquam homines modestissimi, si quid forte scriptum sit ab Apostolis indolatius, parumque magistraliter, non damnant quidem, sed commode interpretantur. Hoc videlicet honoris, partim antiquitati, partim Apostolico nomini deferentes. Et hercle parum æquum erat, res tantas ab illis requirere, de quibus ex præceptore suo, ne quidem verbum vnquam audissent. Idem si eueniat in Chrysostomo, Basilio, Hieronymo, tum sat habent ascribere, non tenetur. Et illi quidem confutarunt ethnicos Philosophos ac Iudæos, suapte natura pertinacissimos; sed vita magis ac miraculis quam syllogismis: tum eos quorum nemo fuerit idoneus, vel vnicum Scoti Quodlibetum ingenio consequi. Nunc quis Ethnicus, quis hæreticus non continuo cedat tot tenuissimis subtilitatibus, nisi tam crassus, vt non assequatur, aut tam impudens, vt exsibilet, aut iisdem instructus laqueis; vt iam par sit pugna, perinde quasi magum cum mago committas, aut si gladio fortunato pugnet aliquis cum eo, cui gladius sit fortunatus: tum enim nihil aliud quam telam Penelopes retexeretur. Ac meo quidem iudicio saperent Christiani, si pro pinguibus istis militum cohortibus, per quas olim ancipiti Marte belligerantur, clamosissimos Scotistas, & pertinacissimos Occamistas & inuictos Albertistas vna cum tota sophistarum manu mitterent in Turcas & Saracenos, spectarent, opinor, & conflictum omnium lepidissimum, & victoriam non ante visam. Quis enim neque adeo frigidus, quem istorum non inflamment acumina? Quis tam stupidus, vt tales non excitent aculei? Quis tam acutus, vt hæc illi non maximas offundant tenebras? Verum hæc omnia videor vobis propemodum ioco dicere. Nec mirum sane, cum sint & inter ipsos Theologos melioribus instituti literis, qui ad has friuolas, vt putant, Theologorum argutias nauseent. Sunt qui velut sacrilegii genus exsecrentur, summamque ducant impietatem, de rebus tam arcanis & adorandis magis, quam explicandis tam illoto ore loqui, tam prophanis ethnicorum argutiis disputare, tam arroganter definire, ac diuinæ Theologiæ maiestatem tam frigidis, imo sordidis verbis simul & sententiis conspurcare. At interim ipsi felicissime sibi placent, imo plaudunt, adeo vt his suauissimis næniis, nocte dieque occupatis; ne tantulum quidem ocii supersit vt Euangelium aut Paulinas Epistolas vel semel liceat euoluere. Atque interim dum hæc nugantur in scholis, existimant sese vniuersam Ecclesiam, alioqui ruituram non aliter Syllogismorum fulcire tibicinibus, quam Atlas cælum humeris sustinet apud Poetas. Iam illud quantæ felicitatis esse putans? cum arcanas literas, proinde quasi cerea sint, pro libidine formant, ac reformant, dum conclusiones suas, quibus iam aliquot scholastici subscripserunt, plus quam Solonis leges videri postulant, vel pontificis decretis anteponendas, dumque veluti censores orbis ad palinodiam trahunt, si quid vsquam cum explicitis & implicitis illorum conclusionibus non ad amussim quadrant, ac non secus atque ex oraculo pronunciant: hæc propositio scandalosa est, hæc parum reuerentialis hæc hæresim olet, hæc male tinnit, vt iam nec baptismus, nec Euangelium, nec Paulus aut Petrus, nec sanctus Hieronymus aut Augustinus, imo nec ipse Thomas [illegible], Christianum efficiat, nisi baccalauriorum calculus accesserit tanta est in iudicando subtilitas. Quis enim sensurus erat eum Christianum non esse, qui diceret has duas orationes, matula putes, & matula putet, Item ollæ feruere, & ollam feruere, pariter esse congruas, nisi sapientes illi docuissent? Quis tantis errorum tenebris liberasset Ecclesiam, quos ne lecturus quidem vnquam quisquam fuerat, nisi magnis sigillis isti prodidissent? Verum annon felicissimi dum hæc agunt? Præterea dum inferorum res omneis sic examussim depingunt, tanquam in ea Republica complureis annos sint versati? Præterea dum pro arbitrio nouos orbes fabricantur, addito denique latissimo illo, pulcherrimoque, ne scilicet desset vbi felices animæ commode vel spatiari, vel conuiuium agitare, vel etiam pila ludere possent.

His atque id genus bis mille nugis, horum capita adeo distenta differtaque sunt, vt arbitror, nec Iouis cerebrum æque grauidum fuisse, cum ille Palladem parturiens Vulcani securim imploraret. Quare nolite mirari, si videtis caput illorum tot fasciis tam diligenter obuinctum in publicis disputationibus, alioqui enim plane dissilirent. Illud ipsa quoque nonnunquam videre soleo, cum ita demum maxime sibi videntur Theologi, si quam maxime barbare spurceque loquantur: cumque adeo balbutiunt, vt à nemine nisi balbo possint intelligi, acumen appellant, quod vulgus non assequatur. Negant enim a dignitate sacrarum literarum esse, si Grammaticorum legibus parere cogantur.

Mira vero maiestas Theologorum, si solis illis fas est mendose loqui: quanquam hoc ipsum habent cum multis cerdonibus commune. Postremo iam Diis proximos sese ducunt, quoties quasi religiose magistri nostri salutantur, in quo quidem nomine tale quiddam subesse putant, quale est apud Iudaeos τετραγράμματον. Itaque nefas aiunt esse MAGISTER NOSTER secus, quam maiusculis scribere literis. Quod si quis praepostere, Noster magister dixerit, is semel omnem Theologici nominis peruerterit maiestatem. Ad horum felicitatem proxime accedunt ii, qui se vulgo religiosos ac monachos appellant, vtroq; falsissimo cognomine: cum & bona pars istorum longissime absit à religione, & nulli magis omnibus locis sint obuii. Iis non video quid possit esse miserius, nisi ego multis modis succurrerem. Etenim cum hoc hominum genus omnes sic execrentur, vt fortuitum etiam occursum ominosum esse persuasum sit: tamen ipsi sibi magnifice blandiuntur. Primum summam existimãt pietatem, si vsq; adeo nihil attigerint literarum, vt ne legere quidem possint. Deinde cum psalmos, suos numeratos quidem illos at non intellectos, asininis vocibus in templis derudunt, tum vero se putant diuorum aures multa voluptate demulcere. Et sunt ex his nonnulli, qui sordes ac mendicitatem magno vendunt, proq; foribus magno mugitu panem efflagitant, imo in nullis diuersoriis, vehiculis, nauibus non obturbant, non mediocri profecto reliquorum mendicorum iactura. Atq; ad eum modum homines suauissimi, sordib. inscitia, rusticitate, impudentia, Apost. vt aiũt, nobis referunt. Quid at iucũdius, quam quod omnia faciũt ex praescripto, quasi mathematicis vtentes rationibus, quas praeterire piaculum sit. Quot nodos habeat calceus, quo colore cingula, vestis quot discriminibus varieganda, qua materia, quotque culmis latum cingulum, qua specie, & quot modiorum capax cuculla, quot digitis latum capillitium, quot dormiendum horas. Atque haec quidem aequalitas in tanta corporum & ingeniorum varietate, quam sit inaequalis, quis non perspicit? Et tamen his nugis non alios modo prae se nauci faciunt, verum inuicem alii alios contemnunt, atque homines Apostolicam caritatem professi, ob aliter cinctam vestem, ob colorem paulo fusciorem, omnia miris tragoediis miscent. Ex his videas quosdam adeo rigide religiosos, vt summa veste, non nisi Cilicina vtantur, intima Milesia: alios contra, qui superne linei sint, intime lanei. Rursum alios qui pecuniae contactum ceu aconitum horreant, nec à vino interim nec à mulierum contactu temperantes. Denique mirum omnibus studium, ne quid in ratione vitae conueniat. Nec illud studio est, vt Christo similes sint, sed vt inter se dissimiles. Porro magna felicitatis pars est in cognomentis, dum hi funigeros appellari se gaudẽt, & inter hos alii Coletas, alii minores, alii minimos, alii bullistas. Rursum hi Benedictinos, illi Bernardinos: hi Brigidenses, illi Augustinenses: hi Guilhelmitas, illi Iacobitas, quasi vero parum sit, dici Christianos. Horum magna pars in tantum suis nititur ceremoniis, & hominum traditiunculis, vt putet vnum coelum parum dignum esse tantis meritis praemium, haud cogitantes futurum, vt Christus contemptis his omnibus, suum illud sit exacturus praeceptum, nempe charitatis. Alius ostentabit aqualiculum, omni piscium genere distentum. Alius psalmorum centum effundet modios. Alius ieiuniorum myriadas annumerabit, & toties vnico prandio pene disruptum imputabit aluum. Alius tantum ceremoniarum aceruum proferet, quantum vix septem onerariis nauibus vehi possit. Alius gloriabitur sexaginta annos nunquam attactam pecuniam, nisi digitis duplici chirotheca munitis. Alius cucullam ingeret, adeo sordidam & crassam, vt nullus nauta suo dignetur corpore. Commemorabit alius se plusquam vndecim lustris spongiae vitam egisse, semper eidem affixum loco: alius raucam assiduo cantu vocem adducet: Alius lethargum solitudine contractum, alius linguam iugi silentio torpentem. At Christus interpellatis, nunquam alioqui finiendis gloriis, vnde nam hoc, inquiet, nouum Iudaeorum genus? Vnicam ego legem vere meam agnosco, de qua sola nihil audio. Et olim palam nulloque parabolarum vtens inuolucro, paternam haereditatem pollicitus sum, non cucullis, preculis, aut inediis, sed charitatis officiis. Nec eos agnosco, qui sua facta nimis agnoscunt, isti qui me quoque sanctiores videri volunt, Abraxasiorum coelos, si libet occupent, aut ab his sibi nouum extrui coelum iubeant, quorum traditiunculas meis praeceptis antepo suerunt. Cum haec audient, & videbunt nautas & aurigas sibi praeferri, quibus putatis vultibus sese mutuo contuebuntur? Sed interim spe sua felices sunt, non absq; meo beneficio. Atque hos quidem, quanquam à Republica semotos, nemo tamen audet contemnere, praecipue mendicantes: propterea quod omnia omnium arcana teneant, ex confessionibus quas vocant. Quae tamen prodere nefas habent, nisi si quando poti, fabulis amoenioribus delectare se volunt: sed coniecturis modo rem indicant, tacitis interim nominibus. Quod si quis hos crabrones irritat, tum in popularibus concionibus probe vlciscuntur sese, & obliquis dictis hostem notant, adeo tecte: vt nemo non intelligat, nisi qui nihil intelligit. Nec prius oblatrandi finem faciunt, quam in os offam obieceris. Age vero quẽ tu mihi comoedum, quem circulatorem spectare malis, quam istos in concionibus suis Rhetoricantes omnino ridicule, sed tamen suauissime imitantes ea, quae Rhetores de dicendi ratione tradiderunt? Deum immortalem, vt gesticulantur, vt apte commutant vocem, vt cantillant, vt iactant sese, vt subinde alios atque alios vultus induunt, vt omnia clamoribus miscent. Atque hanc orandi artem ceu rem arcanam fraterculus fraterculo, per manus tradit: eam tametsi mihi non est fas scire, tamen vtcunque coniecturis sequar. Primo loco inuocant, id quod à Poetis mutuo sumpserunt: deinde dicturi de charitate, à Nylo Aegypti fluuio sumunt Exordium, aut crucis mysterium enarraturi, à Babylonio dracone Bel feliciter auspicantur: aut de ieiunio disputaturi, à duodecim Zodiaci signis principium faciunt: aut de fide verba facturi, diu de quadratura circuli praeloquuntur. Audiui ipsa quendam eximie stultum, erratum doctum volebam dicere, qui in concione celeberrima diuinae triadis mysterium explicaturus, quo & doctrina suam non vulgarem ostentaret, & theologicis satisfaceret auribus: noua prorsus ingressus est via, nimirum est literis, syllabis & oratione, tum à concordia nominis & verbi, adiectiui nominis & substantiui admirantib. iam plerisque, ac nonnullis Horatianum illud apud se mussitantibus: Quorsum haec tam putida tendunt? Tandem huc rem deduxit, vt in Grammaticorum rudimentis sic expressum ostenderet totius triadis simulacrum, vt nemo Mathematicorum in puluere posset euidentius depingere. Atque in hac oratione θεολογούμενος ille totos octo menses ita desudarat, vt hodie quoque magis caecutiat, quam talpae, nimirum tota luminum acie ad ingenii cuspidem auocata. Verum haud poenitet hominem caecitatis, ac paruo quoque putat emptam eam gloriam. Auditus est à nobis alius quidam octogenarius, adeo Theologus, vt in hoc Scotum ipsum renatum putes. Is explicaturus mysterium nominis Iesu, mira subtilitate demonstrauit in

ipsis

ipsis literis latere, quicquid de illo dici possit. Etenim quod trib. duntaxat inflectitur casibus, id manifestum esse simulacrũ diuini ternionis. Deinde quod prima vox Iesus, desinat in s, secunda Iesum in m, tertia Iesu in u, in hoc ἄρρητον subesse mysterium: nempe tribus literulis, indicantibus eum esse summum, medium & vltimum. Restabat mysterium his quoque retrusius, mathematica ratione, Iesus sic in duas æquales diuidit portiones, vt scilicet penthemimeres s in medio resideret. Deinde docuit eam literam apud Hebræos esse ש, quam illi Syn appellent, porro Syn Scotorum, opinor, lingua, peccatum sonat: atque hinc palam declarari, Iesum eum esse qui peccata tolleret mundi. Hoc tam nouum exordium sic inhiantes admirati sunt omnes, præcipue Theologi, vt parum abfuerit, quin illis accideret, quod olim Niobæ: cum mihi propemodum euenerit, quod ficulno illi Priapo, qui magno suo malo, Canidiæ Saganæque nocturna sacra spectauit. Nec iniuria profecto. nam quando simulem ᾠδὴν, commentus est Demosthenes ille Graius, aut Cicero Latinus? Illis vitiosum habebatur proœmium, quod à re foret alienum: quasi vero non ad istum modum exordiantur & subulci, natura videlicet magistra. At hi docti præambulum suum, sic enim vocant, ita demum eximie Rhetoricum fore ducunt, si nusquam quicquam habeat cum reliquo argumento confine: vt auditor interim admirans, illud suum murmuret: quorsum nunc se proripit ille? Tertio loco ceu narrationis vice nonnihil ex Euangelio, sed cursim ac velut obiter interpretantur, cum id solum fuerit agendum. Quarto loco iam noua sumpta persona, quæstionem mouent Theologalem, aliquoties neque terram, neq. cœlum attingentem, ἴσον γῆς [illegible] οὐρανοῦ [illegible], atq. id quoq; ad artem arbitrantur pertinere. Hic demum Theologicum attollunt supercilium, doctores solennes, doctores subtiles, doctores subtilissimos, doctores seraphicos, doctores sanctos, doctores irrefragabiles, magnifica nomina auribus inculcantes. Tum syllogismos, maiores, minores, conclusiones, corollaria, suppositiones frigidissimas ac plusquam scholasticas nugas apud imperitum vulgus iactitant. Superest iam quintus actus; in quo summum artificem præstare conuenit. Hic mihi stultam aliquam & indoctam fabulam, ex speculo opinor historiali, aut gestis Romanorũ in medium adferunt, & eandem interpretantur allegorice, tropologice & anagogice. Atq; ad hunc quidem modum Chimæram suam absoluunt, qualẽ nec Horatius vnquam assequi potuit, cum scriberet: Humano capiti, &c. Sed audierũt à nescio quib. ingressum orationis sedatum, minimeq; clamosum esse oportere. Itaq; principio sic exordiuntur, vt nec ipsi vocẽ propriam exaudiant: quasi referat dici, quod nullus intelligat. Audierunt nonnunquam ad concitãdos affectus, exclamationib. vtendũ esse. Proinde presse alioqui loquentes, subinde repente vocẽ tollunt furioso plane clamore, et cum nihil opus. Iures elleboro homini opus esse, perinde q. nihil referat, vbi clames. Præterea qm̃ audierunt oportere sermonem in progressu feruescere, in singulis partib. principiis vtcunque sane recitatis, mox mira vocis contentione clamitant, etiamsi res sit frigidissima, atq; ita desinunt, vt spiritu defectos credas. Postremo didicerunt, apud Rhetores de risu fieri mentionem, eoque student & ipsi iocos quosdam aspergere, ô amice Venus ὦ φιλαφροδίτη, quam plenos gratiarum, quamq; suo loco, vt plane ὄνον πρὸς τὴν λύραν esse dicas. Mordent quoque nonnunquam, sed ita, vt titillent magis, quam vulnerent. Nec vnquam verius adulantur, quam cum maxime libere loqui παρρησιάζεσθαι videri student. Deniq; tota actio est eiusmodi, vt iures, eos à fori circulatoribus didicisse, à quibus longe vincuntur. Quanquam vtriq; alteris vsque adeo sunt similes, vt nemo dubitet quin aut hi ab illis, aut illi ab his Rhetoricen suam didicerint. Et tamen inueniunt hi quoq; mea nimirum opera, qui cum hos audiunt, Demosthenes meros, ac Cicerones audire se putant. Quod genus sunt præcipue mercatores ac mulierculæ: quorum auribus vnice placere student, quod illi nonnullam prædæ portiunculam de rebus male partis soleant impertiri, si cõmode fuerint palpati. Illę cum aliis multis de causis huic ordini fauẽt, tum præcipue, quod in horum sinus soleant effundere, si quid in maritos stomachãtur. Videtis opinor quantopere mihi debeat hoc hominum genus, cum ceremoniolis, & nugis ridiculis, clamoribusq; tyrannidem quãdam inter mortales exerceant: & Paulos atq; Antonios sese credant. Verum ego istos histriones tam ingratos beneficiorum meorum dissimulatores, quam improbos simulatores pietatis libẽter relinquo. Iamdudum n. iuuat de regib. ac principib. aulicis, à quib. simplicissime color, &. vt dignũ est, ingenuis ingenue nonnihil attingere. Qui quidẽ si vel semunciam sani cordis haberent, quid esset horum vita tristius, aut æque fugiendum? Neq; n. existimabit vel periurio parricidioq; parãdum imperium: quisquis secum perpenderit, q̃ ingens onus sustineat humeris, qui vere principẽ agere velit: Eum qui rerum gubernacula susceperit, publicũ non priuatũ negociũ gerere, nihil nisi de cõmodis publicis oportere cogitare: à legibus, quarum ipse & autor & exactor est, nec latum digitum discedere: officialium & magistratuum omnium integritatem sibi præstãdam esse: se vnum esse omnium oculis expositũ, qui vel ceu sidus salutare, morum innocentia, maximam rebus humanis salutem possit adferre, vel velut cometa lethalis, summam perniciem inuehere. Aliorum vitia neq; perinde sentiri, neque tam late manare. Principem eo loco esse, vt si quid vel leuiter ab honesto deflexerit, grauis protinus ad aquam plurimos homines vitæ pestis serpat. Tum quod multa secum adferat principum fortuna, quæ soleant à recto deducere, quod genus, delitiæ, libertas, adulatio, luxus, hoc acrius enitendum, ac sollicitius aduigilandum, ne vbi vel deceptus cesset in officio. Postremo, vt insidias, odia, cęteraq; vel pericula, vel metus omittam, capiti imminere verum illum regem, qui paulo post ab eo sit etiam de minimo quoque commisso rationem exacturus, idq; tanto seuerius, quanto præstantius gessit imperium. Hæc, inquam, atq; huiusmodi plurima, si princeps secum perpenderet, (perpenderet autem si saperet) is nec somnum nec cibum opinor iucunde capere posset. At nunc meo munere, has omneis curas Diis permittunt, ipsi sese molliter curant, neq; quenquam ad autem admittunt: nisi qui iucunda loqui norit, ne quid animo sollicitudinis oboriatur. Se probe principis parteis omneis implesse credunt, si venentur assidue, si bellos alant caballos, si suo commodo vendiderint magistratus ac præfecturas, si quotidie nouæ rationes excogitentur, quibus ciuium opes attenuent, & in suum conuertant fiscum, verum id apposite repertis titulis, vt etiamsi sit iniquissimum, aliquam tamen æquitatis speciem præ se ferat. Addunt data opera nonnihil adulationis, quæ populares animos vtcunq. sibi deuinciant.

Fingite mihi nunc, quales sunt nonnunquam, hominem legum ignarum, publicorum commodorum pene hostem, priuatis intentum commoditatibus, addictum voluptatibus, osorem eruditionis, osorem libertatis ac veri, nihil minus quam de Reipubl. salute cogitantem, sed omnia sua libidine, suisque vtilitatibus metientem. Deinde addite huic torquẽ auream, omnium virtutum cohærẽtium cõsensum indicantem, tum coronam gemmis insignitam,

quæ quidem admoneat eum heroicis omnibus virtutibus oportere cæteris antecellere. Præterea sceptrum, iustitiæ & vndecunque incorrupti pectoris symbolum. Postremo purpuram eximiæ cuiusdam in Rempubl. charitatis indicium. Hæc gestamina si princeps cum sua vita conferret, equidem futurum arbitror, vt plane pudescat ornatus sui, vereaturq;, ne quis nasutus interpres, totum hunc tragicum cultum, in risum iocumq; vertat. Iam quid de proceribus aulicis commemorem? quorum plerisque cum nihil sit addictius, seruilius, insulsius, abiectius, tamen omnium rerum primos sese videri volunt. Hac vna in re tamen modestissimi, quod contenti, aurum, gemmas, purpuram, reliquaque virtutum ac sapientiæ insignia corpore circumferre, rerum ipsarum studium omne concedunt aliis. Hoc abunde felices sibi videntur, quod regem herum vocare liceat, quod tribus verbis salutare didicerint, quod norint ciuiles titulos subinde inculcare, serenitatem, dominationem & magnificentiam. Quod egregie perfricuerint faciem, quod festiuiter adulentur. Nam hæ sunt artes, quæ vero nobilem & aulicum deceant. Cæterum si vitæ rationem omnem propius inspicias, nimirum meros Phæacas inuenies, sponsos Penelopes: reliquum carmē agnoscitis, quod Echo vobis rectius referet, quam ego. Dormitur in medios dies, ibi sacrificulus mercenarius ad lectum paratus, qui propemodum cubantibus adhuc sacrum expedite peragat. Mox ad ientaculum, quo vix peracto, iam interpellat prandium. Sub id alea, laterunculi, sortes, scurræ, moriones, scorta, lusus, inficetiæ. Interim vna aut altera merenda. Rursum cœna, post hanc repotia, non vna per Iouem. Atq; ad hunc modum, citra vllum vitæ tædium elabuntur horæ, dies, menses, anni, secula. Ipsa nonnunquam saginatior abeo, si quando viderim illos ostentantes se [illegible], dum inter nymphas vna quæque hoc sibi videtur Diis propior, quo caudam longiorem trahit, dum procerum alius alium cubito protrudit, quo Ioui vicinior esse videatur, dum sibi quisq; hoc magis placet, quo grauiorem catenam collo baiulat: vt robur etiam, non opes tantum ostentent. Ac principum quidem institutum, summi Pontifices, Cardinales & Episcopi, iam pridem grauiter æmulantur, ac prope superant. Porro si quis perpendat, quid linea vestis admoneat, niueo candore insignis, nempe vitam vndiquaque inculpatam. Quid sibi velit mitra bicornis vtrumque fastigium eodem cohibente nodo, puta noui pariter ac veteris instrumenti absolutam scientiam. Quid manus chirothecis communitæ, puram ab omni rerum humanarum contagio immunem sacramētorum administrationem. Quid pedum nimirum crediti gregis vigilantissimam curam. Quid prælata crux, videlicet omnium humanorum affectuum victoriam. Hæc, inquam, atque id genus multa, si quis perpendat, nonne tristem ac sollicitam vitam egerit? At nunc belle faciunt, cum sese pascunt. Cæterum ouium curam aut ipsi Christo mandant, aut in fratres, quos vocant, ac vicarios reiiciunt. Neque vel nominis sui recordantur, quid sonet Episcopi vocabulum nempe laborem, curam, sollicitudinem. Verum in irretiendis pecuniis plane Episcopos agunt, non cæca speculatio [illegible]. Ad eundem modum Cardinales si cogitent, sese in Apostolorum locum successisse, eadem ab ipsis requiri, quæ illi præstiterunt: Deinde non Dominos esse, sed administratores spiritualium dotium, de quibus omnibus sint paulo post exactissime reddituri rationem: Imo si vel in cultu paulisper philosophentur, atque ita secum cogitent, quid sibi vult hic vestitus candor? Nonne summam & eximiam vitæ innocentiam? Quid interior purpura? Nonne flagrantissimum in Deum amorem? Quid rursus exterior sinuosa capacitate diffluens, ac totam etiam reuerendissimi complectens mulam, quanquam vna vel camelo contegendo suffecerit? Nonne charitatem latissime sese pandentem ad subueniendum omnibus, hoc est, ad docendum, exhortandum, consolandum, increpandum, admonendum, componenda bella, resistendum improbis principibus, & vel sanguinem libēter impendendum gregi Christiano, non solum opes. Quanquam quorsum omnino opes, pauperum Apostolorum vicem gerentibus? Hæc si perpenderent, inquam, nec eum locum ambirent, & libenter relinquerent, aut certe vitam plane laboriosam, atque sollicitam agerent, cuiusmodi veteres illi vixerunt Apostoli. Iam summi Pontifices, qui Christi vices gerunt, si conentur eiusdem vitam æmulari, nempe paupertatem, labores, doctrinam, crucem, vitæ contemptum, si vel Papæ, id est patris nomen, vel sanctissimi cognomen cogitent, quid erit in terris afflictius? aut quis eum locum omnibus emat facultatibus: emptum, gladio, veneno, omnique vi tueatur. Quantum his abstulerit commoditatum, si semel incesserit sapientia? sapientia dixi. Imo vel mica salis illius, cuius meminit Christus. Tantum opum, tantum honorum, tantum ditionis, tantum victoriarum, tot officia, tot dispensationes, tot vectigalia, tot indulgentias, tantum equorum, mulorum, satellitum, tantum voluptatum. Videtis quantas nundinas, quantam messem, quantum honorum pelagus paucis sim complexa. In quorum locum inducet vigilias, ieiunia lachrymas, orationes, conciones, studia, suspiria, milleque id genus miseros labores. Neq; vero negligendum, illud futurum, vt tot scriptores, tot copistæ, tot notarii, tot aduocati, tot promotores, tot secretarii, tot mulotribæ, tot equisones, tot mensarii, tot lenones, pene mollius quiddam addideram, sed vereor ne durius sit auribus: In summa tam ingens hominum turba, quæ Romanam sedem onerat, Ipsa sum, honorat sentiebam, ad famam adigatur. Inhumanum quidem hoc, & abominandum facinus, at multo magis detestandum: ipsos etiam summos Ecclesiæ principes ac vera mundi lumina ad peram & baculum reuocari. At nunc fere, si quid laboris est, id Petro & Paulo relinquunt, quib. abunde satis est ocii. Porro si quid splendoris aut voluptatis, id sibi sumunt. Atque ita fit mea quidem opera, vt nullum pene hominum genus, viuat mollius, minusque sollicitum, vt qui abunde Christo satis factum existiment, si mystico ac pene scenico ornatu, ceremoniis, beatitudinem, reuerentiarum, sanctitatum titulis, & benedictionibus, ac maledictionibus Episcopos agant. Priscum & obsoletum, nec horum omnino temporum, miracula edere: docere populum, laboriosum: sacras interpretari literas, scholasticum: orare, ociosum: lachrymas fundere, miserum ac muliebre: egere sordidum: vinci, turpe, parumque dignum eo, qui vix reges etiam summos, ad pedum beatorum admittit oscula: denique mori inamabile: tolli in crucem, infame. Restāt sola hæc, arma ac benedictiones dulces, quarum meminit Paulus, atq; harum quidem sunt sane quam benigni, interdictiones, suspensiones, aggrauationes, redaggrauationes, anathematizationes, vltrices picturæ, ac fulmen illud terrificum; quo solo nutu mortalium animas vel vltra tartara mittunt. Quod ipsum tamen sanctissimi in Christo patres, & Christi vicarii, in nullos torquent acrius, quam in eos, qui instigante Diabolo, patrimonia Petri minuere atque arrodere conantur. Cuius cum hæc vox sit in Euangelio, reliquimus omnia & secuti sumus te: tamen huius patrimonium appellant agros, oppida, vectigalia, portitoria, ditiones. Pro quibus dum Zelo Christi accensi, ferro igniqne dimicant, non absq;

plurimo

plurimo Christiani sanguinis dispendio, tum demum Ecclesiam Christi sponsam sese credunt Apostolice defendere, fortiter profligatis, vt vocant hostibus. Quasi vero vlli sint hostes Ecclesiæ perniciosiores, quam impii Pontifices, qui & silentio Christum sinunt abolescere, & quæstuariis legibus alligant, & coactis interpretationibus adulterant, & pestilente vita iugulant. Porro cum Christiana Ecclesia sanguine sit condita, sanguine confirmata, sanguine aucta, nunc perinde, quasi Christus perierit, qui more suo tueatur suos, ita ferro rē gerunt. Cumque bellum res adeo sit immanis, vt feras non homines deceat, adeo insana, vt Poetæ quoque fingant a Furiis immitti, adeo pestilens, vt vniuersam morum luem simul inuehat, adeo iniusta, vt à pessimis latronibus optime soleat administrari, adeo impia, vt nihil cohæreat cum Christo: tamen omnibus omissis hoc tantum agunt. Hic videas etiam decrepitos senes, iuuenilis animi robur præstare, nec offendi sumptibus, nec fatigari laboribus, nec deterreri quicquam, si leges, si religionem, si pacem, si res humanas omnes sursum ac deorsum misceant. Neque desunt adulatores eruditi, qui istam manifestam insaniam, Zelum, pietatem, fortitudinem appellent, excogitata via, qua fieri potest, vt quis letale ferrum stringat, adigatque in fratris sui viscera, manente nihilominus charitate illa summa, quam ex Christi præcepto debet proximo Christianus. Equidem incerta sum adhuc, vtrum his rebus exemplum dederint, an potius hinc sumpserint Episcopi quidam Germanorum, qui simplicius, etiam omisso cultu, omissis benedictionibus, aliisque id genus ceremoniis, plane satrapas agunt: adeo, vt propemodum ignauum, parumque decorum Episcopo putent alibi, quam in acie, fortem animam Deo reddere. Iam vero vulgus sacerdotum, nephas esse ducens, à præsulum suorum sanctimonia degenerare, euge quam militariter pro iure decimarum, ensibus, iaculis, saxis, omnique armorum vi belligerantur, quam hic oculati, si quid ex veterum literis possint elicere, quo plebeculam terrent, & plusquam decimas deberi conuincant. At interim non venit in mentem, quam multa passim legantur de officio: quod illi vicissim præstare populo debeant. Nec saltem admonet eos vertex rasus, sacerdotem omnib. huius mundi cupiditatibus liberum esse oportere: neque quicquam nisi cœlestia meditari. Sed homines suaues, se suo officio probe perfunctos aiunt, si preculas illas suas, vtcunque permurmurarint, quas me Hercule demiror, si quis Deus vel audiat, vel intelligat: cum ipsi fere nec audiant, nec intelligant, tum cum eas ore perstrepunt. Verum hoc quidem sacerdotibus est cum prophanis commune, vt ad emolumenti messem vigilent omnes, neq; quisquam ibi leges ignoret. Cæterum si quid sarcinæ, id prudenter in alienos humeros reiiciunt, & alius alii tanquam pilam per manus tradunt. Siquidem Laici quoque principes, quemadmodum partes administrandi regni vicariis delegant, & vicarius item vicario tradit: ita pietatis studium omne plebi modestiæ causa relinquunt. Plebs in eos reiicit, quos Ecclesiasticos vocant, perinde quasi ipsis cum Ecclesia nihil omnino sit commercii, quasi baptismi votis nihil prorsus sit actum. Rursum sacerdotes qui sese vocant seculares, quasi mundo initiati, non Christo, in regulares onus hoc deuoluunt, regulares in Monachos, Monachi laxiores in arctiores, omnes simul in mendicantes, mendicantes in Carthusienses, apud quos solos sepulta latet Pietas, & adeo latet, vt vix vnquam liceat conspicere. Itidem Pontifices in messe pecuniaria diligentissimi, labores illos nimium Apostolicos, in Episcopos relegant, Episcopi in pastores, pastores in vicarios, vicarii in fratres mendicantes. Hi rursum in eos retrudunt, à quibus ouium lana tondetur. Verum non est huius instituti, Pontificum ac Sacerdotum vitam excutere, ne cui videar satyram texere, non encomium recitare: neue quis existimet, bonos principes à me taxari, dum malos laudo. Sed hæc video paucis attigi, quo palam fieret: nullum esse mortalem, qui suauiter viuere possit, nisi meis initiatus sit sacris, neq; propiciam habeat. Nam id quo pacto fieri queat, cum ipsa etiam Rhamnusia, rerum humanarum fortunatrix, mecum adeo consentiat, vt sapientibus istis semper fuerit inimicissima? contra stultis etiam dormientibus omnia commoda adduxerit? Agnoscitis Timotheū illum, cui hinc ēt cognomen & prouerbium dormienti rete capit ὁ δ' εὕδων κύρτος αἱρεῖ. Rursum aliud noctua volat γλαὺξ ἵπταται. Cōtra in sapiētes quadrāt illa, quarta luna nati οἱ τετράδι γεννηθέντες & equū habet Seianū, & aurū Tolosanum. Sed desino prouerbia loqui παροιμιάζειν, ne videar Erasmi mei commentaria suppilasse. Ergo vt ad rem. Amat fortuna parum cordatos, amat audaciores, & quibus illud placet omnis iacta sit alea, ἀνερρίφθω κύβος. At sapientia timidulos reddit, ideoque vulgo videtis, sapientibus istis cum paupertate, cum fame, cum fumo rem esse, neglectos, ingloriosos, inuisos viuere: stultos affluere nummis, admoueri Reipub. gubernaculis: breuiter florere modis omnibus. Etenim si quis beatum existimet principibus placuisse viris, & inter meos illos, ac gemineos Deos versari: quid inutilius sapientia, imo quid apud hoc hominum genus damnatius? Si diuitiæ parandæ sunt, quid tandem lucri facturus est negotiator, si sapientiam secutus, periurio offendetur, si in mendacio deprehensus erubescet, si anxios illos de furtis, atque vsuris sapientum scrupulos, vel tantuli faciet? Porro si quis honores, atque opes ambiat Ecclesiasticas, ad eas vel asinus, vel bubalus citius penetrabit, quam sapiens. Si voluptate ducaris, puellæ maxima huius fabulæ pars, stultis toto pectore sunt addictæ, sapientem haud secus ac scorpium horrent, fugiuntque. Denique quicunque paulo festiuius ac lætius viuere parant, sapientem in primis excludunt, ac quoduis animal potius admittunt. Breuiter quoquo te vertas apud Pontifices, Principes, Iudices, magistratus, amicos, hostes, maximos, minimos, omnia præsentibus nummis parantur: quos vti contemnit sapiens, ita illum sedulo fugere consueuerunt. Sed cum laudum mearum nullus sit modus, neque finis, tamen oratio aliquando finem habeat necesse est. Itaque desinam dicere, sed si prius ostendero paucis: non deesse magnos autores, qui me literis suis pariter ac factis illustrarint, ne cui forte stulti mihi soli videar placere: neue leguleii calumnientur, me nihil allegare. Ad ipsorum igitur exemplum allegabimus, hoc est, nihil ad rem οὐδὲν πρὸς ἔπος. Principio illud omnibus vel notissimo prouerbio persuasum est, vbi res abest, ibi simulationem esse optimam. Eoque recte statim traditur hic versus pueris: Stultitiam simulare loco, sapientia summa est. Vos iam ipsi coniicite, quam ingens sit bonum stultitia, cuius etiam fallax vmbra, & imitatio sola tantum laudis meretur à doctis. Sed multo candidius pinguis ille, ac nitidus Epicuri de grege porcus, miscere stultitiam consiliis iubet, tametsi breuem non admodum scite addidit. Item alibi; Dulce est desipere in loco. Rursum alio in loco mauult delirus inersque videri, quam sapere, & ringi. Iam apud Homerum Telemachus, quem modis omnibus laudat Poeta, subinde νήπιος appellatur, atque eodem prænomine tanquam felicis ominis libenter pueros & adolescētes vocare solent tragici. Quid autem sacrum Iliadis carmen, nisi stultorum regum & populorum continet iras? Porro quam absoluta laus illa Ciceronis?

Stultorum plena ſunt omnia. Quis enim ignorat, vnumquodque bonum, quo latius patet, hoc eſſe præſtantius? Atqui fortaſſis apud Chriſtianos horum leuis eſt autoritas: proinde ſacrarum quoq; literarum teſtimoniis, ſi videtur, laudes noſtras fulciamus, ſiue vt docti ſolent, fundemus, principio veniam à Theologis præfatæ, vt nobis fas eſſe velint, deinde quoniam arduam rem aggredimur, & fortaſſis improbum fuerit, denuo Muſas ex Helicone, ad tantum itineris reuocare, præſertim cum res ſit alienior: fortaſſe magis conueniet optare, vt interim dum Theologum ago, perque has ſpinas ingredior, Scoti anima paulſper ex ſua Sorbona in meum pectus demigret, quouis hiſtrice atque erinaceo ſpinoſior, moxque remigret quo lubebit, vel ἐς κόρακας. Vtinam & vultum alium liceat ſumere, & ornatus adſit Theologicus? Verum illud interim vereor, ne quis me furti reum agat, quaſi clanculum magiſtrorum noſtrorum ſcrinia compilauerim, qui tantum rei Theologicæ teneam. Sed non adeo mirum videri debet, ſi tam diutina, quę mihi arctiſſima eſt, cum Theologis conſuetudine nonnihil arripui: cum ficulnus etiam ille Deus Priapus, nonnullas Græcas voces, legente Domino, ſubnotarit tenueritque. Et Gallus Lucianicus longo hominum conuictu ſermonem humanum expedite calluerit. Sed iam ad rem bonis auribus. Scripſit Eccleſiaſtes capite primo: ſtultorum infinitus eſt numerus. Cum numerum prædicat infinitum, nonne mortaleis vniuerſos complecti videtur? præter pauculos aliquot, quos haud ſcio, an cuiquam videre contigerit. Sed magis ingenue confitetur hoc Hierem. c. 10. ſtultus, inquiens, factus eſt omnis homo à ſapientia ſua. Soli Deo tribuit ſapientiam, vniuerſis hominibus ſtultitiam relinquens. Ac rurſum paulo ſuperius: Ne glorietur homo in ſapientia ſua. Cur non vis hominem in ſua ſapientia gloriari optime Hieremia? Nimirum, inquiet, ob id, quia non habet ſapientiam. Sed ad Eccleſiaſten redeo. Hunc, cum exclamat, vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quid aliud ſenſiſſe creditis, niſi quemadmodum diximus, vitam humanam nihil aliud, quam ſtultitiæ ludicrū eſſe? nimirum Ciceronianæ laudi album addentem calculum, cuius optimo iure celebratur illud: quod modo retulimus: ſtultorum plena ſunt omnia. Rorſum ſapiens ille Eccleſiaſticus, qui dixit: ſtultus mutatur vt luna, ſapiens permanet vt ſol, quid aliud innuit, niſi mortale genus omne ſtultum eſſe, ſoli Deo ſapientis nomen competere? Siquidem lunam humanam naturam interpretatur, ſolem omnis luminibus fontem, Deum. Huic aſtipulatur quod ipſe Chriſtus in Euangelio negat, quenquam appellandum bonum, niſi Deum vnum. Porro ſi ſtultus eſt, quiſquis ſapiens non eſt, & quiſquis bonus, idem ſapiens, autorib. Stoicis, nimirum mortales omneis ſtultitia complectatur neceſſe eſſe. Iterum Salomon cap. 15. ſtultitia, inquit, gaudium ſtulto, videlicet manifeſte confitens, ſine ſtultitia nihil in vita ſuaue eſſe. Eodem pertinet illud quoque. Qui apponit ſcientiam, apponit dolorem, & in multo ſenſu multa indignatio. An non idem palam confitetur egregios ille concionator, cap. 7. Cor ſapientium, vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum, vbi lætitia. Eoque non ſatis habuit, ſapientiam perdiſcere, niſi noſtri quoq; cognitionem addidiſſet. Quod ſi mihi parum habetur fidei, ipſius accipite verba, quæ ſcripſit capit. 1. dedique cor meum, vt ſcirem prudentiam atq; doctrinam, erroreſque & ſtultitiam. Quo quidem loco illud animaduertendum, ad ſtultitiæ laudem pertinere, quod eam poſteriore poſuit loco. Eccleſiaſtes ſcripſit, & hunc ſcitis eſſe ordinem Eccleſiaſticum: vt qui dignitate primus ſit, is locum obtineat extremum, vel hic certe memor Euangelici præcepti. Sed ſtultitiam præſtantiorem eſſe ſapientia, & Eccleſiaſticus ille, quiſquis fuit, liquido teſtatur, c. 44. cuius mehercle verba non prius proferam, quam οἰκονομίαν meam, commoda reſponſione adiuueritis, vt faciunt apud Platonem hi, qui cum Socrate diſputant. Vtrum magis conuenit recondere, quæ rara ſunt & precioſa, an quæ vulgaria viliaque? Quid tacetis? Etiamſi vos diſſimuletis, prouerbium illud Græcorum pro vobis reſpondet, in oſtiis hydriam τὴν ἐπὶ θύραις ὑδρίαν: quod ne quis impie reiiciat, refert Ariſtoteles, magiſtrorum noſtrorum Deus. An quiſquam veſtrum tam ſtultus eſt, vt gemmas & aurum in via relinquat? non hercle opinor. In abditiſſimis penetralibus, nec id ſatis, in munitiſſimorum ſcriniorum ſecretiſſimis angulis, iſta reponitis, cœnum in propatulo relinquitis. Ergo ſi quod precioſius eſt, reconditur, quod vilius exponitur, nonne palam eſt, ſapientiam, quam vetat abſcondi, viliorem eſſe ſtultitia quam recondi iubet? Iam ipſius teſtimonii verba accipite. Melior eſt homo qui abſcondit ſtultitiam ſuam, quam homo qui abſcondit ſapientiam ſuam. Quid? quod animi quoque candorem diuinæ literæ ſtulto tribuunt, cum ſapiens interim neminem ſui ſimilem putet. Sic enim intelligo id quod ſcribit Eccleſiaſtes cap. 10. Sed & in via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omneis ſtultos exiſtimat. An non iſtud eximii cuiuſdam candoris eſt, omnes æquare tibi ipſi, cumque nemo non magnifice de ſe ſentiat, omnibus tamen tuas communicare laudes? Proinde nec puduit tantum regem huius cognominis, cum ait cap. 30. ſtultiſſimus ſum virorum. Neque Paulus ille magnus gentium doctor, Corinthiis ſcribens, ſtulti cognomen illibenter agnoſcit: Et inſipiens, inquit, dico, plus ego, perinde quaſi turpe ſit vinci ſtultitia. Sed interim obſtrepunt mihi Græculi quidam, qui tot huius temporis Theologorum, ceu cornicum oculos ſtudent configere, dum annotationes ſuas, veluti fumos quoſdam aliis offundunt, cuius gregis ſi non Alpha, certe Beta meus eſt Eraſmus, quem ego ſæpius honoris cauſa nomino. O vere ſtultam, inquiunt, & ipſa dignam Moria citationem. Longe diuerſa mens Apoſtoli, quam tu ſomnias. Nec enim hoc agit his verbis, vt cæteris ſtultior haberetur: verum cum dixiſſet, miniſtri Chriſti ſunt, & ego: ſeque veluti iactabundus in hac quoque parte æquaſſet cæteris, per correctionem adiecit, plus ego, ſentiens ſe non modo parem reliquis Apoſtolis in Euangelii miniſterio, verum etiam aliquanto ſuperiorem. Idque cum ita verum videri vellet, ne tamen vt arrogantius dictum offenderet aures, præmuniit, ſtultitiæ prætextu. Vt minus ſapiens dico, propterea quod ſciret eſſe ſtultorum priuilegium: vt ſoli verum citra offenſam proloquantur. Verum quid Paulus ſenſerit, cum hæc ſcriberet, ipſis diſputandum relinquo. Ego magnos, pingues, craſſos, & vulgo probatiſſimos Theologos ſequor, cum quibus magna pars doctorum errare, per Iouem [illegible] malit, quam cum iſtis trilinguibus bene ſentire. Neq; quiſquam illorum Græculos iſtos pluris facit, quam Graculos: præſertim cum quidam glorioſus Theologus, cuius ego nomen prudens ſupprimo, ne graculi noſtri continuo Græcum illum ſcomma iaciant ὄνος λύρας: magiſtraliter & theologaliter hunc paſſum enarrans, ab hoc loco. Vt minus ſapiens dico, plus ego, nouum facit caput, & quod abſque ſumma Dialectica non poterat, nouam addit ſectionem, ad hunc interpretans modum. Adducam enim ipſius verba, non ſolum in forma, verum etiam in materia. Vt minus ſapiens dico, id eſt, ſi videor vobis inſipiens, me pſeudapoſtolis adæquando, adhuc videbor vobis minus ſapiens, me eis pręferendo. Quanquam idem paulo poſt, velut oblitus ſui, alio delabitur. Sed cur

anxie

anxie me vnius exemplo tuear? cum hoc publicum ius sit Theologorum, cœlum, hoc est, diuinam scripturam, ceu pellem extendere: cum apud D. Paulum pugnent diuinæ scripturæ verba, quæ suo loco non pugnant, si qua fides illi πενταγλώττῳ Hieronymo. cum Athenis forte conspectum aræ titulum torqueret in argumentum fidei Christianæ, ac ceteris omissis, quæ causæ fuerant officiura, duo tantum extrema verba decerpserit, nempe hæc, Ignoto Deo: atque hæc quoque nonnihil immutata, siquidem integer titulus sic habebat: Dijs Asiæ, Europæ & Africæ, Dijs ignotis & peregrinis. Ad huius, opinor, exemplum passim iam Theologorum filii ἀπὸ τῶν χωρίων, hinc atque hinc reuulsa, quatuor aut quinque verbula & si quid opus est etiam deprauata, ad suam accommodant vtilitatem: licet ea quæ præcedunt & consequuntur, aut nihil omnino faciant ad rem, aut reclament quoque. Quod quidem faciunt tam felici impudentia, vt sæpenumero Theologis inuideant iureconsulti. Quid enim illis iam non succedat? posteaquam magnus ille, pene nomen effutiveram, sed rursus metuo Græcum prouerbium ex Lucæ verbis sententiam expresserit, tam consentaneam animo Christi, quam igni cum aqua conuenit. Etenim cum immineret extremum periculum, quo tempore solent boni clientes maxime suis adesse patronis, & quantum valent ope συμμαχεῖν: Christus hoc agens, vt omnem huiusmodi præsidiorum fiduciam eximeret ex animis suorum, percontatus est eos, numquid rei defuisset vsquam, cum illos emisisset, adeo non instructos viatico, vt nec calceis muniret aduersus spinarum & saxorum iniuriam: nec peram adderet, aduersus famem. Vbi negassent defuisse quicquam, adiecit: Sed nunc, inquit, qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Cum tota Christi doctrina, nihil aliud inculcet, quam mansuetudinem, tolerantiam, vitæ cōtemptum, cui non perspicuum sit, quid hoc loco sentiat? nempe vt magis etiam exarmet suos legatos, vt non tantum calceos negligant & peram: verum & tunicam insuper abiiciant, nudiq; & prorsus expediti munus Euangelicum aggrediantur, nihil sibi parent, nisi gladium: non istum quo grassantur latrones, & parricidæ, sed gladium spiritus, in intimos quoq; pectoris sinus penetrantem: qui semel affectus omneis sic amputat vt nihil iam illis cordi sit, præter pietatem. At videte quæso, quorsum hæc torqueat celebris ille Theologus. Gladium interpretatur defensionem aduersus persecutionem, sacculum sufficiētem commeatus prouisionem, perinde quasi Christus commutata in diuersum sententia, quod oratores suos parum βασιλικῶς instructos emisisse videretur, superioris institutionis palinodiam canat. Aut velut oblitus, quod dixerat, beatos fore, cum probris contumeliis & suppliciis afficerentur, prohibens ne quando resisterēt malo: mites enim beatos esse, non feroces: oblitus quod illos ad passerum, & liliorum exemplum vocarit: nunc adeo noluerit eos absque gladio proficisci, vt eum vel tunica diuendita iubeat emi, malitq; nudos ire, quam non accinctos ferro. Ad hæc quemadmodum gladii nomine conuenire putat, quicquid ad depellendam vim pertinet, ita marsupii titulo complectitur, quicquid ad vitæ pertinet necessitatem. Atque ita diuinæ mentis interpres Apostolos lanceis, balistis, fundis & bombardis instructos educit ad prædicationem crucifixi. Loculis item, vidulis & sarcinis onerat, ne forte non liceat illis e diuersorio discedere, nisi impransis. Nec vel illud commouit hominem, quod ensem, quem tantopere iusserat emi, mox idem obiurgans iubeat recondi, quodque nunquam fando sit auditum, Apostolos ensibus aut clypeis vsos aduersus vim Ethnicorum, vtique vsuros, si Christus hoc sensisset, quod hic interpretatur. Est alius, quem honoris causa non nomino, haudquaquam postremi nominis, qui è tentoriis, quorum meminit Habacuk, turbabuntur pelles terræ Madian, pellem fecerit Bartholomæi excoriati. Ipse nuper interfui dissertationi Theologicæ; nam id facio frequenter. Ibi cum quispiam exigeret, quæ tandem esset diuinarum literarum autoritas, quæ iuberet hæreticos incendio vinci: magis quam disputatione reuinci: Senex quidam seuerus, & vel supercilio teste Theologus magno stomacho respondit: hanc legem tulisse Paulum Apostolum, qui dixerit: Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita. Cumque ea verba identidem intonaret, & plerique demirarentur, quid accidisset homini, tandem explanauit, de vita tollendum hæreticum. Risere quidam nec deerant tamen quibus hoc commentum plane Theologicum videretur: ceteris reclamantibus, etiamnum nonnullis successit Tenedius patronus αὐτάρκης, quod aiunt, ἀναντίρρητος & autor irrefragabilis; Accipite rem, inquit, scriptum est, maleficum ne patiaris viuere, omnis hæreticus maleficus, ergo, &c. Mirari quotquot aderant, hominis ingenium, & in eam sententiam itum est pedibus, & quidem peronatis. Neque cuiquam venit in mentem legem eam ad sortilegos & incantatores, ac magos attinere, quos Hebræi sua lingua vocāt מכשפים alioqui fornicationem & ebrietatem capite puniri oportuit. Verum hæc stulte persequor, tam innumera, vt nec Chrysippi, nec Didymi voluminibus omnia comprehendi possint. Illud duntaxat admonitos volebam, cum hæc diuinis illis magistris licuerint, mihi quoque plane ψευδοθεολόγῳ Theologo par est dare veniam, si minus omnia ad amussim citauero. Nunc tandem ad Paulum redeo: Libenter, inquit, fertis insipientes, de sese loquens. Et rursum, velut insipientem accipite me. Et non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia. Rursus alibi: Nos, inquit, stulti propter Christum. Auditis à quanto autore quanta stultitiæ præconia. Quid? quod idem palam stultitiam præcipit, vt rem inprimis necessariam & oppido salutarem. Qui videtur esse sapiens inter vos, stultus fiat, vt sit sapiens. Et apud Lucam, duos discipulos, quibus se iunxerat in via Iesus, stultos appellat. Illud haud scio an mirum videatur, cum Deo quoq; nonnihil stultitiæ tribuit diuinus ille Paulus: Quod stultum est, inquit, Dei, sapientius est hominibus. Porro Origenes interpres obsistit, quo minus hanc stultitiam ad hominum opinionem possis referre. quod genus est illud, verbum crucis pereuntibus quidem stultitiam. Sed quid ego frustra anxia, tot testimoniis hæc docere pergo? cum in Psalmis mysticis palam ipse Christus loquatur patri: Tu scis insipientiam meam. Neque vero temere est, quod Deo stulti tam impense placuerunt: opinor propterea, quod quemadmodum summi principes nimium cordatos suspectos habent, & inuisos vt Iulius Brutum & Cassium, cum ebrium Antonium nihil metueret, vtque Nero Senecam, Dionysius Platonem: contra crassioribus, ac simplicioribus ingeniis delectantur: itidem Christus σοφοὺς istos, suæque nitentes prudentiæ semper detestatur, ac damnat. testatur id Paulus haud quoque obscure cum ait: Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus: cumque ait: Deo visum esse, vt per stultitiam seruaret mundum, quandoquidem per sapientiam restitui non poterat. Quin ipse idem satis indicat, clamans per os Prophetæ: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Rursum cum agit gratias, quod salutis mysterium celasset sapiētes, paruulis autem hoc est, stultis aperuisset. Nam Græce pro paruulis est νηπίοις, quos opposuit σοφοῖς. Huc pertinet quod passim in Euangelio

lio Pharisæos & Scribas, ac legum doctores incessit, vulgus indoctum sedulo tuetur. Quid enim aliud est, væ vobis Scribæ & Pharisæi, quam væ vobis sapientes? At paruulis, mulieribus, ac piscatoribus potissimum delectatus esse videtur. Quin & ex animantium brutorum genere ea potissimum placent Christo, quæ a vulpina prudentia quam longissime absunt. Eoq; asino maluit insidere, cum ille, si libuisset, vel leonis tergum impune potuisset premere. Ac spiritus ille sacer in columbæ specie delapsus est, non aquilæ aut milui. Præterea ceruorum, hinnulorum, agnorũ crebra passim in diuinis literis mentio. Adde quod suos, ad immortalem vitam destinatos, oues appellat. Quo quidem animante non est aliud insipientius, vel Aristotelico prouerbio teste, προβάτειον ἦθος, quod quidem admonet, ab eius pecudis stoliditate sumptum, in stupidos & bardos, conuicii loco dici solere. Atqui huius gregis Christus sese pastorem profitetur: quin etiam ipse agni nomine delectatus est, indicante eum Ioanne, Ecce agnus Dei: cuius multa fit & in Apocalypsi mentio. Hæc quid aliud clamitant, nisi mortaleis omneis stultos esse etiam pios? ipsum quoq; Christum, quo stultitiæ mortalium subueniret, cum esset sapientia patris, tamen quodammodo stultum esse factum, cum hominis assumpta natura, habitu inuentus est vt homo? quemadmodum & peccatum factus est, vt peccatis mederetur. Neque alia ratione mederi voluit, quam per stultitiam crucis, per Apostolos idiotas, ac pingues: quibus sedulo stultitiam præcipit, a sapientia deterrens, cum eos ad puerorum, liliorum, sinapis, & passerculorum exemplum prouocat, rerum stupidarum ac sensu carentium, soloq; naturæ ductu, nulla arte, nulla sollicitudine, vitã agentium. Præterea cũ vetat esse sollicitos, qua essent apud præsides oratione vsuri, cumque interdicit, ne scrutentur tempora vel momenta temporum: videlicet ne quid fiderent suæ prudentiæ, sed totis animis ex se penderent. Eodem pertinet, quod Deus ille orbis architectus interminatur: ne quid de arbore scientiæ degustarent, perinde quasi scientia felicitatis sit venenum. Quanquam Paulus aperte scientiam, veluti inflantem & perniciosam improbat. Quem Diuus Bernardus, opinor, sequutus, mõtem eum, in quo Lucifer sedem statuerat, scientiæ montem interpretatur. Fortasse nec illud omittendum videatur argumentum, gratiosam esse apud superos stultitiam: quod huic soli datur erratorum venia, sapienti non ignoscitur: vnde qui veniam orant etiamsi prudentes peccauerunt, tamen stultitiæ prætextu patrocinioque vtuntur. Nam si Aaron vxoris pœnam deprecatur in numerorum, si satis commemini, libris. Obsecro Domine mi, ne imponas hoc peccatum, quod stulte commisimus. Sic & Saul apud Dauidem culpam deprecatur. Apparet enim, inquiens, quod stulte egerim. Rursum ipse Dauid ita blanditur Domino. Sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egimus: perinde quasi non impetraturus veniam, nisi stultitiam & inscitiam obtenderet. Sed illud acrius vrget, quod Christus in cruce, cum oraret pro suis inimicis: Pater ignosce illis: non aliam prætexuit excusationem, quam imprudentiæ: quia nesciunt, inquit, quid faciant. Ad eundem modum Paulus scribens ad Timotheum. Sed ideo misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in crudelitate. Quid est ignorans feci, nisi per stultitiam feci, non malitiam? Quid est, ideo misericordiam consecutus sum, nisi non consecuturus, ni stultitiæ patrocinio commendatus? Pro nobis facit & mysticus ille Psalmographus, qui suo loco non venit mihi in mentem: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Audistis quæ duo prætexat, nimirum ætatem, cui semper comes esse soleo, & ignorantias, idque numero multitudinis, vt ingentem stultitiæ vim intelligeremus. Ac ne quæ sunt infinita persequar, vtq; summatim dicam: videtur omnino Christiana religio quandam habere cum aliqua stultitia cognationem, minimeque cum sapientia conuenire. Cuius rei si desideratis argumenta, primum illud animaduertite: pueros, senes, mulieres, ac fatuos sacris ac religiosis rebus præter cæteros gaudere, eoque semper altaribus esse proximos, solo nimirum naturæ impulsu. Præterea videtis primos illos religionis autores, mire simplicitatem amplexos, acerrimos literarum hostes fuisse. Postremo nulli moriones magis desipere videntur, quam hi, quos Christianæ pietatis ardor semel totos arripuit: adeo sua profundunt, iniurias negligunt, falli sese patiuntur, inter amicos & inimicos nullum discrimen, voluptatem horrent, inedia, vigiliis, lachrymis, laboribus, contumeliis saginantur, vitam fastidiunt, mortem vnice optant: breuiter ad omnem sensum communem prorsus obstupuisse videntur, perinde quasi alibi viuat animus, non in suo corpore. Quod quidem quid aliud est, quam insanire? Quo minus mirum videri debet, si Apostoli musto temulenti sunt visi, si Paulus iudici Festo visus est insanire. Sed postquam semel leonium exuuium τὴν λεοντῆν induimus, age doceamus & illud felicitatem Christianorum, quam tot laboribus expetunt, nihil aliud esse, quam insaniæ stultitiæque genus quoddam: absit inuidia verbis, rem ipsam potius expendite. Iam primum illud propemodum Christianis conuenit cum Platonicis, animum immersum alligatumq; esse corporeis vinculis, huiusque crassitudine præpediri, quo minus ea, quæ vere sunt, contemplari, fruiq; possit. Proinde Philosophiam definit esse mortis meditationem, quod ea mentem a rebus visibilibus ac corporeis abducat, quod idem vtiq; mors facit. Itaq; quamdiu animus corporis organis probe vtitur, tam diu sanus appellatur. Verum vbi ruptis iam vinculis conatur in libertatem asserere sese quasique fugam ex eo carcere meditatur, tum insaniam vocant. Id si forte contingit morbo, vitioq; organorũ, prorsus omnium consensu insania est. Et tamen hoc quoque genus hominum videmus futura prædicere, scire linguas ac literas, quas ante nunquam didicerant, & omnino diuinum quiddam præ se ferre. Neque dubium est, id inde accidere, quod mens a contagio corporis paulo liberior incipit natiuam sui vim exercere. Idem arbitror esse in causa, cur laborantibus vicina morte simile quiddam soleat accidere, vt tanquam afflati prodigiosa quædam loquantur. Rursum si id eueniat, studio pietatis, fortasse non est idem insaniæ genus: sed tamen adeo confine, vt magna pars hominum meram insaniam esse iudicet, præsertim cum pauculi homunciones, ab vniuerso mortalium cætu, tota vita dissentiant. Ita quæ solet iis vsu venire, quod iuxta Platonicum figmentum opinor, accidere iis, qui in specu vincti rerum vmbras mirantur, & fugitiuo illi, qui reuersus in antrum, veras res vidisse se prædicat, illos longe falli, qui præter miseras vmbras nihil aliud esse credant. Etenim sapiens hic commiseratur, ac deplorat illorum insaniam, qui tanto errore teneantur.

Illi vicissim illum veluti delirantem rident atque eiiciunt. Itidem vulgus hominum ea, quæ maxime corporea sunt maxime miratur, eaque prope sola putat esse. Contra pii, quo quicque propius accedit ad corpus, hoc magis negligunt, totique ad inuisibilium rerum contemplationem rapiuntur.

Nam isti primas partes tribuunt diuitiis, proximas corporis cõmodis, postremas animo relinquũt: quem tamen plerique nec esse credunt, quia non cer-

natur

natur oculis. E diuerso illi primum in ipsum Deum, rerum omnium simplicissimum, toti nituntur: secundum hunc, & tamen in hoc, quod ad illum quam proxime accedit, nempe animum: corporis curam negligunt, pecunias ceu putamina prorsus aspernantur, ac fugitant. Aut si quid huiusmodi rerum tractare coguntur, grauatim ac fastidienter id faciunt, habent tanquam non habentes, possident, tanquam non possidentes. Sunt & in singulis rebus gradus multum inter illos diuersi. Principio sensus tametsi omnes cum corpore cognationem habent, tamen quidam sunt ex his crassiores vt tactus, auditus, visus, olfactus, gustus. Quidam magis à corpore semoti [illegible] memoria, intellectus, voluntas. Igitur vbi [illegible] incubuerit animus, ibi valet. Pii quoniam omnis animi vis ad ea contendit, quæ sunt à crassioribus sensibus alienissima, in his velut obbrutescunt atq; obstupescunt. Contra vulgus in his plurimum valet. [illegible] minimum. Inde est, quod audimus nonnullis diuis [illegible] accidisse, vt oleum vini loco biberent. Rursum in affectibus animi quidam plus habent cum pingui corpore commercii, veluti libido, cibi somniq; appetentia, iracundia, superbia, inuidia: cum his irreconciliabile bellum piis, contra vulgus sine his vitam esse non putant. Deinde sunt quidam affectus medii, quasique naturales, vt amor patris, charitas in liberos, in parentes, in amicos. His vulgus nonnihil tribuit. At illi hos quoq; studenr ex animo reuellere, nisi quatenus ad summam illam animi partem assurgant, vt iam parentem ament, non tanquam parentem, quid enim ille genuit, nisi corpus? quanquam hoc ipsum Deo parenti debetur: sed tanq̃ virum bonum, & in quo luceat imago summæ illius mentis, quam vnam summum bonum vocant: & extra quam nihil nec amandum, nec expetendum esse prædicāt. Hac eadem regula reliqua item omnia vitæ officia metiuntur, vt vbique id quod visibile, si non est omnino contemnendum, tamen longe minoris faciant, quam ea quæ videri nequeunt. Aiunt autem & in sacramentis, atque ipsis pietatis officiis corpus & spiritum inueniri. Velut in ieiunio non magni ducunt, si quis tantum à carnibus, cœnaq; abstineat, id quod vulgus absolutum esse ieiunium existimat: nisi simul & affectibus aliquid adimat, vt minus permittat iræ quam solear, minus superbiæ: vtq; ceu minus iam onustus mole corporea, spiritus ad cœlestium bonorum gustum, fruitionemq; enitatur. Similiter & in synaxi, tametsi non est aspernandū inquiunt, quod ceremoniis geritur, tamē id per se, aut parum est conducibile, aut etiam perniciosum: nisi id, quod est spiritale accesserit: nempe hoc quod signis illis visibilibus repræsentatur. Repræsentatur autem mors Christi, quam domitis, extinctis, quasique sepultis corporis affectibus, exprimere mortales oportet, vt in nouitatem vitæ resurgant, vtque vnum cum illo, vnum item inter sese fieri queāt. Hæc igitur agit, hæc meditatur ille pius. Contra vulgus sacrificium nihil aliud esse credit, quam adesse altaribus, idq; proxime, audire vocum strepitum, aliaq; id genus ceremoniales spectare. Nec in his tantum, quæ duntaxat exempli gratia proposuimus, sed simpliciter in omni vita refugit pius ab his, quæ corpori cognata sunt: ad æterna, ad inuisibilia ad spiritalia rapitur. Proinde cū summa sit inter hos & illos omnibus de rebus dissensio, fit vt vtriq; alteris insanire videātur. Quanquam id vocabuli rectius in pios competit, quam in vulgus, mea quidem sententia. Quod quidem magis perspicuum fiet, si quemadmodum pollicita sum, paucis demonstraro, summum illud præmium nihil aliud esse, quam insaniam quandam. Primum igitur existimate, Platonem tale quiddam iam tum somniasse, cum amantium furorem omnium felicissimum esse scriberet. Etenim qui vehementer amat, iam non in se viuit, sed in eo quod amat: quoque longius à seipso digreditur, & in illud demigrat, hoc magis ac magis gaudet. Atq; cum animus à corpore peregrinari meditatur, neq; probe suis vtitur organis, illud haud dubie furorem recte dixeris: Alioqui quid sibi vult, quod vulgo etiam dicunt: Nō est apud se, &, ad te redi, &, sibi redditus est? Porro quo amor est absolutior, hoc furor est maior ac felicior. Ergo quæ nam futura est illa cœlitum vita, ad quam piæ mentes tanto studio suspirant? Nempe spiritus absorbebit corpus, vtpote victor ac fortior. Idq; hoc faciet facilius, partim quod iam olim in vita corpus ad huiusmodi transformationem repurgarit atq; extenuarit. Deinde spiritus à mente illa summa mire absorbebitur, quippe infinitis partibus potentiore. Ita vt iam totus homo extra se futurus sit, nec alia ratione felix futurus, nisi quod extra sese positus, patietur quiddam ineffabile à summo illo bono, omnia in se rapiente. Iam hæc felicitas quanquam tum demum perfecta contingit, cum animi receptis pristinis corporibus immortalitate donabuntur: tamen quoniam piorum vita nihil aliud est, quam illius vitæ meditatio ac velut vmbra quædam: fit vt præmii quoq; illius aliquando gustum, vt odorem aliquem sentiant. Id tametsi minutissima quædam stillula est ad fontem illum æternæ felicitatis, tamen longe superat vniuersas corporis voluptates, etiamsi omnes omnium mortalium delitiæ in vnum conferantur. Vsq; adeo præstant spiritalia corporalibus, inuisibilia visibilibus. Hoc nimirum est, quod pollicetur Propheta: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Atq; hæc est Mariæ pars, quæ non aufertur commutatione vitæ, sed perficitur. Hoc igitur quib. sentire licuit, contingit autem perpaucis, ii patiuntur quiddam dementiæ simillimum: loquuntur quædam non satis cohærentia, nec humano more, sed dant sine mente sonum: deinde subinde totam oris speciem vertunt. Nunc alacres, nunc deiecti, nunc lachrymant, nunc rident, nunc suspirant, in summa, vere toti extra se sunt. Mox vbi ad sese redierint, negant se scire vbi fuerint, vtrum in corpore, an extra corpus, vigilantes, an dormientes, quid audierint, quid viderint, quid dixerint, quid fecerint, non meminerunt, nisi tanquam per nebulam ac somnium: tantum hoc sciunt se felicissimos fuisse, dum ita desiperent. Itaq; plorant, sese resipuisse, nihilque omnium malint, quam hoc insaniæ genus perpetuo insanire. Atq; hæc est futuræ felicitatis tenuis quædā degustatiuncula. Verum ego iamdudum oblita mei vltra limites salio ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ. Quanquam si quid petulantius aut loquacius à me dictum, videbitur: cogitate & stultitiā, & mulierem dixisse. Sed interim tamē memineritis illius Græcanici prouerbii, sæpe sane & stultus vir opportune dixit, πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν, nisi forte putatis hoc ad mulieres nihil attinere. Video vos Epilogum expectare, sed nimium desipitis: siquidem arbitramini me quid dixerim etiam dum meminisse cum tantam verborum farraginem effuderim. Vetus illud, Odi memorem compotorem μισῶ μνάμονα συμπόταν. Nouum hoc Odi memorem auditorem μισῶ μνήμονα ἀκροατήν. Quare valete, plaudite, viuite, bibite, Moriæ celeberrimi mystæ.

τέλος.

THE-

THEMATA MEDICA
DE

BEANORVM ARCHIBEANORVM, BEANULORVM ET CORNVTORVM QVORUM cunque affectibus & Curatione.

AD QVÆ, PRÆSIDENTE

ADMODVM PRAECELLENTI ET exquisito Cornelio Cerasso Cornano, Medico & Cheirurgo Regio Beanorum

RESPONDEBIT

CARIOLLINVS TEVETIO GRVIENAS.

DEPOSITORIBVS ET BEANOrum Chirurgis S.

I.

Cum hoc symptoma pris[illegible]s seculis ferme ignotum iam indies ma[illegible] diuulgetur, pluribus etiam adhuc Medicis ignotum male curetur, ita vt ægri sæpe succumbant, aut peiores recidiuas patiantur: Operæ precium duximus, ob publicam vtilitatem, ea quæ in praxi iam aliquot annis obseruauimus, hoc loco proponere, vt tam fœde lusis accuratior parcat natura & curatio.

II. A nomine ideoque rem auspicabimur. Vocantur hi patientes Latinis vt Ciceronis & Quintiliano, Beani, Beanuli, & ArchiBeani, & a primario symptomate Cornuti, licet distinctum fumus in progressu sermonis, Germanis *Bachanten, Pennal Lamp. Geharnte, VValde* quod vix curari possunt, *Gesibessene gesellen*. Græcis [illegible], licet hoc nimis sit generale. Hebræis iobaach. Nos autem Grammaticis vocabula linquentes ad pugnam tam siam hostis properamus.

III. Beanismus hic definiri potest, quod sit symptoma actionis deprauatæ facultatis principis à parenti in semine & mala educatione, vel vtrisque ortum ducens, & cornibus extra cranium exeuntibus [illegible] pendens.

[illegible]. Et licet multiplex sit hoc symptoma & va[illegible] possit: optima tamen diuisio est, in *Archibea[illegible] & [illegible]*.

V. A[illegible] sunt, in quibus malum plane inueteratum, & cornua habent plurima, maxime [illegible]ns, emedullata, tetrum odorem ex[illegible]a. ma[illegible] [illegible]osa, dura aspera, quadrata, [illegible] [illegible]uenta, longa, curta, & dicuntur *Poly[illegible]*.

V[illegible] Bea[illegible] mitiora quodammodo habent acci[illegible] co[illegible] [illegible]lurimum bina, eaq; media inter [illegible]uenta aliquid habentia me[illegible]d[illegible]

[illegible] u Vnicum [illegible] habent satis [illegible]erumque [illegible] duorum aut [illegible], [illegible]ue moll[illegible], rotundum [illegible] tendens, sub[illegible]olo[illegible], pa[illegible] [illegible]emedullæ, &c. & [illegible] appellantur *Monocerotes*.

VIII [illegible] affectu in[illegible] [illegible]tus n[illegible]s esse op[illegible]am [illegible]a [illegible] ione ludibi[illegible] [illegible] stant [illegible]cer brum [illegible]uum, & quidem [illegible] tuna ipsius [illegible] mat[illegible] qua[illegible]de nomen ha[illegible] etiam plerumque [illegible], lice ad [illegible]o-

culorum quandoq; pertigisse referat Doctiss. D. Caius Cornarius in sua praxi nondum edita fol. 20. [illegible]6, st. 16. Qui quoq; suspicatur corneæ tunicæ inde nomen migrasse.

IX. Causæ huius affe[illegible]s multip[illegible] Aer silvestris & obscurus, qu[illegible]lis est [illegible] scholi[illegible] particu[illegible]bus, vt sunt Lauinga[illegible], [illegible]ncensi[illegible], & [illegible] D[illegible]elhusensis, Bubendorffensis, Stockh[illegible] h[illegible], Pickelhæringensis aliquibus [illegible] locis Bauariæ [illegible] & adhuc Misniæ, [illegible] Portæ, [illegible]m [illegible] Magdeburgæ, Brunsvigæ, Hildesiæ, Amstelrodam[illegible], Stetini, Lubecæ, Bremæ, Padelbornæ, Sawsurti, Snetfurti, Hasfurti, Sctuestæ, Breslauiæ, Ambergæ, Nabburgi, Dusseldorpii, Vltraie[illegible]i.

X. Apud varios varii ci[illegible] causa sunt, & quidem ii, qui crassum uno crassi[illegible]num [illegible]nerant succum, vt carnes animalium cornutorum, asinorum, asellorum marinorum, panis uero [illegible], [illegible]us, ca[illegible]us putridus, præsertim *der hasen[illegible] dru die alten VVe[illegible]er verkauffen*, fabæ & legumina [illegible], vnde pers[illegible]ctus Pythagoras suos discipulos arcebat a fabis, [illegible]cusia crassa, &c.

XI. Motus etiam hic recensendus. Nam videmus eos qui vagantes, cantantes, cursitantes, vociferantes, balantes, bacchantes, clam[illegible]tantes, votant[illegible], [illegible]ptantes, ingurgitantes, mendicantes, hiantes, bonantes, in curia tunica [illegible], [illegible]n angulum intractum relinquunt, hoc [illegible] potissimum detineri, vrgeri, torqueri. Sed [illegible] com[illegible] qui in cl[illegible]us, carceribus, cellis, ergastuli[illegible] [illegible], [illegible] mens scholasticis [illegible] pistrinis, multi[illegible] repagulis, compedibus, vincti, catenati, ferrati, [illegible], [illegible]nati, ob [illegible] opiam aeris purioris in hunc affectum prolabuntur, aut prolapsi confirmantur.

XII. Somnus & hoc loco aliquid potest. Qui enim extes glires agunt, m[illegible]gis direx[illegible]ntur, vt nocthu hiantes, ronchant[illegible], stertunantes, fu[illegible]antes, cacantes, schnarchant[illegible] &c. Hiantibus præsertim magis periculi subest, noctu enim animalcula, vt cimices, pulices, culices, tineæ, vespertiliones os intrantes, terepitantes, per[illegible] nerdantes, & mentem pertur[illegible]bantes, diuexantes, [illegible]btile serum exiccantes, & mala alia excitantes, misellos hosce [illegible]os mise[illegible]le excruciant, & dilaniant. Idem quoque de vigilia esto iudicium.

XIII. Exer[illegible]a & retentasimum quoque in hoc affectu locum habent. Dum enim pulueretn scholasticum absorbe[illegible]t, [illegible]eglutiant, imbibunt a[illegible] aluunt, tetinent, coquunt, assimulant, appo[illegible]t, magnum cornibus fulcrum addunt, ita etiam hoc[illegible] neq [illegible] alimento excluso & excreto fœces sibi rele[illegible]nt, [illegible] sui infortunii autores existunt. Ex pathematis sunt [illegible] beanina, timor *vor den vvilden Gresiratter. v[illegible] dvor den Schl[illegible]ffeln*, vt & virgis & alapis *dep gr[illegible] [illegible]n seb[illegible] [illegible]ch es*, qui Archibeanorum omnium est pater, auus, abauus atauus, proauus, *vhr. vhr, vhr, gros Altvatter vnd Rabbi, Khimmel.* Pauor, mœstitia, horror, rigor, perturbatio mentis, frustrati amores, quos sequitur Desperatio animi.

XIV. Proxima causa est lac maternum, [illegible] laeducatio, Vnde crassi exhalantes fumi [illegible] sidem occupant, quos dum fr[illegible]stra natura e[illegible]pellere conatur, tandem in duram & corneam substantiam conuertens eam extra cerebrum foras protrudit.

XV. Signa Primo prodit se intuitu Beanus: cornua enim gerit satis manifesta & conspicua extra pile[illegible] pr[illegible]tuberantia, pulsus ipsi m[illegible]gnus, [illegible]che[illegible]ens celer, durus, plenus, frequens, inæqualis, inæqualiter, h[illegible] plus feriens, serratus, [illegible] priz[illegible]ns omni[illegible] f[illegible] qu[illegible]nssimus apparet. Vrina crassa, turbida, [illegible]uenta, feculenta instar iumentorum cornutorum plurima, fœtida [illegible] olen[illegible] rubra more, [illegible] nigricans, vel viridis, spumans, in qua v[illegible]at ranæ,

can-

cantharides, lacertæ, vespertiliones, scorpiones, subsident spectra, capripedes, capræ saltantes, draco volans, grandines &c. Inueniuntur etiam ramenta cornuum, capita leporina, flatus retentus sursum tendentes, nolæ quæ pugnt magnitudinem fermè æquarit, & id genus alia tonitrui; toruus tuetur oculis, iuxta illud: torua tuentibus hircis. Frons ipsi Simiæ aut Asini, capilli recti, [illegible], crassi, *wie ein Pfenningstrick*, impexi qui [illegible] possunt in 4.5.6.7. & plures partes: caput quadrangulare, nigricans, exustum, cal[illegible], dorsilis[illegible], distortum, acutum, hiuleum instar proboscidis elephanti, dentes aprini, exerti, promis[illegible] prælongi, crassi, oculi cyclopici, aures l[illegible]inæ, surdæ: collum picis instar nigrum, bar[illegible] aut nulla aut [illegible]chustralis, inculta, squallens h[illegible]rrentibus aspera dumis, nares curvæ, aquilinæ, *[illegible] wie ein [illegible]*, spirantes auernum, exh[illegible] Mephitim [illegible] cies bona Æsopica, Thersit[illegible] Marcol[illegible], luca: corpus denique totum,

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

XVI. Signa alia mortalia maxime hic notari debent: incessus ciconialis secundum tabulaturam Belgicam, hinc inde nutans & ISTÆ & ISTÆ DOMVS MEÆ sunt innuens, gradus grallatorius, interdum testudineus vel formicinus, interdum velocissimus. Pallium etiam habent ægri ab Vno latere dependens, quando domo exeunt, pallium non statim applicant, sed postquam iam aliquot stadia vel inge[illegible] fuerunt emensi, de brachiis, in quo instar virginis puerum recens natum baptismo deportantis, ante gestarunt, deponunt, & capsulas suas latas, ventrem sesquipede exstantem, abdomen insaturabile, turgidum inexplebile tegunt. Palliis se quandoq; inuoluunt, seu subcingunt, inprimis cum ex Galliis veniunt, vel in nundinis Francofurtensibus Gallum viderunt. Lig[illegible]s circa collum pendentes aeri exponunt. Oculos habent Vranoscopi, manus gesticulationes histrionicas exercentes, *wie andere Fabelhansen und cornuti Vettern*, vociferationibus, coaxationibus, mugitu, rugitu, grunnitu, gannitu, boatu, latratu, ceu rustici temulenti implent omnia, templa, plateas, ædes, hospitia, cubicula, popinas, latrinas, fana, fora, quatuor mundi Elementa, imo cœlum, infernum & purgatorium, Limbum Sanctorum Patrum, summo quasi Ioui & Plutoni insultantes. Canum etiam instar ipso mendie quemuis mutum permingunt, præclari Diogenis Cynici imitatores, O MORES? O RES?

XVII. Nimis adhuc parum diximus, ipsorum modestia plane est immodesta, gregatim volant vt grue, exterminatim discurrunt vt sues: mores ipsorum in mensa horrores aliorum, canum, vola vtraq; illota (nam certis anni temporibus pro sua deuotione & superstitiosa religione lauant manus) pro coca[illegible] vtuntur, os cibis & bulis infarctum & [illegible]arum clamitationibus distendunt, quasi essent in balneo, muscas carnibus, caseis, panibus & patinis insidentes, veluti Iustitiæ cultores, singulari dexteritate ipsis solummodo propria, Cyclopice, miserabiliter, horribiliter, inumanter, crudeliter, truculenter, fraudulenter, inhumaniter ingalant, decollant, excruciant exenterant, exossant, trucidant, dissecant, dilaniant, diffindunt, diffringunt. Vtroque cubito tanquam firmis fulcris, aut Herculeanis (plus vltra) columnis innituntur, perforant orbes, quadras, cochlearia, boream naribus spirant, diductis hinc inde labiis resonando vorantes sues Bauaricos & Bohemicos imitantur; Et ad summam, deglutiendo tantam molem absumunt, vt si noua compararemus antiquis, ipsum Milonem Crotoniatem opponeret et manere domi.

XVIII. Doctrina pollent tam excellenti & multiloqua, vt in nullo ne [illegible] necedant antiquis: veteres Philosophos, licet nunquam viderint, tam exacte tenent, vt quamuis tirones, cum emeritis tamen pugnare audint. Idem de r[illegible]liquis esto iudicium. Tot compendia, methodos, tot denique inueniunt noua, ina[illegible]ita, inusitata, mirabundia, vt antiquitatem obscurare videantur S[illegible] [illegible]ntern tamen perpetuas lites agunt cum Pr[illegible] & Æ[illegible]io, proh DEVM:

Non mihi linguæ centum sint, oraque centum
Ferrea vox, omnes Bacchantum scribere formas
Sufficerem.

XIX. Amant q[illegible]metiam quod mirum: an amentur, dubitamus [illegible]is, [illegible] tamen acquirunt aut quærunt potius [illegible] [illegible]us modis, inter quos.

Cytharæ [illegible] [illegible] tem[illegible] ore talis:
Qualis Bacch[illegible] [illegible] ce [illegible]alantum.

Insuper canunt ad n[illegible] & [illegible]nt per plateas, tantummodo cum Bea[illegible] [illegible]at[illegible], similis enim gaudet si [illegible]h, secun[illegible] [illegible]

Cornua [illegible] [illegible]

XX. Nec cornua omnibus [illegible]at, plenum tametsi honestum virum præterea [illegible] detrahunt, si ab aliis detrahatur, ille mu[illegible] extrema tangentes cornibus suis parum, & gr[illegible]s Beanicæ specimina edit [illegible] [illegible] fugiunt honoratum virum quam Diabolus, quod aquam, crucem, & aquam lustralem, aut annotam vestem.

XXI. Cum diutius hæserimus in signis, prognostica breuiora faciemus. Sciendum itaq; Archibeanos esse incurabiles. De Beanis remesse lubricam, Beanulos autem bene [illegible] posse. Incipiunt autem cornua foras exire circa tempus pubertatis & post vigesimum primum vix era[illegible]icari possunt.

XXII. Et ne quis ridiculum esse met symptoma hoc incurrabile esse, afferemus aliquot historias quæ extant apud supra citatum ornatiss. doctiss. & fide dig[illegible]um Caium Co[illegible]um Centuria curationum 28. lib. [illegible] L. [illegible] 12.

XXIII. [illegible] pa[illegible]rum memoria vixit Lo[illegible]æ, [illegible]idem [illegible] m[illegible]ster, laborans hoc affect[illegible], qui à Medicis omnibus pro desperato relictus mi[illegible]re obiit, cuius hoc extat Epitaphium:

Heus tu qui præteris gradum
Siste, considera [illegible]
N[illegible]fandum, [illegible]erabile
Durum, inexorabile
Iohannes guickins mus genant
Qui natus est im Hornerland
Hic dum v[illegible]let deponere
Cornua, quæ magno onere
Propter ingentes mæ[illegible]res,
Et maximos dol[illegible]res,
Mortuus est, iacet in
Iam abi domum mox, & tace.

B. ANNIS. [illegible] M. II. [illegible] V[illegible]

[illegible] ANNO M. [illegible] LI. VI. [illegible]

XXIV. Ex[illegible] aliud Latin[illegible]æ e[illegible]d[illegible]m, qui post m[illegible] dolores miere obi[illegible] ob pu[illegible] cornua & vermium in cauitate ip[illegible]otu[illegible] mult[illegible] nem enatorum, hoc modo.

Hier ligt begraben Kes vnd Brodt	*Sie sind gewesen gantz blurrot,*
Den [illegible] ermordt der bitter Tod.	*Vnd habe[illegible] [illegible] wie ein kot*
Die [illegible]ler gliden grosse Noht.	*Darzu ge[illegible] wegen viel [illegible] lot.*
An seinen Hornern ohne Spott,	*Dem wolle gnadt der liebe Gott,*

XXV. Hoc nuper cuidam positum est:

BEANE
QVI PRÆTERIS
LEGE
ET FRATRIS FATVM
DOLE.
ARCHIBEANIS. S.

Natura qua prom[illegible] erat
Solers, & tibi dederas

O Cor-

Cornua, non volui
Deponere, sed renui
Opem iuuantis Medici
O miser & me perdidi
Post putrefactis cornibus
Beanus natus vermibus
Summo dolore perii
Caue Lector, caue tibi
Nunc mortuus hic taceo
Exemplum, quamuis taceo.
Rogo, velis deponere
Vt releueris onere.

XXII. Symptomata harum hasibilitatum sunt om[illegible] sh[illegible] affines q[illegible] es, om[illegible] us, C[illegible] lenip[illegible] us, Paul[illegible], Papa[illegible] calua[illegible], Cl[illegible] us, omni[illegible] o[illegible]ntia, superbi[illegible]r, coc[illegible], h[illegible] u[illegible] impudc[illegible] beanitas [illegible]. Summa to[illegible] sus [illegible] nel [illegible]a.

XXI[illegible] S[illegible] [illegible] v[illegible]tio, circumcu[illegible] [illegible] rum [illegible], ca[illegible] & [illegible] eb[illegible], vestes, in [illegible]. Quibus [illegible] plura, qui conue[illegible]lationem h[illegible] arte [illegible] cra & [illegible] um etiam in ita cure [illegible]minat facile potest iux[illegible] illud S[illegible]torum plena sunt omnia. E[illegible] llibi dantur vacua, & per consequens veteres mal[illegible] dixerunt vacuum esse in rerum natura.

C O R O N I D E S.

1. An hasibilitas contingat masculis & fœminis? affirmatur.
2. An hasio sit generis communis secundum regulam: Quæ co[illegible] &c. aff.
3. An aliquis tangendo proprium nasum, apprehendat h[illegible] si[illegible]nes secundum quali[illegible]tem & quantitatem [illegible] vtr[illegible]q; affirmatur.
4. An duæ vel plures species hasionum possint esse in vno subiectu? affirmatur.
5. An virgines coch[illegible]ca[illegible]o hasi[illegible]cent vel hasificentur, vexant [illegible] vex[illegible]ur: & an idem etiam verum sit de adolescentibus cochleantibus. Vtcunque affirmatur.

A D D I P E T E R I C A.

An autor harum thesium etiam in hasionum numerum eorundemque speciei [illegible] referen[illegible] affirmatur.

Terentius.

Tute lepus es & pul[illegible]amen[illegible]um quæris.

THE-

THESES
DE
COCHLEATIONE EIVSQVE VENENOSA CO[illegible]AGI[illegible] ET MVLTIPLI[illegible]

[illegible], quas sub p[illegible]

HASION[illegible] L[illegible]FLERO
NARR[illegible]SI.

Pro pr[illegible] & [illegible] o exer[illegible]

VOLVCRINA LEPIDA

In collegio hun[illegible] fa[illegible] pene [illegible]

Calendu temporum pr[illegible] sentis [illegible] & futuri.

I.

In [illegible] N superiori d[illegible]tatione de Hasione [illegible] nobis [illegible] fita, [illegible] examinata, [illegible] reliqua [illegible] bus Venereis & Amatoris, [illegible] chle[illegible] oribus, pauca quædam dixi[illegible] S[illegible] fcire, [illegible] Aristotelem, cont[illegible] in tanti in parte ignitionem: & cochleatores nolint confusum habere Virginum cognitionem, opere pretium duximus specialius de venea illa specie hoc tempore agere, vt specialior fiat Hasionu[illegible] arum speci[illegible] eculario: Cum [illegible] chrum [illegible] digito monstrari & [illegible] : Ho[illegible] est no[illegible] vnus tantum [illegible] chleat[illegible] Et non [illegible] n fit mo[illegible] dicetur. Hæc [illegible] vna m[illegible] nabilis cochleatrix.

II.

Bene intelligendum est quod nunc [illegible] chleatio non amplius fit [illegible] proma hasibilitas[illegible] quod hasibilitas fit vel genus vel symptoma [illegible] co[illegible] tionis: quod non est mirum[illegible] sit, duc[illegible] respectu idem [illegible] & m[illegible] principalem esse, non se[illegible] dicta [illegible] liquis hasio, Leimsteuglen[illegible] ochleatr[illegible] fit e[illegible] se potest, vt [illegible] tri-ces, meretric[illegible] quidem omnia no[illegible] genetis fœmini-na & vtrumq; fit A[illegible]

III.

Qui [illegible] voc[illegible] bulum [illegible] ex Le[illegible] & Calep[illegible] Ancellarum [illegible] quæ d[illegible] illud no[illegible] ne pe[illegible] hac [illegible] vel mo[illegible] funt [illegible] lingua[illegible] us off[illegible] m & cochlea-ria, [illegible] Grammatice, [illegible] in eos prouerbium, *Locker aus den Kuchen.*

IV.

Al[illegible] sunt in ea [illegible], quod nomen cochleationis ortum sit [illegible] visa mihi digna [illegible] nempe, quod [illegible] socio an[illegible] vel virgo [illegible] ancillæ e[illegible] sunt [illegible] cochleat quoddam clanculariæ [illegible] affixerit (eodem modo [illegible] pars caligarum adol[illegible] s appen[illegible] postea hæ fabula omnibus cochleatoribus nomen hoc à cochleantibus fecerit [illegible] vt adhuc hodie sic voce [illegible] ta versi[illegible]

Semper onus [illegible] suum lepores que manebunt.

V.

Sed vt ad rem perueniatur[illegible] Qui[illegible] cochleatio fit, quæritur amplius.

Nam licet constet [illegible] sionis disputatione, quod morbus [illegible] cochleatores nolunt credere se morbo [illegible] quod non [illegible] ciendum est [illegible] quod [illegible] ant, nihilominus tamen e[illegible] nam sicut m[illegible] est, [illegible] tuum ignorat, ita maximus mor[illegible] est, qui ignoratur.

VI.

Est [illegible] non [illegible] morbus verum etiam Ve[illegible] ea amarum in vtroq; [illegible] & omnimodo modo, sep[illegible] primū ex [illegible] in oculos, ex ore in os, ex lingua in linguam, [illegible] in collum & brachia, ex carne [illegible] itum febri[illegible] pectus in [illegible] ilium carn[illegible] taliter [illegible] omnes venas in tot[illegible] corpore hum[illegible] pat.

VII.

Dicimus [illegible] nem venenum. quod tam cont[illegible] maxime, ex conu[illegible] in peste [illegible] mem ex [illegible] fecesac [illegible] ba[illegible] æ [illegible] entes [illegible] adolesc[illegible] cochleatio mere ex [illegible] tion[illegible] venen[illegible] erut, & in venas [illegible] que deriuetur.

VIII.

Sicut autem multæ sunt in corpore venæ & nerui: sic quoque in corpore sunt mu[illegible] figuræ & modi cochleandi, secu[illegible] arie[illegible] otum affectum, vt quæ facile int[illegible] prima quæ fit ex oculis & neruos [illegible] cupat, [illegible] adolescentes & puellæ in optari[illegible] spiritu & ex [illegible] to-[illegible] m, & exp[illegible]

IX.

Non [illegible] sed cochleat[illegible] R [illegible] oculorum angul[illegible] ill m[illegible] correlatiuam [illegible] deat, & alius non animad[illegible] t.

X.

Et hoc non [illegible] illa, domo c[illegible] gnationi [illegible] sores M[illegible] rum, [illegible] m. *ka[illegible]* S[illegible] ren[illegible] aud[illegible] O suau[illegible]

XI.

Sæpe etiam in templo c[illegible] stationes, vt alter alter[illegible] possit, & [illegible] nullam [illegible] em, qui [illegible] m frequentent. N[illegible] pter Lazarum sed propter Martham.

XII.

In hac [illegible] deas oculorum nutus frequentissim[illegible] pectoris, [illegible] tamen ne rustici [illegible] gat, o[illegible] nsiones manuscu-forum

lorum, corollariorum, libellorum aureorum, amicularum, Strophiolorum, pomorum rubrorum & id genus alia. Idem factitant in nuptiis & choreis, maxime si alius cum alia non cum propria correlatiua coniungatur.

XIII.

Ex oculis aliquando, non semper descendit hoc venenum in alias partes co[illegible]ris, nimirum si ex optatiuo modo deriuetur i[illegible] coniunctiuum, cuius deri[illegible]ationis ratio prius nobis explicanda est, quam doceamus, quomodo in alias partes huc venenum descendat.

XIV.

Sunt autem deriuationis huius, ut coniungantur, casus varii: Quidam enim adol[illegible]s cum volunt non tantum oculis & spiritu, [illegible] coniunctim enter & præsenter cochleare, & virginibus coniungi, mittunt aliquando famulos, per quos quærunt, anne vinum & cereuisia ibi [illegible] venalis: si sit, non opus est mul[illegible] ambagibus: si non sit, quærunt proximam vicinam Domum, eo virgines ac[illegible]unt, imo quæ non inuitæ eo veniunt, ibi quod [illegible]gant, postea docebitur.

XV.

Virgines vero ancillas suas m[illegible] per quas fingunt peregrinas eo ven[illegible] auferat, ne dec[illegible]piatur a tab[illegible]ariis [illegible] d[illegible] autem sibi literas scribunt, & extra portas in hortum, aut alias peregrinas domos [illegible]ocant.

XVI.

Translationis [illegible] pistolarum mutui sunt modi. nam aliquando virgines complicant literas in modum spiræ, & super hanc spiram flectunt & ligant flores in modum coronæ, quam postea adolescentib. mittunt: vnde mens illorum mutuo patefiat. Videte quæso, nonne hac fallacia munitiones & vrbes prodi possunt? Res hæc vere est acta.

XVII.

Sæpe folium lusoriæ chartæ mittunt, numerorum octo aut nouem, quod significat adolescentes debere venire vesperi circa horam octauam aut nonam: quod non tantum puellæ sed fæmellæ etiam faciunt, nimirum cum maritus non est domi, aut cum fessus [illegible]us dormit sicut piger EPIMENIDES. Raro est: quia interdum non est alacris & fortis in bello.

XVIII.

Cum ergo iam deriuantur in coniunctiuum modum tunc [illegible] uno venenum illud contagiosum se exerit, & linguam occupat, vt nihil aliud [illegible] audiatur, quam meum corculum, meum suauium, mea columba, mea gal[illegible]na, quia deberet ex lu[illegible]e oua [illegible] bi totum sensum gustus perdit & accendit, vnde fit oris ad os combinatio, labiorum [illegible]atio, vel linctura, linguæ cum lingua refrigerat[illegible] manuum in partes corporis varias insinuatio.

XIX.

Aut si hoc nondum licet: nimirum si adhuc lupus quidam sit in fabula, cum saltem sit man[illegible] datio leuiuscula lateri ad[illegible]tas compre[illegible], nullatio, pedum contractus, g[illegible]uum ad ge[illegible] fieri potest applicatio, oculorum nutus, attritio.

XX.

Videmus etiam: quod non raro cum lapillis & putaminibus nucum iaculationes intendunt, & petunt se mutuo pomis, iuxta illud

Malo me Galathea petit lasciua puella &c.

Et fugit.

XXI.

Donec tantum lupus qui adfuit, absit, & tunc sequuntur, quæ thesi 18. descripsimus, & præterea insinuat se venenum in omnes venas totius corporis: In cephalicam primam, & caput ita dementat, vt videntes non videant & audientes non audiant, & cum ament Ranam, ranam putent [illegible]am, & cum putant amorem c[illegible] erc [illegible] er[illegible] esse, cadit super folium, quod [illegible] x vac[illegible] tr[illegible]m est [illegible]æ stupefactio sensuum ind[illegible] o[illegible]tur, quia omn[illegible] tus visiuos & auditorios v[illegible] um summo suo frigore constipat, vt fiant tanquam stipites, aut sum[illegible]o calore ex[illegible]s & absumit. Vtrumque enim in hoc veneno est calor & frigus, in quarto scilicet gradu.

XX[illegible]I.

Sæpe in humerariam axillarem & interiorem cubiti venam, quæ hepatica dicitur, venenum hoc collabitur, & bi[illegible] homines ab amplexu homerorum & cubitorum [illegible] possunt iterum diuelli: forte qu[illegible] fiant in ve[illegible] ner[illegible] tracti, vt tam curua brachia semel col[illegible] iniecta, iterum non possint rectificari.

XXIII.

Non secu[illegible] fic[illegible] il[illegible] qui[illegible] combinatione oris iuncti[illegible] m d[illegible] cent [illegible]m nimirum cu[illegible] oris [illegible] corrug[illegible]tur, non secus sicut [illegible] planta[illegible] negociant [illegible] sæpe [illegible] inflbus abradatur & p[illegible] tur. His postea peculiare vnguentum pro labris præparandum est.

Sed de curatione huius morbi suo tempore.

XXIV.

Rarissime fit, vt h[illegible]c venenum in cordiacam seu cor[illegible] venam cadat: quia si hoc fit, tunc fit lethale. Itaque maxime frequenter manet tantum in superi[illegible] re[illegible] atis & brachii in externoribus venis, inenarr[illegible] que o[illegible]s & linguæ iuxta illud [illegible] more qo[illegible] fed [illegible] vt ducam: & verba puellarum folus leuiora caducis.

XXV.

Fit tamen aliquando vt in cardialem cadat, sed tunc [illegible] magnum periculum: quia inde d[illegible]uatur pe[illegible] in ramum alicuius venæ [illegible] se me[illegible]tanæ in qua excitat spiritus & inflammat, vbi usq. excitat purulentum, à quo nisi caueant correlatiuæ cochleatrices statim in magnas cadunt passiones, acquiruntque innumeros morbos complicatos, vt tumorem & obstructionem, quæ postea vitæ & mortis periculum inducunt.

XXVI.

Et hæc species est pestilentialis, cum nimirum venenum, vt in definitione diximus, ex carne in spiritus, ex[illegible] tibus in al[illegible] um carnis prolabitur quam vt omnes diligenter [illegible] ueat[illegible] admonendi estis.

XXVII.

In hanc formam cadunt illæ fœminæ, quæ adolescentes domo & hortos sibi semper frequentare iubent & subiiciunt [illegible] filia, quo modo nimirum il[illegible] occultare & excu[illegible]are possint, nimium iubent chartas & pennas secum portare, vt vi[illegible]tur po[illegible]pu[illegible]o aliq[illegible] scribere & rescriptes it[illegible] se habet; Quia [illegible]unt illi lo[illegible], non tamen in charta [illegible] palimpsesto literas, vt vocant ve[illegible] icas [illegible] viuum iuxta exemplaria [illegible] fic[illegible] [illegible] vt nihil habeas quod imp[illegible] obes suo te[illegible].

[illegible]III.

Nunc aliqui [illegible] unt & secretum de Natura hu[illegible]s v[illegible]. A[illegible] quando venenum hoc est cont[illegible] on eg[illegible]ditur a grotum, sed manet in vn[illegible] e[illegible]ecto. Et hæc cochleatio impuria est, & improprie [illegible] dicta.

XXIX.

Quæris quando hoc fiat? & in quibus? In virginibus æque ac [illegible] adolescen[illegible]bu[illegible]. Sicut enim adolescentes, qu[illegible] ore [illegible] dicere volentes, omnes virgines ex æquo co[illegible] [illegible]nant, nulla est tam pulcra, tam elegans, tam bene [illegible] ta, quin [illegible] h[illegible]beant, quod in illis vituperent, & iubent sibi pingi vnam, ad cuius sim[illegible]

similitudinem si oon aliquam inueniunt, in se venenum hoc detorquetur.

XXX.

Eiusdem farinæ quoque sunt virgines, quæ licet sint maturæ, vt nuces, non possunt tamen vllum inuenire adolescentem, qui vel incestu, vel barba, vel oculis, vel naso, vel genis, siuqoe corporis illis non improbetur, quos vexant, deludunt, sic tamen vt dum vexent, & deludunt, vexentur ipsæ, & deludant se ipsas.

XXXI.

Fit enim vt cum diu elegerint, postea negligantur, & maneant, quæ sunt, senescant, fiant pecora campi, obscura capita, Saturnum vel Æsopum aliquem accipiant apud manum. Dignum scilicet patella operculum.

XXXII.

Sic vbi venenum in eodem subiecto permanet, incipiunt sibi solis placere. Et adolescentes emunt magna specula, magnas pectiones, strigiles, miseramq; suam barbam, & capillos pectunt, repectunt, tondent, retondent, capillos apud aures & in fronte crispant, eo lana iam sic, iam aliter corrugant, pileos purgant, repurgant, & diuersimode collocant, ac se ipsos non secus ac feles lingunt.

XXXIII.

Idem faciunt virgines: nisi quod illis barba oralis negotium nullum facessat: illæ emunt viscosas strigiles, genas pingont fucis, orant ad specula nouu pietatis cultu, oempe cum in libris precationum habeant specula, in quibus suam imagunculam speculantur, & ex toto corde adorant, & inuncant se ipsas, siquidem se Deas Veneres, Iunones & Helenas esse præsumunt.

XXXIV.

Quæ hæc specula secum non habent, illæ cum volunt domo exire, ante speculum componunt os semel, & postea vel non vel vix id ipsum iterum aperiunt, ne plicas istius compositionis corrumpant, & de nouo iterum sic componere nequeant.

XXXV.

Et hæc cochleationis species contemnenda non est, cum multa viderimus exempla, quæ hac impropria cochleatione tandem ad proprie sic dictam cochlearionem peruenerint: Est enim parasceue ad sequendam Scenam.

XXXVI.

Redeamus nunc ad superiorem sic dictam cochleationem inter vtrumq; sexum, & quædam cochleantium distinctiones doceamus, quę sunt: quod quidam cochleatores sint felices, quidam infelices, vt exempli gratia. Qui volunt puellis strophiola abripere, & illis inuitis discindunt: Et qui puellas inuitas volunt super braccas & genua collocare, & inuitas aliis modis familiariter tractare, & qui quando non possunt cum virgine cochleare, cum ancilla cochleant. Illi n. in hoc donato cochleationis, suum FELIX non bene didicerunt, iuxta illud: Amare & ooo amari siue non gustare, facit diabolum murmurare. Et hi possunt etiam hebetes dici, ad differentiam aliorum qoi acres dicuntur.

XXXVII.

Et adhuc noua distinctio, quam bene notate, qui inseruit ad dignoscendos Tyrunculos ab artificibus. Nam quando quidam vix veniunt ex schola a b c daria statim tam hasibiliter discurrunt, vt hac peste inficiantur, & postea tam se ineptos præbent, vt dici nequeat. Hi nódum sunt lepores, sed cuniculi in hasibilitate, in cochleatione vero sunt cochleatores in sedecimo: Artifices vero veterani cochleatores sunt in folio: Intermedii in quarto & octauo.

XXXVIII.

Id vero æque in adolescentibus ac puellis contingit, in quib. etiam sunt quædam in folio cochleatores, quæ non tantum vnum, sed vel decem correlatiua seu Iunckeros habere possunt, & eos mirum in modum tractare, vnum vexare pedibus calcando, alterum manus dando, tertium arridendo. Non minus etiam inter eas sunt quædam in sedecimo, quæ vbi vix cunis egressæ sont, nondumq; acum vel colum tractare dididerunt, statim discunt iuuenibus se agglutinare: quia vrit mature, quod vult *ein Hure* manere, & à teneris assuescere multum est. Intermediæ sunt in octauo & quarto.

XXIX.

Tandem dicenda sunt prognostica illius morbi signa, seu veneni illius affecta? Sunt autem ea, eminunctio pecuniæ, & febris in crumena: quia, qui vult cochleare, debet pecunisare. Debet enim dare amiculas, catenas, pallia, monilia, & huiusmodi alia: Virgines pileorum spiras, strophiola, coronas, &c. Item Riualitas, si pulcra, si deformis, crux & explosio. Item planctus & luctus. Nam quando adolescentes abeont, vt hanc veneni contagionem vitent, oritur luctus, & stridor dentium, fletus, eiulatus, & sic corbisatio, de qua forte alias plura. Item successio alterius post amissionem voius. Nam successore nouo, tollitur omnis amans.

XL.

Symptomata sunt omnes eæ affectiooes, quæ in hasibili qualitate accidere dicta sunt.

XLI.

Signa sunt magnum oculorum albumen, gyratio eorundem frequens pallor, gemitus profundi, annuli dupliciũ manuum, aut corculi transfixi signa gerentes. Tremor venæ fere medianæ, & reliquæ phãtasiæ, quæ thesi XII. supra recitata sunt. Plura vel qui ipse cochleator est, obseruare poterit.

Interim caueat tamen, ne illa contagione simul spectando corripiatur, iuxta illud, qui claudo cohabitat, claudicare discit. Et qui picem tangit, inquinabitur ab ea.

COROLLARIA.

1. An omnis cochleatio sit parasceue ad sequentem scenam nuptiarum, coniunctionis & oposiioonis? Negatur.
2. Vter sexus masculus an fœmineus, fertilior & maturior sit ad cochleandum. Respondetur, pro sexu fœmineo.
3. An rusticorum serui cum ancillis rusticis dicantur etiam cochleare? Respondetur, quod non, quia rusticus venter non gignit sensum tenuem, sed crassum.
4. An vna actio cochleationis faciat habitum? Affirmatur, contra omnes Logicos.
5. An cochleatio fieri possit in instanti? Affirmatur contra omnes Physicos.
6. An in systemate cantus cochleatorii, ex amaro & dulci fiat bona harmonia? Affirmatur, quia repercussio in tertio & quarto modo est à Mi in La mi.
7. Vter numerus in cochleatione sit perfectior? Respondetur, Binarius contra Arithmericos, qui dicunt numerum denarium esse perfectissimum.

JACOBI PONTANI DE SOCIETATE JESU, MENDICITAS.

NECTARIVS, LIMENIVS, CANDIDIANVS.



ECTARIVS. Ego, sodales, comitesque, cum mendicus quispiam, quem quidem verum germanumq; mendicum, non autem impostorem & planum iudicem, à me stipem flebiliter efflagitat (quomodo iste nunc à nobis communiter efflagitabat, & in hoc quod conficimus itinere, ante vrbes potissimum, per quas transitus fuit, complures efflagitarunt) crucior animo, si nihil, quod dem, suppetat. LIMEN. Tu igitur, si bene coniecto, grandis pecuniæ thesauros optas tibi, quãdo inuitus ista hominum mendicabula abs te inania dimittis. Nam botũ nostris temporib. tot sunt,

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
Quotq; soporiferum grana papauer habet.

N. Minime vero Limeni: siquidem domi me vt plurimum teneo: & cum in publicum prodeo, non sane vniuersæ Germaniæ, nedum totius terrarum orbis mẽdici ad me stipis petundæ causa cõueniunt. C. Et ego, si quis, vt fere fit, importunior est, qui obsecrandi, obtestandique finem nullum faciat, qui etiam clamitans pone sequatur, non ita aduersus eum incendor, quàm Homerum alicubi scripsisse recordor, & sine argumentis ac testibus quisque credit: mendico pudorem nihil prodesse. N. Inuerecundi sint oportet, & eorum, quibus obuii fiunt, aures infimis humillimisq; precibus onerent, si conlesse volunt, eoq; amplius, si uxores paruosq; liberos habẽt, quorum alendorum à natura ipsis est imposita necessitudo. L. Nisi illæ cum maritis, & hi cum parentib. eandem artem factitent, precarioq; viuant: tum n. de suo succo victitant quodammodo. Sed profecto ingenti miseratione promoueor, cum puerulos puellulasq; centunculis indutos ac seminudos, squalentesq; ad viatores accurrere, & cum primum ex infantib. excesserunt, nec admodum articulate adhuc fari sciant, panem aut obulum in victum diutium rogitare, vagire ẽt sordidis ac laceris pannis inuolutos nuper natos, parentes per mysteria nostra supplicantes, recentesq; & miserabiles fœtus humi positos prætereuntib. intẽta manu demonstrantes aspicio. C. Attamen cum ad mendicorum conditionem animo me & cogitatione conuerto, beatos illos, non miseros, ducere soleo. N. Hui beatos? parumne est, non miseros? C. Certe beatos Nectari. L. Quid ergo? cum se beatos euadere omnes studeant, cur nemo inuenitur, qui se illorum similem esse vel per somnium optet? Cur ipsimet se in mendicitate, h.e. in omniũ rerum ad vitãm degendam pertinẽtium extrema egestate volutari, continenter, & q̃ maxime anguntur? Cur hanc beatitatem effugere manib. pedibusque, terra mariq; connituntur? C. Dicam. Quia illi cæteri bona horum nec suspicione quidem attingunt, & hi si eadem sua bona ignorant? Quantæ felicitatis opinabatur Maximianus dominari? At maioris Diocletianus priuatum viuere, & rusticari. Fugiebat hoc Maximianum, & fugit innumeros. Insunt etiam in Religiosorum viuendi rationibus institutisque bona tam multa tam ingenua, vt si ea nossent reliqui mortales, arbitrer eos confertim ad monasteria properantes, nuncium rebus caducis remissuros. Et tamen videntur ea nescire illi, qui cum huiusmodi Deo dicatis familiis perdiu vixerunt, per summam postea nequitiam perfidiamq; sacrilegam sanctissimæ militiæ castra deserunt, refractisq; pudoris & reuerẽtiæ claustris, omnes libidinum impuritates suscipiunt. Quare quod de rusticanis Maro, hoc nos de mendicis. O fortunatos nimium bona si sua norint mendicos. N. Pergratum mihi feceris Candidiane, spero etiam Limenio, si, quo minus via lædat (non parum quippe restat, & sol, necdum ad occasum pronus est) istam mendicorum tuorum felicitatem exposueris, & errorem nobis, in quem vulgi opinione capti abiuimus, eripueris. C. Dissimulatione haud opus est: scio vos à me facere, nec alienum à me tenere sententiam. Quamobrem non alia conditione ad hanc disputationem accessero, quam si vos inchoatam à me & aliquousq; prouectam capessere, atque ad exitum perducere velitis. N. Si tu, mi Candidiane, dicendo consecutus fueris, vt, quod nunc incredibile apparet id probabile fiat, penitus dabis animos sodalib. tuis, ipsi quoq; in partem laboris veniemus, tuosq; mendiculos, vt stoici sapientem suum, vno Ioue minores diuites, liberos, honoratos, pulchros, reges demq; reges definiemus. L. E sensu meo Nectarius. C. Iaciam periculum: & ego quidem, quam multiplici vtilitate commendetur mendicitas ostendam: Nectarius eiusdem dignitatem: Limenius iucunditatem ad explicandum sibi assumet. Sic posteaquam constiterit: nullum ei bonorum genus deesse ex his, quæ a doctis statuuntur, dubium nullum relinquetur, quin hoc vitæ curriculũ in speciem calamitosum & horribile, bonis omnibus perfectum cumulatumque dicendum sit. N. Permitte vela ventis. Nos ita te disserentem auscultabimus, vt simul quid suo vterq; loco deinde promamus, antea mediremur.

VTILITAS.

C. Magnifaciendum est (vt hinc exordiar) quod egentes isti, ac mendici nostri plurimis in rebus æquales sunt diuitibus, & iis omnino, quos propter potentiam, opes, nobilitatem, clientelas, auctoritatem, gratiam, tanquam Deos admiramur: æquales autem, imo etiam in multis superiores. Itaq; in maximi, & æquissimi iudicis illius sententia, & voluntate acquiescant diuites & copiosi, quique in maxima celebritate, & in oculis ciuium viuunt, cum se hominum abiectissimis & despicatissimis exæquatos intelligunt: Si contra cum animis suis exultent, cum se illis non comparari modo, verum etiam anteferri præter tam suam, quam aliorum opinationem cognoscunt. L. Non mediocri nos exspectatione incendisti. C. Haud aliter opulenti, Satrapæ, Toparchæ, Principes, Reges, Imperatores: aliter mendici concipiuntur, coagmentantur, fabricantur. Quas res suis verbis Iobus expressit: Nonne, inquit, sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti, mitto reliqua. Nec paucioribus illi, pluribus isti mensibus, nec maiore cum pondere, cura & sollicitudine maternorum viscerum penetralibus ac latebris continentur, nec illi quidem absque vllis genetricum cruciamentis, isti vero soli cum earundem doloribus acerrimis procreantur. Quid partus ipse? num vtereis à lacrymis viuendi initium non auspicatur? num diues auro aut purpura, mendicus panno villoso, aut cilicio à natura coopertus dias in luminis oras exoritur? Nequaquam, vterque nudus vitæ limen adit, similique lactis alimonia ambo nutriuntur. Animæ non disparilis, & diuinitatis ambæ gerentes imaginem. Communis vtrique Sol, diuiti, inquam, & mendico, communis dies & nox, æstas & hyems, communis eiusdem cœli aspiratio, qua sustinentur, communes fluuii, fontes, maria, communis terra vt solum, vt domicilium, vt nutrix, vt mater, vt sepulchrum.

Nul-

Nulla corporum disparitas, nec diuitum ventres capaciores, quam tenuium & egentium: similes perturbationes animorum, similes affectiones corporum, vnus vtrorumque Deus, conditor, rector, conseruator, pater, iudex. Atque vt vna ratione in vitam ingrediuntur, ita eadem prorsus ratione egrediūtur, neuter lethi lege solutus est. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regumq; turres. Nullas opes illa metuit, satellitium contemnit, nec precibos flectitur, nec muneribus corrumpitur. Moriuntur beati æque vt mendici, perindeq; vt hi à vermibus consumuntur, atque inter ossa nullum discrimen. Audi Salomonis vt ditissimi, sic etiam sapientissimi viri dictum, quo mea dicta velut in summa quadam inclusa videbitis: *Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore congelatus sum, in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans, inuolumentis nutritus sum, & magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.*

Nunc quibus de causis mendici feliciores sint diuitibus consideremus. Commodior profecto illis, integrior, & constantior valetudo. Vitam plerique diutissime propagant quorum neutrum, si præcepta & aphorismos medicorum spectemus, asserendum est, posse fieri, certum est nihilominus fieri, & ego ipse multos admodum prævalenti corpore, & vltima præditos senectute mendicos videre memini. Tempora reficiēdo corpori præfinita non habent: cibum enim capiunt, quando commode possunt. Possunt autem quando, quod edant, suppeditat. Ieiuniorum legibus non tenentur, nec vt illis soluantur, adire curionem, aut Episcopum debent. In escis illorum admiranda varietas, cum coctum, assum, frixum, elixum, tostum quippiam non ita frequenter praūsitēt, calidum multo rarius, cruda & frigida pene semper, ac præter panem quidem sæpissime nihil. Potus non vinum non cereuisia, sed puris è fontibus pura lympha. Interea valent bellissime, simulq; nos docent, quam paucis natura indigeat. At diuites inter delicias cupediasque, inter generosa & exotica vina ægrotant, & suo die ante diem perfunguntur. In morbo quoque mendicus diuite non paulo est beatior. Hic enim curatur quidem diligentissime, adsunt ministri, qui ad nutum & ægroto, & medicis inhærentib. inseruiunt, adsunt omnis generis medicamina, adsunt medici, qui promissis ægrum exhilarant, adsunt familiares & cognati, qui blandis colloquiis doloris sensum conātur imminuere. Verum cum nihil prætermittatur, non potest tamen leuiter [illegible] miser lecto affixus huc illuc se vert[illegible], & quam sibi male sit, gemitu, clamore, verbis, gestibus, motibus, iactationibus declarat. At [illegible]us pro lecto quidem humum duram ægrotus premit, pro tegumento aut centonem, aut [illegible] adhibet, non ibi medicus apparet, qui pulsum venarum percutiet, qui vrinam cōtempletur: non qui obtemperet famulus, non qui cōsoletur amicus, sed horum omnium locum Deus tenet, qui dolores lenit, frigus æstumque temperat. Et cum nesciat, qui nam cibi salutares, qui pestiferi sint, sine discrimine autem & delectu vescatur iis, quæ nancisci potuit, quod erat noxium, salubre illi rerum se immutante natura efficitur, frigidaq; potio medicinæ vim nanciscitur. Denique sibi traditum & cōmendatum quodammodo magistra & parens cōmonis natura fouet, curat, sanat. Ad alia delabamur. Quam multæ, quam variæ immunitates, prærogatiuæ, potestates, mendicorum, quę aliis neutiq̄ conceduntur? Cum ciuibus ad tuendam regionem proficiscēdum est in militiam, cum ad patriam ab hostium incursionib. vindicandam, ad pericula demum propulsanda virium pæne arma expedienda sunt, ipsi ne appellantur quidem, quanto minus coguntur? Si ardeat ciuitas, si diripiantur ciues, nihil illis perit. Petēt nihilominus panem, & inuenient. Exiguntur pensiones antiquæ, imponuntur noua, ipsi nec vnicum quidem nummulum pendunt. Quotannis dantur bonorum decimæ, at non a mendicis. In singula mercium genera, quas aut vendas, aut emas, aliquid tributi nomine, quod ad Principis, aut Reipubl. ærarium redeat constituitur: ab huiuscemodi tributis persoluendis illi eximuntur. Per pontes eunt, redeunt quoties animus iusserit, per flumina traiciūtur, spectant ludos & triumphos, omnia gratis. Quin etiam tum quasi gratiæ illis aguntur, siquidem à viatoribus, vectoribus, spectatoribus pecunia liberaliter in eos, & alias à quouis hominum genere confertur. Licet enim his à quocunq; obuio, seu non obuio vectigal suum postulare, [illegible], à senibus, à viris, à fœminis, à nobilibus, ab ignobilibus, seu vilis annona, seu chara sit, neminem excusatum habent. Iam illa non postrema est felicitas, quod status sui mutationem in peius haud timent, cum alii nunquam securi sint, nec honorati scil. in suis honoribus, & magistratibus, nec voluptarii in suis voluptatibus, nec diuites in diuitiis. Casus & fortuna in rebus humanis crebras atque magnas vicissitudines efficiunt. In mēdicorum rebus quod feriat fortuna nihil inuenit, quam illi occuparunt, quam eæperunt, cuius aditus omnes interclusērunt, vt adspirare ad eos nō possit. Præterea sollicitudinib. angoribus, curis, molestiis vacantes ac liberi incedunt, quibus in dies, & horas perturbantur, discruciantur que, qui domos, fundos, familiam possident, & quibus est, quod amitti possit. Quid hoc beatius? Cum in itinere versantur, nullas horrescunt insidias, per syluas & nemora, per loca latronibus infesta tutissimi gradiuntur, nihil illi nocere talibus consueuerunt. Proinde etiam conspectis grassatoribus, ipsi cantantes pergunt, & omnia sua secum portant. Nihil operis faciunt, laboribusque expertes, perinde vt diuites & illustres, perambulant vrbes velut animi causa, & id quotidie. Rastra, ligones, malleos, aratra, bipennes viderunt, tantum, nec septimus [illegible] sed quilibet dies illis festus est. Et cum nemo fere non de crastino cogitet, hi tantum de hodierno [illegible] amen admodum sollicite, sed leuiter. Cum ad [illegible] quietas decursum est tranquilla mente lampadem tradunt, de condendo testamento, scribendisque hæredibus nec tantillum anxii, nempe vt etiam atque etiam cogitent [illegible] tantum filiis relinquant in bonis, quantum [illegible] decernant in dotem, cui villam, cui hunc aut illum agrum, hanc aut illam domum legent, quibus de argentea supellectili iubeant, cui com[illegible]nda vtot, qui tutores instituēdi pupillis & pusionis liberis. Deo suos tradunt, & in eius fidem committunt, illudque Dauidis lætabundi vsurpant: *tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Item: *ego mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei.* Atque hæc isto modo in præsens, ut imparatus. En transactis partibus meis ad te ventum est Nectari. N. Immo Candidiane, tu istas quoque partes age, ne ego et malus histrio, non quidem in una syllaba, sed in re tota offendens, à vobis exsibiler & explodar. L. Prospice quid huic des, perpende quid agas. Etiamsi secundam personam suscipi, tertiam quoque, id est meam, necessario suscipies: tantoque magis, quanto me Nectario & ingenio, & doctrina, & orationis facultate inferiorem tu ipse non es nescius. Nam tecum me si conferam, mente lapsus existimer

quid nam tremulis facere artubus hædi
Consimile in cursu possint, ac fortis equus vis?

C. Amoue hunc timorem abs te Limeni: dependendum est Nectario quod promisit: neq; n. in quo vbi displicuerim quidquam adhuc commemorarit, N. Perplacuisti. At ego vereor vt placeã. C. Quam tu vereris culpam, finito ni e præstare: nollum est periculum, ne tu quid eloquare, nisi ita erudite, prudenter, facunde, vt me non pœniteat, quod te ad continuandam disputationem hanc & ab initio inuitarim, & postea tergiuersantem impulerim.

DIGNITAS.

N. Ergo in his quæ ad honestatem amplitudinemque mendicitatis pertinent, illud præcipuum duco, quod a Christo Seruatore, qui est omnium Regum Imper. generi humano egregie commendati fuerit hi eius alumni, & sectatores, ab eoq; datas sibi commendatitias, quocunque locorum vadunt, secum ferunt. Quis a. quæso, benigne facere nolit homini, si id postulet, qui coodidit homines? Quis recuset pauxillũ tribuere, cum se id magno fœnore aliquando repensurum spondeat Deus? Quis peccata sua frustillo panis in mendicum collatu delere flammasq; perennes euitare non cupiat? L. Memoriter pronuntia illas litteras, si tenes. N. Teneo. *Date eleemosynã & omnia munda sunt vobis. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos neq; diuites, ne forte & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur n. tibi in resurrectione iustorum. Venite benedicti patris mei, esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi potum.* C. O vere sacrum Augustorum Augusti epistolam vniuersoq; mundo, & omnib. gentibus venerabilem. Dederat olim iisdem Rex Dauid quo vescerentur ad stipem impetrandam epistoliulum in hęc verba conceptum. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus.* Dederunt etiam Iacobus, & Ioannes Apostoli: Sed maior Dauide, maior Apostolis Iesus Christus Dei Filius, ipseq; verus, omnipotens ac sempiternus Deus At ar, quid ego ineptus in alieno choro pedem? Ignosce Nectari: nam sermonis tui suauitas huc me allexit imprudentem. N. Per me tibi vel plura licebit. C. Satis est, prumone gressum. N. Omnium quidem naturarum ab se conditarum procurationem habet Deus; anicularum etiam, & bestiolarum quæ ab hominibus negliguntur: at mendicorum inprimis q vna cu . . . stis, quas dixi animantib. nec sciũt, nec metuut nec congregant in horrea: & pater celestis pascit illos ac vix vnquam vllu in seculo auditũ est, mendicum quempiam fame mortuum, nisi tum, cum etiam nõ mendici esurie tabefacti morerentur, vt nihil illis separatim euenerit mali. Quid: illi (quod ex supra dictis, & ex illo: *Vt recipiant vos in æterna tabernacula,* claret) alius e . . l . . tem ianuam reserant. Ecequam multa reddunt, quibus nimis parum est: & qui sunt diuites, qui nihil possident? qui si non essent præstantissimæ virtutes duæ magna quidem ex parte tollerentur, misericordia & liberalitas. Earum exercendarum occasio ne decesset, mendicos oberrare Deus voluit: qui, quemadmodum fortunati, superbiæ, luxuriæ, libidinis, commessationum, aliorumque flagitiorum occasiones & irritamenta nulla habent. Quem illi fastu & arrogantia subnixi spernunt? vbi domos atq; villas sumptu regio ædificant quando in fœmineos appetitus (imitabor enim Arnobium) inflammati pectoris feruore, incalescunt? nunquid vescendi causa terra mariq; omnia exquirunt? nunquid eos manus atque lingua periurio. aut ciuili sanguine alit? Contra apud eos parsimoniæ, patientiæ modestiæ, religionis, ceterisq; virtutibos, quibus decorati amicitiam numinis assequuntur, magnus honos. Omnino arbitror plures mendicos cælo receptos, quam quib. sunt amplissimæ fortunæ: quos perdifficile est intrare in regnum cœlorum. Est enim ianua humilis & angusta, illi autem sublimi ceruice, & crapula distentus corporibus. Preces insuper mendicorum in reb. turbidis & afflictis et potentes & copiosi exposcunt quas vt impertent, & seruidiores impetrent, maiore eos liberalitate psequi solent. Videris igitur quãto sint in honore apud Deum mēdici: nimirum vt electi quidam, & singulares amici, qui leui negotio quod petierint obtineãt. Nec vos latet, sanctissimos viros eotundem cõsuetudine delectari, quib. pedes abluunt, quos conuiuiis accipiunt, in quos officii & benignitatis plurimum conferunt. Christus ipse formam mendicorum indutus sæpe hominibus se obuiam dedit. Quo quid ad dignitatē illorum confirmandum maius proferri possit, mihi quidem in mentem adhuc non venit. Complures vtriusq; sexus, qui piorum sedem & locũ coosecum, & inter diuos clari sunt, præ diuitiis mendicitatem cõplexi, ostiatim stipē quæsierunt. Quod nunquam fecissent, nisi rem honestam, Deo gratam, & virtutis conciliatricem esse intellexissent. Laudatur in hoc ordine D. Franciscus cuius familia eciamnum mendicantium appellatur. Vixit item ahena benignitate S. Clara, & viuit tota illius posteritas. Sic Alexius & alii quos enumerare superuacaneum. Norunt aũt persuadēdi plusq Cicero & Demosthenes. Deumq; & cœlestes semper in ore habent: tanta est pietas. Genus hominum q̃ gratissimum est. Propter vnicum teruncium non desinunt gratias agere immortales, quandiu te abeuntem visu consequuntur. Pro paruis acpentiuis ingentia, & sempiterna bona à Deo tibi precantur. Proinde qui vult hominem gratum videre, aliquid mēdico donet. Sunt sacrosancti, quos vllo modo lædere, furiosum & impium iudicatur: suntq; acerbiore pœna afficiēdi, qui eos iniuriosius tractãt. Atq; vt absoluam, si qui de his mali sunt, non magis debet hoc in totum eorum, quam in religiosorum hominum ordinem redondare, in quib. non omnes reperiuntur semper boni: vnde n. apostatæ? & in Episcopis quoq; noo omnes sancti. De re mihi proposita satis fere dixi, cano receptui. L. A me, cuius ingenii motus ad excogitandum obrusi, ad ornandum steriles, pauciora & inconipriora vt exspectetis rogadeo. N. Vt pleriquæ omnes tenuitatem & imperitiam libenter ab initio quoq; excusamus? L. Quoniam paratam vobis veniam esse cupimus, etiam anteq̃ offendamus. Tũ vero facile dignoscitur, si nulla nos opinione inflatos, nec e nobis ꝑ fidentes ad tē aggredi apparet. Dicam porro libere: nõ ex æquo & bono mecum egistis. C. Quid ni? L. Quia partem ad disserendum difficillimam in me reiecistis. Quod quidem si à principio animaduertissem, vti nunc animaduerto, conditionem repudiassem. N. Fungere munus tuum, & simulationem pone.

IVCVNDITAS.

L. Si necdum satis perspicuum est factum, quam sit iucundum viuere mendicum; si id ex orationibus vestris patum adhuc intellectum est, ex mea quidem certe nunq̃ intelligetur. C. Hoc ergo dicis, vtrumuis nostrum q. ex vna fidelia duos dealbasse parietes, suum videlicet, ac tuum. L. Hoc ipsum dico. C. Hem Nectari vt iste ludit? L. Loquor serio Nam adeo firma perpetuaq; valetudine vti, tam diu manere in vita, tot mereri immunitates, tam variis nroari prærogatiuis, vacuum esse omnibus molestiis atq; curis dies omnes agere festos, tranquilla & secura mente in fata concedere, quomodo non sit iucundum. Deinde Deo op. max. esse in amore, ab eo humanis gentibus diligenter commendari, fouen, sustentari, cœlo aperiendo præfici apud sanctissimos viros in precio esse: & ab illis diligi, nullis cum vitiis confictari præstare virtutibus, à nemini lædi: hæc, inquam, negabimus esse iucunda? N. Vt in aliis plu-

pluribus, si in isto iucunditatem cum aliis bonorum generibus, vtilitatis videlicet honestatisque confusam esse confitemur: nihilominus abs te audire gestimus, quod à nobis dictum non sit. L. Peregrinationibus exerceri, plenum est honestæ voluptatis. At nulli vel magis, vel etiam fælicius peregrinantur quam mendici, quibus, tanquam viris fortibus omne solum patria est, & cœlo protecto vtuntur. Mundani sunt, vt sapientissimus Socrates, hoc est, ciues & incolæ non vnius alicuius vici, aut oppidi, verum totius mundi. Peruagantur itaq; & perlustrant complures egregiasq; urbes, varias regiones, nobilissimas prouincias, ad remotos & ignotos populos proficiscuntur, quorum cultum, mores, instituta, leges, ritus, consuetudines, linguas cognoscunt, quod non potest profecto non esse, quam iucundissimũ. Et cum videamus aliquando ingressum ciuitatum regnorumque prohiberi honoratos ac diuites cum equis & curribus suis, isti sine vlla etiam inquisitione, quasi in iisdem nati & educati facillime, nulla cum suspitione intromittuntur, non examinantur, non excutiuntur. Crescit deinde peregrinantibus ob ea ipsa, quæ dicebam, prudentia quoque, quod poeta clarissimus in Vlysse suo vidit. Prudentia autem, vt inquit Cicero nihil est homini dulcius. Alitur nouarum rerum cognitione humanus animus, qua supra cæteros mendicis gloriari licet, quorum narrationes sæpenumero vberrimam mihi delectationis materiam præbuerunt. Quid otio suauius? quid omnium laborum ac lassitudinum vacuitate iucundius, & optatius? At hi nunquam occupati cernuntur, neq; animis, neq; corporibus: quod tamen potentissimis quibusque principibus negatum est, quorum cogitationes in maximarum rerum administratione dies propemodum atque noctes vigilare, & fatigari oportet. Quid porro seruitute intolerabilius, quid libertate amabilius? At hi nemini prorsus seruiunt, quia illorum seruitutem nemo expetit, nemo quidquam illis imperat, nemo quidquam exigit, nemo contradicit. Adde quod istis hominibus pecunia semper adest: quod nobis nostrique similibus: quod vel diuitibus admodum haud semper contigit, quibus inanis est interdum sacculus, inanis crumena. Iam vero quantum est solatium in pecunia? in secundis aduersisque rebus nullum maius adiumentum, nullum in periculo firmius præsidium. Dicam mirabilius: pecuniosissimi inueniuntur mendici quidam. Caussam quæritis? accipite. Nam cum parcissime sumptum faciant, impertiant autem illis permulti assiduo & aliqui bene multũ: necesse est animus paucis summas ingentes redigi. Solem cum viatoribus permutationem facere, vt collybistæ, atque vt vnum nummum ferant ei 30. aut 40. nummos reddere, retentis quos grosos vocamus, in thesauro sine dubio reponendis. Audiui quendam dedisse in matrimonium alteri mendico filiam cum dote non spernenda, obulorum putare aliquot modios; qua multitudo aureos quingentos fecerit. Fuit, qui in pallium (quis hoc suspicatus vnquam esset?) trecentos coronatos insuerat. Ebrietas operta recludit. Ex occulto sermonem mendicorum vino madentium auscultaui nuper. Non pauca ex his, quæ à nobis disputata sunt, de se proloqui, & cum gloria & prædicatione sese efferre, tum cuicunque hominum generi, quantumcunque felici anteferre non dubitabant. Et quanquam sobrii cum sunt, conditionem suam coram aliis mire lamentantur, tamen reipsa suo statu gaudent: nec eum cum quouis alio commutauerint. Hoc mihi ex eo fit probabile. Sedet in via tectus sordido & lacero, pediculoso etiam palliolo mendicus, obtestationibus ingeminatis abs te prætereunte stipem flagitat. Indue hominem amictu nouo, eoque vili: da illi crumenam pecuniæ refertam dic te velle adducere, & eius opera clementer ac liberaliter vti, nihil ei defuturum: mentiar, nisi repugnet, nisi abneget, nisi se iniuria affici conqueratur. Non quia modestus sit: quia se tanta humanitate & beneficentia indignum arbitretur: sed quia illis commodis, & illa gloria sua, de quibus vos disseruistis, & istis delectationibus suis, de quibus ego aliquid pro tenui parte mea disserere volui, priuatum iri planissime intelligit. Plurimum reuera suo quemque statu recreari & lætari oportet, si eum cum alio, quanquam meliore mutare nolit. Quapropter, ne in re clara & manifesta sim verbosior, si vos meis rationibus proinde vt ego vestris assentimini, nihil hoc vitæ genere ab omni fælicitate fælicius, magisque nomen ipsum mendicitatis odiosum, quam res subiecta in vitio est: nec vituperationem potius, quam laudem meretur. N. Nos vero oratio tua, quam valde probamus, in sententia confirmauit. C. Ducem & auctorem me huius nec insulsæ, & litteratæ disputationis fuisse iuuat. Fuit hæc molestiarum itineris huius non modica leuatio.

IOANNIS FABRICII MONTANI

DE PAVPERTATE.

Paupertas odiosa viris, odiosa puellis:
Diceris omnigeni proxima causa mali:
Te fur accusat, te qui mendacia nectit,
Verbaq; dat medias institor ante fores.
Te latro, qui vitam miseris mortalibus aufert,
Immitisque feras obsidet arte vias.
Oppida tu sævis docuisti cingere flammis:
Tu fera mansuetis induis arma viris:
Exercesque malas odiis discordibus iras;
Miles vt ignoto casus ab hoste cadat.
Ergo quod innumeris sunt omnia plena periclis,
Quod variis hominum vita referta malis,
Id vitium omne tuum est, paupertas pessima rerum:
Adde, quod et studiis exitiosa bonis.
Et quos eueheret sublimis ad æthera virtus,
Vile apud tenebris econterere vetas.
Hæc aliquis de te paupertas optima rerum,
Invidiam lingua conciliante refert.
Scilicet hanc olim legem mortalibus ægris
Luxus, & infamis dixit auaritia.
Hinc cædes & bella vigent, hinc vita magistris
Et fatere, & cœpit fanda nefanda pati.
Felices homines quos secula prisca tulerunt:
Paupertas illis non onerosa fuit.
Sylua dedit latebras exeso pumicis antro,
Aut casa populeis stans adoperta comis.
Vestis erat niueo quod quis detraxerat agno
Vellus & ex villis nexile creuit opus.
Non radius, non fusus erat, nec stamina telis
Nebat ad inuisas fixa puella colos.
Nec calidis suspensa foris versabat ahena
Prima rudem lanam tingere docta Tyros.
Tunc faciles victus, tunc intemerata iacebant,
Iugera, cultori vix bene nota suo.
Paulatim successit amor sceleratus habendi
Ægra parandarum curaq; creuit opum.
Aspera mox segetem spinis includere sepes,
Mox cœpit agri terminus esse lapis.
Dein fulvis tentare viam labentibus ausus,
Nauta per placidas leniter cucurrit aquas:
Post etiam per aperta volans maris æquora, cæcum
Lucida per cœli signa notauit iter.
Non modus aut requies: ventum est in viscera terræ.
Heu mihi quam multis ars stetit illa malis.
Concretum in silices venis exscinditur aurum,
Et liquidis riuis cocta metalla fluunt.
Hinc reboant magna positis incudibus vrbes
Amplaq; distentis arca tumet loculis.

Hinc noua vix capiunt geminatam horrea messe,
Condit & autumnos vnica cella decem:
Hinc tibi paupertas, venerunt mille labores:
Luxuriaeque nocens est adaperta via.
Exuvias induta tuas matrona per vrbem
Incedit, Tyrio conspicienda sinu.
Et gemmis euincta comas, evincta lacertos,
Progreditur spolijs virgo superba tuis.
Sufficit ipsa alimenta alijs: nec diues araret,
Spargeret aut culta fertile semen humo.
Purgaretue solum: nec luxu segnis inerti
Pampineas vellet cadere falce comas.
Et nisi tu contra luxum tam fortiter ires
Deficerent vua deficeretque seges.
Nec quicquam Musas paruo contentus amaret:
Omnes vnus amor sollicitaret opum.
Salue magna parens rerum, tibi Daedala tellus
Sufficit omnigeno munera larga sinu.
Gemmea purpureos tibi ducunt prata colores,
Laetaque natiuas explicat arbor opes;
Spicea triticeas tibi ponit messis aristas,
Area cum multo verbere tunsa gemit.
Tu fruges torrere doces, tu frangere saxo.
Grandiaque in calidis pinsere liba focis.
Praeterea faciles Musa tibi carmina dictant,
Carmina Diuis ipsis cognita caelitibus:
Carmina, quae superent reges, & munera regum,
Carius aut si quid maximus orbis habet.
Possideant alij, quidquid fertilibus aruis;
Quicquid & in toto nascitur Oceano.
Cumque suo diues multum quoque palleat auro:
Proximus argento sit tibi auarus calor:
Et cum mille vias omnibus natura nocendi
Inuenit, inveniat in quoque mille vias.
Dummodo me sancto non dedignetur amore,
Qui reserat caeli lucida templa puer.
Non dubitem solus habitare mapalia sylvis;
Non olidas sterili pascere monte capras.
Diuitias circum labor & stat dira cupido:
Res est secura mentis, habere nihil.
Sancte puer nostras non auersare Camoenas:
Mecum Pierius te quoque misce choris.
Paupertas sed prisca redit: sic pristina tecum,
Simplicitas, animis sic redeatque vigor.
Te sequar & quantum vitae dant fata benigna,
Miser id in castas omne merebo tuas.

GEORGII TILENI
PAVPERTAS.

O Quam diues opum es paupertas! libera casis
In lare qua pacem laetitiamque colis.
Non muro tibi, non fossis opus: ipsa perennes
Tuta fide excubias & pietate, geris.
Non tua vel caelum, vel stellae commoda mutent:
Pabula nam vita parca, sed apta capis.
Labe cares simplex animi, nec turgida fraude,
Degat in angustis quod tua fama locis.
Non oneras animam cognati sanguinis haustu;
Es nulli, cunctis officiosa, nocens.
Quare nemo tibi numerosos inuidet annos
Et casa fautores & toga vilis habet.
Nemo tibi sumptu grauis est, vel vocibus: vt te
Grata sapore beet mensa, sapore torus.

TVMVLVS MENDICI: IOH.
IOVIANI PONTANI.

Nulla mihi viuo domus; nunc certa sepulto est:
Vitaque, paupertas, mors mihi diuitia.
Vita mihi exilium; requies ad certa, sepulchrum.
Nudus eram viuus: mortuus ecce tegor.

LVDOVICI BIGI, AD
CANDIDVM.

DE PAVPERTATE.

Magna licet tibi sint patrimonia; nil tamen aeque
Sordidulam ac metuis, Candide, pauperiem.
Nunquid habet tantum illa mali, tam flebile quid-
Debeat vt fortem sollicitare virum? (quam.
Forsitan à caris ne destituaris amicis
Inde times; crebro quod cecidisse solet.
Hoc primum bene de nobis operosa meretur
Paupertas: blandos detegit illa dolos:
Nec falsos decepta fouet, nec pascit amicos:
Pauperibus nunquam subdolus haeret amor.
Bellisonos pauper lituos interritus audit:
Nec quaerit, capta quid ferat vrbe, feras;
Prospicit incolumis, fugiens tantummodo, vitae;
Cum nullo desit panis & vnda loco.
Scit victum exiguo constare, nec esse necesse
Possideat magnas, vt bene viuat, opes.
Scit mala vota suas quis merserit aequore gazas,
Posset vt ingenio liberiore frui:
Scitque, quis ad solem, contentus vase rotato,
Munera Pellaei spreuerit ampla ducis.
Excolas vt mentem quiquam non obstat egestas:
Gaza sed ampla nimis saepe nocere solet.
Si magis esse putas animum quam corpus amandum,
Viuere te censu pauperiore doce.
Quod satis est vitae, retine: praestet ut egenis,
Quod superest: vitae sat, toga, panis, aqua est.
Quod si fortunas amor est seruare paternas;
Desine diuitiis saltem inhiare nouis.
Nemo potest animo pariter lucroque vacare.
Accipiter geminas non bene captat aues.
Altera diffugiet, sine vtraque saepe: sequensque
Saepe duos lepores, perdit vtrumque canis.
Si te opibus satiare prius fortasse sequutus,
Explebis tantum quo, precor, anne sitim?
Erue Pactoli totas fulgentis arenas:
Et Tagus & Hermus, congere, quicquid habent.
Sterne domum argento, tegat aurea lamina muros.
Omnis ab Eoo sit tuus orbe lapis:
Nec valeas numerare pecus, nec perdere nummos:
Plus cupere inde tamen discet auara fames.
Quid Natura satis credat, nec Opinio, quaere:
Haec etenim immensum postulat, illa parum.
Nunquam diues eris fallentia vota secutus:
Erranti nullus terminus esse potest.
Horridulum cape mantellum, stratoque parumper
Vtere gramineo, rusticoloque cibo.
Pauperiemque adeo dehinc duxeris esse timendam?
Quid si plus locuples anxietatis habet?
An facile est multos & edaces pascere ventres?
Hiis soccos, illis suppeditare togas?
Armentisque luem sceptroque timere ruinam?
Aut nimios aestus, luxuriemque satis?
A rebus saltem interdum secede caducis?
Et tandem aeternis disce vacare bonis.
Temnere si nequeas census, inter istus illos
Posside, & his animum posse carere doce.

IVLII CAPILVPI EPITA-
PHIVM PAUPERIS SENIS.

PAuper eram, mihi parua Domus, mihi vilis agellus,
Et tenui mensa parua salina mihi.
Non stomacho capitiue meo dolor obfuit vnquam;
Nec secuit vetulos tarda podagra pedes.
Nec mea sollicita vexarunt tempora cura.
Nec timui parco mixta venena mero.
Sic vixi & perii Croeso felicior ipso:
Namque deesse nihil, nec superesse dolet.

Vt fuit

Vt fuit ad victum tam viuo terra, sepulto
Sic erit ad tumulum nunc mihi parua satis.

FLOR. SHONOVII,

Tam gaudere pauperem, quam diuitem. Ode.



Am sunt pauperibus gaudia sobriis,
Quam sunt diuitibus. Mens bona gaudium,
Non gazæ pariunt, sæpius Euclio
Magnus inter opes gemit.
En parua residens Diogenes casa,
Corrodensq; cibum cum parasitulis,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit forte beatior.
Diues delitiis undiq; diffluens,
Sortem sæpe sibi pauperis expetit,
Mutans Pontificum prandia prandiis
Mensa Pythagoræ aureæ.
Nil est dulce adeo, quod renuat vices:
Sic pauper requiem lassus amat suam,
Cum diues, nimio languidus otio:
Captet sponte negotium.
Diues sæpe iacens culmine montium,
Captat flos fero gramine somnulum,
Quem duri comites, claraq; purpuræ
Lecti sponda fugauerat.

ROBERTI TVRNERI: ENCOMIVM DEBITI

Seu

PARADOXON.

Melius est debere, quam non debere.



Lcibiades in suo symposio, Socratem dum vellet colore vero viuoque exprimere, eum Pharmacopœi pyxidem dixit. Pyxidem certe, extra si videas, intus si penetres. Vidistis enim Pharmacopœi officinam pyxide vndique instructam, & pyxide, quæ præ se ferebat Harpyias, Satyros, hœdos reptantes, ceruos alatos, anseres cum frenis, alia monstra: quæ prius rideas, quam videas. At intus si penetres, erit quod quæres, quæris? erit quod ames, amas? erit quod emas ingenti precio, lautas scilicet res, balsamum, ammomum, zebetum, ambram, muscum, alia, quæ seruant sanum, sanant ægrotum. Ad hanc normam exigebát Socratem, vultu, ac moribus taurum potius, quam hominem, extra si examines: at intus si iudices principem hominum, quo nihil vidit vel schola nitidius, vel mundus diuinius.

Quorsum ista? vt me purgem prius, quam peccem. Nam cum hoc tempore pessimæ quoque res vincant optimas, sensus intellectum, potius cerebrum, oculus visum, volo afferre paradoxon: quo nihil ne Stoa quidem audiuit implicatius: scilicet, MELIVS ESSE DEBERE, QVAM NON DEBERE. Stuperis? vel desinite stupere meum paradoxon, vel incipite stupere Pharmacopœi pyxidem extra monstrosam, intus pulchram, extra falsam, intus veram, extra dubiam, intus certam & ad normam Socratis penitus depictam. Date mihi quæso, hanc operam, vt me legatis. Ego vobis vicissim dabo illam operam, optimam: vt vos omnes beem. Omnes si estis felices, estis debitores. Cum infelicibus nihil mihi hodie, nec vnquam erit, si potero cauere. Ordiar ab ouo, vt concoctio sit facilior. Homo natus est non sibi, sed aliis, aliis, etiam canibus, & bobus, ne puteris fortasse tantum patriam, parentes, amicos, cum Cicerone. Siquidem Deus homines ea lege finxit: vt quemadmodum ignis non se, sed alios splendore suo, & ardore complet: sic homo quicquid habet genii, ingenii, moris, amoris, aliis habeat æque ac sibi. imo, si heros velit esse, aliis magis quam sibi. Id homo si non sciat, sua ipse, meridie luce: corporis illa fabrica pulchre sciteque à natura diuino quodam ordine expressa facile docebit, clara docebit. Siquidem animo illæ sunt partes, vt corpus vegetet, corpori hæ, vt animum sustentet, vtrique æque plures vt alter alterum mutuo quodam fotu, & subsidio tueantur, si velit aut illud viuere, aut hic moueri. Hoc quid aliud est, quam esse mutuum debitorem, corpus animæ, animum corpori, omnia omnibus? At ista non videntur: male Philosophus es, qui vis videre. Tamen vt istud etiam tibi dem, vide in membris tuis ipsam veritatem. Oculus videt pedi, pes stat manui, manus tangit ori, os edit stomacho, stomachus digerit corpori, redditq; à singulis quod det, tanto ordine, tam arcta lege, tam certo tempore, vt videamus, DEUM aut nolle hominem esse, aut velle esse debitorem in omnibus partibus, non in singulis tantum. Hæ res tanti apud me sunt, vt cui velim serio esse amicus, illi certe velim esse debitor. Nam qui me afficit tanto beneficio: illi certe debeo, vt et vicissim liquidissima voluptate afficiam, si possim.

Possum autem nulla liquidiori via, quam debitor. Siquidem pecuniam cum reddo, quanta voluptas? maior re, liquidior fructu, perfectior cumulo, quam illa Alchimistarum de stanno mutato in argentum, cupro in aurum.

Hi enim non putant omnino se inuenturos, quod quærunt, si inuenerint, extra se sunt præ gaudio Sic debitores, si accipiant quod difficulter se accepturos sperabant, ita exultant, & gaudio quasi triumphant, vt lætitia patris de filio seruato, præ hac, nulla sit. Deus ex nihilo nos finxit, tantum nunc etiam, de nihilo homines nihili redemit, tamque arcte sibi deuinxit: vt simus mente & lingua indigni, si putemus nos posse aut mente parere, aut lingua edere gratias huic beneficio pares.

Debitores ergo esse Christo debemus velle, nisi velimus esse in Christum impii. Videtur pars quædam diuinitatis, gerere in se formam Christi nec verius, nec melius geres, quam si, vt Christus sibi omnes, sic nos nobis plurimos faciamus creditores. Esse creditorem, quanta res supra hominem, vt leuiter dicam. Qui enim debitor est, id huic proprium? habere pro se omnes ad Deum supplices. Scribunt de seruis Gallicis, qui erant eodem, quo domini tumulo contecti, totos annos posuisse in precibus pro salute dominorum. Ad hanc normam formo creditores. Sudant, algent, orant, flent, rident suis debitoribus, quia hi illis timent (plus enim illis est pecunia, quam vita) ne creditum amittatur, moriuntur, illi his viuunt: vt esse debitorem sit esse dominum, si rem exigamus ad veritatis libellum. Boni verbi sint mihi testes mali: vsurarii Galli, qui, quod frumenti precium minueretur, literas se fecerunt longas: malueruntque mori, quam vitæ suæ aliquam felicitatem communicare aliis. Quanto igitur charior illis pecunia, quam vita, tanto contentius pro debitoribus orant, non tam sibi vt diu viuant, quam vt illis viuant feste & vtiliter. Soluendo qui non est, creditori quid obligetur?

Debitores ergo honorandi sunt, quid non honorandi? perpendite qua voluptate dum vident ad se venientes creditores, tam humiles, tam obsequen-

tes, tam reverenter usque ad genua supplices, ut nihil magis antiqui Romani laudi ducebant maximæ prensari. Nullus nullius ordinis Romæ maiori humanitatis specie prensabatur, quam à creditore debitor. Creditores laudant, ut lædant, quanquam dum lædunt, titillant, omnemque quærunt viam quà obiiciant debitori versuram, ut est, copiam agendæ, non dico rei, sed felicitatis ipsius. Dic mihi Melibœe, quid iam in debitorem viri aut convitii? si dicas vitium, contra est Deus: *Mutuum date nihil ex eo sperantes* si convitium, *facite* (inquit Christus) *amicos*, id est, facite vobis debitores *de Mammona iniquitatis*. Tolle mihi quæso, ex naturæ orbe debitores, quos vero reliquos? miseros omnes qui non habent, cui credant. Imò istud debere, videtur habere certam affinitatem quandam cum cœlo, cum terrâ reliquisque elementis, in quibus tanta est concordia, tantus amor, ut terra non velit esse sine reliquis, nec reliqua sine terra. Ex quo facile colligere est, ut vitam nostram cibo, potu & aëre, ita naturam humanam mutuo debito sustineri. Nec anima huius universi, quæ secundum Academicos omnes tes animat, sive debito suam obire functionem potest.

Nam si cogitemus mente ideam mundi extra debitum, nihil præter odium, invidiam, turbam cogitabimus. Mente pingamus Metrodori mundum, Iovis luctam cum Saturno, nullus usus siderum, nulla intelligentiæ vis, nulla necessitudo elementis cum elemento, Solis cum Luna, Deorum cum dæmonibus, aliarum rerum cum aliis, quid non fœdi, tetri, abiecti obueniet mentis tuæ oculo? ubi non est aut mutui datio aut accepti redditio introducitur chaos illud magnum non magnum, in quo omnia & nulla & ideo nulla, quia omnia. Quid exclamo, confusionem? satis dixi, qui dixi, chaos. Mutuum ergo, & debitum debemus ponere, ut ponamus mundum veré mundum ob ornatum & cum ornatu. Stellæ quidem pulchræ, sed sine opera Solis fœdæ, terra fructuosa, sed sine subsidio aquæ monstrosa, æstas amœna, sed sine temperatione elementorum pestilens. Nihil est in hac machinæ magnæ molitione aut magnum aut pulcrum, nisi accipiat ab aliis, quo fit magnum, & det aliis, quo fiunt pulcra. Mitur antiquitatem superstitionis vel matrem vel alumnam, quæ Solem, cœlum, solum, imò beluas consecrarit, tam fuisse hebetem & plumbeam, ut nullam debito & mutuo divinitatem tribuerit. Nam si aliæ tes Diuæ putarentur quod utiles, cur non debitum, in illo cælesti solio locarum, debitum, inquam, à cuius vi vivit, quicquid vivit, floret, quicquid floret, splendescit, quicquid splendescit. Quanquam sint aliæ res, aut possunt esse non constrictæ ipsæ inter se mutui debitique iure divino: homo vero non debitor quamdiu stabit? quid? stabit? cum dicto cadit, siquidem hominem tollimus, si tollimus amorem. Amor vult debere, imo debet timere. Sed fingis hominem sine aut debito amoris aut amore debiti. Quod monstrum; negat caput oculo pedem, oculi pedi visum, pes corpori statum: levicula ista præ ut alia, manus ori, os stomacho, aliæ partes aliis negent quam debent functionem, quo ibit homo? in sumum & cinerem parentes suos: nec ullus hinc Æsculapius eũ in lucem unquam revocaverit. At in mundo si debeant res rebus ex illo mutuo complexu, res firmum & æquum. Inter Zonas, cœlos, cœlorumque motiones quis amoris complexus? debitus iste. Nam si tollis, ipsos cœlos tollis, elementa cum elementis tam arctè cohærent, ut elementa sibi invicem videantur alimenta. Dissolve hunc nodum. Non pores certe, nisi unà dissolvas magnam hanc rerum machinam. Rerum inter se hæc concordia debita dat mundo deos omnes, Bacchum vino, Cererem frumento, Floram herba, Pomonam fructu, certe, si quantũ alter alteri debet, tantum quisque redderet, rediret nobis Saturni illud seculum aureum, in quo non essent aurum, argentum, alia, illud meum, hoc tuum, sed omnia omnium, prout necessitas iudex aut index. Facessant Persæ, qui infamiam putant debere, facessant Ulpianus, Modestinus, alii minuti, ut mitis sic pecuniæ aucupes, qui volunt in debito esse speciem quandam servitutis. Debeo ego semperque debere volo. Cui? minimus maximo. Cui? servus domino. Cui? cliens serenissimo principi Ernesto, qui quantum à Deo bonus, tantum aliis hominibus suis quasi Deus largitur. Aliis quid & quantum debeo? Quod charitas quasi legem iubet, proximo me, quantum mei permittit aut pietas in Deum, aut Reverentia in Ernestum. O felicem me, omnia debitorem.

A. GELLII THERSITES ET QVARTANA

Noct. Attic. Lib. XVII. Cap. XII.

INfames materias, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant, & veteres adorti sunt non Sophistæ solum, sed Philosophi quoque & noster Favorinus oppido quam libens in eas materias decebat, vel ingenio expergificando ratus idoneas, vel exercendis argutiis, vel edomandis usu difficultatibus. Sicuti enim Thersitæ laudes quæsiuit, & cum febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa, & non facilia inventu in utramque causam dixit, eaque scripta in libris reliquit. Sed in febris laudib. testem etiam Platonem produxit, quem scripsisse ait, cum quartanam passus conualuerit, viresque integras recuperauerit, fidelius, constantiusque postea valiturum: atque inibi in iisdem laudibus non hercle hac sententiola inuenuste lusit. Versus, inquit, est longo hominum æuo probatus.

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Eo versu significatur, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atq; alio male. Quod cum ita sit, inquit, ut in rebus humanis bene aut male vice alterna sit: hæc biduo medio intervallata febris, quanto est fortunatior in qua μία μητρυιὰ, δύο μητέρες?

VLRICHI DE HVTTEN, EQVITIS, FEBRIS PRIMA. DIALOGVS.

INTERLOCVTORES HVTTENVS & Febris.

HVTTEN.

QVintu abis, quam oportuit primo statim die exigere, tam molestam hospitam. Atq; audin? Abi, abi, apage. FEBR. At ex tua sinnul humanitate, & veteri Germanorum instituto fuerat, hospitium saltem commonstrate abeunti. Quanquam te rerum, si fieri potest, oro, ne expellas huc hyemis, incertam quo divertendum sit. HVT. Tibi dico primum abi. Ad hospitium deinde quid pertinet, vides hanc portam? per eam descenditur recta. FEB. Duc me, age, verum ad aliquem duc voluptarium, divitem, potentem, cui equi sint, ministri, comites, & familia copiosa, & vestes, & horti, & balneæ. H. Hospes est hic ipse, ad quem duco: sed non caret his, ac utitur credo. Atque eccam tibi domum

mum. Agit ibi magno cum comitatu Cardinalis S. Sixti, Roma huc profectus, pecuniam à nobis ut petat, in bellum contra Turcas: quam insumant Romanenses isti, magno iterum apparatu expeditionem moventes penu bellatores, obnoxium tibi genus. Age, occupa, cubat autem in palla purpurea supinus, inter complura circum aulæa, & ex argento cœnat, ac auro bibit, ita delicate, ut neget in Germania esse homines qui palatum habeant. Damnatque Perdices hic & Turdos, Italicis absimiles dicens: ac mihi sapore respondentes. Nauseat farinam, ac panem insipidum vocat: Ac vinum bibens lachrymatur, Italiam clamans & Corsicum invocans. Obq; has imprimis caussas Barbariem nobis imputat, & ebrios vocitat. Nec per quatuor menses, adhoc appetitui satisfecit, ganeæ & saporum inediâ. FEBR. Surdæ cantilenam hanc. HUTT. Quid? Non aptus tibi hospes? aut quenquam hic invenies magis Principem, cui sic inclinent alii & congeniculent? Aut non dignus tibi videtur febre? FEBR. Etiam podagrâ. HUTT: Quam ob causam non placet igitur? FEB. Ille macilentus? ille gracilis? iunceus & exuccus? ille obstipo capite? ille nuper inter fratres atque adeò casearios? ille novitius Cardinalis? per reliqua veros? ille tribus obolis cœnans? cuius ego cocum redeuntem sæpe à foro cum carnis semuncia video? HUTTEN. Invertis omnia. Ille inquam magnificus, ille reverendissimus, ille à latere, cuius est dominatio, cuius paternitas, cuius clementia, quem credibile non est sordidè vitam degere cùm Germanos satis lautos non putet? FEBRIS. Ut vivat ipse, nihil pugno. Me verò quomodo bene habebit, qui suos omnes malé pascit, male vestit? ad cuius ædes ubi compulsassem nuper, & me increpuisset ianitor, perissemq; aliquot ibi dies hospitari, audin hos inquit strepitus? audio dixit. Erat autem quidam aliquid quasi petentium pulsus. Panem ait, rogant pransi domestici, panem, inquam ego? Atque ita parcè datur hac in domo cibus, ut ne panis quidem satis apponatur? Ita parcè, inquit, tum pulvilli non sunt, aut plumæ, nullaque omnino mollicies, prætetquam ea, cui se Cardinalis ipse devovit, & in qua deliciatur. Verum is maledictionibus adversum te instructus est, excommunicaturus, statim, ac latum intro pedem accesseris. Legatus est enim Leonis maximi, male & bene, ut meretur quis, aut ipsi visum fuerit precari potest. Dictum putavi, atque abiens, te inveni benigniorem statim hospitem. HUTT. Tum oie tenuius, ut video, cœnare oportuit, quem tu ounquam, si meminero, invenies hos apud sacerdotes, largius epulantem. Verum isti tibi opifices inepti sunt, opinor, & ipsi hospites. FEBRIS. Qui me partim inediâ procul arcent, partim corporis exercitio longe proturbant. HUTTEN. Ad principum te autem domus, aut illorum divitum quid si adduxero, aut mercatores, atque adeo Fuggeros tibi si indicem? FEB. Nihil: Cinctos omnes turbâ medicorum inveni, accedens aliquando. Proinde & apud ipsos quoque non est locus, duc aliò, per meum illud in te vetus beneficium, oro. HUT. Per quod tuum beneficium? Quam mihi fictionem narras? Tu autem beneficio afficis, quos habes. FEB. Te omnium maximè. An excidit octavo ab hinc anno quàm te studiosum, quàm pietati deditum, & quàm patientem te reddiderim, quartanâ quãdo adfui sex, non ampliùs, menses? HUT. Imò, valdè quando cruciabas tu me, ego contrà tui tædio impensiùs studia colui. Verum agnosco consilium. Ad illud te refers defensorem tuum, qui istâ instruxit oratione quâ uteris apud eos, quibus per risum etiam molestiam accumulas, fingendo Studiosos facere te, & ingeniosos. Quòd si vera sunt, quæ de tuis ille beneficiis commemorat & narrat; quare non item valentiorem me reddidisti post cum ille dicat, à quartana: quod conualuerit simul, eum rectius valiturum post, quam vnquam prius? At ego tot illos à tuo discessu annos ægrotaui, aliis atq; aliis continuo morbis. F. Quia derelinquendi tui consilium haud tum cæpi, & tunc quidem vt mox reditura abcessi. Nunc vero nisi in aliquod me dignum auertis hospitium, dico tibi, vt propositum est meum: ne adhuc quidem desera, ac inde etiam adero, totos si videbitur sex aut septem annos. H. At egu tribus, vt ille, obulis interdum opsonabo, & abstemius vjuam. F. At te ego delicatum reddam, per mei affectionem, alia ex aliis vt concupiscas. H. Tunc medicos superinducam tibi, & illum statim magna cum fiducia Stromerum. F. Ha medicos, ha Stromerum: quasi mos ego ibi mores haud sciam, qui ægrotare malis totum libenter anoum, quam illud semel aut iterum vorare Rabarbarum, aut Hellebori scrupulos duos. Quin illũ mihi superinducis, qoi videns auenæ granum in agri lolio, equum deuorasse eum putauit. H. Quod cauere me oportet, nunc autem alios iterum ad hospites traducam. Et quia cum voluptariis illis negotiũ tibi esse dicis: sequere hac me, ad illos abimus fratres, molliter per omnia vioentes. vel hoc argumento, quod obesi sunt, & bene curata cute, tam iucunde viuunt & suauiter, motanturque intra cellas raro ad illud, quod obesse tibi video, corporis exercitium abeuntes. Bibunt autem vinum, & esu piscium vtuntur intemperatissime. Eu te dignum hospitium. F. Non abducis. Audiunt enim mulierculatum confessiones, & incantamenta discunt, quibus vel procul visam me abigunt. H. Vin', ad illos igitur Canonicos, quibus eadem ista affatim, & copiosius adhuc multo adsunt, nisi quod equitant interdum & venentur, exercendi tuoul & oblectandi sui gratia? Omnes conuenire tibi existimo, siquidem peris succulentos, & bene pastos aliquos, qui opipare cænant, molliter cubant, suauiter otiantur, & ne quid esse adversum te munimenti suspicietis, secure vitam degunt, illis medium digitum ostendentes medicis, quos tu nescio quomodo in tantum oterius, apud Fucchetos, cum plerumq; magis ægrotent, quibus ipsi adsunt: quam qui vt apud Saxones, sine medicis ætatem degunt. Scilicet medicos contemnunt, hi quos dixi. Præterea supini vt plurimum iacent, & in balneis delitiantur, aguntq; conuiuia creberrime, & inter scorta ebrii ad multam plærumq; noctem desident. Quo fit, vt crudis sint stomachis; & subinde male concoquant. F. Est hoc quidem aptum febri genus ac digni videntur huiusmodi, quibus quam diutissime cohabitem. Sed vereor innumerabiles, ne me ibi ægritudines præuenerint, quandoquidem sic viuunt illi. Putas tu aliquem horum enim morbo haud dum captum? & quem non occuparit podagra nuper, aut calculus, aut hydropisis, aut ischia aut articulorum cruciatus, aut lepra, aut morbus regius, aut caducus, aut gallicus, aut pessima quæque scabies, aut Cancer, aut Polypus, aut lupus aut fistula, aut Angina? Aut qui manibus ac pedibus perpetuam miser ebrietatem tremat? aut laterum dolor quem vexet? aut qui vtcunque affectus sit quo minus febri locus esse possit? Nam & hæ, quas dixi, & aliæ innumeræ pestes, culinam sequũtur, mensas & conuiuia quærunt, ac cum delicatis illis, & pinguibus, habitare gaudent, & ad ferculorum, vt ego, varietatem, & luxum, agminatum confluunt. H. Confide, aliqui vacant enim: iste inprimis Curtisanus, qui nuper ab vrbe reuertens, eum apud quendam illis Cardinalem didicisset molliter viuere, in medias se repente delitias coniecit, agitque periucunde. FEBR. Bibit vinum? HVT. Perbibit. FEB. Condit pipere, & cinamomo, & zinzibere, & gatio-

riopbillo? Hvt. Largiſſime. Febr. Habet lectos, & tapetas, & culcitras plumis ſuffertas, & ceruicalia, & ſericum? Hvt. Inſtructiſſime. Febr. Tum piſces edit etiam? Hvt. Lucratur, ſed non niſi caros, & magni emptos, amatque perdices, & phaſianos, & ſi leporem edat, pulchriorem ſe fieri putat. Iam autem longam hanc hyemem dicit, quæ caret aſparagis. Feb. Et lauat nonnunquam? Hvt. Cupidiſſime, & crebro. Febr. Non auarus eſt interim? Hvt. Profuſiſſime liberalis. Febr. Negotium eſt illi cum medicis? Hvt. Odit infenſe, & Germania expellendos putat. Febr. Pellitus eſt, aut aliter bene veſtitus? Hvt. Immo vt ille apud Martialem,

Optat & obſcuras luces, ventoſque niueſque,
Inter ſexcentas Bacchara gauſapinas.

Feb. Vereor ne me haud diu ſuſtinere poſſit, his moribus. H. Id tu videris ſcilicet, quem cur velles ſtatim ſuffocare, quem diu tenere poſſis? F. Si me delicate nimis tractauerit. Verum heus tu, habet Muſicos. Hu. Et paraſitos. Fe. Et ſcortum habet, quod nos enter. H. quoddam molliculum & blandum. F. Habet ventrem? H. Iam extare ille incipit Feb. Quod ſi me non acceptat ille, tunc tu quo duces? H. Circumducam. F. At te ego circumſcribam. H. At te ego contemnam F. Ad te ego iugulabo. H. Ad tibi ego oppedam. F. Tebri: Hut. Tibi febri, ſuffragantibus inedia, exercitio, ſobrietate, & acta durities per omnia vita. F. Tentabo beneficiarium illum, poſt de te videro. H. Vt voles, ego me hinc proripio.

VLRICHI DE HVTTEN, EQVITIS, FEBRIS SECVNDA. DIALOGVS.

INTERLOCVTORES HVTTENVS Febris & Puer.

HVTTEN.



Vndin' hoc puer adpulſus? atque hunc audin' oſtii fragorem: Audin'? Audin? Sinis bas nobis effringi fores? Verum heus tu de feneſtra foras proſpice, tum ſiquid importuni eſt, dic non eſſe domi me. Feb. Non eſſe domi te vero, quę hæc ego loquentem audio? Quin aperis, atqu. hoc a vento, bis imbribus intro admitis. Puer. Febris eſt here Pro Chriſte, pro ſalus, qui manicmur hac a peſte? Vin' lapidibus exturbem? Vin' telis, atque armorum genere omni? Hvt. Feneſt. m occlude primum, nequem nobis inſpiret ſurinum, vt ante, venenatum puer halitum. Occlude ſtatim atque accurate. F. Aperi. H. Nihil minus. F. Solebant hæ patere vltro mihi. H. At nunc clauſæ tibi ſedem ſunt F. Quod miror, atque igitur aperi hoſpes, aſperi H. Eodem conſilio dic: ſuſpende te, hoſpes, ſuſpende te. F. Neque vnquam aperies tu febri? H. Siquidem claudere poteſt. F. Hoſp taliſſime virorum, per te veteris contubernii neceſsitudinem oro, aperi. H. Per te ego illius contubernii plequam odii recordationem excludo magis multo. F. Siſis hoc patere mihi hoſpes, atque aperis benigniſſime, humaniſsime? Hut. Ego minime. F. Delitium muſarum aperi. H. Peſtis ſtudiorum abi. F. Aperi, aperi, febris ſum, Huttene, febris.

Hvt. Eſto. Pver. Dic acerbius aliquid here, alioqui franget oſtium, ipſamque expugnabit domum.

Vt tremunt tigna. Depelle, increpa, obiurga. Hvt. Oppone vectes, hunc inprimis bipedalem. Quid tibi nobiſcum vero magnates quæ petis, & delirantos illos? Adeo ſacerdotum nihil eſt, & mercatorum? F. Te quæro primum. H. Et te ego fugio primum. F. Cauſa eſt. H. Etiam hic. F. Cur quæram? H. Cur fugiam? F. Quædam adnuntio. H. Capax non ſum. F. Opus te mihi conuento eſt H. Te mihi vero opus non eſt. F. Olim eras tualius. H. Recte, libenter enim melior ſum. F. Admitte ſub tectum à vento a frigore, à pluuia. H. Quoties dicam non facere me F. Iniquum illum icciteo rumorem; qui te humanum, qui benignum prædicat, & hoſpitalem. H. Talis quidem in alios ſum. F. Meque excludis? H. Vin vides. F. Iniuria. H. Mihi ſic videtur. F. Mihi vero, quod male nunquam merita ſim. H. Quo minus coueniat inter nos diuerſa ſententies. F. At idem ſentiam, & tecum dicam prius quidem non meruiſſe bene, nunc vero meruiſſe optime. H. ... nibis gratiam. F. Quiſcis? H. Qui? Vetus ille febris hoſpes, longa conſuetudine, multis generibus, quartanæ, quotidianæ, tertianæ, acutæ, hecticæ, & quæ extiterunt nomina. F. Mutaui mores. H. Factum probo. F. Atque igitur accipis? H. Ego quidem excludo F. Saltem ad colloquium. P. Terre. H. Ne ad conſpectum quidem. P. Vis bombarda uitonem? H. Lentes obiice potius. Quæ mea febris, benignitas eſt, ne eſurias, excludo, & ad voluptarios illas remitto, ne poſſis male tractatam quæri. F. Tecum eſſe placet vtcunq. tractes.

Hvt. Mihique ſine te vtcunque habeas. F. Cuiusquam tu colloquium fugis? Hvtten. Tuum inprimis. Fe. Vi mutatus. Tria tantum verba dicam. Hvten. Non audiõ. Pver. Tu quæ delitias, quæ prandia, quæ luxus, & cruditatem quæ ſectaris, hæc nobis cœna fuit proxime. Febr. Lentes video.

Pver. Noſtrum cibum, tunc: Pythagorici eram ſumus. Febr. At ipſum heri Pythagoram mandebamus, ſiquidem fuit in gallo gallinaceo illo Pythagoræ animus. Pver. Perimus. Vidit enim adpoſitos cicures.

Hvttenvs. Immo igitur occidebamus gallum, febris, quia edebat lentes & ipſe. Febr. Et quaſi in lentes tranſiiſſet gallus, non in illum lentes, ſic edebitis? Hvttenvs. Quid tum? Feb. Et multum bibebitis large? Pver. Nos vero aquam. Hvttenvs. Coctam. Febr. Eſto, nec aquæ potores fugio, iamque illis conuiuere didici.

Hvttenvs. Pete illam igitur proximo rure caſam: eius dominus viginti annos vinum non guſtauit. Febr. Poſtquam tria illa verba dixero. Hvt. Iam centum dixiſti amplius. Tamen tria dic, atque abi. Febr. Intro accepta. Hvt. Non fit; dic foris. Febr. Sed proſpice. Hvt. Non oculis audio. Febr. Magis alhciam inuenient. Hvt. A... eſt abs te non laboro. Febr. De ... nomen adporto, vt habuerim, & ... ille vi tractanerit. Hvtten. Non curo. Febr. At curabis iam pridem. Hvtten. Q... carcerem, ... etiam nunc, ſi ne audis ... Febr. Iam dimiſi. Hvtten. At ... Febr. ... tam admiſit alios illi enim morb... Gallicam inprimis ſcabiem, qua diſtinctus ... cœpit turqueri ... & ... affectos, atque interim eget domi... ec paraſitos alit adhuc & canes, & equos ... Ne ... quidem. Hvt. Et illam dimiſi ... am? Feb. Imo ipſum illa, qui ... non etiam, neceſſaria de cauſa.

Hvt. Tu vero ab illis quid inſtituebas de peſſi ...

morbis. Fe. Quia egere nolo & otium sequor. Hu. Vbi fumus. Feb. Et sudor vbi. Hut. At non sunt mecum hæc. Feb. At erunt, si quando vxorem, quod aiunt facere te, duces. Hut. Hui vxorem. Quin tu illam obseruans, quo abiit, Curtisanu puellam, existimo enim in pingue aliquid diuertere hospitium. Fe. Ad vetulum quendam canonicum abiit, heruiosum, podagricum, infractum, difficilem, sordidum, in suo genere porcum. Hut. Quem amare potest? Febr. Cuius aurum. Hut. Quo commodius futurum tibi reor, vt dum hoc illa curat, tu ipsum teneas interim. Feb. Miseret me, tantum mihi est ab illa enim, vt febre careat facile.

Hutte. Mei tu quidem miserta nunquam es. Febr. Quia non habebas hoc tu malum, nescis enim quæ pestis sit concubina domi. Hut. Pestis? cum has cupiant illi non studio tantum, sed contentione etiam: proque eis belligerent inuicem magis, quam pro illis pæne sacerdotes Romæ. Feb. Atq; ob id maius est hoc malum etiam quod voluntarium est. Hutt. Quisquam habere malum potest sua igitur voluntate? Febris. Nescio an alii, certe sacerdotes possunt. Hutt. Quod concubinis studeant amanter, & perdite non nunquam scio: quod malum sit hoc illis vero, non video, neq; enim intelligo, malum si esset, qui vltro ad se accerseret. Feb. Ego video, consuetudine vt intelligam edocta. Primum ardentius amant has enim, quam vxores, viri.

Hut. Scio. Feb. At ipsis illæ aut nihil, aut admodum frigide, vt quæ multos simul amant, alios quia iucunde conuersantur, alios quia diuitias habent, nonnullos quoniam strenue viri sunt. Hut. Si qua reperiatur autem, quæ in multos amorem non dispertiat, sed amet vnum perpetuo, etiam erit ab illa malum? Feb. Si qua reperiatur, minime nam hoc in genere phœnix est huiusmodi, nisi quæ semel pudorem amisit, rem irrecuperabilem, magni faciet vnquam impudice habere sese. Hut. Hoc videris dicere ab illis facile negligi, quod ita perditum est, vt reparari non possit. Febr. Ipsum hoc. Atque igitur hinc quæ ingressa campum semel est, libere in eo dispatiatur postea semper: neque certa cum sit malæ de se opiniones, vllam habet famæ curam. Itaque frui iam malo gaudet oblectatque se vbi licet, & varietati studet. Neque enim pudicitiæ iactura, vt aliarum est rerum, quandoquidem eius habetur vsus cum iucunditate. Hutt. Turpissimus ille. Feb. Non disputo. Certæ vni quæ obsecuta semel grans, pudorem amisisse arbitrantur se, nisi continuo multis sui copiam faciat. Nam in amissæ pudicitiæ solatium, hic adinuenitur fructus, vt in quam multis explicant libidinem. Quanquam sunt quæ idcirco, quia esse vno viro contentæ non possunt, solutam hanc auspicantur viam: ibi tum misere ex zelotypia afficiuntur, qui coniunctas habent has sibi. Hutt. Non est hoc in matrimonio item? Febris. Nonnunquam item, & sunt quæ ibi quoque peccant, sed eiuscemodi vxores in meretricularum recidunt numerum: nec iam dignitatis participes sunt coniugalis.

Probas enim pudor retinet; deinde maritalis conscientia, & liberorum cura intra quosdam fines claudit, quæ nulla est meretricum necessitas: vt libet agunt enim, & secure delitiantur, quod quo magis proclive est ipsis, eo illi agunt sollicitius, & torquentur miserum in modum, quod negligi se vident tanto suo incommodo. Hutt. Quo illo. Febr. Multiplici.

Nam præter hoc, quod nobiliorem sui partem animam perdunt concubinarii, adhuc quo illis placeant amiculis suis, danda opera est, vt et laute viuendo, ac vestiendo multa insumant, & nimio obscænitatis vsu corporis vires attenuent, deinde existimationem quisque suam illarum amore in præceps facile abiicit. Hut. Igitur omnia perdunt concubinas qui fouent? F. Siquidem dediti illis sunt, non video quid retineant. H. Facile extorsceris, miseros vt dicam. Feb. Vt dicas. An sunt vlli miseriores, quam qui sic viuunt, vt in tanta tot rerum iactura animo nunquam sint quieto, pacato nunquam? cum fidi nihil circa se videant? Hutt. Quod in numerosa illa sacerdotum familia fidus illis nemo sit, compertum habeo. Quæ eos turbæ agunt vero? Febr. Infinitæ. Sed paucis vt dicam, illa est ibi amoris à Plauto intellecta carnificina. Sic apud illum ait amator, *Qui omnium homines supero, atque antideo cruciabilitatibus animi,*

Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser.

Examinor, feror, differor, distrahor, diripior, ita nullam mentem

Animi habeo, ibi sum, ibi non sum, vbi non sum, ibi est animus.

Ita mihi omnia ingenia sunt, quod lubet non lubet non iam id continuo.

Itame amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non dat, deludit, modo quod suasit dissuasit, quod dissuasit, id ostentat. Atque hoc etsi in vniuersum esse dictum videtur, his tamen nostris peculiare est. Primum enim macerantur, quod perdite cum ament hoc adsequi non possunt, vicissim vt amentur, aut si amentur etiam, vt ne cum aliis hoc sibi commune sit. Cumque res sit amor consortem quæ non ferat, tanto anxietas maior est: quod in hoc hominum genere versari amorem vident suum: quod solitarii amoris capax non est. Quod si qua sit, quæ per mentis iracundiam blande nimis conuersetur, iam hoc dolet, quod ne vultu quidem, aut verbis mos geritur. Quæ blandissime consuescunt vero, de eis suspicio est, aut metus etiam, & opinio: quod simulanter hoc faciunt. Sic ingemebat meus hospes enim, quoties blande arridebat illa, vel amplexabatur, aut osculum adprimebat, vtinam vere facias hoc mea Elsa, atque ex animo iste sit amor. Tum illa, quid ni ex animo, ac vere? Sic me nosti? Ipse vero quendam obiiciebat ex iuuenibus illis, qui suam quotidie domum adventabant, quos vidit osculantes interdum, aut aliter illi amicos. Ibi tum clamores, ibi iurgia, & pertinax aliquando dissidium. Clamabat n. illa: tanto iam tempore amanter se cum vixisse, nec aliud quam vt male de se opinetur. meruisse, suspicax, & infidum sacerdotum genus: hæc illa esse promissa, illam magnifice iniectam spem: hanc sibi reponi gratiam, quod apud principes viros conditionem habere cum potuisset, & ab opulentioribus petita esset, ipsum prætulisset: vni voluptatem accommodans, iocos vni & vitam vni. Quin etiam tam apud me fuisti, inquiens, vt quo tecum esse, opulento illi iuueni recusarim nubere, dignum rata, apud quem ætatis mihi flos emarceret. Quæ est autem tota ciuitate quæ sic vtrum amet? sic domum quæ curet, & domesticis prospiciat rebus: Ego quæ minuunt aliæ, auxi, quæque perdunt aliæ, seruaui. Hic vt lachrimabat callida, lachrymas extorsit misero illi: tantum abfuit fraudem vt sentiret. Hut. Illa enim talis non fuit.

Fe. Dicam qualis. Decem habebat amatores alios ita occulte, vt non semel vni omnes cœnę adhiberet, cogebat namq; illum, quoties vellet, ad se vocare; deabis

dealiis alia prædicans. Sciebant autem fidibus, & tibia canebant, ac versus & carmina faciebant, nonnulli saltatores peritissimi erant, alii iocos, facetias & sales concinnabant, necessaria omnes opera.

Quod si non perite etiam faceret officium suum aliquis, cuius tamen commendatione proficiebat, cum non semel à quibus remote & longissime abesset aliquis, ea rectissime callere illum persuadendo obtineret. Denique utilis erat, huic quisquis placebat. Habebat hos vero inæqualiter: Nam ab aliis omnia accipiebat, aliis ipsa omnia dabat, domum præcipue cuncta exhauriebat. Hutt. Hic erat, ut video secundus miseriæ gradus. Feb. Siquidem miseria est externa amittere bona. Dispoliabat hunc illa misere vinum exportans atque frumentum pro libitu suo dimetiens, habebatque domum in suburbio, quo comportabat ea, quæ adservare placuit, & anum rei amatoriæ peritam eximie, eius provincia hæc unica fuit tantummodo: Conciliare novos subinde amores, ut formosissimum quemque, aut insigniter locupletem, peregrinum, sive populatem nosset. Hutt. Iam hoc video, in eo miseriorem fuisse illum, quod tanto rerum suarum dispendio pestem hanc aluit, q̄ quod amari ab ipsa non obtinuit, satis n. erat quod amari se crediđit, cum ut aliis in rebus, ita in amore multum possit fides. Febris. Sic se res in veritate habet ut iam dixisti. sed huiusmodi est hæc, ut quanto magis ex voto esse sibi aliquis credat, tanto metuat magis, ne quid intercedat, illum nunc optime persuasum amorem, quod abrumpat & extinguat. Ille igitur cum ægrotare inciperet, me urente primum. Hutt. Virosita perdis, tu mulieribus. Febris. Nequaquam interpella, me urente primum, deinde calculo subeunte etiam post aliis ordine morbis, videtetq; multum iam deesse sibi, quo illa expleret, ad omnes omnium accessus, complexus, basiationes, salutationes, nutus & intuitus contremuit, id metuens scilicet, ne aliquis sibi adfecto abduceret forte hanc. Huttenus. Credo turrim Danaës optabat habere se, quo illam includeret. Feb. Immo studebat magis gratificari amicæ, ipsa enim nolebat includi, sed frequentiam amabat, putabantque solam esse se tribus aut quatuor robustis, adhibitis cœnæ, iuvenibus. Quod ille animadvertens & videns (oportebat autem eius pernosse mores, & quid vellet præscire) faciebat crebro, imo creberrime cunvivia, & omnes undique convocabat, lætitiæ & hilaritatis concinnatores, quo sui iacturam & damnum sarciret, oblectate, inquiens, ELSULA MEA atque his interim fœliciter fruere. Nam vitam plane beatam, ubi convaluisset, promittebat. Hutt. Non videbat interim exhauriri domum? Febris. Nihil vident, inimo plane cœcuvnt amatores: Cœcus etenim est illorum Deus. Huttenus. Nec sentiebat item? Febris. Minus quam ullus puer. Hutt. Egebat admonitu? Feb. Non audebat. Nam, ut Menander inquit, φύσει ἴσως τῶν δ' ἐρώντων ὁ ... Insanos Thespienses igitur, qui ludos ut Iovi, sic Amori faciebant, siquidem hæc sunt ab illo incommoda. Febris. His certe sunt, qui amandi modum non tenent. Quippe corporis illam admirati speciosam pulchritudinem, nam aliter agunt φιλάγαθοι illi i. e. honesti amatores. Hut. Quales sunt uxores qui amant? Feb. Quales omnino aliqui. Hut. Magnam esse pœnam intelligo, amare hoc, quod amabile non sit, & cogi tamen amare. Feb. Ac perdito etiam cogi modo. Huttenus. Quæ illos dementia vexat autem sic ut delirent? Feb. Quia enim puer est amor, ob id pueriliter agunt amatores. Et quia levis est idem ac volatilis, idcirco gravitatem ablegant à se qui amant omnes. Hut. Atque hoc est cur, veluti nuces amant pueri, aurum non amant: ita amatores illi vanum nescio quid cum sectantur; hæc negligunt interim, valetudinem, salutem, amicos, rem, domum, honores, famam, & quæcunque præterea si nun essent, sudore comparanda erant. Feb. Acu rem verissime tangis. Tanti enim faciunt suas noctes, sua convivia, suos lusus, ut neque honestum quid sit, in mentem unquam veniat, neque utiliter sibi usquam consulant. Hutt. At hoc est eis contra commodum, q̄d quia perpetuo amant, invenes ppetuo sunt, & lætissimæ ætatem degunt. Feb. Id dicere vis, perpetuo stulti sunt totamque in errore vitā agunt, nusq̄ cōsistentes, verum, ut Senecæ placet, semp vivere incipientes, ut plurimom n. otio torpescit genus hoc. Hu. Arbitraris itaq; vitam ? constituere neminem, nisi uxorem qui ducat? Feb. Certe hi constituunt. Hutt. Me igitur vis ducere uxorem? Feb. Nolo. Hut. Ergo in vitam non vis constituere me? Feb. Volo, sed aliter. Hu. Concubinam domi ut habeam? Fe Minime, sed cœlebs ut vivas. Hu. Non placet. Dic mihi autem, uxorem ducere cur vetas? Fe. Primum ad te quod pertinet, quia negotium faciet tibi, & quietem esse non sinet, ac studia turbabit; mea vero causa non consulo, quia febrem non ferunt uxores, cura omni excludentes à viris, quorum de valetudine plus sunt, quam sa̧is est, sollicitæ. Hu. Iam magis uxorem facis cupere me, sed de concubinariis perge. Fe. Necessaria omnia desierunt, frivolum hoc ut assequantur, quod tamen plane assequuntur nunquā. Etsi enim contingat, eos aliquando optatis frui amoribus, breve est hoc tamen, quidquid est, nec proprium est. Illæ enim quoties unum amplexantur, iam de alio rursus cogitant, vere nullum amant, modos omnes sibi prospicientes, ut quamplurimis frui liceat, in hoc prudentes, quod ætatem labi vident, itaq; annos sæpe numerant, sæpe interdum accusant, quæ non multos satis habuerint, temporis ut rei prætereat nullius parcæ, idque magis ibi etiam, lnctum ubi est. Quippe venalem habent apud se sui copiam & pecunia ducuntur obsequentissimæ. Hu. Dic mihi capiuntur pecunia magis, quam forma? Fe Quæ quidem prudentes sunt magis, nam quæ inutiliter amant, ipsæ formosos illos vel muneribus conciliant sibi. Hut. Duo amantium puellarum genera esse è sermone tuo colligo, & q̄næ utiliter amant, & quæ iucunde. Fe. Adde tertium etiam earum, quæ utrumque faciunt. Hu. Qualis illa fuit hospitiis tui ELSULA, quæ ab aliis accipiebat, aliis dabat, illos formæ, hos pecuniæ gratia adamans? Fe. Quales innumeræ aliæ sunt, itaque vidi nonnunquam tremere istos, quo ões aut alicuius pecunia prædicaretur, aut forma in cōmemorationem veniret. Hu. Et ego vidi. quanq̄ nondum omnia vidi. Fe. Magisque multo si quis pulcritudine prædit⁹ iuvenis, vel opib. pollens ad sacerdotis domum veniret. Hu. Non iniuria, siquidem tantum potest in amore fortuna. Fe. Si Ægyptiis credimus, plus potest quam pulchritudo, quare etiam amorem & fortunam sub eodem tecto colebant & honorabant illi. Hu. Quid? non excludebant igitur quos tales noverat? Fe. Exclusisset si per illam licuisset. Hut. Ut video concubinas suas metuunt sacerdotes. Fe. Magis quam ullos tyrannos cives sui. Hu. Neque eas possunt eiicere, si quid minus sibi convenit? Fe. Possent nisi amarent. Hu. Miseram imo miserrimam illorum conditionem narras, non posse quod prosit, cogi quod obsit. Sed quid est in puellis, quod tantīpcr isti metuant? Fe. Ira est, qua obiurgant, criminantur & adversus se agunt. Hu. Quantum inde terroris est? Fe. Tantum eavt nonnunq̄ audeant propalare, quæ illi palā esse nolunt, quosdam improbiores Huttene iocos, vel quicquid modo aut dixerint illi, aut etiam fecerint se arbitris, cuius pudeat.

Hut.

HVTT. dic mihi, vxores non metuunt item viri? FEBR. Alia est ibi conditio, ter[illegible] amo-re inest metus ille: quemadmodum Her[illegible] phalen quidem metuit, eique seruiit: Deianir[illegible] metuit, neque ad pensum hinc parat. HVT. [illegible] quit Democrites. Quod si in coniugio videbantur hæc summa [illegible] turpitudo, quid de hac dic[illegible] securi est igitur in com[illegible] amar[illegible] vincu[illegible] sunt: quæ vtrinque constring[illegible], qu[illegible] nectus. FEB. Tu non duc[illegible] vxor[illegible]. Quo de ipse video[illegible] p[illegible] F[illegible] hac necessitate aurum, v[illegible] id genus omnia [illegible] imitantes. Tum si quis impatientior est, quam vt ferre mulierem possit, & reclamet, aut [illegible] quoddam est concubinar[illegible] genus [illegible] etiam: meministin aliquid illa inquit scire me: [illegible] ducam id iam, & illud diuulg[illegible] exit domum ingenti ipsius metu. [illegible] enim po[illegible], si velit, certe nostra Ella sing[illegible] in dies nouæ [illegible] molesta fuit: nunc habebant vestes aliæ, quam ipsa meliores: nunc annulos g[illegible]ebat, liqua, & gemmas, & viginti quinque ancillas, solam incomitatam ire se clamabat, solam inculta. Adh[illegible]c ipse, si non erat pecunia, accipiebat mutuo aut vinum vendebat vel frumentum, aut a Iudæis accipiebat in fœnus. HVT. Damnose per Christum. FEB. Quin etiam vidi, qui vt esset quod concubinis darent, furabantur, & legebant sacra: qualis quidem nuper ex fratribus sumptuosum aman[illegible] ortum: eo deferebat ex sacrario aurum, & argentum [illegible]. HVT. Pro religionem & fidem: faciunt hoc item fratres. FEB. Frattres quasi aliquid sit, illi quod non faciant item. Præterea vidi peierare alios, & veneno grassari, ac proditiones moliri, & scelera eidem supra committere. HVT. Profecto ingenti cum metu amant, qui istiusmoi motum conscii sibi sunt. Sed cur non celant concubinas, si quid est quod dici de se metuant. FEBR. Qui amant: neque celare quisquam potis est amator: nudus incedit enim Cupido. HVT. Atque igitur tectum nihil habent amatores? FEB. Qui sic amant, nihil habent. HVT. Suo maximo, vt arbitror, malo, quare periculosum est hoc amoris genus. FEBR. Vt dicis, quia neq; amant concubinæ perpetuo, neque est meis conscientiæ metus vllus. Itaque proximo cuique produnt, quæ ab illis audierunt, vel viderunt, aliæ, quia proprium est hoc sexui isti, nihil tacere, aliæ in gratiam eorum, quibus produnt, quædam odio eorum, quibus de loquuntur, siquidem iratæ eis sunt: idque faciunt tunc leuissime, si quando eici ipsas contigit.

HVTTENVS. Quia planum fecisti, cur eiicere non audeant, iam dubium non est, quin mi enim conflictentur, qui hac domi necessitate obstricti tenentur. Iam videre videor enim omnia dicere eos, ac facere muliens causa. FEB. Et amicos habere ac inimicos, quos illæ volunt.

HVT. Et magnos perdere nonnunquam fructus, vt illis obsequantur. FEB. Et sequi leuissima omnia, grauiter agere nihil.

HVTT. Et quæ ad religionem pertinent, non facere vnius fabæ. FEB. Et fas atque nefas ducere perinde. HVT. Et matrimonio sibi vltro adiungere illas interdum concubinas. FEBRIS. Aut aliam facere nonnunquam pessimam institutæ vitæ commutationem.

HVTTENVS. Neque magnifacere, quodvis admittere scelus. FEBRIS. Immo ire in omne statim dedecus, præcipites etiam.

HVTTENVS. Quam non conueniebat, sacerdotes hanc agere vitam, quibus si ita curæ debent esse sacra, vt profana postergenda omnia sint, [illegible] tum est nefas ita mi[illegible] operam [illegible] de [illegible] non cogitent, qua[illegible]. Vi[illegible] eos, vt sacerdotes sin[illegible] R[illegible] que seruire seruitutem [illegible]. FEBRI. Non pro sacris faciunt hæc [illegible] sunt [illegible] propter sacerdotia, vt [illegible].

HVTTENVS. I[illegible] omnes vt si[illegible] vt sacri sint, no[illegible]. FEBRIS. Vt e[illegible] sint non curant [illegible] d, q[illegible] tanto cum lucro est, [illegible] non vides quod magni [illegible] lum in[illegible] nant.

HVTTENVS. [illegible] FEBRIS. M[illegible] o beneficio. HVTTENVS. [illegible] FEB. At[illegible] HVT. N[illegible] FEBRIS. N[illegible] est apud te tantum: vt quæ Sapientem te facio, eam tu hospitio non digneris.

HVTT. Quia ferre non possum, quanquam dignaeras tu, quam acciperet aliquis, nisi m[illegible] etiam esset abs te interim multum. FEBRIS. Quantum? HVT. Quan[illegible] FEBR. Quam delicatus es tu fa[illegible] qui propter illud sapere decreueras acc[illegible] omnia ferre olim.

HVTTENVS. Me[illegible] tu satis iam, post illos crudi sacerdotes, [illegible] vt redeant, nihil enim cum Christo commune vltra quod habeant video. FEBR. dixi [illegible] esse ill[illegible] abunde, nec iam esse febri apud [illegible]. Quin etiam Iupiter, cum intelle[illegible] concubinariam illam sacerdotum vitam. HAC FEBRIS ESTO SACERDOTIBVS, [illegible] ne que n[illegible] alios petere homines. HVTT. Q[illegible] FEB. [illegible] primum, cur si non [illegible] es, & [illegible] intra vrbes voluptarios [illegible].

HVTTENVS. Hac [illegible] Iupiter num diceb[illegible] pontificis sanctione [illegible] sacerdotibus? Probabat[illegible] stitutis ad meretriceam [illegible] tum vitam? FEBR. Non probabat, sed diceb[illegible] consilio se & tune forte in[illegible] præsente [illegible] sibi, referendi hoc debe[illegible] quemadmodum olim [illegible] sacerdotes quo minus a mere[illegible] impuris ment[illegible].

HVTTENVS. Idem ego [illegible] nomine, vt reditus isthuc [illegible], donec enim concubinarii sunt sacerdotes, [illegible] cum ipsis amplius tibi commune. FEBR. Nihil quia & Iupiter vetat, et alii sunt cum illis [illegible] inde morbi.

HVTTENVS. Ac[illegible] FEBR. [illegible] à concubinis, quæ [illegible] morbosis illis [illegible] cute, aut morbo gallico, aut [illegible] domum reportant [illegible] mala, & in [illegible] fundunt [illegible].

HVT. E iam hæc est magna istiu[illegible] miseria? FEBR. Magna, vt lenes. HVT. [illegible] cubinas vero non habeant, etiam eos [illegible]? FEBR. Etiam eos auaritia tenentur enim ma[illegible], & incomparabili item morbo.

HVTTENVS. Tum si qui auaritia non teneantur etiam: quid eos facies? FEBR. E[illegible] id genus [illegible] quo[illegible] procul arcet. HVTT. Omnia caussi[illegible] mecum vt sis: at non eris. FEBR. Ergo neque sapientia erit.

HVTTENVS. Quis vetat? FEBR. Tna [illegible] tas, quam vna ego compesco. HVT[illegible] corporis vim minuis. FEBRIS. Ego v[illegible] animi augeo.

HVTTENVS. Tu sanguinem aduris. FEBR. Ego libidinem extinguo. HVTT. Tu cor infirmas. FEB. Ego mentem vegeto. HVTT. Tu dolorem concilias. FEBRIS. Ego lusum extermino. HVTTEN. Quid? Tu non illa es, quæ impedimentum adfers hominibus, quo minus opera nonnunquam præclara faciant? FEBR. Quid? Ego non sum illa, quæ, ne peccent multi, intercedo. HVTT. Hac ratione morbi essent omnes boni: corpora enim reddunt vt tu imbecilla, & vires consumunt: FEBR. Non vt ego: nam illorum fœtent aliqui, & hi fugam induunt, ac vlcere deformāt, & erodunt nōnulli carnes, aut neruos contrahunt & claudos faciunt, quæ omnia non sunt in febre. HVTT. Fallis, nam sunt in quibusdam hæc etiam febribus, quæ si non sint etiam, macies est, & pallor, ac in procliui mors ipsa. FEBRIS. De morte respondeo, non mori eum qui tractare me sciat: macies vero & pallor, sunt in malis hæc. HVTT. Sic iudico. FEBR. Ventrem vis tu igitur, vt aqua subeat: aut ruborem vis, vt studiosum esse omnes pernegent: HVT. Ingeniola res febris: mihi tamen non persuades studii affectatione pallidus esse vt velim. FEBR. At volebas olim studiosum vt dicerent præceptores; quanquam nunc rubere vis, vt ne displiceas mulieribus sed erras; magis placebis enim illis, putantibus a studio esse pallorem hunc. HVTTE. Quibus illis? FEBR. Quæ amant ingenia. HVT. Ingenia: quasi vsque sint quæ ament hæc, formæ placent illis enim, & opes. FEBR. Desipis haud alia ratione, quam febrem quia non habes. Suspecta est enim mulieribus virorum pulchritudo nisi per ætatem, aut imperitiam non intelligit aliqua, amare quid debeat, nam prudentes, in animo quod est, id amant, faciem non curant.

HVTTENVS. At diuitias curant. FEBRIS. Qui communis est illis cum vestro sexu morbus. HVTT. Proinde periculum est, ne diuitiæ cum non sint mihi, si deformes tu insuper contemtum vtrobiq; facias, neque mihi contingat vxor. FEBR. Si deformem ego, & deformes sunt amatores, qui pallent. Sic tenes ab Ouidio quæ dicantur.

Palleat omnis amans: hic est color aptus amanti?

HVTTENVS. exciderat. Sed vnum dico tibi, neque amare volo, neque pallere, ex te vero imbecillitatem merito metuo. FEBR. At non minuam tibi vires quartana ero enim. HVTTENVS. Etiam quartana? non places. FEBR. Quia es illius de me sententi, quod cui adfuero semel quartana, eum reddam, vt fuit vnquam prius, validum & firmum, immemor.

HVTTENVS. Iam semel adfuisti mihi, neque præstitisti hoc, quæ fides igitur est? FEBR. Tunc alii fuerunt simul morbi, quo minus esset meum imbutus plenum, iam sola vbi adero, vegetabo hoc tibi corpusculum.

HVTTENVS. Quem in modum? FEBRIS. Gracile primo reddam vt celer sis, iam quia pinguescis tu enim opinionem facis hominibus desidiæ cuiusdam, & ignauiæ, deinde lenum inducam omnino, quo ne lenitatis in te suspicio congruat, certe enim non placet hoc, quod nimium rides tu, & iocaris.

HVTTENUS. Risum auferes à me & iocum adimes, dic age, totum illud mulieres quod amant abstuleris, igitur has vides consignatas tibi fores. APAGE FEBRIS lege inscriptionem. FEBR. Ne excandesce: reddam tibi hæc, postquam vires à me receperis. HVTT. Interim languebo totos sex ut olim, menses. FEBR. Duodecim debebas dare mihi annum videlicet integrum, absolute sapientem vt facerem, hac adempta, tibi falacitate, qua præpeditum est tibi diu iam serium illud sapere. HUTTENUS. Apage febris, apage febris. FEBR. Ne clama, abibo iam ad aquæ potores. PVER. Apage febris, apage, quæ iracundum reddis mihi herum, quoties vris: apage. FEBR. Ne clama tu quoque, abibo iam enim, atque adeo quendam video luxuriose epulantem & mercatoribus illis, qui accipiet credo. Iam enim crudum illi quiddam stomachum vexat, ab hesterna quod remansit crapula: occupabo.

HUTTENVS. At medicos habet forte. FEBR. Habet sed ex vulgo, vt qui quotidie aliquid inculcant illi, quod Arabia mittit, aut India quod producit.

HUTT. Ipsis vero quid inculcat vicissim ille. FEB. Suas epulas opiparas illas, & regie apparatas, missibus vna cœna viginti, perdices, turdos, pauones phasianos, pisces, cōchas, & si quid auro appenditur. HUT. Quare fient & ipsi arbitror obnoxii tibi ob crapulam. FEB. Fiunt obseruo iamque eos. HUTT. In hoc feceris gratum mihi sexcentos huius generis si petimas: sed non monent illum inter crapulandum, vt morbum, vitet? FEBR. Nimis monent haud paruo ipsius incommodo, præscribunt enim vt viuat medice. HUT. At de crapula non vetant? FEBR. Vtique vetant, sed patiuntur orare ibi etiam, quippe ni ita fic esset, ipsi nonnunquam esurirent, qui etiam facile commenti ibi, vt lucrum sit, vnde viuerent medici, si non essent morbi. HUT. Viuerent quidem sed & deterit. FEBR. Igitur medici non essent. HUT. At fossores essent, & nullius habetet Germania, si cum Rabarbaro illo, & Colocyntide totam exterminarent medicorum scholam. FEBR. Etiam Strometium tuum, & Coppum, & Ebellum, & Ritium, & nonnullos præterea, quos tu amas.

HUTTENUS. Non hos, viri enim boni sunt, & ob id minus aliquando medici. FEBR. Meliores essent, ellebori si infunderent tibi pondo amplius XII. HUTTENUS. Quid tantum mea febricula. FEBR. Quo insaniam expugnarent tibi, vt ne velles vxorem ducere studiis aptus homo: cui quietem adimet illa, & sapientiæ studium præpeditum habebit.

HVTTENUS. Vxorem quidem ducere nondum decreui quanquam si ducerem non video, quid errarem: tibi vero elleboro esse opus video, hanc quo eluas insaniam tibi, qui insanos facis alios. FEBR. Ego quidem studiosos facio. HUTT. Apage febris, apage febris. FEBR. Ne clama, iam carebis febre, vt locus sit aliis apud te morbis. HUTTENUS. Apage febris. Insani enim sunt, quicunque ita student, vt faciant præterea nihil. FEBR. His verbis omnes cōcitabis in te studiosos, theologorum inprimis sectam. HUTT. Sane quidem irascentur mihi nulli FEBR. At illi, qui sibi videntur. HUTTEN. Quibus tu ita euacuasti capita, vt cerebri habeant singulas vix semuncias. FEBR. Tibi quidem exhaurirem contumeliosum hoc cerebellum, si intro mitteres pedem latum vnum. HUTT. Iam id caui atque igitur abi loquacula. FEBR. Propter tria illa verba? HUT. Propter conuersationem exitiosam cum his infinitis tuis fabulis, ad sacerdotes, ad concubinarios ad potores, ad Fuggeros, ad mercatores, ad medicos, aut si placet ad illos primum Maximiliani scribas. FEBR. Qui lucrabantur apud ipsum nimis multum? iamque diuites in crapula, & deliciis insolescunt?

HUT. Ad ipsos illos, aut quoscunque alios à me vt absis. FEBR. Iam abeo: vale.

HU. Heus tu siste, quiddam te volo. FEBRIS. Sciebam febre opus esse tibi. H. Tantisper opus est:

vnum

vnum vt intelligam. FEBR. Quid est? HVT. Dic mihi deprauatę huiuscemodi vitę quę est sacerdotibus causa? FEBR. Otium est, & huius alumnę diuitię. HVT. Quid si consulat sibi Germania ibi & opes quidem illorum minuat: iubeat vero agros colere, & quod alii faciunt, rem quęrere sudoribus: habebit ne frugi tum sacerdotes? FEB. Pro me tibi respondet Ouidius.

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.

Et alibi idem poeta *irritamenta malorum* vocat diuitias. HVTTENVS. Dic igitur, futurum vnquam existimas, vt hoc faciant Germani? FEBR. Quid non existimem? HVT. Quamprimum vero? FEBR. Paulo post. Cum noleur ferre amplius tot sacerdotum millia, ociosum, & inutile magna ex parte vulgus, fruges tantum consumere natum. In aliqua annonę caritate, quando indignabuntur strenui, quod sibi debetur, ignauos homines, & socordes prodigere in luxu etiam. HVT. Futurum colligis vt quemadmodum apes

Ignauum fucos pecus à pręsepibus arcent, ita desides illos, tanquam Reipublicę non vtiles tantum sed perniciosos, etiam eiiciat, ac exterminent industrii illi, & necessarii. FEBR. Haud alia ratione. HVT. At otium excusabunt hi suum, dicentes sapientię gratia otiari se: Aristotelem docere enim sedendo, & quiescendo fieri prudentiorem animam. FEBR. At contra ex operibus eorum cognoscentur, quale sequatur otium, qui ferendi certe essent: si quemadmodum Plutarchus monet, inscientię, & prudentię exercitatione poneret otium & quietem. HVT. Vtilia suadere te video. FEBR. Igitur recipe. HVT. Reciperem, nisi his Germanię principibus consilio opus esse tuo viderem: vt meliorem in formam redigerent imperii statum, immensa illa, & incomparabili pecunia, quę otiosis sacrificulis redit, in bellorum partim sumptus, partim etiam studiosorum hominum alimenta dispertientes. FEB. Facere hoc Carolum vis? HVTTEN. Siquidem sine febre possit, volo. FEB. expectabam ad Carolum si mitteres me. HVT. Non mittam, sed pro te ipsi illi dabo consilium hoc. FEBR. Tunc tibi febrem pręcabuntur sacerdotes. HVT. Atque ipsis ego podagram, ischiam, articulorum morbos, aut vnam omnium maximam pestem concubinas. FEBR. Tunc te iugulabunt. HVT. Prius eos deprestent Carolus, quam hoc me ipsi suasisse illi comperient. FEBR. Video tantum habiturum te mali, vt febre non opus sit. HVT. Quo de videro, & forte malum in me aliquod non inuitus accipiam, dum illi hoc persuadeam. FEBR. Sacerdotes vt interficiat?

HVTTENVS. Minime, sed vt abreptos eos ab inertia, ab otio, à desidia, à luxu, & ignauia, pessimis scilicet studiis, sacerdotes esse iubeat: sacra curantes tantum, & prophana despicientes: Deinde monens ne quęstum putent esse pietarem, luxuriam eorum exunguat, & turpem conuersationem auferat. FEBR. Quo ipsum hoc authore? HVTT. Illo, qui dixit: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Aliter enim de ipsis idem scripserat: Non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Et alius quidam exclamauerat: Vę pastoribus Israel, qui pascebant semel ipsos. FEBRIS. Recte sapis meo instinctu. Quid dices autem potissimum Carolo, suadens hęc.

HVTTENVS. Triticum Domini iubebo expurgare eum, & vineam restituere: de qua per prophetam ille dicit: Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. Deinde ostendam; facto opus esse hoc: modo pacificam velit habere Germaniam, & impedimento esse malis, quo minus in bonorum habeantur loco. Neque enim dignum esse bono Imperatore id ferre, vt communi totius reipublicę detrimento alantur in otio & desidia homines nihili: nec alantur tantum, sed capita etiam sint rerum omnium. Vides enim vt insolenter dominetur hoc genus hominum: qui magna ex parte pessimi cum sint, tamen ecclesiam vocant se, & quasi sors Dei sint, τὸν κλῆρον; cum nemo alienus a Christo viuat. Ipsi vero his titulis elati, tyrannidem exercent in ipsos mundi principes obnoxiumque sibi adeo reddiderunt Christianum vulgus: vt infimum quenque illorum salutet Dominum. FEBRIS. Tandem satis video eruditum te, quo minus febre opus sit: sed Romam oportet, malorum istiusmodi caput, reddere purgatam prius. HVTTENVS. Plane oportet. FEBRIS. Igitur vale.

HVTTEN. Si bene vis. FEB. Immo in alus volo perpetuo morbis.

HVT. Apage omen ad malos malum: tios seruet Christus.

ENCOMIVM
FEBRIS QVARTANÆ,
GVL. MENAPIO INSVLANO autore.

Etsi decere videtur, eum, qui Paradoxon aliquod proponere velit, remotum a sensu opinioneque vulgi, quique rem communibus mortalium voti atque studiis damnatam cupiat commendare, insigni aliqua & exquisita variarum rerum cognitione esse pręditum, parumque ad scribendum adferre facultatem ne forte opinatam vulgi paradoxi absurditatem absurdior vicies oratio, & omnis illecebra venustatis gratięque omnis fastidium & contemptus sequantur lectoris. Ego tamen in hoc nouo argumenti genere fretus siue mediocri illa eruditione me lectarum obseruatione, quam non sicut, me delectari fructu fateor, ita queror paucitatem: ipse parte qualicunque vi scribendi, quę sine ipsa pręceptis & vsu confirmata quum fuerit efficere interdum valeat, vt non doctissimus homo, disserte tamé & luculenter scribat: siue sedulitate contemplationis denique fretus, quę profecto nescia inertię, multas & vtiles sępe cogitationes ex sese parere solet, secedentibus forte in solitarium ocium. His inquam, rebus omnibus consisus, constanter propositum exequar argumentum. Non quia vnus ego è multis aptissime illud à me tractari absoluique posse confidam, quatenus in medium proponatur, ac non potius alius existimem delegandum, quos hodie orbis terrarum doctissimos habet: sed quia spes iudiciorum ęquitatis animum meum sustentat & confidentię, ne facit, vti persuasum habeam non probari conatus promptitudinemque eum ęque compensaturum in raram operis difficultatem: vt modo inceptum opus non fœliciter terminetur. Nec ego quidem ipse statim ab initio tentari stili mihi ausus eram promittere, quod omnium, qui mihi daturi forent operam, possem explere expectationem: nec adhuc quidem alium quenquam, tam insolentem & arrogantem puto futurum: qui, si meam personam hic assumat, id se facturum confidat: verum ita demum me sum officio satisfacturum ratus, si vt pro natura argumenti, infœcundi videlicet & sterilis, aliquis saltem fructus meorum studiorum ad lectorem perueniret.

Quod si cui omnium facilis & expedita ratio videtur pręsentis pertractandi argumenti eidem

lampada tradam, facileque me in hoc æmulatiuis certaminis que genere vinci patior.

Quandoquidem sicuti hic vicisse, singularis quædam victoris est gloria: ita victum fuisse victi dignatio & honoris species aliqua est: quo si liberer cuocarus fuerit, antagonistæ ad æmulationem honesti exempli & ad eum lum proteruus victoriæ. Nulli enim vnquam insignis gloriæ palma contigit vbi contentio defuit honorum, & illa certaminis concitatrix æmulatio. Et interim tamen *primas sequentem*, (vt ille loquitur) *honestum est in secundis tertiisque consistere.* Quod si vtique mei sunt exempli posthac futuri imitatores, sicuti fortasse succedent; eorum tamen nemo (puto) tam mihi erit iniquus qui vbi viderit materię duritiem stilo tenuique suo difficulter cedere, proprio admonitus exemplo, partim a reprehensione vindicet operam meam, partim conlaudet conatum: operam in re quidem ardua & difficilem, conatum autem tamquam in liberalem & bonæ cuiusdam spei plenum. Sed inuidiiter fortasse facio qui vel in deprecanda occupur iniuria: quasi vero locum habere inuidia possit, vbi desunt tumor & arrogantia: vel vt metuendum mihi putem a seuerioris iudicii censura, quandoquidem tentata exempli nostri æmulatio quemque scriptorem nobis sit factura propitium. Ergo tota hac disputatione præcisa, omnique posito metu nostrum institutum lecuris animis persequemur promissamque laudationem exhibebimus febris illius, quam veteres, quod quarto quoque die recurrat, Quartanam dixere.

Aduertenti igitur mihi animum ad genus febris quartanæ, totamque eius naturam conditionemque consideranti, apparet ipsam non alia magis ratione mortalibus inuisam atque tamen, quam diuturnitate sua. Quam ideo accidere necesse est, quia quartana suscitatur a materia maxime lenta ac tenaci: nempe atra bili, haud quidem ea apta facile ac cito attenuari, dissolui, reuelli. Veruntamen sic existimare oportet quod quidquid in quartana inest molestiæ ac doloris plus proficiscitur a teneritudine ac mollitie animorum nostrorum, fastidium continuationis ferre nequeuntium, quam quod efficiatur morbi culpa sensuque doloris, qui sane de se non est omnium acutissimus. Nescio enim quomodo naturæ nostræ comparatum sit vitio, vel potius peruersitate iudicii, vt diuturnitatis continuatione plus satis discruciatur & affligantur animi. Nec magis fulere nos spes, quam discruciat expectatio boni ... argumento videre licet, vt si detur optionis libertas, potius magno aliquo malo nos subito perfunctos velimus, quam vt sustineamus diuturnam moram leuis alicuius mali, breue tormentum cum longo cruciatu libenter commutaturi. Cæterum si totum illud genus quartanæ febris recta ratione æstimaremus: non perinde affecti doleremus aut certe doloris sensum securitatis fiducia magna ex parte solenaremur gareremq;. Namque si fidem habere volumus summo & antiquissimo medico Hippocrati, sunt huius verba in lib. de Epidemiis, siue morbis communibus: Quartanam omnium esse febrium facillimam tutissimamque. Quam tanti viri sententiam multo verissimam quotidiana confirmant vitę nostræ exempla, quamuis gliscat tetabunde ingluuie nimis fortè, quam olim frequentia: Quod si nobis inter abundandum deesse noluerimus, atq; nostram diætam attemperemus ad consilium boni & prudentis medici, ea est proposita securitas, vbi nec repente nos quartana iugulet: nec reuolutione periodorum conficiat. Illud itenim excipio: nisi aliquod externum ac violentum symptoma superueniat, quomodo etiam annotatum est ab Hipp. in libro de natura hominis, quo de etiam postea dicemus suo loco. Quod si ad reliquas febres conferatur quartana, est ipsa quidem multis modis securior atq; tollerabilior illis, præsertim de numero acutarum: quod hæ intensissimos dolores secum adferant, & violentissimæ quoq; sint cursu habentes breuissimam, cito terminantem vel in vitam vel in mortem. Ex quo fieri necesse est, vt animus inter ægrotandum ancipiti spe sollicitudineq; distractus mirum in modum paueat & angatur, atque ita necessario ceu altero illo animi morbo, corporis quoque morbus interea grauetur, tanquam duplici auctus malo. In hac autem nostra, quoniam magna promittitur securitas, nullæ eiusmodi affectiones, vnde merito conturbemur, incidunt. Quocirca recte facimus, metum omnem deponentes futuræ perniciei, quando causa omnis deest metuendi. In quo illud etiam commemorandum, quod sicuti plures causę sperandi offeruntur diætam suam recte instituentibus: sic etiam grauius instat periculum intemperanter ac insolenter viuentibus. Nec tamen tam graui periculo delinquimus in hac nostra sicuti in aliis acutis febribus: quarum oneribus quoque victus exquisite tenuis imperatur: quod illic vitæ atque necis discrimen in breui momento versetur. Quartanæ autem sunt ... mora & diuturnitas. Quod si ipsa vtique vitio malaue aliqua fortuna ægroti longissime ... vel desinit in alium chronicum morbum, & sui (quasi ita diceres) congenerem, puta hydropem, testante Galeno in commentariis super aphorismis Hippocratis particulæ tertiæ, vel ... similis manens longissimo tempore nos affligit: nec tamen idcirco necessario interimit. Quin fuisse aliquos legimus, quibus incubuerit quartana diutissime, in duodecimum protogata annum, Autores habemus Auicennam, & Marsilium Ficinum: hunc in libro de triplici vita: illum 4. fen. 1. Ex quo conficitur, Quartanam in censu morborum Chronicorum tenere principatum, propterea quod continuatione tanta annorum multorum nullum alium morbum in par consortium admittat. Volo autem vt interea vires vtcunque constent laborantis: quibus prorsus collapsis atque prostratis inuolis est spes omnis resurgendi. Simul & illud volo, quod in omni reliqua vita est necessarium, vt ægrotus diætam suam legitime moderetur. Atqui fortassis incredibilis alicui res videbitur, posse quartanam in plures perdurare annos: eo quod dolor omnis exsoluat vires: modo viribus exsolutis nimius atque intius quotidie proficitur. Hanc dubitationem tollit doloris distinctio, quod dolor omnis vehemens & acutus & continua serie productus vires vniuat exhauriatque: qualis sane non sentitur à quartana correptis febri.

Quod si vtique velimus persentiri dolorem grauem, tendentem tamen magis quam pungentem, quæ natura est pigræ & lentæ materiæ, talem suscitantis dolorem. vel illud quoque quod ossa ceu confracta contusaue sint ægrotantis, siue ipso sensu videantur, patiuntur autem ipsa tale quiddam per συμπάθειαν reliquorum membrorum melancholicorum, nimirum eo magis quoque, quod ipsa sint membra melancholica. Respondeo illud nostro proposito seruire & ad cumulum Quartanæ laudum facere quod, cum dolor aliquis sentiatur æstimatione dignus, non tamen valeat robur naturæ sibi perpetuo constans deiicere atque superare. Liceatque nobis sic existimare, quod dolor quartanæ exemptus, singulari quodam beneficio naturæ, omni vi conseruare hominem cupientis: quia alii plerumque dolores sint perniciosi istius exitus sit salutaris.

Sed quid illud? quod natura non valens sese celeriter expedire a febribus acutis & erraticis (quia non

A sensu doloris & laborantis ingenio.

à securitate Quartana.

A præsidio & liberatione quartanæ a febrib. erraticis.

non sustinet mutationem subitam de contrario in contrarium) ad præsidium confugit Quartanæ? vt quoniam liberari per *ἀντιπερίστασιν* ægrotus nequit, quod proximum restat, auxilio subveniat *παρέξ ἐπιτυχίαν*. Observatum namque est à Galeno libro primo Artis curandæ ad Glauconem, itidemque traditum ab Hippocrate libro 3. Prognosticon, febres omnes errabundas seu inordinate vagantes fere in quartanam finiri. Causa etiam ibidem à Galeno apposita: Nam *cum atra bilis, inquit, in quibusdam partibus insuper moveatur, in quibusdam immota maneat, in aliis putrescat aut fervere incipiat, inordinatas fieri febres necesse est. At vero quoties in cunctis venis eadem fiat affectio exuperante atra bile; quartana consistit febris.* Hæc ille. Nam quod aliquis fortassis accuset officium naturæ, non subito sese expedientis: sed quod interiectu quartanæ tandem liberet detentum febribus errabundis? ego profecto censeo, eam accusationem esse iniustam, & hominis plus satis queruli. Nam quatenus vis ingruentis morbi est inevitabilis, catenus nihil nobis optandum est vltra potestatem naturæ: quæ dum, quod valet, præstat, quocunque tandem modo beneficium præstetur, gratum nobis & acceptum esse debet. Satis igitur nobis liberalem & beneficam arbitrari naturam debemus: dum quando nec subito nec aliter valet, sumpto aliquando temporis spatio, & advenientis vim morbi fortiter excipit, & eandem coalitam atque firmatam strenue expugnat. Beneficii igitur sui laus est, quod maleficam febrim commutarit in salutarem & quod quietem quandam (vt in illo genere) natura sumpserit ad concoctionem morbi profuturam: non eam quidem perpetuam ac placidam omnino, sed tamen pauciora habentem intervalla exacerbationem, quam vlli reliqui morbi. Videtur mihi haud inepta similitudine intelligi quartanæ conditio, comparata ad homines saltem facturos. Solent enim ii aliquantum spatii retrosilire, iactatisque brachiis quasi libramentum aliquod adhibere, quo ad constitutam metam robustius commodiusque prosiliant: ita quoque mihi natura parte temporis solito ampliore sumpta ceu retrorsum abire videtur quo adversus morbi grassantem vim fortius valeat insurgere. Iam vero quod ad febris quartanæ investigationem attinet, promptissima sane facilimaque eius est cognitio. Nam id quidem ad commoditatem & ad compendium sanationis magnopere pertinere, nemo vnquam dubitavit. interestque plurimum tum Medici, tum ægroti, morbum penitus depræhensum fuisse, ne hic de salute, ille de honore suo periclitetur. Quanquam multo maius periculum hic imminet ægroto, vbi morbi conditio fuerit ignota, eo quod tum ipsi simul & Medici & morbi sit experienda fortuna. Quocirca non immerito veretur Timæus Platonis, errorem aliquem forte admitti in consectatione causarum secundarum, quousque ad primas perveniatur. Quin illud quoque sese metuere significat, ne contrariæ interdum causæ a Medicis præsumantur: quod quoties accidit, periculosa sequatur medicatio necesse est. Atqui extra illud periculum noster hic est positus ipso morbo certissimam sui cognitionem præbente, quoniam statos retinet paroxysmos, quarto quoque die redeuntes perpetuo nos vel nominis sui titulo admonens. In quo illud etiam operæ pretium agnoscere, quod aliquid occulte vis & religionis docta olim antiquitas observavit in numero quaternario simul & septenario, idoneosque ambos habuit ad constitutionem absolutionemque rerum quarumque maximarum: quemadmodum pulcre Macrobius in Somnio Scipionis. Quam ego nunc mihi vellem dari aliquos ex sectatoribus istis ac magistris Platonicæ disciplinæ, ceu Macrobium, Marsilium Ficinum, & Leonicum Thomæum Venetum qui vim ordinemque numerorum ac cuborum Platonicorum mihi persequerentur & explicarent. Papæ quam supra humanum illi modum disputarent, quam cœlestia mundanis aptarent & componerent, quam circuitus siderum configurarent cum periodis humanorum morborum. Sed enim vt in proposito nostro maneamus. quaternus & septenarius numerus repræsentantur in quartana febri. Nam præterquam quod ipsa cum quibusdam aliis morbis quartum & septimum decretorium diem habet communem, si tamen tres periodi numerentur a primo assultu morbi, inveniemus: quatuor fuisse dies quietos, tres ægros, quæ vicissitudo durat quousque febris hominem reliquerit. Itaque perpetuo quadam serie quaternus & septenarius numerus illic conficiuntur. Nam quod aliquis forsan obiiceret, eum tenorem non necessario in omnibus quartanis febribus retineri, propterea quod quandoque visæ sint in quintum aut sextum diem prolixiusve desinere: huc primum respondeo, rarissimum esse illum casum: deinde esse eas quartanas nothas, ac veris ipsis magna ex parte immitiores periculosioresque: idque propter extremam crassitudinem cruditatemque atræ bilis, quæ tum revulsioni, tum coctioni attenuationique omni maxime repugnet. Quamvis substantiæ habita ratione illis nonnihil cum veris quartanis conveniat, reliqua autem dissimilimas confitemur. Sed pergamus recensere laudes quartanæ. Inter quas haud quidem in postremis habenda: quod plures intervenient dies salubres, quam ægri: contra quam in tertiana, quippe in qua dies salubres & insalubres æquali portione tempus inter sese partiantur. Nam illi quidem è diverso morbi, qui continentur, nos affligunt, nullam intermissionem quietis, nullum spatium respirationis concedentes. nihil habent quamobrem ad quartanam febrim comparentur, multum scilicet largientem ocii atque laxamenti: quo minus nos moræ & expectationis cuiuscumque pigeat: cum & in illis acutis ac continentibus morbis, & etiam aliis quibusdam chronicis vitæ nostræ nos sæpenumero tædeat: atque id ipsum vitæ pœnam putemus, quod sic vivimus. Libet autem hic citare certos hendecasyllabos versos Martialis: quod elegantes sint, & huc commode referri possint. Is enim sexto libro Epigrammatum, cum aliquo stomacho conqueritur æquali suo Martiano, quod vsque in senectutem vitam transegisset doloribus languoribusque plenam vix se legitimam explesse senectutem deputans. Sunt hi versus ipsius:

At nostri bene computentur anni;
Et quantum tetrica tulere febres;
Aut languor grauis, aut mali dolores;
A meliore vita separentur.
Infantes sumus & senes videmur.
Ætatem Priamique Nestorisque.
Longam qui putat esse Martiane,
Multum decipiturque fallitur que.
Non est viuere sed valere vita.

Quod si in reliquis rebus mortalium nulla est felicitas sine aliqua mixtura malorum: si lætitiæ dolor est finitimus, voluptati proximum fastidium & quemadmodum proverbiali illo græcorum versu dicitur.

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

quod sic à quibusdam vertitur:

Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca est.

Quid est ergo, quod misere affligemur, aut quod impotenter feramus casum febris quartanæ? cum numerus dierum infelicium & bonorum & inter quosque paroxismos intervallum quietis

à certitudine investigationis.

ab observatione periodi ac numerorum.

Occurritur obiectioni

à comparatione ad alios morbos.

Sed n. ego plurimis ac maximis causis adductus, sic affirmo: si hactenus aut edicto aliquo fuisset vetitum, aut aliqua fortuna sic accidisset: aut is scholarum omnium consensus extitisset: ne certa de Platone ferretur sententia. me tamen vnum in hac opinione persiturum, illum vti ego summum fuisse philosophum profitear.

Illud etiam addo, diuinam hominis mentem pleraque contigisse, nec hactenus plene humanis perscrutata ingeniis, nec forte vnquam penitus perscrutabilia. Quod quam ipsi liberaliter concedo, tam rursus nolim artis curationisque medicæ partem attribuere cognitionem atque peritiam. Est namq; in confesso apud omnes: vnicuique artifici in sua esse arte credendum, cedendumque. Et certe si ad medicam artem respiciamus multa sunt in quibus Philosophis & medicis non conuenit inter sese. Extatque singularis aliquis libellus Hippocratis, vbi placita medicorum & philosophorum confert, & à se inuicem distinguit. Et quanquam in eo quidem Platoni nonnihil assentior, quod in eodem Timæo suo nolit bilem atram medicinis fortioribus irritari: quasi indicaret, quod res ac experimenta testantur, peccatum, si quod illic fit, stulto errore, & inconsulta audacia medicorum admitti. verum illud ipsum dogma de atra tractanda bile nequaquam adeo promiscue & indefinite ipsi medicorum schola concesserit.

Etsi enim à primis initiis nostra febris sit mite pacateq. habenda, & quieti quam plurimum largiendum, vbi tamen paululum curando processerimus, signaque aliqua apparuerint concoctionis, fidenter medendum suadent nostri medici: purgantib. quin etiam succurrunt pharmacis, subueniunt quoque vomitionibus. Interim miscent ægroto aloen, filiculam, mirobalanos, epithymum, tripolium, colocynthiden etiam, aliquo adhibito temperamento seruienti partim suauitati, partim securitati. His nos pharmacis laborantem leuamus pro præsenti statu morbi, idque semel, iterum, ac sæpius quoque si ita oportere sit visum. Phlebotomiam etiam adhibemus ab initio progressiue febris, magna quidem cum fiducia si vires fuerint vtrunque robustæ, repertæ: maiore adhuc, si in manus nostras venerit aliquis habiliore corpore præditus: maxima autem, si nacti erimus pleni succi atque sanguinis hominem. Ergo non est quod constans ac perpetuum haberi debeat dogma Platonis, monstrantis, non esse agitatu multo mouendam atram bilem. At qua in re tandem peccauit vir sapiens & doctus? Quia, inquam suo tempore à rudibus inchoata medicina principiis, nondum nouerat Empiricos: quos sic nominant, quasi diceres experimentales. Enimuero cum tota methodus & obseruatio artis consistat in attenuatione atræ bilis Plato, qui talem ingenium suum intendisset ad difficultatem materiæ reuellendæ, attenuationis compendium & formam nondum viderat. Vidisset autem, si æqualem fere suum Hippocratem habuisset doctorem: illustrius etiam, si huius interpretem Galenum. Et tamen ille ipse Plato, quamuis pronunciauit, febrim quartanam di[...]cilis esse curationis: sanabilem tamen intellexit, effecitq; sua illa sententia, ne plane deuium à nostra putare possimus. Et quoniam consequentia rerum nos in phlebotomiæ mentionem deduxerat, necessitate sic exigente scire scilicet, certissimam propemodum sanguinis missionem esse stantibus adhuc naturæ viribus, nec vllum ingruere medico metum furentis choleræ, sicuti fit, secantibus nobis venam febri tertiana pura vel causone vexatis: nec rursus formidandam cruditatem futuram, quomodo vsuueniat remittentib. sanguinem phlegmatica pura infestatis.

A securitate phlebotomia.

Quam securitatem vti phlebotomiæ, ita reliquæ medicationis adiuuat & confirmat: quod non suspicemur futurum abscessum (apost ... vocant, si iusta fuerit adhibita opera digerendo cruditatem ipsam. Quod etsi alias locum habeat, in quartana tamen fit tutius, propterea quod atra bilis propriæ siccitatis frigorisque beneficio putrefactioni minime sit obnoxia: solent enim putredines sequi ad humiditatem superantem parte aliqua calorem, si recipimus sententiam tum aliorum, tum inprimis Aristotelis libro de generatione & corruptione. Et certe morbi omnes continenter nos torquentes putes febrim synochon (ideo id cognomen sortitam) & quotquot eius generis sunt a putredine intra venas collecta fiunt, vel si defectus adsit caloris, putredo autem circa membra principalia colligatur: nascuntur aut certe formidantur morbi pituitosi generis, ceu apoplexia, epilepsia, hydropsve, sicuti annotatum video, cum alias quoque à Galeno, tum vero præcipue libro nono Methodi curationis, tum vero in Commentario super 16. Aphoris. Hippocratis, part. 3.

Cæterum iis nos periculis vacamus, quod & extra venas malum omne sit, & futuri abscessus suspitione vacemus. Huc confer benignitatem prudentiamque naturæ, quam iccirco atram bilem, quartanæ materiam dissipauisse per vniuersum corpus sunt imaginati philosophi (quamuis princeps eius sedes splen sit) ne si vni alicui membro prorsus inserta atra bilis fuisset, tota mole, in vnum contracta, quod mali decideret, id vni illi membro incumberet: vnde necessario & dolores magni efficerentur, & valetudinis incommoda multa sequerentur. Sed reuertar ad commoditates curationum, quarum sane cumulum illud quoque auget, quod ordo medendi haud facile inuertatur, quodq; nulla sit præcipiti festinatione opus.

Ab ordine medendi cōmoditas.

Quandoquidem pedetentim est inchoanda continuandaque medicatio, id quod secus in multis aliis morbis accidit.

Omittimus autem hic illos, de quorum est salute conclamatum: namque hos nullus vnquam prudens medicus libenter attigit, ne artem suam ludibrio & contemptui exponeret. At subitariis & acutissimis morbis audacter manum medici admouere consueuerunt: propterea quod, sicuti ipsis in ore est, melius est anceps experiri auxilium, quam nullum.

Atqui ab vtroque hoc discrimine nos liberi, tuti, securi extamus. Non deplorata, non infirma, non ambigua spes salutis offertur, non repentinum & validum occurrit malum, sed à debiliorum initio sensim intenditur, eodemque tenore remittitur. Itaque a prudentia medici affectationis naturæ illud quoque requiritur, ne nostrum istum præcipitet: tempore autem & mora rem totam moderetur, vtque à lenioribus medicamentis ordiatur, atque paratis subinde vicibus digestionem cum vacuatione mutet atque variet, donec melius habuerimus. Itaque siquidem medico ipsi paulatim licebit ægrotum & explorare curando, & curare explorando, quo genere medicationis, quod adhiberi queat certius suauius, melius? Iam vero nolo in eo multis persistere, vt doceam, facile posse ægrotum habere obsequentem medici præceptis, ac minime molestum & importunum assidentibus, ne singula quæq; curiosius colligere voluisse videar. Tametsi nec illud quidem parui faciendum, nactum te fuisse ægrotum facile tractabilem, cum multos passim videre sit difficillimis præditos moribus, malorum suorum impatientissimos, stimulante morbi natura iracundissimos.

A studio obsequendi & moderatione animi.

At quid eiusmodi in quartana febri. pigra

vellitur: illorum autem abstergitur materia verius, quam der[illegible]tur. Nec caret experimento nostra ratio. Etenim morbus comitialis annon est a pituitæ copia? At quis magis recidiuus? quis magis sonticus? vt vetusto verbo [illegible] vtar. In quo iterum alius sese campus, & quidem latissimus quartanæ laudum aperit, siquidem expatiari libeat. Alii multi vehementes & acres morbi relinquunt notas, & vestigia suarum affectionum in visceribus nostris, licet alii aliis [illegible] sibi hora redeant sicuti recte docet Galenus libro primo de locis affectis: quo fit, vt eiusmodi [illegible] nonnunquam [illegible] metum afferant formidinem [illegible] periculi. Dispar [illegible] quartanæ [illegible]. Epilepsiam [illegible] dictum est, qui [illegible] morbus, [illegible]. Modestissima quartana, non solum [illegible] & [illegible] ficium datur [illegible] robustior etiam constitutioque valetudo conceditur. [illegible] Exemplum [illegible] & [illegible] morbi. A læuore [illegible] hinc transitus ad dysenteriam. Ab vno [illegible] febri, ab vna [illegible] ascensus est [illegible] quartana semel ablo[illegible], peior [illegible] non redit: ac ne redit quidem sicuti [illegible] tum est [illegible].

Et cum alias Me[illegible]co in voto sit, ægrotum ab intenta seruare, qui [illegible] perfectæ sanitati nequeat restituere, officioque suo satisfactum censeat, si plus adiumenti, quam nocumenti, laxamenti plus quam laboris attulerit: nobiscum secus eueniunt omnia. Namque valetudo nostra, statim transacta quartana in meliorem tutioremque statum reponitur, non momentaneæ aut imbecillæ sanitati testimur, nec id magis quidem medici industria ac ministerio quam beneficio ac præsidio naturæ, quartana ipsa ceu intermedio quodam organo vtentis. Medicus naturam, quoad valet, imitatur: illa nullius dictum sequitur. Medicus pharmaca condit, miscet, temperat, naturam prouehit, moderatur, gubernat, sibi ipsi dux, magistra, lex optima, quam perpetuo secuti non temere ab[illegible]bimus.

Tametsi non d[illegible]r, pleraque nobis in vita accidere, quæ absque adminiculo medicinæ sanari nequeant, excogitatæ videlicet & a natura concessæ ad tutelam, subsidium, conseruationem, spem, solatium generis humani. Quod si magnam in morbis habet vim ægroti fiducia, fuitque ea sæpenumero non solum solatio ad confirmationem animi, sed etiam adiumento, ad conseruationem salutis, quemadmodum medicorum libris proditur, & res ipsa per sese declarat: magnam noster iste fiduciam suscipiat licebit, ac cert[illegible] quantam maximam pectora capere possunt, repositam eam quidem & in medico & in natura.

In medico, quod, vti superius est ostensum, inuestigationis certitudine & medendi ordine haud facile decipi & errare possit. In Natura, quod non perniciosam sed salutarem voluerit esse quartanam. Quin vnus omnium Cornelius Celsus libro tertio illo [illegible] medicæ ausus est affirmare, neminem à quartana iugulari: dignus profecto author qui legatur, ob eximiam quandam eruditionem atque elegantiam sermonis: dignus etiam cui credatur, ob summam artis peritiam.

Quod si vtique in magno numero vnus aliquis intereipitur, existimare conuenit: non id quartanæ febris iniuria accedere, sed alius forte allapsi symptomatis, sicuti vita nostra omnibus horarum momentis est transmutationibus obnoxia. Quanquam hic quoque Medicus industrius & diligens sese purgare tuerique possit, quod scientiæ omnes sint vniuersalium rerum, atque earum, quæ frequenter ac plurimum in humana vita eueniunt.

Est autem quod vere & audacter confiteri possimus de se, hoc est, de sua natura esse salutarem quartanam, supraque reliquas febres, quarum certas alioquin nobis esse præsidio medicis video placere. Quam quartanæ quasi prærogatiuam mihi aduertenti, subit mentem admiratio, quid sit quod lingua latina [illegible] verborum affluenter diues, quartanæ proprium aliquod nomen non inuenerit: sed in censum febrium repolu[illegible]r. Hanc mihi admirationem nonnihil minuit copia rerum, multo excedens verborum copiam. Quam tamen suam illam inopiam ita nostra lingua suppleuit, vt ex proximo arripuerit, quod commodum videbatur.

Quia igitur certarum periodorum circuitione quandam quasi affinitatem aut similitudinem quartana habere videtur, cum tertiana: Est visa commeruisse febris appellationem: saltem periodi notatione distincta.

Quod etsi vsus nos tolerare facit: haberem tamen, quare cum priscis illis inuentoribus artium & nominum expostularem de hac mutatione. Etenim febris dicitur à ferbendo vt [illegible] græce) facta vnius literæ transpositione mollioris soni gratia: licet NONIVS MARCELLVS dictam velit à Feritate, quæ Etymologia si locum habet, possunt iure febris appellatione comprehendi morbi quicunque difficillimi & efferatissimi, ceu iliacus & cœliacus, angina, dysenteria & eius generis alii morbi. Veruntamen veliquis hunc honorem deferre Nonio Marcello, vtpote antiquiori, vt Etymologiam suam admittamus.

Sed quid ergo tantum est in quartana siue feritatis, siue feruoris vt in febrium numerum debeat asscribi: certe [illegible]ssimam, placidissimam saluberrimam, omnium febrium.

Hactenus Lector intellexisti: si modo tenes memoria, quæ idoneis locis de quartana prædicauimus.

Accedit ad prædicta illud quoque neutiquam omittendum: quod minimum hæret contagionis in quartana. *A securitate contagionis.*

Multarum febrium est natura, vapores de se putridos ac pestilentes remittendi adeo vt si saltem venas ægroti pulsatiles tangas, tibi manus subdoleat, si oculorum aciem fixius intuearis, sentias aliquam eiaculationem factam in oculos, id quod à violentia vaporum sursum ascendentium, seque per vniuersum corpus diffundentium accidit. At quartana, quod extremæ partes [illegible], ob additum frigori siccitatem, omni m[illegible] caret contagionis.

Quid autem, si imaginemur in quart[illegible] febri similitudinem aliquam vini fugitiui ad pristinam reuersi naturam? Absurda ne fuerit comparatio? Non fuerit, opinor. *Similitudo noua sed apta & concinna.*

Habet namque vinum subsidentem fæcem, habet & sanguis crassiorem aliquam & f[illegible] portionem, vt huius, ita illius fex melancholiæ comparatur à Galeno in methodo medendi. Vinum quo crassius fuerit, citius circumagitur, & quasi (sic dicam) fugit: crassior sanguis magis quartanæ obnoxius. Vinum plerumque fit fugitiuum initio æstatis, florescente vinea, quartana fere aduenit commota & feruente atra bile, ceu in autumno & in ætate virili. Vinum fugitiuum cum ponderis sensu in vas aliquod labitur, grauitas corporis toto paroxysmi tẽpore percipitur. Remanet vini tenacitas, quousque ad pristinum habitum redierit, durante bilis tenacitate, nondum quartana soluitur. Vinum remisso suo illo vitio, fit seipso, quam antea fuisset, purius atque mel-

melius quartana postquam desiit, hominem salubriorem firmioremque relinquit, quam acceperas, beneficio id quidem attenuatæ atræ bilis. Videsne modo hanc quodammodo sibi constare similitudinem? Quanquam circa recuperationem prioris habitus aliqua reperitur dissimilitudo. Namque vini corrigendi paucissimis cognita ars est, cognita alioquin, licet quæstus auiditate nimia celetur: curandæ autem quartanæ & à medicis sunt remedia, & à natura parata præsidia.

Porro stulti & ingrati hominis fuerit, accusare parentem rerum Naturam velle, quod morborum remedia nobis monstrauit, non etiam vitia vini, frugum, aliorumve terræ nascentium. Maiorem omnino familiaritatem cum genere humano sortita est natura, arctiora ipsi nobiscum sunt vincula necessitudinis, quam cum potionibus esculentisve. Nobis oculorum, sensum, animam, mentem, rationem dedit, agnitionem etiam suorum beneficiorum concessit: quæ tanto nobis hoc loco gratiora esse debent, quam si vini vitiosi ostendisset remedia, suppressisset autem morborum medelam, quanto nobis charior est incolumitatis retentio quam bonorum, sanitatis, quam fortunarum conseruatio.

Sed enim relicta hac commentatione, ad calcem operis ire pergemus.

Prius autem quam Epilogum absoluamus iuuabit adhuc paululum in amplificanda quartanæ laude insistere. Quarum illa omnium maxima & excellentissima, meo iudicio, quod à multis & maximis morbis nos liberat. Nam hæc est sententia Hippocratis primo libro Epidemiorum, quam etiam qua dantenus Galenus confirmat, approbat præter alios etiam Auicenna 4. Fen. 1. Cum enim duplex sit medendi ratio, vt aut à morbo hominem præseruemus, aut afflictam instauremus valetudinem, vtramque hanc à quartana præstari videbis. Scire igitur licet, vniuersalem sanationis, causam esse rarefactionem atræ bilis, eiusdemque delegationem, factam ad partes ignobiliores, videlicet ad inferna viscera, indeq; secuta vacuatio.

A liberatione aliorum morborum.

Quo argumento quartana liberat arreptum insania, & morbo, quam proprie vocant melancholian. Eam mihi sententiam confirmare quodammodo videntur verba Galeni in Commentario super 21. Aphorismo. Hippocratis, particulæ 6. quo loco docet, quare hæmorrhoidibus, & varicibus superuenientibus sequatur insaniæ solutio. Sunt hæc verba ipsius. Est autem varix, quum venæ latiores fiunt in coxis & cruribus, quod ex crasso & melancholico humore contingit, adeo vt pellente natura ad partes ignobiliores, eos qui insaniam efficiunt humores, & præsertim quum melancholici fuerint & crassi, dictarum sequitur affectationum generatio, & insaniæ solutio. Cum igitur ablegatio bilis atræ insaniam soluat, sicuti ex Galeno edoctum est, par propemodum est ratio quare inchoatam lepram sanat & finiet. Nam id quoque ab Hippocrate, Auicenna, & Bertrucio Bononiensi memini traditum, tametsi rationes ab illis omissæ fuerint. Liberat etiam quartana à morbis spasticis, quod etsi aliis etiam quibusdam febribus sit cum quartana commune, ipsa tamen multo præstat efficacius. Quin obseruauit Galenus, quod non solum communi ratione, atque aliæ febres, ipsa superueniens spasmum soluat, sed quod etiam à spasmo præseruet. In quo etiam curationis nobilitas datur intelligi. Namque curationem omnium nobilissima est ἡ προφυλακτική. Verba sunt Galeni in commentario super 70. Aphor. Hippocrat. partic. 5. Quæ quidem fit ex euacuatione reuulsio, acutissima est & perniciosissima: quæ vero ex repletione partium neruosarum, qualis in morbo comitiali, neque acutissima est, neque similiter periculosa. Meminit autem Hippocrates nunc non de tali conuulsione. Nam verba in Aphorismo capti & capiuntur longitudinem temporis ostendunt. Hunc itaque conuulsionem quartana non solum prohibet fieri, verum si fieri anticipauerit, soluit. Fit autem ab humoribus lentis ac pituitosis qui partibus neruosis infecti sunt.

Cum autem horum humorum duplex sanatio sit, excretio & coctio: ambas habet quartana: excretionem quidem ex rigore, hæc enim sola agitatio sufficiens est crassum excernere humorem, coctionem vero caloris febrilis adiumento, qui rigorem consequitur. Hæc ille. Fuerit fortassis superuacuum hic repetere superiùs dicta, quod quartana etiam liberet hominem à maleficis illis febribus, quæ alias erraticæ, alias mutatione à Græcis accepta, planeticæ dicuntur. Redigitur saltem mentio in memoriam, vt intelligatur, quæ illic dicta sunt, huc quoq; referri commode posse. Postremo libet quoque interdum ab abscessu: penitus autem, si interim sanguis abunde de naribus fluxerit, autore Hippocrate lib. 6. Epidemiorum.

Hactenus de quartana febri sunt audita non perniciosa, non terrifica signa atq; argumenta, sed salutaria, & spei securitatisque plenissima omnia inuenta. Quæ cum ita sint (neque enim est locus contradicendi, volentibus nobis præscita atq; placita medicorum recipere) quid est quod inter laborandum nostros animos magnopere conturbet atque discruciet breuis temporis fugax mora? Et certe breue omnes illud nobis videri debet, quo cum defuncti sumus, salutem, securitatem, tranquillitatem consequimur.

Sustineat autem æquis animis eius gratia exemplum vnum aut alterum commemorare. Prospicit aliquis sibi victus tenuitate & parsimonia, quo reliquum vitæ liceat in splendore, elegantia, liberalitate, magnificentia transigere. Alius terras mariaque pererrans, mille subit discrimina rerum, vt venturæ senectuti comparet subsidia. Suscipit aliquis bellum, cœlum terrasque miscens, spe & animo perfruendi futuræ pacis commodis atque bonis. Breuiter, ii omnes multis & magnis laboribus, periculis, tædiis, sollicitudinibus distinentur, quo sui tandem voti compotes efficiantur. Et molestum forte cuiquam erit, iucundissimum sanitatis beneficium atq; voluptatem redimere vna vexatiuncula febrili? nec ea tamen, nisi in quartum quenq; diem reuertente, nec rursus multum duratura, modo forma hactenus à me præscripta teneatur, & industrius Medicus quæratur. Possem ego hic multa adferre, quibus in mediis languoribus ægroti nostri solarer & confirmarem animum. At eius diligentiæ nulla necessitas. Non enim magis hic diserti cupimus videri (quamuis tales nos optamus fieri) quam rectæ institutionis gratiam à lectore mereri. Nolumus etiam hoc loco suffragari nobis vulgatam illam & communem sententiam philosophorum, solitam commemorari malis omnibus leuandis leniendisve. Malum, inquam, omne in opinione hominum, non autem re ipsa consistere.

Nec rursus illud hic audimus; Ferendam esse æquanimiter sortem ac necessitatem ineuitabilium malorum: & si quæ eius generis reliqua sunt philosophorum dicteria, quibus rerum asperitas verborum lenimento conditur ac mitigatur.

Excluditur communis consolatio philosophorum tanquam minime necessaria.

Valeant, & adhibeantur, hæc consolationum remedia in manifesto metu atque discrimine mortis, siue dignæ siue indignæ.

Valeant in suppliciis, valeant in perniciosis morbis, valeant in orbitatibus, valeant in exilius, valeant in grauibus peccatis, valeant denique ac plurimum

effici-

efficiant in periculis honorum atq; bonorum. Nobis certe nullo [illegible] ea sunt [illegible] tormenta, & stultum quidem sit, decreta [illegible] adhortatione, quae philosophiae, ad [illegible] consolationem aegrotorum pe[illegible]tes illic inculcare velle, vbi summa & certissima spes [illegible] proposita. Sup[illegible] autem, animos iusto vacantes mœrore, blanditiis sermonum levare velle.

Inuti[illegible], foris remedia quaerere solatiorum, quae rectius [illegible] natura rei de qua est actio, petantur. Ex[illegible] quoque, & ab omni ratione alienum, expe[illegible]mationem [illegible] velle, cum vna [illegible] [illegible] ectus febris quai anç a[illegible] a moerore ad gaudium, ab angore atq; angustia on[illegible] ad spem [illegible] [illegible]imam traducere possit. vt dolendum iam labo[illegible] nullo modo censeamus: cum ipse non philosophorum Academicorum [illegible] imaginaria [illegible], non opin[illegible] non infirma salus [illegible]ortem[illegible]tur, sed vera, sed [illegible] firma a nobis promittatur, detur, constit[illegible]r.

Breuis Epilogus an-dum dicta-rum. Q[illegible]apropter deponat [illegible]lhac [illegible] omnem [illegible] in laborans, solem [illegible] leuat molem [illegible] quae forte futura est, spes liberationis, [illegible] certa persuasio affutu[illegible] post melioris constantionisque valetudinis. [illegible] denique multitudo omnis falsaq; de quartana febri conc[illegible] opinionem abiiciat, & doctorum chorus [illegible] sententiam tanquam verissimam suis calculis approbet. Quod vbi fiet, arbitrabor & recte à me operam positam in scribendo fuisse, & magnum me praemium industriae ac laboris consecutum.

DE QVARTA PARTE ANNI ET EIVS OCCVPATIONIBVS.

Auctore

IOAN. CHORINNI BOEMOTREbonio

AD

NOB. Dn. IOACHIMVM DE TRE[illegible]HENICZ, &c.

Frigus iners, tur[illegible]es hyemis, rigor horrifer anni
Calt. Chor[illegible] ne t[illegible] carmine nomen habent.



Vas adfert operas, [illegible] dat bruma labores,
Imparibus dicet nostra Thalia metris.
Hanc anni quartam Mecœnas accipe partem,
Quam Scythicus Boreas, & grauis acris hyems.
Si tibi formosum ver herbis, frugibus aestas
Aut [illegible] pomis [illegible] auctus erat:
Iure senescentem dabes, reuolubile caelum
Quam [illegible] hyberno sydere, ferre vices.
Nec studia intercepta putes iuuenilia, quamuis
Hoc [illegible] aut lassi tempore nulla senes.
Illa aetate sua languent, robustior aetas
In medio quid agat frigore, semper habet.
Retia venator, frutices considerat auceps
Ille hastam, tota vi, rotat acer eques.
Hac tener intras hymen thalamos, nocturnus amica
Cum citharis illac limina pulsat amor.
Cuncta fremunt plausu, tantum speciosa senectus
(Vt semper calidis [illegible] agra fouet.
Hac [illegible], hunc rerum, series asperrima caeli
Nunc offert nobis, cassa tepore flatum.
A sene Thessalio [illegible]es generanti a flatus
Nam rutilans capricornia, Phœbus adit.
Arctata est fugitiua dies, exclusus & aestus
Nosq; premit longis nox odiosa moris.
Hydrophorus iuuenis, qui pocula tractat & vrnam
Excipiet celeres, officiosus, equos.
Sparget & vndecima subitas de classe procellas
Axe sub Arctoo vix tibi esse pares.
Humida gens pisces, extremo in margine caeli
Vlterius facient, vt fera cedat hyems.
Terminus hic brumae [illegible] hac sistite mera rigentium
Aera, caeli iras, egelidas [illegible] niues.
Tertia cen[illegible] ubi [illegible] allabitur aetas
Debilior, grauis [illegible] ad [illegible] deprimit.
Fitq; si nec tremulus, quo nil austerius vnquam est,
Alter et in toto pectore sang[illegible] habet.
Ossa carent succis, curuatur debile corpus
Canicies[illegible] vertice sparsa nitet:
Sic glacialis hyems, flabris borealibus annum
Asperat, & tepidis passibus alba venit.
Sylua [illegible] alba com[illegible] strictam barbam
Alligat atq; omnis, ubi niue dormit humus.
Culmina [illegible] omnium canis tecta pruinis
Ipse piger [illegible] torpet aquis.
Quaq; rates vexit, trahitur nunc currus, & ipsa
[illegible] dorso sustinet vnda rotas.
Plurima tempestas, & crebra grandinis imber.
Impediunt, [illegible] ne moueantur agri.
Ergo post fruges, & semina condita sulcis
Otia, depositis bobus, arator agit:
Et part[illegible] fruitur socia cum coniuge, durus
Annuis [illegible] quot labor atque calor.
Mens[illegible] grauis pomo est, spumas mel dulce canistris
Lacte tument presso cymbia, vasa mero.
Et faba sunt glandes sunt pruna agrestia, plenos
Oua grauant calathos lauta. farra [illegible]
Prorsus nulla lares vrget penuria, fumat
Vndique [illegible], nigra culina cibis
Ne tamen enervet solidas ignauia vires
Strenuus interea quodq; retractat opus.
Dentibus aut armat rastros, aut vimine crates
Talibus in furtis seruat amatque fidem.
Non opu[illegible] exempla recentia, possunt
Obstruere [illegible] dolor ora, dari,
Heu [illegible] hostibus ipsis
[illegible] tua.
Mellea [illegible] afia [illegible]

Fellem arguta fraude fefellit amor.
Felix heu, nimium felix, si tota fuisset
Nox tibi colloquio, vel vigilata, mero.
Non fereo casus gemeres, neque fracta prophanam
Sparsissent spisso sanguine crura viam.
Accidit id multis, ergo si resq; demumq;
Famaq; cum pulchro vestra pudore perit.
Dicite cur vobis per aperta pericula vita
Tuam auara magis quam Galatia placet?
Illa fallax oculis, hac verbis casta pudicis
O potius casti fœdus adite thori.
Sed nimium properatis adhuc, nimiumque citatum
Vincula coniugii fertis ad arcta gradum.
Sæpe potest ruptis sceleratus abire catenis
Sæpe reus vitam liberat arce suam.
Dissolui nescit thalami coniunctio, ne mors
Funere lugubri, separet atra duos.
Piscator veluti lento de vimine textas
Pisciculis nassas per freta salsa, locat.
Illis adsunt celeres vitreo de gurgite, & ipsum
Pars aditum quærunt, pars regredi inde volunt.
Nulla fuga est captis, regredi si forte liceret
Vitarent cursu retia quaque suo:
Sic laqueos disponit hymen, sic libere amantes
Curritis in tricas, non sine clade graues.
His deinde implicitis primos damnatis amores
Vosq; tori fatuos pœnitet atque pudet
Hinc locus est lachrymis, non est locus unde reuerti
In melius, cito liberior sit iter.
Sed natura nequit forsan cohibere calorem
Cæca suum, miseram ne premat amne sitim,
Consilium petitis? leues accedite riuos
Et quo fonte cadant quærite quidve vigent?
Si puras bullit scatebras, deducitur ex his
In nimium siccos limpidus humor agros.
Si cœnosus erit, limosa turbidus vnda
Defluet, agricolis illuuiemq; vehet.
Cuncta suos ortus sapiunt vestigia patrum
More suo proles ingeniosa refert.
Tollite quod melius, magnam nec quærite dotem,
Contenti vera laude pudicitia.
Annos maiores habeat vir, nupta minores
Sic Paphia fiet mitior culpa DEÆ.
Vidi ego florentes & plenos succi, in anilem
Aurisque plenum passibus ire larem.
Non his blanda Venus, nec hymen nec pronuba Iuno
Affuit in mœsto culmine bubo fletit.
Vix Diana quater plenos euexerat orbes
Mutuus amborum desiit esse calor
Hinc lites rixæq; graues, hinc fulmina lingua
Hinc furor atque dolor cumque dolore cruor.
Iamque nouos sentit soleri o sciua lectus
Perdita iam queritur fœmina, virq; gemit.
Nil gemitus prosunt, habeas vt nactus amicae.
Non mutare potes facta, dolere potes.
Vestitum illecebris cum milnus arripit hamum,
Vnca illi grauius si furit, ara nocent.
Ieiuna ingluuies misere laceratur, hiatq;
Et merito pœnas ingeniosa luit.
Æstus auaritia te par confecit in arctum
Extricare tuos non datur inde pedes.
Liber eras, liber seruilia oscula collo,
Et capiti indueras dura capistra tuo.
Iure igitur debes sub iis spumare lupatis,
Præcipitem astrinxit te quibus acer amor.
Perfer & hanc sortem vince assuetudine, nec non
Eruta de priscis patribus ista tene:
Sunt duo tranquilli Soles cum coniuge, tunc cum
Sistitur in thalamo, ac cum tumulatur humo,
Hos intermedii, sunt tristia fulmina & imbres
Præcipue duo si non salubre pares.
Plura tibi ingererem, sed me vocat vltima classis
Qua nimis est aliis dura, sibique grauis.
Facundi salucte Senes, & vespere sero hac
Limina felici, sint, rogo, sacta pede.
Vestras quod vento spe tardior hospes in ædes,
Parcite, diuersa detinuere mora.
Impediere suis studiis me rura alumnum,
Lustra feris, auibus densa silua vagis
Spectabamq; procos pro coniuge Martis furentes,
Atque alios, nimium quos leuis vrit amor.
Sunt isthac culpanda reos, fecistis at ipsi
Hac quondam iuuenes, nunc ea serti fines.
Omnis qua tenera est, viuit petulantius ætas
Et facile in luxum si labor absit abit.
Parcendum tamen huic, sensim formandaque fruge
Ematuruerit si modo forsan erit.
Sic acidos gignunt primum pomaria fœtus
Sic stillas succos vna tenella graues.
Tempore si tamen has fueritis mollita saporem
Poma dabunt mitem, nec dabit vua grauem
Florida cum vobis olim vernauerat ætas
Nec facies rugis vestra notata fuit,
Mensa stetit grauibus pateris instructior, at nunc
Asse leui potus constat, & asse cibus.
Perparce nimium, non laudo, asperrima vestra est
Vita inter grandes, quas peperistis, opes.
Seu radiat Phœbus seu nox tegit humida terras
Anxia vos torquet noxq; diesq; metu,
Scilicet infesti rapiant ne scrinia fures,
Vel reserat serum fraude vel arte capax.
Vt fur, vt seruus, trepidus vt prodigus haret
Parcant, non tutos sic fore fiet lares
Forsaderit miles, qui fure rapacior omni
Iniiciet duras in bona vestra manus.
Quodue coegistis, nulla non anxii in hora
Auferet id parua fex scelerata mora.
Ergo dum vobis vix restat hiantibus ager
Spiritus ac aliquam mors fauet atra diem:
Lautius extremo saltem sub margine vita
Viuite, nec curas pectore ferte graues.
Diuitias nil sunt quam terra pondera: gemmas
Purgamenta rubri suspicor esse freti.
Vt lassis vires redeant in corpora mandat
Cecropius senibus vina bibenda Plato.
Cognatis alimur, simplex infantia viuat
Lacte, iuuenta cauo fonte, senecta mero.
Austerum animo vicit grauitate Catonem,
Nemo consiliis, nemo quoque eloquiis,
Quoq; die tamen his conuiuia laetus adibat
Nec rediit, nisi nox O cano orta fuit.
Sic suauis somno sopitum sole recenti
Retulit ex tepido viuida membra toro.
Concilient igitur cum pinguia musta saporem,
Si licet, ora bono fieta rigate mero.
Hoc genialis hyemis hoc & pluuialia Cæli
Qua Phœbea terit nunc rota, signa fauent
Namque caper fertur vitee Bromiosque racemos
Primus in Ægeis repperisse iugis
Nunc probat, vt latices vestrum referatis ad vsum
Arripiet oblatum dum fauet Æthra bonum.
Ipse puer Phrygius cratera propinat, & ipse
Ex patera raptor cum Ganymede bibet.
Quid quod sidereos spectatis in æthere pisces,
Hos gaudere sua nonne putatis aqua?
Subiicimur cœlis mundi inferiora, caduci
Natura debent à meliore regi.
Corpus ad astrorum seriem curate vigebit,
Et peraget molles vestra senecta dies.
Quod superat vita sensim tabescit & aret,
Nec faciunt vllam tempus & hora moram.
Consistet citius Rhodanus, Tanaisque calescat
Quam natura suas prefferit alia vices.
Ac velut oppositos Tytan gyratim inactus

IO. IOVIANI PONTANI FRIGORE INVITATVR ad voluptatem.

Bruma riget, Caurique fremunt, flat densior aer,
Iuppiter & gelidas fundit ab axe niues.
Pocula nunc lususque, decent pinguesque lucernae:
Arida, vos pueri, subdite ligna foco.
Igne ferox lenitur hyems, vos mollia circum
Lesbia, & annosum spumat in orbe merum.
Vino pelluntur tristes de pectore curae.
Hic liquor, ingrato corda dolore leuat.
Hic Deus adflictis requiem, spemque addit egenis.
I puer, & larga prome falerna manu.
Me iuuat inter vina (fouet nam Bacchus amorem)
Ebria consertis oscula ferre labris:
Molle femur tractasse manu, tractasse papillas,
Dulciaque in tenero bella mouere sinu.
Tum mihi sic non vna satis: tum si tibi iungar
Faunsa quas dederim, quas tulerimque, vices!
Tum si blanda meis veniat retinenda lacertis,
Quos tibi dem amplexus Lautia, quosve dabis?
Tene ego si teneam, quales mea Lautia motus
Expediam, vel quod sim ferus ipse modus?
Molle Charitaeo spirabis lecti odore
Quem dat Pellaeo condita terra duce.
Lintea sudabunt roseum perfusa liquorem,
Myrteaque fluet lucidus humor aqua?
Interea miscere, puer, ne desine Bacchum
Sapinum, atque alijs demere vincla cadis.
Senio adest, rabidusque canis: Venus aurea cuia est?
Artelis arbitrium te penes omne meri.
Ille nouem cyathos Musarum cetus honore
Ebibat, hic Charites tergeminumque chorum,
Lusibus his nam gaudet hiems, his laeta terenda est
Bruma: venit rabido mors inopina pede.

HVGONIS GROTI HYEMIS COMMODA, AD POTTEIVM.

Crede mihi, Potees, prodest & frigus amanti:
Sunt quoque, quae nobis commoda praestet hyems.
Ver Florae proprium, Cereri sacra dicitur aestas,
Vindicat autumnum Bacchus; Amorque gelu.
Ecquid adhuc dubitas? antes fera frigora ponti,
Aequoreaque hyemes creditur orta Venus.
Scilicet expulsus fugit ad praecordia feruor,
Brumaque vim calidi fomitis intus agit.
Inde Cupidineis agitantur pectora flammis
Acrius, atque ipso frigore crescit amor.
Cernis vt ipsi foci grauius crepet ardor, & ignis
Pugnet in obsessas spiritus ire vias:
Hac veterum nos festa docent, tu consule fastos:
Si vacat, è fastis certior esse potes.
Conueniunt soli genialia festa Decembri:
Saturnalitios possidet ille iocos.
Nouimus & Faunum, nutricem nouimus Accam:
Vltimus est horum qui sacra mensis habet.
Proximus est Iano qui nulla veste Lupercos
Aspicit, inque ipso corpora nuda gelu.
Sunt etiam generis Romana Charistia sacrum,
Cum coit ad socias turba propinqua dapes.
Vnanimes pariterque viri pariterque puellae
Conueniunt, generis conciliante Deo.
Vina iuuant sanguisque iuuat: feruetque Cupido
Illo praecipue laetus adesse die.
Quam bene regnat sub numine nomen amantis
Delitet: affinem dilige, tuta via est.
Nulla potest cogi charos odisse propinquos
Hunc timet affectum carpere mater auum.
Ecce quod hyberno spectatur tempore coelum
Hos facit, & quod vis sidus amare docet.
Quis fuit Aegoceros, nisi Pan Syringis amator
Virginis, vnde suum fistula nomen habet.
Quid referam pisces, quorum hac Venus, ille Cupido est,
Magna Syra gentis numina, magna mihi.
Improbe quid tentas, Latonia dixit, Orion
Pro pretio stellas improbus ille tenet.
Quis Cephei tuos, quis Mirti'c nescit amores,
Aut Ariadnea splendida serta coma?
Haec quoque quae superum sublimis possidet axem
Sicca suum semper respicit vrsa Iouem:
Iuppiter Electramque polo, reliquasque sorores
Imposuit: digna est res Ioue, semper amat.
Nunc taurus trepidam fert per vada salsa puellam,
Nunc in Tyndarij coniuge ludit olor.
Haec vos scire decet, qui discitis aethera totum,
Non hominum vana scribere fata manu.
Dicite Chaldaei roseis cur vecta quadrigis,
Tardior hyberno tempore surgat Eos?
Memnonis illa suum mater complexa maritum
Dulcia producta gaudia noctis amat:
Iam matutini praesertim frigora caeli
Dum timet, in tepidos & fugit vsque sinus,
Saepe Dea Phoebus, quid, ait, mea tempora perdis?
Iam dudum repetunt sidera festa diem.
Saepe Aurora Deo, quid ait, mea gaudia turbas?
Quaere tibi Clymenen, me meus ignis habet.
Quid faceret, si iam Cephalo coniuncta iaceret,
Per quem Tithono non licet esse senis?
Quam iuuat insomnem ventos audire gementes,
Tantaque in augusto membra leuare thoro,
Et dominam fouisse sinu, si nocte suprema
Frigidus hybernas mouerit Auster aquas?
Felices, quibus ista licent: mihi bruma dierum
Det bona, sunt animi vota molesta mei.
Me saltem aspiciat Domina circundare tergo
Brachiolum, & furtim non referenda loqui:
Et prensare manum, & figere blanda labellis
Basia, & in gremio ponere molle caput.
Cedite, dicemus, mala frigora: duplice flamma
Cingimur: hinc Veneris flat vir, & inde puer.
Tunc etiam noster sese felicibus alis
Tollet, & ad caeli sidera surget amor,
Cum mea lux glaciem mecum calcabit & ibit
Per vada, nocturno constabulata gelu.
Quis putes? in glacie veros inuenimus ignes.
Feruor en astris frigore regnat aquis.
Quis iuuenum primus ferratis vincla coturni
Nexuit, & rapidis ocior iuit equis?
Quis docuit teneras iter hoc glaciale puellas,
Composuitque manum, composuitque pedes?
Lubrica sulcatur ferro via, lubrica certe
Et via ab insidijs, parue Cupido, tuis.
Ille Mercurius posuit talaria viso,
Plus Batauos ipsis fassus habere Dijs:
Ipsa quoque ad solers stupuit Cytherea repertum,
Scilicet vt dotes iussit adesse suas,
Dos Veneris taeda est, & acutum missile, turba
Spargere per glaciem quae puerilis amat.
Hic aliquis tactus sero sua vulnera sensit,
Vulnera nec soleis effugienda suis.
I puer, haec docto mea carmina defer amico,
Me mea, me glacies, remigiumque vocant.

ΠΟΔΑΓΡΟΥ PERSONÆ:

ΧΟΡΟΣ, ΠΟΔΑΓΡΑ, ἄγγελος, ἰατροὶ καὶ βασανισταί.

Podagricus, Chorus, Podagra, Nuncius, Medici, Tortores.

LOQVITVR PODAGRICVS.

Trimetri Iambici.

Ὦ Στυγνὸν ὄνομα καὶ θεοῖς στυγούμενον,
ποδάγρα, πολυδάκρυτε, Κωκυτοῦ τέκνον,
ἣν Ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις,
Μέγαιρ' Ἐριννὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο,
μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ πικρῷ βρέφει
εἰς χεῖλος ἐνέσταξεν Ἀληκτὼ γάλα.
τίς σὴν δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἀρὰ
εἰς φῶς ἀνῆκε, πολλὰ ἀνθρώποις βλάβος,
εἰ γὰρ τίνουσι ἀμπλακημάτων τίσιν
βροτῶν ὅπου δεῖ τῶν ἔδρασαν ἐν φάει,
οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ἰξίονα
τροχῷ στροβητόν, οὐδὲ Σίσυφον πέτρῳ
ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως,
ἁπλῶς δὲ πάντας τοὺς κακῶς δεδρακότας
τοῖς σοῖς προσάπτειν ἀρθροκλάστοις πόνοις,
ὡς μου τὸ λυπρὸν, καὶ ταλαίπωρον δέμας,
Χειρῶν ἀπ' ἄκρων, εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις,
ἰχῶρι φαύλῳ, καὶ πικρῷ χυμῷ χολῆς,
πνεύματι βιαίῳ τῷδε διαφράγγον πόρους
ἔστηκε, καὶ μείζονος ἐπιτείνει πόνους.
σπλάγχνων δὲ ἐν αὐτῶν, διατρέχει πυρὸς κακόν,
δίναισι φλογμοῖς σάρκα πυρπολούμενον,
ὁποῖα κρατὴρ μεστὸς Αἰτναίου πυρὸς,
ἢ Σικελὸς αὐλὼν ἀλιμένου διαστάσεως,
ὅπου δυσεξέλικτα κυματούμενος
στρέφει πετρῶν σπηλαίοις εἰλούμενος
κλύδων.
ὦ δυστέκμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις
τέλος,
ὡς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιβάλλομεν,
ἐλπίσι ματαίαις μωρὰ βουκολούμενοι.

O Triste nomen, ô dijs odibile,
Podagra, lacbrymosa, Cocyto sata,
In Tartari specubus opacis edita,
Erinnys vtero quam Megæra suo tulit,
Et vberibus aluit, cuique paruulæ
Amarulenta in os lac Alecto dedit.
Ergo quis abominabilem te dæmonum
Produxit in lucem exitio mortalibus?
Quod si luunt errata manes mortui,
Si luce commissi rationem nox petit,
Ne. Tantalus sitis, nec Ixion, rota
Volubili, nec Sisyphus onere lapidis
Cruciandus in Stygis fuit Ditis domo:
Tuis sed omnes omnium scelerum reos
Aptare decuit membrifragis cruciatibus.
Vt corpus affectum & fatigatum meum,
Manibus ab extremis ad summas pedum
Plantas, sanie tetra, fluentique silica
Per membra bile, & impetuoso flamine
Suis vbique stringitur meatibus,
Porisque clausum me premit doloribus,
Per ipsa currit ignea pestis viscera,
Carnemque vorticibus populatur ignitis,
Aetna velut crater facibus exæstuans:
Aut Sicula vallis æquorearum rupium,
Æstibus immensis inbilibus vbi fluctuans
Sinuosa ruinas vnda scopulorum ferit,
O omnium mortalium opinionibus
Incogitabile malum, vt omnes perdite
Quicunque vana spe stolide te leniter
Mulcere medicatisque cupimus fallimur.

CHORVS.

Dimetri catalectici omnes.

Χὰ κατὰ Δίνδυμον Κυβήλης
Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγὰν
ἁπαλῷ τελοῦσιν Ἄττει,
καὶ πρὸς μέλος κεραύλας,
Φρυγίου κατ' ὄρεα Τμώλου
κῶμον βοῶσι Λυδοί.
Παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις
κελαδοῦσι, Κρητὶ ῥυθμῷ
νόμον εὐάζ Κορύβαντες.
κλάζει δὲ βαρύθροον σάλπιγξ,
Ἄρεος κρέκουσα θούρου
πολεμηΐδα ἀυτήν.
ἡμεῖς δέ σοι ποδάγρα.
πρώτως ἔαρος ἐν ὥρᾳ,
μύσται τελοῦμεν οἴκτους,
ὅτε πᾶς χλοηκόμοισι
ποίαις τέθηλε λειμών,
ζέφυρος δὲ δενδρέων πτόρθους
ἁπαλοῖς κομᾷ πετήλοις,
ἃ δὲ δύσγαμος καθ' οἴκους
μερόπων ὀρθρία χελιδών,
καὶ νύκτερος καθ' ὕλαν,
τὸν Ἴτυν στένει, δακρύουσα
Ἀτθὶς γόοις ἀηδών.

IVga Dindymi Cybeles
Phryges vlulante voce,
Tenero frequentare Atti
Solent, modisque fistri
Phrygij, super iuga Tmoli
Comon celebrare Lydi.
Et perciti furore
Resonant suis in armis
Euantes orgia rhythmis
Cretensibus Corybantes.
Clangit quoque tuba duro
Martis, modulans tumultus
Depressa bellicosos.
Sed nos tui podagra
Mystæ, tibi sacramus
Ineunte vere luctus:
Vbi graminifera passim
Herbis virere prata,
Et in arboribus tenella
Zephyro reflante frondes
Inceperint vigere
Male nuptaque cum per ædes
Hominum strepens hirundo.
Nocturno perque lucos
Ityn gemit, querelis
Vbi tristibus Philomela.

PODA-

PODAGRICVS.

Trimetri Iambici.

ΠΟ. ... ὦ τρίτε ποδὸς
μοι ... λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου
βάσιν τρέμουσαν, καὶ κατεύθυνον τρίβον,
ἴχνος τε βαιὸν ὡς ἐπιστήσω πέδῳ.
ἔγειρε τλῆμον γυῖα δεμνίων ἄπο,
καὶ λεῖπε μελάθρων τὴν ὑπώροφον στέγην.
σκέδασον δ' ἀπ' ὄσσων ... ἀέρος βάθος,
μολὼν θύραζε, καὶ πρὸς ἡλίου φάος
... αὔγασαι πνεύματος φαιδροῦ ...
δέκατον γὰρ ἤδη τῷ πρὸς πέμπτῳ φάος
ἐξ οὗ ζόφῳ σύγκλειστος, ἡλίου δίχα,
... ἐν ἀστρώτοισι τείρομαι δέμας.
ψυχὴ μὲν ὁρμεῖ καὶ πρόθυμα μοι πάρα,
βάσεις ἀμείβειν ἐπὶ θύρας ὡρμημένη,
δέμας δὲ νωθρὸν οὐχ ὑπηρετεῖ πόθοις,
ὅμως δ' ἐπείγου θυμὲ γιγνώσκων, ὅτι
πτωχὸς ποδαγρῶν, περιπατεῖν μὲν ἂν
θέλῃ
καὶ μὴ δυνήται, τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει.
ἀλλ' εἶα.
τίνες γὰρ οἵδε βάκτρα νωμῶντες χεροῖν,
κάρηνα φύλλοις Ἀκτίας κατεστεμμένοι,
τίνα δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν;
μῶν Φοῖβε Παιάν, σὸν γεραίρουσι σέβας;
ἀλλ' οὐ στέφονται Δελφικῆς φύλλοις
Δάφνης.
ἢ μή τις ὕμνος Βακχείων κελαδίζεται;
ἀλλ' οὐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς κόμαις.
τίνες ποθ' ἡμῖν, ὦ ξένοι, βεβήκατε;
αὐδᾶτε, καὶ προσείπατ' ἀτρεκῆ λόγον.
τίς δ' ἐστίν, ἣν ὑμνεῖτε, λέξατ' ὦ φίλοι;
ΧΟ. σὺ δ' ὢν τίς, ἡμᾶς καὶ τίνων
προσεννέπεις;
ὡς γάρ σε βάκτρον καὶ βάσις σημαίνετον,
μύστην ὁρῶμεν τῆς ἀνικήτου θεᾶς.
ΠΟ. μύστης εἰμὶ κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος.

O Ægritudinum opifex & comes mea,
O terrigerens Bacule vicem pedis,
Tremulum mihi suffulcias oro gradum
Iterque dirigas, levia & vestigia
Firmes pedum, possim ut inniti solo.
Age miser ex stratis tua membra corripe,
Et culmen aedium tectumque umbratile,
Nigramque ab oculis excutiens caliginem
Prodi foras, & ad rutilum Solis iubar
Auram serenam spiritus lato trahe.
Ter quinque praeterire nunc soles dies,
A sole cum procul in tenebris abditus
Incomposito in lecto cubans distorqueor.
Adest animus, adest voluntas saepius
Ut in pedes me coniiciam fores petens,
Sed corpus imbecille vota deserit.
At enim propera mea mens, quoniam te non latet
Egena vita podagrici, qui cum velis
Obambulare, non queas, viventium
Hunc exime numero, & refer inter mortuos.
Sed eia.
At qui veniunt hic, qui baculos manibus movent?
Capita coronati foliis sunt Actea.
Cuiumve daemonum celebrant festum chorum?
An Phoebe Paean numen extollunt tuum:
At Delphica nulla cingit eos Laurea.
An fors canitur laus aliqua Bacchi [illegible]?
Sed non adest signum comis hederaceum.
Age qui, vel unde nam venitis hospites
Exponite nobis, veraque fateamini:
Et quam Deam celebretis amici, dicite.
CHO. At tu quis es, vel unde nos
interrogas?
Ut enim baculus gressusque nobis indicant,
Mysten videmus insuperabilis Deae.
POD. Unus quidem & ego sum, deam non dedecens.

C H O R V S.

Dimetri partim catalectici, partim acatalectici.

Χορ. τὴν μὲν Κυπρίαν Ἀφροδίτην,
ἀγόνου προπεσοῦσαν ἀπ' αἰθέρος,
ἀνεθρέψατο κόσμον ἐραστόν,
ἅλιος ἐν κύμασι Νηρεύς.

τὴν δ' Ὠκεανοῦ παρὰ πηγαῖς,
Ζηνὸς μεγαλάγγελον Ὀλυμπίου
λευκώλενον, ...
θρέψε τιθηνὸς Τηθύς.
κορυφαῖσι δὲ κρατὸς ἐν
ἀφθίτη
ἐλόχευσε κόρην ἄτρομον φυάν,
Κρονίδας μέγ' ἄριστος Ὀλυμ-
πίων,
τὰν ἐγρεκύδοιμον Ἀθάναν.
τὰν δ' ἡμετέραν θεὸν ὀλβίαν,
ὁ γέρων λιπαροῖσιν ἐν ἀγκάλαις,
πρώταν ἐλόχευσεν Ὀφίων.
ὅτ' ἐπαύσατο μὲν σκοτίας φάος,
ἀνέτελλε δὲ λαμπετὶς ἠώς,
καὶ παμφαὲς ἀελίου σέλας,
τότε καὶ Ποδάγρας ἐφάνη κράτος.
ὅτε γὰρ λοχίων σε τεκοῦσα
μοῖρα, Κλωθὼ τότ' ἔλουσεν,
ἐγέλασεν ἅπας σέλας οὐρανοῦ,
μέγα δ' ἔκτυπεν εὔδιος αἰθήρ.
τὴν δ' ἐν γαλακτώδεσι μαστοῖς,
ὄλβιος ἐθρέψατο Πλούτων.

Venerem sacra Deam Cypri
Ex aetheris ortam semine
Nutrivit in aequoreis aquis
Nereus decentem fabricam.
Iunoque coniunx & soror
Tonantis, ulnis candida,
Apud Oceani fontes vagus
In sinubus educata
Nutrice fuit a Tethyde:
Summoque vertice cerebri
Est virginis intrepidam
Enixus indolem, pater
Caelestium Saturnius
Virtute claram Palladem.
Sed hanc deam beatam
Primam cubitis Ophion senex
In delicatis protulit.
Cum desiit tenebrosa lux,
Et orta lucifera fuit
Aurora iubarque lucidum
Solis: podagratum simul
Apparuit potentia.
Te prodeuntem ex ilibus
Parca statim Clotho abluit
Totumque risit aetheris
Fulgor, tonuitque serenum
Caelum beatus at aluit
Hanc in papillis lacteis
Largus pater ipse Pluton.

PODAGRICVS ET CHORVS.

ΠΟ. τίσι δ' ἐπ' ἀλέκτοις ὀργιάζει
περιπόλους;
ΧΟ. οὐχ αἷμα λάβδην περιχεόμεθ' ἀπὸ σώματος σιδάρῳ,
οὐ τραχὴλ[...]τε λυγίζεται ῥαφαῖσιν αὐχήν,
οὐδὲ πολυκρότοις ἀστραγάλοις πεπληγὲν νῶτα,
οὐδ' ὠμὰ λάχεσιν ἀρέα σιτούμεθα ταύρων.
ὅτε δ' [...]λιας ἔαρος βρύουσι πτελέαι ἄνθος,
καὶ τὸ νυκτίλαλος κόσσυφος ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,
τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλος πέπηγε μύσταις,
ἀφανὲς κρύπτον, δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων,
πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀστραγάλους, ἰσχία, μηρούς,
χεῖρας, ὠμοπλάτας, βραχίονας, κόρωνα,
καρπούς.
ἐσθίει, νέμεται, φλέγει, κρατεῖ, πυροῖ, μαλάσσει,
μέχρις ἂν ἡ θεὸς τὸν πόνον ἀποφυγεῖν
κελεύσῃ.
ΠΟ. ὡς ἄρα κἀγὼ τῶν κατηγμένων
ἔλαθον ἱερὰς ὤν, τοῦ γὰρ ἤκιστα
προσδοκωμένη
δαίμων φανεῖσα, σὺν δ' ἐγὼ μύσταις ὕμνων
ὕμνων κατάρξω, τὸ ποδαγρῶν ᾄδων μέλος.

POD. Sed qualibus sacris ministros excitat?
CHO. Nihil cruoris ab ore ferri fundimus,
Nec vlla scuta de ceruice vellitur,
Nec terga talis perstrepunt sonantibus,
Nec frustra cruda pascimur carnis boum.
Cum vere florem tenuia vlmus germinat,
Et insidet ramis loquacula merula,
Acuta tunc mystis sagitta figitur
Per membra, illam latens, & intima penetrans,
Pedem genu, cauoque, nodos ossium
Talosque coxarumque, vertebra, femora
Manus, scapulas, & brachia, & imas artuum
Cauerunlas, tumidasque, digitorum bases:
Omnia vorat depascitur, vrit, occupat,
Inflammat, emollit, dea donec iusserit
Aufugere morbum, & esse modum doloribus.
POD Ergo vnus & ego, nesciam licet, fui
Dea sacrata numina talis percitum:
Ergo benigna visitat apparens dea,
Simulque cum Mystis, & ego hymnos ordiar
Solitum podagricis modulaturus melos.

C H O R V S.

Dimetri.

ΧΟ. σῖγα μὲν αἰθήρ, καὶ νήνεμος ἔστω,
καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.
ἰδοὺ πρὸς θυμέλας κλινοχαρὴς
βαίνει δαίμων, σκίπωνι βάσιν
στηριζομένη.
χαῖρε θεῶν μακάρων πολὺ πραοτάτη,
καὶ σοῖς προπόλοισιν ἵλαος ἔλθοις,
ὄμματι φαιδρῷ, δοίης δὲ πόνων
λύσιν ὠκεῖαν,
τοῖς δ' ἐν ἀγρυπναῖς ὥραις.

Tranquilliter igitur & sine
Ventis sit æther, quilibet
Laudes canat podagricus.
En strata diligens dea
Suas ad aras aduenit
Baculo gradum suffulciens.
Salue Deum mitissima
Tuosque benigna respice
Lætante lumine famulos,
Huiusque veris tempore
Paulum dolores mitiga.

P O D A G R A.

Trimetri Iambici.

ΠΟ. τίς τὴν ἀνίκητόν με δεσπότιν πόνων
οὐκ οἶδε Ποδάγραν τῶν ἐπὶ χθονὸς βροτῶν;
ἣν οὔτε λιβάνων ἀτμὸς ἐξιλάσκεται,
οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις,
οὐ ναὸς ὄλβῳ περικρεμὴς ἀγάλμασιν.
ἣν οὔτε Παιὰν φαρμάκοισι νικᾶν σθένει
πάντων ἰατρὸς τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,
οὐ παῖς ὁ Φοίβου πολυμαθὴς Ἀσκληπιός.
ἐξ οὗ γὰρ ἔφυ τὸ πρῶτον ἀνθρώπων γένος,
τολμῶσι πάντες τὴν ἐμὴν ἐκβάλλειν βίαν,
κυκῶντες ἀεὶ φαρμάκων τεχνήματα.
ἄλλος γὰρ ἄλλην ἐπ' ἐμὲ πειράζει
τέχνην.
τρίβουσιν ἀρνόγλωσσον καὶ σέλινά μοι,
καὶ φύλλα θριδάκων καὶ νομαῖον
ἀνδράχνην,
ἄλλοι πράσιον, οἱ δὲ ποταμογείτονα.
ἄλλοι κνίδας τρίβουσιν, ἄλλοι σύμφυτον.
ἄλλοι φακοὺς φέρουσι τοὺς ἐκ τελμάτων,
σταφυλῖνον ἑφθόν, οἱ δὲ φύλλα περσικῶν,
ὑοσκύαμον, μήκωνα, βολβούς, σίδια,
ψύλλιον, λίβανον, ῥίζαν ἐλλεβόρου, νίτρον,
τῆλιν μετ' οἴνου, γυρίνους, κολλάμφακον,
κυπαρισσίνην κηκῖδα, κρίθινον ἄλευρον,
κράμβας [...] φύλλα, γύψον ἐν
[...]
[...] αἰγῶν, ἀνθρώπων
κόπρον,

Quis est hominum, cui non ego insuperabilis
Regina morborum podagra nota sim?
Quam nulla thura nulla fumigatio,
Nec fusus apud aras cruor, aut donaria
Suspensa templis diuitum placabilem
Reddunt: nec ipse vincere summum omnium
Pæan deorum medicus arte sua potest,
Apollinisque filius Aesculapius.
Ex quo siquidem mortalium fuit genus,
Omnes meas retundere vires gestiunt,
Omnemque turbant pharmacorum industriam.
Alius enim in me aliam tentat solertiam.

Plantaginem terunt, apijque semina,
Foliaque lactucarum, & agreste peplion,
Et marrubium, amnecolamque potamogetona.
Alij Cnidas terunt, aliique symphyton.
Lentes alij de stercore lectos illinunt.
Hos cocta pastinaca, foliaque persica,
Hyoscyamum, papauer, & bulbi iuuant,
Cortexque pomi punici malicorium,
Et psyllion thus, ellebori radix, nitrum,
Et mixta vino telis, & collamphacos,
Et gyrinæ, simulque galla cupressina,
Et panis hordeaceus, atque brassica
Cruda folia, gypsum gari liquamine.
Et stercora syluestris capræ, fimum hominis,

Farina

ἄλευρα κυάμων, ἄνθος Ἀσίου λίθου.
ἕψουσι φρύνους, μυγαλᾶς, σαύρας,
γαλᾶς,
βατράχους, ὑαίνας, τραγελάφους, ἀλώπεκας.
ποῖον μέταλλον οὐ πεπείρασται βροτοῖς;
τίς οὐχὶ χυμός; ποῖον οὐ δένδρου δάκρυ;
ζῴων ἁπάντων ὀστᾶ, νεῦρα, δέρματα,
στέαρ, αἷμα, μυελός, οὖρος, ἀπόπατος,
γάλα.
πίνουσι οἱ μὲν τὸ διὰ τεσσάρων ἄκος,
οἱ δὲ τὸ δι' ὀκτώ, τὸ δὲ δι' ἑπτὰ
πλεῖστοι.
ἄλλος δὲ πίνων τὴν ἱερὰν, καθαίρε-
ται,
ἄλλος δ' ἐπῳδαῖς ἐπιθετῶν
ἐμπαίζεται.
Ἰουδαῖος ἕτερον μωρὸν ἐξάδει λαβών.
ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς κρήνης.
ἐγὼ δὲ τούτοις πᾶσιν οἰμώζειν λέγω,
καὶ τοῖς ποιοῦσι ταῦτα, καὶ πειρῶσί με
εἴωθ' ἀπαντᾶν μᾶλλον ὀργιλωτέρα,
τοῖς δὲ φρονοῦσι μηδὲν ἀντίξουν ἐμοὶ,
ἤπιον ἔχω νοῦν, εὐμενής τε γίγνομαι.
ὁ γὰρ μεταλαβὼν τῶν ἐμῶν μυστηρίων,
πρῶτον μὲν εὐθὺς εὐστομεῖν διδάσκεται,
τέρπων ἅπαντας, εὐτράπελους λέγων λόγους.
πᾶσιν δ' ὁρᾶται μετὰ γέλωτος καὶ κρότου.
ὅτι ἐπὶ λουτρὰ φοράδην βαστάζεται.
Ἄτη γὰρ, ἣν εἶπεν Ὅμηρος, αὕτη εἰμ' ἐγώ,
βαίνουσ' ἐπ' ἀνδρῶν κρᾶτα, καὶ ἁπαλοὺς
ποδῶν
ἀταλοὺς ἴχνεσι, παρὰ δέ τοι πολλοῖς
βροτῶν,
ποδάγρα καλοῦμαι, γιγνομένη ποδῶν ἄγρα.
ἀλλ' εἶα μύσται πάντες ὀργίων ἐμῶν,
γεραίρεθ' ὕμνοις τὴν ἀνίκητον θεάν.

Farina fabarum. flos quoque lapidis Asii.
Alij rubetas quique vocantur araneς

Mures, lacertas atque mustelas coquunt,
Ranas, hyenas, tragelaphos, vulpeculas.
Cuim metallis non pericla sumpta sunt?
Quis non probatus humor est mortalibus?
Aut cuius inexplorata lachryma est arborum
Animalium omnium ossa, neruι, tergora,
Adeps, cruor, medulla, lotium, merda, lac.
Bibunt alij numero quaternο pharmacum,
Alij per octo, perque septem plurimi.
Alius bibens sacram, repurgari studet,
Aut carminibus animum adhibens illuditur.
Iudaeus excantat fatuum nactus alium.
Rursus alius a fonte remedium petit.
Sed omnibus illis nil nisi plorare impero.
Et sic facientibus vel irritantibus
Occurrere soleo magis iracundior.
Qui vero contra me nihil eius cogitant,
Illis facilem & tractabilem me prabeo.
Nam qui meis communicat mysteriis
Primum quidem statim bona verba dicere
Docetur, oblectareque salibus & iocis
Dictisque facetis se salutantes solet.
Deinde cum gestatus intrat balnea,
Fit ridiculus, fit & voluptas omnibus.
Aten enim, quam dixit Homerus, illa sum
Ego, per hominum capita molliter ambulans,

Plantas pedum teneras habens:
veruntamen
Plerique me mortalium podagram vocant,
Quoniam pedum captura sum.
Sed agite Mystae, qui mea colitis sacra,
Celebrate laudibus insuperabilem deam.

C H O R V S.

Dimetri Anapaestici.

Χολαδαμάντινον ἦθος ἔχουσα κόρα
πολυσθενὲς, ὀβριμόθυμε θεά
κλῦθι σῶν ἱερῶν μυστῶν ἐωπάς.
μέγα σὸν κράτος, ὀλβιόφρων ποδάγρα,
τὰν καὶ Διὸς ὠκὺ πτήσσει βέλος.
τρομέει δὲ σε κύματ' ἁλὸς βαθείης,
τρομέει βασιλεὺς ἐνέρων Ἀΐδας
ἐπιδεσμοχαρής, κατακλινοβάτις
κωλυσιδρόμα βασανισταγάλα,
σφυροπρηστιπυρὰ, μογεροβαδίσα,
δοιδυκοφόβα, γονυκλαυστογερυτια,
ἀϋπνοδυλοταρσίλλα,
γονυκαμψεπικυρτοποδάγρα.

O Nympha, ingenium adamantinum habens,
Multipotens, animo dea valido,
Audi vota tuorum supplicum.
Magna potentia, vis tua magna,
O regina opulenta podagra,
Quam Iouis horret pernix telum,
Quamque profundi fluctus pelagi
Trepidant, quam quoque trepidat sceptra
Qui gerit infera Stygius Pluton,
O gaudens nodis, lectigrada,
Cursfinetans, talorum tortrix,
Calcicrematrix, malehumitanga,
Ossitremenda, genufraga, peruox
Articulos cruciandi cupida
Curuigenuflexa, potens Podagra.

Trimetri Iambici

PERSONÆ.

Nuncius, Podagra, Medici, Tortores.

Ἀγάλλιστον, ὦ δέσποινα, καιρίως γὰρ ἦν τυχεῖν,
ἄκουε, ἔπος, καινὸν φέρω
ἀλλ' ἐστι πρᾶξις τῶν λόγων συνέμπορος.
ἐγὼ γὰρ, ὡς ἔταξας, ἠρέμα ποδὶ
πόλεις ἰχνεύων, πάσας ἐξηρεύνων
δόμους,
μαθεῖν ποθῶν, εἴ τις σὸν οὐ τιμᾷ κράτος.
καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἥσυχον εἶδον φρένα

NVn. Domina peropportuna tosers obuiam:
Audi, neque enim tibi nuncium fero si inolum
Sed socia verbis ipsa res adiungitur.
Nam ciuitates, vt statueras vndique
Lento pede vestigans, sibi scrutabar domos
Cunctas, vt aduerterem si quis inanis
Potentiam non debito more coleret,
Aliosque tuarum vi manuum sat repperi

ἔχομεν δὲ χρῖσμα πατρὸς ὧν ... πόδε,
ἐν ᾧ παρηγοροῦμεν ἀλγ... τ... ς.
Πο. τί δὴ τὸ χρῖσμα, καὶ τίς ἡ σκευὴ,
φράσον.
Ια. μύστης μυστηρίων ὅρκος οὐκ ἐᾷ φράσαι,
καὶ λοίσθια θνῄσκοντος ... πατρὸς,
ὅς ἐπέταξε κρύπτειν φαρμάκου ... σθένος.
ὃ καὶ σὲ πάνυ οἶδεν ἡγεμονεῖν.
Πο. εἶτ' ὦ κατάρατοι, καὶ κακῶς ὀλούμενοι,
ἔστιν τις ἐν γῇ φαρμάκου δύναμις τόση,
ὃ χρισθὲν οἶδε τὴν ἐμὴν παύειν βίαν,
ἀλλ' ἐπὶ τοῖσδε σύμβασιν συνθώμεθα,
καὶ πειρασώμεθ', εἴτε φαρμάκου σθένος
ὑπέρτερον πέφυκεν, εἴτ' ἐμαὶ φλόγες.
δεῦτ' ὦ σκυθρωπαὶ, πάντοθεν ποτώμεναι,
βάσανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
πελάζετ' ἄσσον· καὶ σὺ μὲν ποδῶν
ἄκρους
φλέγμαινε ταρσοὺς, δακτύλων ποδῶν ἄχρι·
σὺ δυσφύροις ἔμβαινε, σὺ δὲ μηρῶν ἄπο,
ἐς γόνατ' ἔκλειβε πικρὸν ἰχώρων βάθος,
ὑμεῖς δὲ χειρῶν δακτύλους λυγίζετε.
Βα. ἰδού, ὡς ἔταξας, πάντα σοι δεδράκαμεν.
κεῖνται βοῶντες οἱ ταλαίπωροι μέγα
ἅπαντα γυῖα περιβολῇ στρεβλούμενοι.
Πο. φέρετ', ὦ ξένοι, μαθώμεθ' ἀτρεκέστατα,
εἰ χρισθὲν ὑμᾶς φάρμακον τόδ' ὠφελεῖ.
εἰ γὰρ σαφῶς τόδ' ἦν ἀντήξειν ἐμοὶ,
λιποῦσα γαῖαν, εἰς μυχοὺς εἶμι χθονὸς,
ἄιστος, ἀφανὴς, πυθμένα Ταρτάρου βάθη.
Ια. ἰδού, κέχρισμαι, οὐ χαλᾷ φλογμὸς
πόνων.
οἴμοι πέπαιγμαι, τείρομαι, διόλλυμαι,
ἅπαν πέπηγμαι γυῖον ἀσκόπῳ
κακῷ.
οὐ Ζεὺς κεραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλος.
οὐδὲ θαλάσσης τοῖα μαίνεται κλυδών.
οὐδ' ἐν στρεβλωτῇ λαίλαπος τόση βία.
μὴ καρχάρου πορθεῖ με δῆγμα Κερβέρου,
μή τις Ἐχίδνης ἰὸς ἀμφιβόσκεται,
εἰ ... ἰχῶρι ... πέπλος,
ἐλέαιρ' ἄνασσα· φάρμακον γὰρ οὔτ' ἐμὸν,
οὔτ' ἄλλο δύναται σὸν ἀναχαιτίσαι δρόμον,
ψήφοις δὲ πάντων, πᾶν ἔθνος νικᾷς βροτῶν.
Πο. παύσασθε βάσανοι, καὶ κουφίσατε
τῶν μεταγνόντων εἰς ἐμὴν ἔριν μολεῖν.
γινωσκέτω δὲ πᾶς τις, ὡς μόνη θεῶν
ἄτεγκτος ... φαρμάκοις οὐ πείθομαι.

Habemus autem quod pater vnguentum dedit,
Per hoc mala consolamur ægrotantium.
Pod. *Cedo, quod vnguentum? quis illius habitus?*
Med. *Sacrum tacendi ius mihi iurandum datum*
Me talia dicere tibi plane non sinit.
Nec vltimum morientis edictum patris
Qui iussit hanc celare nos vim pharmaci,
Quod sæuientem te quoque scit compescere.
Podag. *Anigitur, o execrabiles, male perditi,*
Vllum vnquam tanta vis est pharmaci,
Meam quod vnunctum vim sciat compescere?
Sed sine paciscamur age tali fœdere,
Et experiamur anne virtus pharmaci
Futura sit superior, an flamma mea.
Huc o seuera statim vndique conuolantia
Tormenta, præsides mea vesania.
O tu adeste, tuque soleas infimas
Pedum sub ipsos vsque digitos vrito.
Tu cruribus insili, profundam tu riges
A feminibus ad genua tabem felleam.
At vos manuum repente flectite digitos.

Tor. *En imperata singula tibi fecimus.*
Iacent, miserique clamitant grauissime,
Per omnia toti membra tuis complexibus.
Pod. *Nunc agite, o hospites, videamus optime,*
An illitum vos nunc muniet hoc pharmacum.
Nam si palam aduersum fuerit illud mihi,
Mundum relinquens, abditos terræ sinus
Subibo, & infimas abyssos Tartari,
Obscura & ignota omnibus mortalibus.
Med. *En vnximus, leuat neque dolores tamen*
Podagricos. heu, proh scelus, heu tabesco miser atque pereo.
Omnia populatur membra mea saxum malum.

Non Iuppiter fert tale telum fulminis,
Non vlla sic procella sæuit æquoris,
Non impetuosi tanta vis est turbinis.
An asperos sustineo morsus Cerberi?
Num virus Echidnæ membra mea depascitur?
An tunica sæuit tincta Nessi sanguinis?
O Dea miserere: nam neque meum pharmacum,
Nec aliud inhibere poterit cursum tuum:
Victrix sed omnium omnibus es suffragiis.
Pod. *Desinite nunc tormenta, dolores cedite:*
Mecum, quia capta litis illos pœnitet,
Et norit vnusquisque me solam omnium
Illacrymabilem & immedicabilem deam.

CHORVS.

Hexametri μείουροι *& Anapæstici Dimetri.*

Χο. οὔτε Διὸς βρονταῖς Σαλμωνεὺς ἤρισεν
βία,
ἀλλ' ἔθανε, ψολόεντι δαμεὶς θεοῦ φρένα
βέλει.
οὐκ ἔρισας ἱλαρὸν Φοῖβον Σάτυρος Μαρσύας
αἰνὰ λιγὺ ψάλλ', ἐκείνου πεδὰ δερματίτης.
πένθος ἀείμνηστον δ' ἱερὰ δακρὺς ἔχει Νιόβην,
ἀλλ' ἔτι μυρομένη προχέει πολὺ δάκρυον
Σιπύλῳ,
μανίας δ' ἀράχνη Τριτωνίδος ἦλθεν εἰς ἔριν,
ἀλλ' ὄλεσσε τύπον, καὶ νῦν ἔτι νήματα
πλέκει.
οὐ γὰρ ἴσον μακάρων ὀργαῖς ... ἐστὶ μερόπων,
ὡς Διὸς, ὡς Λητοῦς, ὡς Παλλάδος, ὡς
Πυθίου.
ἤπιον, ὦ πάνδημε φέροις ἄλγημα Ποδάγρα.
κοῦφον, ἐλαφρὸν, ἀδρανὲς, βραχυόλαβες,
ἀνώδυνον,
εὔφορον, εὔκλητον, ὀλιγοδρανὲς, εὐπερίπατον.
πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων,

NOn vi Salmoneus contendere cum tonitribus,
Ausa Iouis, pœnas euadere salua potuit:
Verum animo repressa repenteque fulmen Dei
Fumigero stygias detruditur illa sub aquas,
Nec satyrus Phœbo congressus Marsya tulit
Inde voluptatem, suus deripit vndique cutem
Pythius illius, non præmia grata referens.
Luctu habet memorem, luctu quoque fæta Niobe
Namque & adhuc lugens Sipylum rigat vnda lachrymis
Mæonis ad lites Arachne, quia Palladâ vocat
Perdita nunc scelus id æstantia flamina placat.
Impar enim est diuorum affectibus humana vis:
Vt Iouis, vt Latonæ, vt Pallados, vt Pythii.
Mites ergo feras cruciatus atque faciles,
O celebris, cunctisque locis dea nota Podagra,
Ferque leues, & acutos, & breuiter noxios
Absque dolore, nec intolerabiliter, bene sues
Qui teneant fines, sine exiguumque validi,
Quique gradiuum non impediant facientibus iter.
Multa sunt forma miserorum,

Sed

μιλάτω δὲ πενίης ...
τὰς ποδαγρὸς ...
ἄλλα δίδυμος, ... ἀλγεινὰ
πόνων, ... τ' ἐπιλάθε,
...
θεά.
ταῖς ... τῶν ...
...
... πάγμα.

DESID. ERASMI ROTERODAMI PODAGRÆ ET CALCVLI ex comparatione vtriusque ENCOMIVM

In præfatione Dialog. Chrysostomi.

Si libet inter duo maxima mala comparationem facere, podagra minus inclementes habet cruciatus, nil illos, vt iam non minus frequenter recurrat. Ad hæc, tabulis lenari solet, semperque iocos ac risum ducit comites: deinde vix quenquam occidit. Calculus non morbus est, sed ipsa mors, quoties oboritur, aut si quid est morte durius. Nec solus venit, sed multo crudeliq; satellitio stipatus tyrannus. Præter exitiales cruciatus trahit secũ vomitus, hinc mox stomachi ruina, & capitis dira vexatio, vt mihi quidem semper plus periculi sit ex fame, quã ex calculo. Sæpe & pleuritidem habet adiunctã, aliaq; viscerum & iliũ tormina, vt dum alteri malo mederis, alterum exasperes Itaq; cum ad conuictũ non iniucunda sit podagra: calculus non aliter, quam phreneticis omnes submouet. Habet tamen hoc cõmodi cũ podagra cõmune calculus, quod neminem lædit contagio, vt si conuiuere parũ sit iucundum, sit tamen egregie tutum. Non deest tamẽ huic tanto malo, quo possit laudari proprie. Si Platoni credimus, nihil est aliud Philosophia, quã mortis meditatio. Iam si præclara res sit, vt certe est Philosophia, parẽ gloriam feret calculus, qui vere mortis est meditatio, Quemadmodũ enim iuxta Rhetorũ leges, nulla se melius discimus dicere, quã dicẽdo, ita nemo citius discit mori, quã subinde moriendo. Ad hęc Philosophi magno consensu docẽt: bonã felicitatis humanæ partem esse, vacare metu mortis. Eum vt eximerent, variis modis tentarunt, dum alius dicit, frustra timeri, quod vitari non potest, alius nihil timendum præter turpitudinem, mortem quia iuxta naturam sit, nec malam esse, nec metuendam: alius quoniam à rogo nihil superest hominis, mortem esse finem malorum omnium, quibus innumeris vita mortalium est obnoxia: alius quoniam transitus est ad vitam feliciorem, optandam etiam esse bonis. Itaque rem tantam compendio docet calculus, vt non solum nõ horreat mortem, verũ etiam in votis habeas. Dices, sæuus magister est calculus. Fateor. sed idem rem docet omnium fortissimã. Gladiatores quam multa ferunt, vt non expauescant ferrum. Priusquam fortis euadas pugil, quid doloris non toleras? Sed omnium maxime masculum est cum morte παλαίειν.

Ex lib. 1. epigram. Græcor.

Μισοπτωχὶ θεά, μόνη πλούτου δαμάτειρα.
Ἡ τὸ καλῶς ζῆν ... ἐπισταμένη.
... χαίρεις.
Ὁ ... καὶ μύρα σοι μέλεται.
... καὶ Αὐσονία πόματα βάκχου.
... ἴδεται.
Τοὔνεκα καὶ φεύγεις πενίης τὸ χάλκεον οὖδας,
Τέρπῃ δ' εἰς πλούτου καὶ πόδας ἐρχομένη.

Sed podagricos soletur morbi
Exercitium & consuetudo.
Quare æquanimiter nobiscum
O quotquot in hac estis vnani,
Cruciatus ex animo eiicite.
Quod si quæ placeant non fiunt,
Et iter non placitis dii inueniunt.
Quisquis & hic cui morbus grauis est,
Te ludi riderique feras.
Nam hæc huius ludi natura est.

Ad verbum Eilhardo Lubino interprete.

Odio habens pauperes Dea sola diuitiarum domitrix,
Quæ bene viuere omnino nosti.
In alueain autem insidens pedibus gaudes,
Arma ferre nosti, & vnguenta tibi cura.
Delectat corona te, & Ausonii potus vini.
Hæc apud mendicos fiunt nunquam,
Ob id etiam fugis paupertatis ferreum solum,
Delectaris vero ad diuitis pedes veniens.

Metro ex Ioan. Camario.

Diua perosa viros inopes, domitrixq; potentum,
Artem viuendi quæ bene semper habes,
Tu quando plantis alienis læta recumbis,
Gestare arma studes, vncta que odara pedis.
Tunc tibi serta placent, & læti pocula Bacchi,
Quæ præstare tibi non queat vllus inops
Pauperis ergo barres habitacula dura tabernas,
Diuitis in pedibus sed residere iuuat.

PODAGRÆ LAVS BILIBALDO BIRCKHAYMERO AVTORE.

Podagra loquitur.

Non sum ignara iudices æquissimi quam sit res difficilis, ac odii plena, opinionem semel conceptam, ac iam diu inueteratam, ex hominum delere mentibus, maxime inconditi & imperiti vulgi, quod non tam prudentia ad iudicandum duci, quã animi quodam impetu & furore rapi solet. Nec mirum cum delectu careat, si etiam absq; discrimine sententiam ferat. Quo pacto n. recte iudicari posset? vbi stoliditas prudentiã, temeritas rationẽ, consiliũ animi superauit impotentia. Proinde summopere lætor, tempus mihi aliquando oblatum, ac facultatem concessam esse, vt tandẽ inimicorũ maledictis respondere, & insani vulgi obiecta diluere valeam, ne semper male audire cogar, & nunquam mihi libere loqui permittatur. Quamuis non tam mea Iudices, quam vestra interesse reat, ne quis accusatus tantum, minime vero auditus seu conuictus pereat, quo non optimus quisque à pessimis hominibus temere insimuletur, insimulatus condemnetur, cõdemnatus vltimo afficiatur supplicio. Non iniuria igitur cõspectus hic vester, clementiæ ac mansuetudinis index vehementer me recreat, ac consessus celeberrimus ita reficit, vt omnem timorem, omnemque suspicionem penitus ex animo reiecisse videat. Cur enim timerem, cum ea vos sapiẽtia, ea integritate & innocentia præditos sciam, vt non solum nil mali suspicari, sed cuncta sperare debeam, quæ apud homines sancta, iusta, pia, & plane existimatione vestra digna habeantur. Verum antequam de causa dicere Incipio, vos iudices clementissimi, oro & obtestor, vt attẽte, & cum bona venia, verba mea ad finẽ vsq; audiatis, & me meũ dicẽdi ordinẽ seruare patiamini, ac interim donec à me peroratũ fuerit, sententiã vestrã suspensã teneatis, deinde si quã contra me concepistis iracundiam, exuatis, odium seponatis, indignationem abiiciatis, potiusque iram accau-

ac causam ipsam, quam aduersariorum dicta, aut personam meam consideretis. Tum autem ne ægre feratis, si opinionem aliquam sinistram, ac temere contra me confictam, sermo conuellat, ratio labefactet, veritas denique extorqueat, id si fiet, plus hodie apud vos veritatem & iustitiam valituram spero, quam nequitiam, inuidiam, aut omnes omnium hominum criminationes, & calumnias. Plane enim me ostensuram confido, tot ac tanta, quæ mihi obiiciunt mala, vt plurimum non tam mea quam aduersariorum culpa accidere. Inde si qua sunt, non tam grauia, sed longe esse leuiora, quam illi velint aut censeant: demum me etiam multorum bonorum causam esse, ac maxima & innumera sæpius afferre commoda. Nolite iudices nolite perturbari, sed quieti vt cœpistis me quæso audite, nisi enim cuncta quæ promitto, & plane quidem ostendero, in arbitrio vestro positum erit, me etiam post causam auditam condemnare, ac ita fiet, vt vosmetipsi ab omni suspicione liberi, & à culpa alieni esse videamini: nec ego si conuicta fuero, vllam pœnam recusare ausim. Sin vero omnia quæ polliceor præstitero, rogo vt non tam mihi fauere, quam officii vestri memores esse velitis, quo ea quæ fas & iura permittunt, sententiis etiam consequi possem æquissimis. Cæterum priusquam aduersariorum obiecta diluere aggrediar, ante omnia mihi necessarium arbitror, ad populi rumorem, & famæ malum respondere. Nam si bona (aduersarii inquiunt) & tam multorum commodorum es causa, quare omnes tam impense te oderunt, execrantur ac detestantur. Nam etsi fama sæpius, non tamen semper errare consueuit, præcipue cum inueterauit tam diu, ac passim & vbique increbuit. At ego egregios illos accusatores meos vicissim interrogauero, cur & pueri magistros suos etiam sapientissimos oderint? Cur improbi leges etiam optimas vituperent? Ideo nempe, quia præceptores discipulos bonis imbuunt artibus, ac meliores reddunt. Leges vero malis impedimento sunt, ne cuncta quæ volunt ac cupiunt, patrare audeant. Verum non ideo magistri mali, quoniam à pueris odio habentur nec leges iniquæ, quoniam à pessimis hominibus vituperantur, sed potius iudicio pueri carent: ac quemadmodum febricitantes de potu, ita illi de institutione male iudicant. Flagitiosi vero cum sceleribus cunctis sint inquinati, vellent reiectis legibus, omnia quæ luberent potius licere, quam mala eorum facinora frenis quibusdam coerceri. Non igitur confestim malus erit, qui à multis, sed qui iuste, & à bonis vituperatur hominibus, quemadmodum nec ille bonus, qui multorum, sed proborum tollitur præconiis. Cum enim semper & vbique malorum superet numerus, nemo bonus illorum iudicio bonus esset, cum neminem nisi sui similem laudare consueuerint. At tantum abest, vt inertis vulgi iudicium præcipue apud bonos, alicuius sit momenti, vt quam sæpissime, qui male à malis audiunt, optimi censeantur viri, quemadmodum è conuerso pessimi & frugi nullius homines, qui populari aura in cœlum vsque feruntur. Vnde & diuinus ille Plato recte censebat, quicquid vulgo placeret, vel solum ideo suspicione dignum esse, etiamsi virtutis specimen quoddam præ se ferre videretur. Desinant igitur aduersarii mei, & mihi quoque populi rumores obiicere insanos, ac potius sibi ipsis incommoda, dolores, & diros quos nunquam patiuntur cruciatus, acceptum referant. Ita enim viuunt, imo ita bibunt, ita luxu & deliciis cunctis diffluunt, vt etiam me inuitam, sæpiusque reluctantem, in suum contubernium pertrahant, ac festinare compellant. Raro enim, imo vero nunquam sponte, sed semper coacta, ad illos accedere soleo. Quod si pestis, vt illi volunt vniuersi humani generis forem, non solum quibusdam, sed omnibus molesta essem, nunc vero tantum abest, vt cunctis nocere valeam, vt etiam à multis quam lubentissime declinem. Non enim duris illis & agrestibus oblector hominibus, qui nunquam quiescunt, sed assidue corpus labore exercent, nunquam vel raro genio indulgent, famem tolerant, ac simplici satiantur cibo, sitim aquæ potu sedant, male vestiuntur, peius cubant, & qui ita sunt animati, vt voluptatibus cunctis renunciarint. At præclari illi accusatores mei dum die noctuque pergræcantur, otio marcent, labores vt pestem execrantur, voluptatibus cunctis, maxime venereis eneruantur, cibos terra marique conquirunt preciosos, gulam assidue condimentis omnifariis irritant, bibendi modum non necessitate, sed libidine metiuntur, ac sitim minime vino extinguunt prouinciali, sed & exotico irritant super plumis voluuntur mollissimis, ac non superbe tantum, verum monstrose quoque vestiuntur, & omnibus deliciis quæ humana adinuenit nequitia abutuntur, ita vt animum pariter & corpus eneruent, mihique sæpius, quamuis sim delicatissima, ob luxus nimios nauseam concitent, omnem tamen culpam in me vnam conferre solent, penitus immemores, vitam suam corruptissimam, ac pessimis vitiis contaminatam, tot malorum causam esse, cumque ipsi tota errent via, me tamen, si diis placet, nunquam accusare & traducere desinunt, nihilo iustius, quam si quis violenter seipsum in ignem, aut mare præcipitaret, obiterque flammas, seu vndas incusaret, tanquam periculi sui causa essent præcipua, & non potius ipsemet, sponte se perditum iret. Sed ita natura comparatum videmus humana, vt vnusquisque culpam propriam, lubens in alium reiiciat, vt dum illum incusat, ipse innocens esse videatur, etiamsi solus totius mali causa existat. Sed ne non hoc exigo, vt verbis meis solis fides adhibeatur, ipsos per contuemini iudices, [illegible] ipsorum corpora, facies, vultum, ora, colorem, aspectum, incessum, & nisi hæc omnia extremæ luxuriæ signa esse inueneritis, nil moror, quin vltimum subeam supplicium. Non igitur ego tam noxia, sed ipsi sunt qui me deliciis suis inescarunt, ipsi sunt qui me inuitam retinent, ipsi sunt qui omnia peruerterunt, ac inde totam in me culpam conuertunt, odium, abesse me volunt, absum, vitiis suis reuocant, in morbo sanitatem, in sanitate morbum quærunt, salutem propriam negligunt, ac illam à me non desinunt repetere, sibi ipsis malefaciunt, ac à me beneficentiam exigere iustum putant, turpiter volunt viuere inde mihi nequiter maledicere. Considerate igitur iudices, quid eos impetrare conueniat, quos vita propria arguit, quos corporis habitudo prodit, quos consuetudo inueterata reprehendit. Non cogitant eos bibere ac esse oportere, vt viuant, & non ideo viuere, vt edant & bibant. Non perpendunt tantum lurcones, & ventri deditos, mihi infestos esse. Nemo enim, nemo inquam, tam impense me accusat, nisi luxuriosi, nemo me crudelitatis arguit, nisi luxuriosi, nemo me inauditam esse damnandam clamitat, nisi luxuriosi. Hæc cum ita se habeant iudices, audentne aduersarii mei contradicere? audent ne in conspectum vestrum prodire? audent ne pœnam, quam mihi innocenti irrogare contendunt deprecari? sed ego illis infensa, & inimica sum. Cupiunt igitur ita inimicam vlcisci, vt ipsi plane inimicissimi esse inueniantur? Equidem si mihi tam odiosæ, nullam concedendam esse putant veniam, cur totis viribus

bus

bus contendunt vt ad eos veniam? Cur non talem viuendi modum instituunt, vt nil mihi in eos, nec liceat nec lubeat. Etenim si efferuescentem suam aliquando frenarent libidinem, & non tam procaciter omnibus abuterentur voluptatibus, forsitan & me quoq. aliquando mitiorem experirentur, sin minus, tum saltem iustam indignandi haberent occasionem. Sed difficile est, eum esse abstemium, qui nil nisi luxuriari nouit, difficile est hominem frugi esse, qui in tota vita nil nisi compotare consueuit. Peccant igitur, quod euitare nolunt, & ita valeant, vt viuere consueuerunt. Etenim ita existimo, qui nil in vita habent iucundius, quam vt vitam turpissimis vitiis inquinent, vita eos ac sanitate penitus esse indignos. Nam vehementer errant, qui in tantis voluptatibus sanitatem quærunt, quemadmodum sapienter agunt, qui sanitatis tempore, cupiditates coercent, assidueque de incolumitate cogitant. Porro cum me multis inescarunt modis, & annis, ac vix tot deliciis obsequentem reddidere, indeque repente eiicere, & omnem culpam in me vnam reiicere conantur. Quid mirum? si & ego obnitar, vindictamque aliquando condignam ab eis exigam, & me durius quam vellent, ob acceptas vlciscor iniurias. Proinde multos enumerare possem, qui cum inuiti, & vltima coacti paupertate, in quam ob luxum inciderant nimium, à lautiori cibo & potu abstinuissent pristinam receperint sanitatem, quod minime euenire potuisset, nisi ipsi potius quam ego in culpa fuissem. Atqui cum laboribus cedam nec penitus sobrietati reluctor, plane liquet, an ego iniqua sim, vel potius egregii accusatores mei delinquant. Quæ vero ad personam meam attinent, adeo vilipendo, vt etiam inde gloriari soleam, etenim qualiscunque sum, omnibus tamen æqualem me esse scio Regibus, Pontificibus, Principibus opulentis, tenuioribus, nobilibus & ignobilibus. Nulla enim apud me personarum est electio, nullum discrimen, nisi quod apud molles & delicatos potius, quam sobrios & abstemios esse cogor, non solum quod ita me suis blanditiis sollicitent, sed quod vi & duris aliquando vinculis coerceant. Cæterum obiiciet aliquis, non solum nepotes à me infestari, sed etiam temperatissimos quandoque homines, & qui mirum in modum à delitiis & luxu abstinent male affici. verum si id aliquando, raro tamen accidere solet, ac ideo, haud iuste in exemplum trahi debet aut potest. Atqui nec tum quidem ego potius, quam illorum parentes, sum accusanda. Quid mirum enim cum maiores cuiuspiam, valetudinarii existant, si similes quoque sibi procreent liberos. Nihil enim conuenientius, quam à simili generari simile, quo pacto igitur, quod illis à natura ingeneratum est, aut parentum vitio euenit, iuste mihi obiici poterit, cum nec maiorum stemmata nec opum splendores, mihi referentur accepti? Desinant igitur mihi alienum vitium, tanquam proprium imponere, & si maiorum dignitate & diuitiis gaudere iustum putant, non indignentur, si etiam in morbis & ægritudinibus succedant hæreditariis, quod si illi quoque modeste viuunt & à superfluis temperant deliciis, longe mitius cum eis ago, quam aut parentum merita, aut naturæ exigat peruersitas. Neque enim vtcunque de me sentiant homines, tam improba sum, vt pari pœna, noxios iuxta & innoxios affligam. Nec etiam tam immanis & fera, vt nunquam acerbitatem remittam, quemadmodum multi alii facere solent morbi, qui perpetuo cruciatu miseros affligere solent homines, veluti mentagra, phthisis, lepra, & reliquæ id genus infirmitates innumeræ, quæ præterquam quod omnē curam respuant, ad vltimam mortales perducunt desperationem, etenim ab assidua infestatione aliquando interquiesco, & subditis meis, sæpius, longa dolorum concedo interualla. Non secus ac quispiam agricola, qui fessos boues suo tempore ab aratro soluit, & optata quiete resocillat. Porro quod non tam noxia sim, vt me quidam insimulant, vel inde liquet, quod raro quis moleste ferre consueuit, cum primum amicum aliquem, à me correptum audiuerit, sed potius in risum soluitur, accurrit, iocatur, & ferme congratulari videtur. Quod profecto nunquam eueniret, si ego tam noxia aut molesta, vt ipsi prætendunt existerem. Vnusquisque enim cum amicum suum, morbo aliquo insanabili corripi audit, haud ridere vel exultare, sed flere, aut saltem dolere consueuit. Quo pacto enim amicus esset, si ob amici calamitatem rideret? Cum vero ridet, non me adeo malam, & humani generis perniciem esse demonstrat, etenim sæpius videres, totum amicorum agmen, ad aliquem à me correptum, aduolare, non insuauibus cauillis lacessere, & totas dies lætas ducere, quod nunquam si ego tantæ lætitiæ & iucunditatis conciliatrix abessem, euenire posset. Ex quibus plane constare arbitror, neminem tam obtusæ mentis esse, qui non plane videat aduersarios meos, non tam me iniuste accusare, quam seipsos præcipuam mali sui causam ostendere, & si qua in me culpa deprehenditur, longe esse leuiorem, quam illi arbitrentur, aut fortitan vellent. Nunc vero si potero, edocere pergam, quæ commoda, qualiaque sæpius affero hominibus bona. Vos tantum iudices oro, vt mihi sicut huc vsque fecistis, aures atque animos benigne præbeatis. Sane haud nego, me plerisque & admodum molestam esse. Verum si recte considerare voluerint, inuenient profecto multa eis euenire bona, quibus penitus carerent, ni illa meo prouenirent beneficio. Quotquot enim mei gratia honorantur? cui nemo alias è via cederet. Nam quamprimum homines me alicui esse comitem cernunt illi locum dant, secedunt, & ob me solam honore afficiunt, etiamsi longe vel ætate, fortuna, aut conditione præstent, seu superent. Multos curru sublimes, aut equis phaleratis vehi, sellaue gestari cernitis, qui nisi meo vterentur beneficio, pedibus iter facere cogerentur. Quibusdam, cunctis aliis stantibus, & inter Reges & magnates sedere licet, quin non desunt principes ipsi, qui id iubeant, & hortentur, cum interim clientes puluinaria & scabella seduli afferant, ac eos omni demereantur officio, & cuncta, quæ illis grata esse putant, subministrent, cum alioqui & citra meum fauorem, vix illos alloquio dignos ducerent. Considerate iudices num hæc sint vilia, & non potius vobis etiam expetenda? Quin non solum in conuentibus sed & in conuiuiis præ cæteris honorantur, nam vt plurimum in superiori accumbunt loco, & quamuis lautissima apponatur mensa, & quæ cibo & potu, vt iam fieri solet, instructissima sit, mei tamen causa, semper aliquid accedit, aut cibus delicatior aut vinum suauius. Quinimo cunctis aliis tacentibus & præsenti contentis abundantia, solum modo meis concessum est, quicquid lubet, postulare, imo illos hospites vltro hortari, ac rogare solent, vt reiecto pudore libere postulent, quicquid appetant, id enim beneficii loco acceptare consueuerunt. Sed dicet quispiam morosior, non tam honoris quam calamitatis gratia hæc accidere. Ego vero non tam considerandum arbitror, cur aliquid fiat, quam quid boni inde eueniat, ac satis esse tibi soli permitti, quod alias nemini concedatur. Nam nec egenus quispiam cur, aut vnde accipiat, tanti facere solet, quanti vt habeat, accepisque iucunde

cunde

eunde frui possit. Quid dico de egenis, nonne Reges ipsos quotidie cernimus integra occupare regna, nec interim curare, si iuste id fiat aut iniuste, dummodo illa possidere, & suæ possint subiicere cupiditati. Nec dubito, quin innumeros reperire sit inopes, qui se felicissimos putarent, si tali calamitate frui, & interim à labore, & dura paupertie interquiescere possent. Quid enim diuitibus illis delicatius? quid ornatu eorum cultius? quid habitaculis elegantius? ad quorum ædes si accesseris, minime vt aliorum hominum situ squallent, aut neglectæ iacent, sed omnia rident, omnia fulgent, non secus ac in nundinis institorum tabernæ, aut festis diebus deorum templa splendent, ita vt multos inuenias, qui in tanta abundantia ægrotare mallent, quam in vltima illa paupertate recte valere. Adde quod huc defertur, quicquid egregii, aut elegantis in vrbe est, quod vel visum oblectare, aut gustum recreare, siue auditum demulcere potest. Hic egregia artificum conspiciuntur opera, huc fructuum apportantur primitiæ, & si quid noui annua producit tempenes. Hic demum cernere est, quicquid inter homines varium & delectabile habetur. Nec desunt interim qui assidue rumores afferant nouos, & identidem fabulis suauissimis aures meorum impleant, ita, vt & Imperatorum, Regum, gentium ac cunctorum hominum, siue belli negocia, præclare ibi expediantur, nec quempiam latere possit, quid apud Thraces, quid apud Seres, quid etiam apud vltimos geratur Indos. Hæc omnia mea proueniunt opera & sedulitate, etiamsi interim homines ignorent, quid in propria agatur domuncula. Porro dum mortales negotiis meis detineo, sæpius à variis, grauissimisque periculorum conseruo casibus. Quam diu enim mihi sunt obnoxii, nec mari se credunt furenti, non venando rabidis se obiiciunt feris, non rixas suscitant, non cædes committunt nephandas, non capiti ob tegularum casum timere coguntur, sed extra teli tactum positi, aliorum pericula, ociosi ipsi recenseri audiunt. Quid quod plerosque à rerum publicarum administratione, nec non à molestissimis tyrannorum & aulæ libero negociis, qui citra fauorem meum, curis indesinentibus, & perpetuis subiacerent ærumnis. Atqui ne interim rei desim domesticæ, sed strenue meos ad hanc augendam hortor, & impello. Quod eo est facilius, quo minus ob deambulandi impediuntur negotium. Non enim quia pedes aliquando suum negant officium, ideo & illi à sellulariis & quæstuariis arcentur artibus, sed tanto ad eas sunt aptiores, quanto ad ambulandum impotentiores. Ideo sedendo longe maiores aliquando conquirunt opes, quam vnquam currendo, aut etiam saltando cogere possent, quibus penitus carerent, si vagabundi, hinc inde discurrere & plena libertate possent frui. Non sunt hæc contemnenda Iudices, sed longe maiora audietis. Etenim dum corporis gero curam, minime interim animum negligo, præcipue vero ingenium excolo. Etenim nulli vestrum dubium est, literarum ac bonarum artium scientiam, longe honoribus & multis ante stare diuitiis. Atqui ego illas egregie doceo, ac plurimos enumerare possem, qui meo beneficio ad linguarum cognitionem & doctrinam peruenerunt summam. Dum enim non habent quod agant, literis bonis non desinunt incumbere, & ne tempus frustra labatur, quotidie eruditiores euadere contendunt. Sed quid dico de linguis & literis, cum etiam meos egregie in disciplinis liberalibus, & vniuersa circulari scientia instituere consueuerim. Potissimum vero lepidissima illa Musica, cuius harmonia & cōcentu, identidem curas pellere, & aures modulaminibus oblectare valeant suauissimis. Præterea & perbelle Rhetorissare doceo, quam me artis eiusce, non penitus ignaram esse, vel iam puto intellexistis. Quam primum enim inuado quempiam, pariter & illi excusationis materiam etiā ex penitissimis Rhetorum locis subministro, ita vt hic talum intorsisse, ille pedem ad lapidem offendisse, alius ab alto cecidisse, aut aliud quid ridiculi prætendat, & inueniat, quo hominum oculos perstringere, causam suamque scite me defendere queat, idque non solum Rhetorum more verisimiliter, aut persuasiue, sed & Dialecticorum consuetudine necessario, & vere addito etiam iuramento, vbi fides defecerit, aut ita negocium exigere videtur. Sed vt obmittamus, scientias humanas nonne etiam cœlestibus meos imbuere soleo? veluti Astrologia illa, arte vere diuina, & antiquissima, cuius laudes, etiamsi vellem minime tamen possem explicare. Nam & propter excellentiam singularem, deos inuentores habere meruit, ac in tanto olim fuit honore, vt solum regibus, & prudentissimis cognita esset hominibus. Hanc ego præcipue meis trado, ac ita eorum corporibus infundo, vt eam citra calculos & numerandi artem pernoscant. Non quod Arithmeticam ignorent, quam vt audistis, dum rei pecuniariæ student, vel præcipue meo tenent beneficio, sed vt res miraculo similis videatur, & vis mea singularis & industria ab omnibus cognosci valeat. Non igitur ob motum cognoscendum cœlestem tabulis quibusdam, aut instrumentis indigent astronomicis, sed prius quam Phœbus Cinthiam, ad suum admisit complexum, aut per diametrum claro impleuit lumine, efficio, vt affectiones illorum non tam mente intelligere, quam corpore, & reipsa sentire queant. Nec solum id in luminaribus splendidioribus, sed etiam in astris aliis præsto euntibus, ita vt nunquam eos siue frigidi Saturni, aut rabidi Martis, infaustus latere possit aspectus, siue se inuicem obliq, intueantur seu horoscopum ipsum, aut corporis gubernatricem Lunam, vi sua infecerint. Nullus igitur vates, solis aut Lunæ deliquium, verius quam mei discernere, nullus tempestates, niues, grandines, aut imbres certius prædicere potest, ita vt prius quam aeris mutatio aliqua accidat, illi antea toto etiam triduo ita euenturum certissime præsagiant. Nonne hæc ingentia iudices? nonne admirationis plena? Cæterum non minore præconio, & laude dignum, quod insignem medicandi artem & qua, via aliud præstantius dii hominibus concessere, meis etiam inuitis inculcare soleo, ita vt etiam aliquando medicis ipsis exactius, herbarum, florum, plantarum, seminum, radicum, arborum, foliorum, fructuum, lachrymarum, metallorum, vim intelligant, & pernoscant, vt interim de animalium sanguine, pelle, adipe, lacte, felle, ossibus, neruis, lotio, & egerie sileam, quid frigidum, quid calidum, quid aridum, quid humidum, quid stipticum, quid apertiuum, quid repulsiuum, quid attractiuum, quid resolutiuum, quid instauratiuum, quid primæ, quid secundæ, quid tertiæ sit virtutis, egregie informo. nec id intellectus cognitione solum sed etiam ad actum (vt vocant practicum) deduco, quemadmodum & meis in cunctis reliquis tribuere soleo, vt non minus in rebus agendis, quam cognoscendis & diiudicandis excellant. Nec mirum cum & dono meo cunctarum gentium historias, omnium poetarum fabulas legant, & cognoscant, & quod præcipue generosi animi est indicium, cum omnes homines ad quæstum suum respiciunt, sola ego hæc cuncta gratis & absq, mercede doceo. Hæc igitur cum ita se habeant, & mea vt arbitror Iudices æquissimi, in accusatores bene-

ficia cognoscitis, & quemadmodum mihi gratiam referre studeant videtis. V[illegible] nulla quid iam [illegible] parti[illegible] tant, & [illegible] ita intendant obi[illegible] p[illegible] noui [illegible] commina non tam beneh[illegible] tun [illegible] satis esse indicia, ac me[illegible] genetis luem, & pernic[illegible] in, quā tantam [illegible] nefact [illegible] tem esse, [illegible] tpote, quæ formæ [illegible] mitem, sangu[illegible] m exhauriam, colore[illegible] inu[illegible] au, vires at[illegible] nnos adimam, lumina hebetem, alacritat[illegible] demam, lætitiam auferam, lepores [illegible] risus, iocos pellem, manus, digitos, articulos, humer[illegible], ge[illegible], tal[illegible], totum denique corpus incu[illegible] [illegible] ogam, debil tem, atqui dum talia mihi obijcer[illegible] c[illegible] ndunt, illis accidit, quod cunctis euen[illegible] solet, q[illegible] animi potius morbo quā ratione certa diiudicant. Ignorant enim homines inepti, & vere ignorant, plus se mihi accusatione sua laudis tribuere, quam obijcere turpitudinis, aut vitij. Etenim dum corpus debilito, animum sane, dum carnem affligo, spiritum corroboro dum terrenum expurgo, quod cœleste est introduco, dum temporarium adimo, quod immortale est, confero. Ptuinde nemo vestrum sud est æquissimi tamesti insulsus qui ignoret corpus animæ esse contagionē, quæ nunquam florere queat, nisi illud prius deflorescat. Semper enim caro hæc mules impedimento est quo minus homines ad cœlestia valeāt eniti. Siquidem innumera nobis corpus impedimenta obijcit, ac tanquam nebulas quasdam offundit, quibus mentis h[illegible]betetur acies, & obfuscetur, quo minus verum cernere [illegible] qui valeat. Quantis enim ærumnis homine[illegible] [illegible] solum mortali huic corpori quæ [illegible] [illegible] tant, possint sopperitare. N[illegible] d etiam summe necessatis tametsi pauci[illegible] [illegible] atit contenta. Sequuntur animi ægritudines, [illegible] pe voluptates, opiniones, timores, contu[illegible] baric nes, cupiditates, amores, odia, & reliqua id genus vitia, quæ raro aut nunquam animum q[illegible] permittunt, sed semper exagitant, non secus, ac ignis vis quædam violentaque subinde [illegible] m feruescentem ebulire cogit Bella ver[illegible] dition s, ugnas, iniurias cædes, rapinas, incendia, qu[illegible] d aliud concitat quam corpus & immensa eius libido habendi, ac nunquam exsaturata cupido. Omnia enim pecu[illegible] gratia [illegible] certamus, at illas, corporis causa, & eius vsu quærere cogimur, ac ita fit dum corpori indulgemus, quam longissime ab animo distrahamur. Sunt enim corporis sensus, tanquam equi quadrigæ, sine vlla ratione currentes, animus vero instar aurigæ qui currentium freoa retinet, ac ideo, quemadmodum equi ab'que rectore præcipites ruunt, ita corpus sine ratione, & animi imperio, in suum fertur interitum. Vnde sapiens quisque quam longissime à corporis se commercio segregat, vt animum ad superna tollere, & recte iuxta illum vivere possit. Quantumenim à corpore se auertit, tantum se ad animum cōuertit, a corporalibus que desiderijs abstinet, voluptatibus dominatur cunctis, honores, fortunam, diuitias, nobilitatem, famam, & quicquid apud homine beatum ducitur floccipendit, spernit, contemnit. Non ignominiam, non paupertatem non afflictationem, non mortem denique ipsam formidat, ac omnia quæ corpori sunt contraria desiderat, at qui corporis [illegible] bsequi sensibus, præterquam quod ea à virtutibus excidere necesse sit nunquam quod desiderat conse[illegible] nam fallis impeditus, quæ vere[illegible] [illegible] percipere nequit. Et quemadmodum corpus [illegible] tum [illegible] ita animi origo de cœlo manat, [illegible] de mente diuina est decerptus, vt non inepte dictum sit, Sensum à cœlesti demissum traximus arce. Et alibi. Animi imperio, corpo-

ris [illegible] vtimur, alterum nobis cum dijs, alterum, commune cum beluis. Nil igitur animo præstantius, nil diu[illegible] m magis tamium que corpori præstat, qui [illegible] m dum vinus leruo, aut viuens mortuo, quemadmodum e [illegible] rpus [illegible] nisi terrena curat, ni [illegible] iber, & rectus, nil nisi cœlestia cogitat. Videtis [illegible] go [illegible] optimi, quanto res sit præstantior ac fanctior, animus corpore. At nunc si potero ostendam, quam egregia sim inentis exculinx, ac quantum cœlestem animum esse tam, dum corporis vitia extinguo, quamuis nec corpori ipsi semper noceie, sed plerunque etiam prodesse soleam. Nam & pinguedinem superfluam, ac superabundantem anieno & exiceo, humoresque ob totem perantiam assidue redundantes consumo, ac ni id facerem, sæpius in molem immensam surgeret, & ob nimiam obesitatem haud paruum incurreret periculum. Deinde & vitam, vt medicorum notunt pueri, protolongo, nihil enim noxiam ac futentem materiam illam, ad membrorum articulos impellerē, absque dubio in cerebrum, cor, epar, aut stomachū impetum facerent, ac perquam facile spiritum extinguerent vitalem. Cæterum omissis iis quę carnis sunt ad hominum deuentamus vitia, quæ ergo præ cunctis egregie curare nitor, ita vt nemini bacaire cedam siue ille sit Philosophus, siue sit Theologus. Non solum enim impedimento sum, ne mei præcipites in scelera ruant, sed etiam mala, quæ iam diu moleuere deleo, ac sæpius penitus expello, obiterque ne impune peccasse videantur, diligenter admonitor, & ni hæc cuncta præstarem, plerique nunquā vitiis desisterent, sed assiduo cumularent malum malo. Sub initium igitur parentem ferme omnium malorum, superbiam, & ambitionem, domito, ac quam nihil humana sit arrogantia, viribus meis demonstro, quam euanidum formæ bonum, quam facile corporis pereat robur, quam fluxi sint honores, quam opes labiles, quam generis nobilitas nihil, quam inanis sit omnis omnium mortalium gloria, ac ita efficio, vt homines, se homines esse meminerint, nec diis se censeant æquales. Præterea dum illis [illegible] manas ostendo ærumnas, inuidentiam, æmulationem, obtrectationem ac plane rerum alienarum curam impertinentem extinguo. Quo pacto enim curiose de alienis cogitarent, qui nec quirent satagere in propriis? Omnem igitur maleuolentiam adimo, ita vt mei nec vllas ca umnias, fraudes, aut dolos nectere cogitent, non inimicitias, non discordias, non rixas concitent vllas, sed satis superque rebus suis negotiosi existant. Nam quantum pertinet ad odium, inuidiamque efficio, vt nec ipsi inuidie esse possint, minus vero inuidi, sed potius consolatione & omni misericordia digni videantur. Non sunt hæc leuia iudices, sed præstantiora audietis. Ira sunt, quæ potissimum meis sunt infesta, licet semper accepta, mihi vero nunquam non vtilissima, ingluuies, amor, & excandescentia. Atqui ego non tam ad commodum proprium, quam ac[illegible] curatorum meorum, salutem [illegible] percere consueui. Illos enim identidem moneo, vt ab hostibus tam infensis diligenter cauere discant. Si vero mandata mea neglecta esse comperiu, & me de illis, egregie, ob contemptum vlcisor, & in futurum cautiores reddo, ne tam facile imperium meum contemnere audeant. Quotiescunque igitur, vorando se nimium repleuerint, aut merum ingurgitauerint superflue, continuo vindex sum præsto acerrimus, & pœnas quas meruere exigo, & ne de hinc vires meas floccifaciant adhortor. Quamuis non sim tam agrestis, vt vel cibum debitum subtraham, aut Bacchi liquorem penitus denegem, sed meo beneficio, mai oo nunquam & delicatius vesci, & suauius bibere

bere consueuerunt, præcipue cum Nymphis sacra facere haud neglexerint. Porro, ne libere agresti illi domino inseruiant, aut pulchræ Veneris moueantur blanditiis, frequenter deterreo. Nam & eos ab impudicitia conseruo, ac nuptis pariter & puellis pacem impertio, ita, vt nunquã aut raro mei stupra seu adulteria committere audeant. Sin secus, ita eos accipio, vt non minus facti pœniteat, quam subeat odium fœminei sexus vniuersi. Et quid maius amicissimus quispiam conferre posset? quam hominem a tot liberare incommodis, ac tot; eximere periculis, quæ semper & vbique imberbem filium & matrem plane tali prole dignam, sequi consueuerunt. Cæterum quid de excandescentia dicam furoris ac iracundiæ plena, quam nemo æque ac ego emendare nouit, adeo vt etiam iræ ac indignationis seruos libertate donare, cõtemptores vero pro meritis corripere soleam. Talia sunt quæ mihi accusatores mei obiiciunt, talia in me reprehendunt, dum corpus in seruitutem redigo, meliorem vero partem sublimo, quam iuste, neminem vestrum Iudices latere arbitror. Proinde quemadmodum carnem vitiis infectam expurgo, ita exorno animum, ac virtutib. cunctis decoro, nec illũ iacere sino, sed assidue in altum erigo. Equidẽ minime vos Iudices latere arbitror, magnam hominũ partem, ita animatã esse, vt si semper secunda vterentur fortuna, nunquã conditionẽ suam expenderent, nunquã ad superna respicerent, sed semper inferna illis essent curæ. Pecorum instar voluptatibus dediti, à virtutib. vero penitus alieni, corporis ac ventris curam gerentes, ducem autem animum negligentes, adeo vt tales, neq; philosophorum præcepta, nec saniorum adhortatio, non ius, fas, pietas, non leges humanæ, minus diuinæ, à tanta mentis cæcitate eruerent. At ego illis tanquã nitidissimum iubar exorior, & dispulsa caligine, ita tenebras eorum illumino, vt relictis terrenis, plane animum ad cœlestia tollant, ac cogitent quam vana sit omnis mundana gloria, quam fragile, & nullius momenti humanum corpusculum, quam spes, cura, sollicitudo inanis, quis rerum exitus, quæ tandem nos premant, quæ malos supplicia maneant. Hæc dum meis redigo in mentem vt Deum [illegible]ere, non vt hypocritæ solent ficte, adorent largior, illũ cognoscant, illum inuocent, illum vereantur, illum denique boni & mali dici esse factorem, & dominum esse sciant ac intelligant. Et quid præstantius, quid vtilius, hominib. concedi posset, quam vt creatorẽ suum agnoscere, & illi dignas gratias agere queant, non solum ob secunda sed etiam aduersa. Id enim vel præcipue largior, vt mei dum affliguntur, non minus quam cum prospere agunt, Deum laudẽt, & extollunt. Quoniam æquanimes esse, & omnes dolores ac labores toleranter perferre didicerunt. Deum igitur veris lachrymis inuocant, ac corde adorant humili. Quod si voti compotes euadunt, laudibus laudes accumulant. Sin minus, omnem aduersitatem fortiter sustinent. Quoniam præstantissimam virtutum patientiam, meo consequuti sunt beneficio. Cuius laudes enumerare pergerem, nisi scirem, neminem pro meritis illam extollere posse. Proin si quisquam in manus meas incidit qui reluctando, aut indignando superbire, seu obniti audeat, ita illũ demulceo, vt & gratiis humanior, & seruis ipsis humilior esse videatur. Quis enim viribus & potentiæ meæ immensæ resistere posset? Atqui quanto obnitentibus sum asperior, tanto stabilior in ratione manentibus indulgeo, ac ita fidem corroboro, pariterq. spem firmiter in Deo ponere doceo. Quo pacto enim in Deo non sperarent? qui certo certius cognoscerent, nec bonos meritis, nec malos cariturus suppliciis. Quandoquidem nullũ exactius felicitatis est signum, quam huius seculi calamitas, nam quod hic luitur, minime reseruatur futuro. Possem hoc multis ostendere argumẽtis, possem sacris cõprobare literis, nisi aurib. vestris parcẽdum, & sexus ac conditionis meæ rationẽ habendã esse scirem. Proinde mei disciplina mea eruditi, præ aliis caritatis opera exercere norunt, non solũ in iis quæ ad cultũ spectant diuinum, sed etiam quæ ad subsidium humanum pertinent, nam ex omnis edocti propriis, libenter necessitatib. subueniunt alienis, sperantes hoc pacto, & saluti suæ melius consulere, & necessitati alienæ succurrere posse. Et hæc sunt Iudices æquissimi, malefacta illa nefanda, quæ perpetro, dum corpus humilio, animum vero in libertatem assero, vt purgari, & superna recte valeat considerare. Nam ex sceleratis pios facio, ex turpibus honestos, ex superbis humiles, ex inuidis amicos, ex maledicis benedicos ex fraudulentis & dolosis officiosos, ex ososibus humanos, ex intemperantibus modestos, ex petulantib. continentes, ex iratis mansuetos, ex asperis clementes, ex socordib. strenuos numinis cultores, ex indignantibus patientes, ex auaris liberales, fidem, spem, caritatem infundo, humana contemnere, & solum cœlestia amplecti doceo, omnia recto modo diffinire, ac certa ratione & consilio regere, bona & mala discernere, hæc diligenda, illa vero fugienda. Deum colere, mandata eius, fidẽ, veritatẽ seruare, caritatẽ exercere, pietatẽ non negligere, honeste ac bene viuere alium nõ lędere, contra fas nil agere, innocentiã misereri, bene merentib. gratiã referre, malum pro malo haud reddere, nullo pretio, nulla gratia, nulla spe à semita recta deflectere, sed in omnib. solam iustitiã præ oculis habere, intrepidũ, ac minime meticulosum esse, res humiles spernere, ac solum excelsas ac magnas expetere, ardua & difficilia quoq; honestatis gratia voluntate tolerare, stabiliter in ratione permanere, cõtra stimulũ non calcitrare, nullo dolore ab officio discedere, sed semper ad veram gloriam aspirare, voluptates turpes non suscipere, cupiditates temnere, calcare, consiliis gubernare, non temere in odium, iram, vindictam ve ruere, humanis casibus compati, comitatem, mansuetudinem, clementiam habere, pudorem, honestatem, autoritatem, modum deniq; in omnib. rebus seruare, cunctaq; certo termino metiri, seipsum cognoscere, finem qui omnem manet carnem, assidue præ oculis habere, ob recte facta præmia, ob vitia certissima expectare supplicia, & quid plura. Nihil deniq; dũ carnem affligo, soleo obmittere, quo animus melior reddatur, emendetur, & originis sui memor esse valeat. Videtis nunc Iudices, quãto melius sit, corpus, quam animum ægrotare, ac nunquam rectius valere homines, quam cum minime valent. Cernitis ne, aduersarios meos ad veritatem cæcutire, nõ secus ac oculos infirmos, ad solis splendorem? Intelligitis ne oportunissimis remediis, me vitia sanare? ac minime reprehendendam, si id quod immedicabile est, durius aliquando curare videar, cũ nec medici ipsi crudeles censeantur, aut iniqui si igne, aut ferro vtantur, quoties remedia cætera in cassum fuerint adhibita, imo sæpius etiam mercede ingenti conducantur, vt vel vrendo, aut secando sanitatem restituant hominibus. Sane si quis mihi obiecerit, & alios quoque morbos cuncta quæ enumeraui præstare, id non solum nego, sed etiam pernego. Nam vt audistis, aut cito mortales opprimunt, aut ita affligunt, vt vix aliquando de animæ salute cogitare possint, cum ego penitus contraria facere soleam. Nam & recte vires meas intendere, & cum vsus postulauerit opportune remittere noui. Proinde iudices, licet innumera adhuc essent recensenda, finem

tamen dicendi faciam, si prius magnorum hominum exemplo o[illegible]cro, [illegible]eque turpe meum existere [illegible] [illegible] [illegible]m, excelsi vero animi esse & prospera pati[illegible], & [illegible]uersa æquanimiter perferre [illegible]d tamque & ineluctabilem necessitatem, in vi[illegible] [illegible]pe[illegible] [illegible]n conuertere. E[illegible] [illegible] huius magnates præterea. me Troiæ ille dominator Priamus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]misit, me P[illegible]leus, me Bellerophontes, me Oedipu[illegible] [illegible] ex[illegible]uit, me Plisthenes, me Prothe[illegible] [illegible] [illegible]ille Vlysses, humanæ [illegible] [illegible] Et [illegible] [illegible] an mirum videri possit, ne[illegible] Achil[illegible] [illegible] [illegible] pe[illegible]o. ve[illegible]ox, meum effugere potuerim[illegible]. Nug[illegible] Græci vt vehnt, & ob amicam erept[illegible] [illegible] [illegible]ant, ego tamen cum à prœlio p[illegible] [illegible]bem, [illegible] Briseis eram, ego Damaum preces spernere [illegible]ebam. Nonne igitur quisque [illegible] deberet, cum [illegible] [illegible]oribus aspera quæque tolerare, quam cum [illegible]ect[illegible] & vilis animi hominibus voluptati[illegible] [illegible]fanis, & turpissimis delitiis [illegible], potiusq; animum virtutib. cunctis excolere, quam beluarum instar corpori & ventri deseruire. Cæterum lodi[illegible] [illegible]s optimi, cum me iam præstitisse arbitror quod ab initium sum pollicita, nempe accusatores meos potius malorum suorum causam esse, quam me [illegible] [illegible]. Dein longe effeminatos [illegible] [illegible] [illegible], quã vulgus clamitet. Deinde [illegible] me & minime vulgaria bona afferre, [illegible] vestris amplius molesta esse desinam. Nec [illegible] Rhetorum more commentationem aliquam expo[illegible] [illegible] [illegible] vestræ pariter & bonitas [illegible], [illegible] affectus mouere curabo, potius in [illegible] [illegible] [illegible] vestra, quam in eloquentia [illegible] [illegible] constituens. Hoc [illegible], vt ita [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] miseræ vul[illegible] rumorem, plus quam culpam meam nocuisse sentiam. Nam si [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] tamen non interiorem [illegible]. Si digna [illegible] quæ male audiam, [illegible] qui ma[illegible] [illegible], nec mea plus quã vestra [illegible] [illegible], vt vel v[illegible] existimationẽ vestrã conseruetis [illegible] [illegible] ego vobis salutem meam acceptam referam. Nam ea de vobis hominum expectatio est, vt non minus fama vestra, quam caput meum periclitari [illegible]deatur. Quapropter quãto magis damnatio [illegible] [illegible] [illegible] esset, tanto magis absolutio æqua erit gloriosa, non solum opinione mea, sed omnium mortalium, amicorum pariter & inimicorum. Proinde quemadmodum nec personam meam mihi obesse, ita nec accusatorib. suam prodesse decet, sed potius res ipsa expendenda erit, & sola veritas præualere est digna. Nam illi dummodo [illegible] compotes euadere possent, parui ducerent, si fama vestra, innocentia mea, fas, pietas iustitia demum ipsa periret. Quid enim [illegible] [illegible] crudeliter damnari petunt [illegible] aliud quam vt iustitiam negligatis [illegible]gant, vt periuri videamini rogant, vt existimationem vestram vilipendatis rogant, denique leges ipsorum libidini subiiciantur rogant. Atqui vos diligenter considerare oportet, quid tales impetrare contendant, qui totius mali causa sunt, & origo, qui morum improbitate, semet ipsos in tantas præcipitent calamitates, qui tot vitiis obruti, ad alienam tamen famam depeculandam parati accedunt. Cauete igitur, & diligenter cauete Iudices con[illegible] [illegible] ne intemperatissimorum hominum verbis callidissimis, circumscripti videamini. Sed potius id [illegible], quid nam officii vestri, non illorum temeritatis sit, considerabitis. Id si feceritis, ni fallor, me abiectam, me innocentemq́, me miseram communi vestro calculo, vnanimiter condemnabitis.

EIVSDEM BIRCKHAIMERI PODAGRA VERSIBVS REDDITA

a

Victorino Rhae[illegible] [illegible] Vodniano Bohemo ad Sena[illegible] [illegible] [illegible].

QVi [illegible] penes est cunctos seruandi cura, SENATVS,
Du[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vaca:
Atque pias aur[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Non faciet longas [illegible] [illegible] [illegible]
Scis bene, scis inquam q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]detur;
Dum reus innocuum [illegible] [illegible] [illegible].
Me quoque non latet hoc, quam sit [illegible] [illegible] molestũ,
Rem male conceptam tollere cor[illegible] [illegible]:
Præcipue vulgi quod nil nisi mente ferocĩ,
Cen[illegible] [illegible] in rabiem turpiter actus agit.
Nec mirum: nulla est illi reuerentia legum,
Hinc [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] vocat.
Nun[illegible] igitur lætor, quod lux mihi venerit illa;
Qua possim famæ consuluisse m[illegible]
Et, quod vul[illegible] [illegible] fingit, monstrare loquendo;
Vnius me nunquam criminis [illegible].
Dum facis [illegible] PATRES [illegible] mentem:
N[illegible] graue sit, faciles que; [illegible] esse meis.
Re[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pectora nostra
Quam qui iam plebi iura sacrata datis,
Qui [illegible] aut quisquam, causam quam dicat, adire
Cogatur [illegible] tela cruenta meis.
Si pede, quo cœptum est male, pergimus, anne scelestius
Non iustum [illegible] vincet honore virum?
Est igitur PATRI[illegible] [illegible] quid dicat vterque, videre;
Insontis tandem [illegible] vero.
Iam [illegible] [illegible] [illegible] non tantum vester; at idem
Iustitia vultus spe iubet esse bona:
Quod mea [illegible], [illegible] [illegible] vela secunda,
Ad portum [illegible] quod mea cymba suum.
Nam cur formidem cum sim mihi consc[illegible]a recti?
Cum iudex [illegible] qui ferat æquus adest?
Con[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mendaciaque videt,
E[illegible] [illegible] vllum nescit habere locum.
Neve habeat si[illegible] auxilio, veneran de SENATVS,
Atque mea cœptum dirige nauis iter.
Suque mihi placidus dum causa postulat vsus;
Hæc res arbitrio stetque cadatque tuo.
Quo possit placide placidum contingere littus
Prora procellosis exagitata vadis.
Quod si qua vestras mentes quo læsimus, ira
[illegible] rapid[illegible] subito præda s[illegible] [illegible] notis.
Et iustus iusta, rogo, percipe mente querelas,
Fortius [illegible] [illegible] puluere currat equus.
Id quoque nil moueat stomachum, si vana meorum
Torqueat in ipsorum tela inimica caput.
Quod si dei nostras, ceu credo, vela secunda
Causæ [illegible] [illegible] [illegible] adire queat:
Ingenue dicam, seri me quacunque sequatur:
Plus valet hic verum quam mala verba, PATRES.
Est animus nobi[illegible] [illegible] sensus pectore nostro,
Vt possim causam vitæ probare meæ.
Quod mala proueniant vulgi, non crimine nostro,
Conuincam multis efficiamque modis.
Et si qua veniant, ob nostram crimina, culpam,
Hæc multo illorum sunt leuiora malis.
Insuper ostendam, quod eu sim causa bonorum,
Qui mea vipereo pectora dente petunt.
Quodque bonorum illos exornem diuite cornu:
Hoc quoque si vultis noscere, nulla mora est.
Et quid vt hæc audis, multum veneran de SENATVS,
Vix me quæ dixi posse probare, times?

Eius

Ergo cede meum, rugas de fronte seuera,
Et pede quo tentat currere fortis eat.
Quod si non potero veros producere testes,
Sim victa, & pœnas ante iussa luam.
Si vero optatum attingam littora velis,
Vltra vix quo iam procedamur erit.
Praeterea li... ...rimo tibi vulgus inermo
Respond... ...c ...ad... verba sonis:
Actor... tandem, v... ...ti... summa potestas
Est data ferre ...ijs annua ...ra viris:
Sicatenim dicunt multi rat... ur carentes,
Qui veram causam non d...icere mali.
Si bona sunt qua tu pra... si munere digna,
Cur nulli veniens hospita grata venis
Cur te summates cupiunt ...aramantas adire,
Inq; tuum tactum ...ommata mille caput
Sic est: sed facilis mihi ... iustissime Iudex,
Vt quaeram ex illis pauca, sed apta, viris:
Cur pueri imbelles claros virtute Magistros
Quae debent iusto non pietate colunt?
Sed nihili faciunt, illas iram cuomit ille,
Et quacunque datur parte, nocere nocent.
Cur homo non seruat sanctas voce IEHOVÆ
Leges, quas alij mordicus vsque tenent?
Cur? nec erit labor id nobis exponere paucis:
In promptu causa est, percipe, certe eris:
Quod mentem ingenuis informent artibus, & quod
Illorum causa tadia mille ferant.
Improba quod duris constringant ora lupatis,
Ne possint lingua liberiore ...rui.
Nec merces hodie sua datur Orbe Magistro,
Legibus haec eadem non aliena datur.
Attamen à quouis non spernitur ille, sed illis
A pueris sanis qui ratione carent.
Nec leges ideo sancta minuuntur & algent,
Dente Theonino quod petit ille malo.
Nam veluti male de potu, quos febris adurit,
Sensa ferunt, caci quod sit origo mali:
Sic pueri imberbes, & adhuc crescentibus annis
Ferre haud de studijs commoda frusta queunt.
Illi etenim prorsus mallent euertere leges,
Dum terris fœdum nil nisi crimen amant.
Quo possent melius iua'o reptum vrgere laborem,
Et labatum huc illuc ferre referre pedem.
Quam quicquam velint ob crimina tanta nefanda
Ferre mali, aut turis subdere colla iugo.
Non malus est omnis quem plebs mala damnat ad Orcum?
Sed quem vir sapiens, consilioq; grauis.
Vt neq; quisque bonum, quem laudat turba malorum:
Illa probat sontes, immeritosque premit.
Iudicia haec vulgi non cautum turba bonorum
Improbat, aut paruipendet & vsque fugit:
Sed quoque saepe venit, quod quos irridet inerme
Vulgus, maiores sunt in honore viri:
Et contra, quod fex populi super athera tollit
Laudibus, hos docti pulueris instar habent.
Recte igitur dixit diuini lingua PLATONIS:
Quod plebi cordi est, id n...l esse puto.
Et si quando, licet dignum sit laude perenni,
Ingratum, vulgus si probat illud, erit.
Ergo obmutescat vulgus digitoque labellum
Comprimat, & sancta munera pacis amet.
Et mala qua tolerat, non casu sortis iniqua
Idputet, at pœnam criminis esse sui.
Sit etenim vinum (quid enim manifestius istis?)
Euacuasse plenos nocte dieque cados.
Non modo vir facit hoc, multis consumtus ab annis:
Sed pueri imberbes, virgineusque chorus.
Talia dum fiunt, me blanda voce frequenter
Inuitant, inuitant propriam adire domum.
Haec ego sum, quae non subeo nisi tracta virium vi,
Si dubitas, testes angulus omnis habet.

Si tam, seu perhibent, essem studiosa nocendi,
Vires sentirent plurimum ordo meas.
Sed fugio multos, quis nam neget ista? sodales
Vt fugit agna lupos nocte dieque feros.
Verba fides sequitur, non credis? iusta turba
Testis adest animo non placitura meo.
Haec etenim non tam quam nostri robur optimis
Norunt ieiuno pellere ventre famem.
Huic tumet assiduo suffusa venter ab vnda,
Et tamen hanc dulcis Nectaris instar habet.
His dulce in stipula est placidam recepisse quietem,
Vel fœnum capiti supposuisse suo
Sed nostri actores, ob quorum crimina coram
Hoc iusto trepidos iudice sisto pedes.
Hi noctes medias consumunt vina bibendo
Fortiter, atque vna seque diesque suos.
Quid dixi medias? lucis praenuncius ales
Saepe vocat, referant ad sua tecta pedes.
Saepe videbis enim vino somnoque iacentum
Corpora diuersis multa iacere locis.
Quam multi possent euincere Nestoris annos,
Multi Mathusalem lustra videre senis.
Tempora quae dantur Baccho, si danda labori
Essent, quam melius sorte priore forent?
Insuper & torpent ducendo stamina vita
Segnius, & molli vestelocando caput.
Et fugiunt omnes, veluti vlcera sana labores,
Atque alijs vitiis membra fouenda premunt.
Et VENVS in causa est, & tu pharetrate CVPIDO,
Cur morbus vires exerat vsque suas.
Sunt quoque saepe tibi, sunt potus causa malorum,
Quos longe nobis aduehit vnda maris.
Dedecus est etenim magnum, ignorare liquores
Sunt Pelasgi enos, Itale sine tuos.
Non equidem norunt, quod sumpta frequentius illa
Vina Venus multos non sinat esse senes.
Quam fuerat melius Saturno Rege manente,
Non fuerant rubri cognita fila croci.
Non erat hic moris vario condire sapore
Fercula, nec vario perluere ora mero.
Contenti paucis fuerant, non vt modo, lympha,
Panis, Sal, illis Nectaris instar erant:
Non opus hic fuerat pluma non vndique pictis
Vestibus, artificum quas modo pingit acus.
Non flore ornabant, non lata rubilia gemmis,
Dura dabat dulcem fluminis vlua torum.
Nunc vero indulgent vino Venerique nefanda
Cum senibus pueri, cum pueroque senes.
Atque ita non tantum sub tartara corpora mittunt,
Sed quoque mens stygios cogit adire lacus.
Saepe mihi quamuis stomachum mouere superbe
Cum vario potu tum varioque cibo.
Et tandem nostras transportant crimen in ades,
Immemores proprij criminis esse reos.
Nam veluti si quis seso de rupe sub vndas
Sponte sua ferret flammiferosque rogos:
Num foret vnda maris, vel flamma causa, quod huius
Tam subito innatus liquerit ossa calor?
Sed mos est cuiuis propriam depellere culpam,
Illaque insontem commaculare iberum.
Quo possit proprium scelus excusare loquendo,
Sit licet ipso mali causa caputque sui.
Non ego vos solis tento seducere verbis,
Non opus his illis, cernite, signa probant.
Cernite signa precor mutati corporis, atque
Constrictam linguam, liuida labra simul.
Cernite quam monstrant oculos, vultusque serenos?
Quam facit officium pesque manusque suum?
Haec si non cuiquam qua dixi firma videntur,
Non nostra culpa tanta venere mala.
Sim rea, denique graues scelerato sanguine pœnas,
Non mea ob id gelidum pectora frigus habent

Ast usus vini nimius Venerisque voluptas
Plurima quæ multi iam peperere viri.
Inde liquet non me, sed eos magis esse nocivos,
Qui nolunt placitis abstinuisse bonis.
Illi equidem qui me o multa sæpe sub ædes
Ducunt, post peragunt criminis esse ream.
Si quando illorum venio sub tecta vocata,
Me subito pellunt eiiciuntque foras.
Si vero fugio mox verba precantia dicunt,
Meque his quærendi maximus ardor inest.
Nonne viri stulti est morbo intendente, salutem
Quærere, & hac prensa, rursum amare necem?
Negligere aut corpus proprium, reliquosque fovere,
Illud sub tepido semper habere sinu?
Ipsi mille sibi cupiunt mala, meque potenter
Id servare iubent, ne mala tanta ferant.
Turpiter exoptant turpem traducere vitam,
Post nostrum iaciunt scommata mille caput.
Nunc igitur docta hac iusta di, cernite lance,
Quem penes est sceptrum, docta corona, utrum.
Essent si digni, quem ista postulat usus,
Illi, quos monstret propria vita reos?
Quo mores pravi, quos lividus arguat omnis
Orbis bonos, trepida, saucia membra manus.
Nil id perpendunt quod ducant flamina ossa,
Non ut edant ideo, sed tuear atque bibant.
Sed quo longævos contingere Nestoris annos
Possent, & summi iussa verenda Dei.
Non ea discernunt, quod tantum turba malorum
Me damnat, quorum est venter in Orbe Deus.
Nullus enim bellus tantum in nos evomit atra,
Quam qui pampinea munera ossa amant.
Nullus enim modo me peiorem Tygride finget,
Quam quorum sedant fercula lauta famem.
Nullus enim omnium tam me condemnat ad Orcum,
Quam quibus est surdi nolle dieque Venus.
Nunc ubi iam certum est illos causam esse malorum,
Qui nequeunt forti longius ire mero.
Qua nam fronte pedes poterunt, & iudice coram
Sistere, ne illorum perluat ora pudor?
Quî poterunt sese dignis exolvere pœnis?
Digna solet dignos pœna manere viros!
Sed dicent fas est inimicas fallere mentes,
Quæ capiti nostro mille pericla struant.
Verum si sint hæc, quæ dicant, omnia vera,
Non renuo tanto subdere colla malo.
An cupiunt ideo de nobis sumere pœnas,
Ut noscant ipsos criminis esse reos?
Si quo putant nostri quod gratia nulla futura est,
Cur me non cogunt longius ire foras?
Cur non sic vivunt capiatis ne tædia vita,
Ut nil deinde in eos iure habere queam?
Certe si possent frenis constringere mentes,
Sentirent ... meque meas que manus.
Si vero quando plus æquo durior essem,
Non fugerent ... subdere colla iugo.
Sed durum est illis, qui nil nisi gaudia quærunt,
A dapibus placitis abstinuisse manus.
Difficile est illos deducere pensa laborum,
Qui celebrant largo ... que dies que mero.
Ergo ferant, quos iam factis meruere dolores,
Cum nolunt vitam vivere in orbe piam.
Certe illi non sunt digni quos vita maneret,
Quos mutat in vita efferat Vina, Venus.
Ecce his quantum erroris inest qui vivere credunt
Suaviter, impletos cum siccando cados.
Post ubi blanditiis me iam in sua tecta vocarunt,
Ex illis pul... abire volunt.
Insuper & culpam (quid non scelus audeat) audent
In nostrum, nullo iure, referre caput.
Sed quid erit mirum, si quando durior illis
Esse reor, quam ius postulat atque sinit.

Si nunquam vellent metas transire pudoris,
Non fierent manibus præda petita meis.
Dicta fides sequitur, non credis? rustica turba
Id probat, & reliqui, quos premit atra fames.
Non hæc est variis morbis obnoxia, nec tam
Obruit, ut bibulos ista procella viros.
Si nostri illorum vellent quoque vivere vitam,
Effugerent magni damna dolenda mali.
Iam liquet ex istis, quisnam reus esse putatur.
Anne ego vel turpi dedita turba gulæ.
Quod vero nostrum iuste caput impetere, illud
Quam magni faciam, talpa videre potest.
Facta fidem faciunt, quid enim manifestius istis:
Dum maneo legum munere tecta Dei.
Nil hodie Princeps, nil Rex, nil templa gubernans
Romula, quod de me iure queratur habet.
Non etenim magis est dives quam pauper amore
In nostro, aut contra: sunt sed honore pares.
Id nisi sit vitium nobis, quod limen adumbrem
Illud, ubi semper copia vini adest.
Non ideo hæc facio, quo tangar laudis amore:
Sed mihi quod tali non licet ire domo.
Si quis, ut in populo est, quem vastus continet Orbis,
Solverit in tales ora diserta sonos:
Illos si tantum stringat nodosa PODAGRA,
Qui nequeunt vino longius ire bono
Cur non parcit eis, atro qui pane coercent
Sæpe famem, & lympham Nectaris instar habent?
Cur nimium hic iuvenes teneras que puellas
Pellere qui vino non didicere sitim.
Et tamen illorum, quis nam negét? sæpe subintrat
Sæva PODAGRA pedes, sæva CHIRAGRA manus?
Sit licet hoc verum. Sed raro contigit illud,
Stringat ut illorum sæva PODAGRA pedes.
Atque ita difficile est, paucis concludere totum:
Quod neque ver nobis rustica hirundo facit.
Tum quoque, non adeo nostra est, quam culpa parentis,
Cuius stringebat sæpe PODAGRA pedes.
Nec mirum si patre ægro quoque filius æger
Nascitur, e fracto non nisi debile erit.
Quo iam iure etiam me damnant esse malorum?
Natura sequitur semina quisque sua!
Cur non laus etiam nostra est, si quando bonorum
Accrescit cumulus? fortis at esse putant.
Ergo iam censent illorum crimina nostris
Addere: non aliter res mea salva foret.
Nam si lætantur raptorum morte parentum,
Dum multa multis accumulantur opes.
Cur non mente hilari, quia nummos, si qua malorum
Spectat pars illuc, arripiunt avide?
Nam si, seu fas est, didicissent vivere digne,
Atque maximum magnis abstinuisse scyphis:
Nossent me placidam, ut proprios sensere parentes
Quantum natura non meruere sua.
Non equidem (sit multa licet sententia vulgi)
Sum petulans: careo nec quoque fronte pia.
Qua possem varios iuste discernere casus,
Ne pereant una vir bonus atque malus.
Nec fera sum nimium, quæ morbum nulla relaxem,
Quod faciunt grassans pestis & ægra lues.
Quæ nil morborum curantes pharmaca, multos
In Stygios cogunt ocyus ire lacus:
Ast ego sæpe meis requiem concedo laborum,
Quo reparent vires, membraque fracta levent.
Non aliter bobus quam parcit cultor agelli,
Qui norunt multis subdere colla iugo.
Longius ire liber, quod me negat esse ferocem,
Hic mihi, si dubitas, dant ista signa fidem:
Nam quotus est hominum, feras has qui mente feroci,
Soterebrat, socii, mæsta PODAGRA pedes?
Quum potius risum multos ora resolvit,
Quis tibi Theseo iunctus amore manet.

Illud

Illud non fieret si sim fera, vulgus vt illud
Fortiter affirmat, crimina ficta crepans.
Nonne isti agglomerant, qui sunt tibi sanguine iuncti,
Si videant vultum morti adesse tuai?
Non is enim posset censeri fidus amicus,
Quem nil mouisset fratris acerba dies.
Sed tum pertentent ipsorum pectora risus,
Lethiferi dicor cur ego causa mali?
Hic videas omnes vt eum stipentque, iacentem
Ægrum consilio, speque iocoque, leuent.
Hic tot ac tantis blandissima verba canuntur,
Et resonant dulcis fila sonora lyræ.
Talia non fierent (quis enim manifesta negabit?)
Sim nisi laticia causa PODAGRA noua.
Ex his iam facile est aliquid concludere certi.
Nec spero hic quenquam fronte carere virum,
Qui non discernat num iuste hic fistar, an illi
Qui peragunt me huius criminis esse ream?
Illi etenim soli sunt tanti causa doloris,
Qui prohibent mentes nocte dieque frui.
Sed si qua veniunt illis mala, crimine nostro,
Id graue tam non est, vulgus vt esse putat.
Nunc igitur quantum potero monstrabo, quot annis
Dona, rudi vulgo, quantaue quæue feram.
Tu tamen hæc quod agis, multum venerande SENATVS,
Quæ dicam memori pectore dicta nota.
Nec dubito, multis quo non sim tristis, & ægra,
Siue dies clara, nocteue siue nigra.
Sed si discernunt iusta omnia lance, videbunt
A me quam multi plurima dona ferant.
Quæ si non essem (nec me pudet ista fateri)
Nouissent tantis abstinuisse bonis.
Aspice quam multi sunt me duce honoribus aucti,
Ante quibus nullus cedere vellet humo.
Hanc vbi turba virum venientem viderit, illi
Ilico dant primas, altius atque locant:
Sint licet è claro, magis illo sanguine nati,
Vel quibus innumeras arca flagellat opes.
Ceruicis innumeros vehit equis ceruice superba,
Splendentique rota, sedeque magnifica.
Illi quotquot sunt, nisi nostro subdere vellent
Colla iugo, pedibus sacra terenda forent.
Hoc quoque contingit peragant, quod stando potentes
Hi nostri, Reges inter habendo locum.
Insuper & Princeps a talibus exigit atque
Vt sedeant vrget res peragantque suas.
Interea famuli pedibus subsellia caute
Mollia supponunt, vel quod habere volunt.
Qui sanos nihili facerent iuuenesque, senesque,
Ni nostro nossent colla dedisse iugo.
Quæ modo protulimus, tu discute mente SENATVS,
Pendet enim officio spes mihi magna tuo.
An sint hæc nihili: quæ multa corona virorum
Expetat, atque aliis præferat vsque bonis.
Plura dabo si plura cupis, mea cura, SENATVS,
Quæ facerent verbis signa probata meis.
Prima tenent loca si quando pia turba virorum
Conuenit, Heroum siue sit illa DVCVM.
Dulcia vina bibunt: ventris ieiunia sedant
Pallida multiplici Nectareoque cibo.
Hoc quoque, quando cibis contenta est turba vocata,
Nostris de potu plura rogare licet.
Etsi, quod laudis est illis, non plura rogarent,
Tunc HOSPES dicet: quod placet, omne dabo.
Diceret ast forsan vulgus: quæ dantur, honoris
Non ea: sed causa tanta doloris agunt.
Nec puto rem dignam causas inquirere morbi,
Et contra natis inde tacere bonis.
Quod credo tibi posse bonum, iam hoc sufficere, vni,
Si rem præ reliquis, quæ potiaris, habes.
Nam nec pauper homo quærit, quo iure medonis
Acquirat, quæ repelleret ore famem:

Sedulus at mentem nunc huc nunc diuidit illuc,
Quo posset partis suauiter vti opibus.
Sed quid ego hoc memoro, cum Reges orbe potentes
Atque duces multi, nobiliumque chorus,
Regna, vrbes, capiunt nec quo nam iure requirunt,
Dum modo sint sceptro subdita regna suo.
Nec dubito miseros paucos hic esse PODAGRA
Qui superent stringi, his muneribusque frui.
Dic mihi, nobilium quid diuite, proue, e vates,
Esse potest? domibus pu... tis atque suis?
Istic conspicies, oleant vt floribus ædes
Vt noua conspicuum pondera sentit ebur.
Vt niteat pulchrumque, ades diuerberes aurum,
Et tremulum summa spargat in arce iubar.
Ille leget Calathos, huic sunt violaria cordi,
Ille rosas rosas pollice latus obit.
Et pyra, poma, nuces, & Amygdala dulcia, ficus,
Et quæ præterea longa referre mora est.
Hæc dum sunt istic, num nollent viuere, quem fors
Dura manet terris, & malesuada fames?
Hic etiam inuenies socios, pulchrasque puellas,
Quis recreent verbis tristia corda suis.
Aurea quæ pellant trepidos vmbracula soles,
Quæ gratos sufflis pennaque mota notos.
Et qui vina ferant latas facientia mentes:
Qui pugnant dulcis fila sonora lyræ.
Insuper hic etiam excipies quid Regis in aula
Quodue fit in rosei Solis vtraque domo.
Et si ne veniunt, alii qui talia narrant,
Quid rerum propriis sæpe geratur agris.
Talia non fierent, quid enim manifesta probentur?)
Ni meus id præstat cura laborque grauis.
Longius ire iubes, liceat modo, sancte SENATVS,
Non faciet longas fabula nostra moras.
Multoties nostrum, multis variisque periclis,
Protego, quando suis ædibus esse licet.
Lite vacant ædes, insanaque protinus absunt
Iurgia, quæ nostro colla dedere iugo.
Non hic aprum metuit, qui tot latratibus actus,
Fulmineo celeres dissipat ore canes.
Nil huic cum gladio, vel pinus in gurgite vasto,
Non hæc sunt digitis arma tenenda suis.
Quod magis, efficio ne sit Respublica cura
Illis, quæ posita hoc era colla gerunt.
Qui si forbicibus non nostris viribus essent,
Officiis grauibus præda petita forent.
Nec tum quando alsu incumbo, domestica mille
Commoda curo paruis, lucraque nulla fero.
Admoneo nostros parcant vt sumptibus amplis,
Ne stipe dein misera vita tuenda foret.
Non illos adigo merces mutare, quod illis
Denegat officium pesque manusque suum.
Quin magis argenteum iam accenduntur amore,
Quo minus ad cursum commoda membra habeant.
Nam maiora auri corradent pondera, lecto
Affixi, ac reliqui, qui loca mille adeunt.
Et puto si nostrum nunc huc nunc curreret illuc,
Priuatus nummis pauper inopsque foret.
Pars narrata vna est, reliquam modo disce SENATVS,
Iam tandem hanc aliqua tu quoque parte vides.
Dum mihi sit corporis cura, mihi mens quoque cura est,
Quoue probem testes angulus omnis habet.
Esse puto nullum, qui mundi pluris honores
Æstimat, ac Clarias numina sancta DEAS.
His ego quotidie Musarum tota patesco
Scrinia, & erudio quomodocunque rudes.
Illos non possem numeris comprendere: qui iam
In varios habeant ora diserta sonos.
Nam cum sint multis illorum pectora curis
Obruta, dant operam nocte dieque libris.
Sed quid ego tantum de linguis ora resoluo,
Cum Sophiam multi rectius inde petant.

In primis studeo sit nostris Musica cordi,
Quo curis multi pectora stricta leuent.
Praeterea longe cubeo quoque degere in agris,
In quibus crud[illegible] pectus incrementum.
Certe equidem, cuius nos morbo strinximus artus,
Serm[illegible] lumina magna fluunt.
Vnus enim [illegible] talos de cardine fracto
C[illegible] dure pede carpit iter.
Alter, qui teneros valde ad [illegible] pupugit
Saxa pede [illegible] tando gradu.
Et [illegible] reliqui [illegible] in pectore causas,
Quo possent proprium [illegible] malum.
Nonne ea defendunt [illegible] probati
Rhetoris [illegible] opa.
Admonuere [illegible] ocellis,
Aetheraq; ingenio [illegible] suo.
Et fera tempestas, norunt, qua regnet in hora
Et qua [illegible] dies surgat in axe poli.
Et minimas stellas, vt quaeq; oriturq; cadetq;,
Norunt qui nostro colla dedere iugo.
Et numerandi artem, quae multum est vtilis illis,
Si quando argento sit turgida zona grauis.
Sed mea sedulitas quo conspicuo in artibus istis
Possit nunc testes percipe certus eris.
Non opus est illis tabula si quando mouentur,
Aut stant siderea corpora quaeq; polo.
Ista prius norunt venas vbi sanguine adesso
Emittunt, Luna iam veniente noua.
Nec quisquam est hominum melius qui talia nouit,
Quo portant miseris sidera celsa viris.
Si sunt haec nihili, aut eadem si parua videntur,
Plura dabo, nostris non reticenda sonis.
Quo vires herbis, variis aut floribus insint,
Erudio nostrum nocte dieq; chorum.
Non hac de causa facio, quo noscere tantum
Possent, do sed iis tempus in omne frui.
Nec quoque, quod multi faciant hodie, instruo, multo
Vt possim loculos ore replere meos.
Haec cum sint quae iam produximus, omnia vera
Testibus & firmis mille probata simul.
Non hinc difficile est aliquid concludere veri,
Quam male me vulgus clamitet esse ream.
At si sic cur illi non longa silentia rumpant,
Et quid responsi iam mihi ferre velint.
Nimirum quae nos pro dono agnoscimus, illi
Pro vitio summo perpetuoq; malo.
Et quod sim illorum pestis turpissima dicent,
Vt quae transformem corpora quaeque hominum.
Thersitem opulcro: latos in tristia vultus:
Risum in fletus vertere saeua sciam.
Confringam vires: somnos abrumpere pergam?
Diminuam visus membraq; firma necem.
Et quid; quae recte non stant ordine, clamant
Omne quod arbitrio fletque cadatque meo.
Atque ita quando volunt verum sit opponere veris,
Semper in autorem culpa redire solet.
Nec reputant illud nobis fore maximo honori,
Me quibus accusant efficiuntq; ream.
Nam si tibi [illegible] quod raro vulnere corpus:
At rursus [illegible] vita beata manet.
Saucius si corpus morbis variisque periclis,
Spiritus ipsum gaudet ouatque polo.
Sicut de cibus fluxu quid demo, vicissim
C[illegible] firmus, quae licet arte, bonis.
Iam si [illegible] vecorsq; putandus,
[illegible] corpus mentes nesciat esse lucem.
Quid mereor curans animam, quae concidit aegra,
Si ventri tantum quid volet illa dabit.
Non loquor hic ne detur ei quibus indiget vsus:
Sed sine quo digne viuere possit homo.
Quis ciet atque mouet passim bella, horrida bella?
Quis iubet vt iusto sanguine inundet humus?
Quis nisi corporis ignis, & opum vesana cupido,
Quae sunt in terris fons & origo mali?
Nullum certum [illegible] est, quod non homo patret in orbe,
C[illegible] superbe tuis.
Sunt hominum [illegible], vt equi rectore carentes,
Q[illegible] nunquam [illegible] antque manent [illegible].
Nam velut acer equus nullas qui sentit habenas
Currens, huc illuc praecipitanter abit.
Sic quoque mens rationis carens rectore fideli,
Caeca ruit praeceps ad Phlegetontis aquas.
Atque ideo sapiens perpendit mente salubre,
Ne stant [illegible] sua.
Quo posset melius prae fundere vota IEHOVAE,
Et tandem [illegible] subire poli
Longius humano quo mens a corpore distat
Credito eo propius caelica regna videt.
Fortiter hic poterit dulcem contemnere vitam,
Tempore quo didicit quolibet esse miser.
Qui vero praebet carni aures ille sua sponte
Perdit opes animae, quo[illegible]q; tenere cupit.
Nam [illegible] carni [illegible] spe lactatur inane,
Ille nec id vere quod sit amare potest.
Haec etenim tanto carne est praestantior, orbe
Vt dominus seruo, sole cadente dies.
Et veluti carnis tantum sunt carnea cura,
Sic anima [illegible] quicquid in arce viget.
Ex his iam liquido constat quam dignior esset
Corpore mens certum docta corona. PATRVM.
Nunc vero quam sim custos monstrare studebo,
Corporis atque animae quamuis ministra potens.
Nec noceo multum qui nobis colla dedere:
Sed magis his prosum, perpetuoque iuuo.
Quod magis: efficio ne quod sit corpus obesum,
Humor & e crapula ne male natus eat.
Hac ego ni facerem minime esset nobile corpus,
Et stygias cursu praepete aberet aquas.
Praeterea, [illegible] prolongo stamina vita,
Dum mala quae subeant pectus, ad ima fugo.
His igitur missis, linguis animisque fauete,
Fortius vt capto puluere currat equus.
Quando hominum mala facta cano, vitamque malignam,
A nostra non sunt haec aliena fide.
Queis ego prae reliquis nostris doctam applico dextram,
Nil hic GALENVS quod sibi sumat, habet.
Non tantum nostrum constringo colla lupatis,
Ne scelus in quoduis praecipitanter eant:
Sed quoque iam lapsos sustento mole malorum,
Atque scelus poenam comprobo rite sequi.
Talia non canerem si nostris laxa fenestra
Esset pes: atis multiplicique malo.
Quare monstro meis, quam sit nimium Orbe caducae
Oris honor, veluti pollice rosa rosa.
Quam cito languescunt iuuenilis in corpore vires,
Quam cito vix vernas depopuletur opes.
Quam minime durent optati tempore fasces,
Quam sit fors nullo certa tenaxque loco.
Haec ideo dico, quo noscat vulgus inerme,
Esse nihil firmum, consimile atque Deo.
Insuper efficio, vt laesus commissa remittat,
Hostibus vtque sciat condoluisse suis.
Non sunt haec nihili, iustissima concio PATRVM,
Istis si plus vis sumere, plura dabo:
Sunt tria quae nostris noceant placeantque cachinnis,
At mihi materies causa cibusque, nouit.
Nempe: Venus nimia, innumeri Bacchique [illegible],
Iraque, quae nocua mentibus esse solent.
Hos ego quo tantum a tanta clade malorum,
Admoneo nostrum nata fouere chorum.
Sed cum nil prosunt mea verba salubria, nilque
Efficiunt, multis corpora stringo malis.
Vt tandem sapiant, & discant viuere recte,
Atque sinant verbis pondus inesse meis.

Nec

Nec quoque tam fera sum, quæ prorsus vina negarem
Esse bibenda meo nocte dieq; choro.
Quum magis illorum ieiunis pallida sedo
Multiplicis potus multiplicisq; cibi,
Dum celebrant Nymphæ natalia festa quotannis,
Quo redeat fœlix prosperiorq; dies.
Insuper efficio Veneri Bacchoque furentis,
Ne sua subiiciant libera colla iugo.
Neue terant limen nocturno tempore AMICÆ,
Ne cui sit turpi Zona recincta manu.
Etsi quando horum quid contigit, dico factum,
Damnant illum tenero virgineoque choro.
Nam dare quid melius iam posset amicus amico?
Quamsi de stygiis eruat agmen aquis?
Quæ mala si tarde, sed certe, pœna sequetur;
Qui Baccho & Veneri colla dedere iugo.
Quid dicam nimium tumida de folle? quid era?
Quæ dedit accensis pectora mille rogis?
Talia ne veniant nostris vero nocte dieque,
Præter me melius tollere nemo potest.
Hæc sunt ob quod me putum condemnat in Orcum,
Meque ream vulgi criminis esse ream,
Quod corpus morbo, nec mens vacat ægra, videte,
Quam sint à veri longius illa fide?
Hæc pietas Gnati, pro donis dicere Matri
Scommata pro vita reddere vellis necem?
Quin magis hoc præsto, quo mens dominetur obesa
Corporis, & illius colla superba premat.
Nam velut corpus multo constringo dolore:
Sic repleo mentem mille magisve bonis.
Nec quoque quod maius, corpus permitto iacere
Tantum: sed precibus sollicitare DEVM.
Nec spero quenquam vestrum venerande Senatus,
Hæc mea qui dicat verba carere fide.
Quod pars longe hominum sit maior in orbe futura,
Quæ vellet terris tecta subire poli.
Si tamen ipsi, quem nostri, nocte dieque
Iam possint vii, & perluere ora mera.
Sed velut pecudes iusta ratione carentes
Errarent agris sæpe Cupido tuis.
Non illos PLATO, non si quis doctior illo
Frenaret stimulis, nec pia cura, senis.
Verum ego discutio tetricis caligine mentes,
Et facio illarum tollere ad astra caput.
Quo videant quam sit breuis huius gloria mundi:
Debile quam corpus sors quoque quam volucris.
Quam mala mille homines maneant, morbique scelesti
Ornentur quo iam munere, quoue boni.
Talia dum nostris illustro, vera IEHOVÆ
Corde [illegible] sunt, non vt gens Pharisæa solet.
Nec tantum cum sint morbo variisque procellis
Victi: sed cum sint libera corda malis.
Hi igitur possem, quidnam dare dulcius, atque
Cœlestem vere noscere posse DEVM?
Si vero nobis quis sese opponere vellet,
Illius subita colla superba premam.
Vt trepidet velut i stabulis deprensa relictis
Parua sub irato cum iacet agna lupo.
Ecquis adest nostris qui viribus obuius iret,
Sit licet immanis fortior ille fera?
Nam quo sim grauior multum ceruice superbis,
Tam leuior soleo mentibus esse piis.
Atque ita confirmo, quo credant firmius illi
Imperium cuius nescit habere modum.
Et cur non credant? quæ cœlo præmia norunt
Esse piis, reprobis tartareis in aquis?
Nec video signum præsentibus esse salutis,
Pectora quam si sint subdita mille malis.
Nam si quis veniam peccatis corde precetur
Sincero, stygios non timet ille lacus.
Non tibi verba damus, possent ea iure probari
Mille modis, veri quæ mihi signa darent.
Si non respectus habeam vestrique meique,
Qui mea dicta diu percipis aure pia.
Atque ideo mea turba meo nutrita Lyæo
Plura solet miseris munera ferre piis.
Causa subest, ipsi quod ea sub mole manebant;
Atque ita qua possunt parte iuuare iuuant.
Hæc ea sunt queis me nostri, venerande SENATVS
Accusant, sceleris perficiuntque ream.
Quod corpus stringo, mentem ad sublimia tollo,
Quo ferat æterno vota precesque Deo.
Quodque malis prauos facio, mitesque superbis:
Et de lasciuis pectora casta viris.
Quod mage dono fidem spem oppressis rebus in arctis,
Quo lætos sumane post sua fata dies.
Ne forsan grauibus morbis variisque periclis,
Victi, contemnant iussa verenda Dei.
Et quid de vitiis virtutes sarmo . [illegible] remus
De stygiis vndis efferat ad astra poli.
Iam liquet ex istis, quæ diximus, esse minoris
Corpus, quam mentem, mille pericla pati.
Nec quo nam, melius mentem puto, tempore haberi
Quam cum corpus iners nocte dieque iacet.
Cernitis? vt nostri loquimur dum vera silescunt,
Frigidumque gelu cernite pectus habent.
Cæcutire putes velut i fulgoris ab igne
Sulphureo, illorum lumina tacta forent.
Hoc quoque quam doctas, quam sedula nonne videtis,
Herbas atque manum applica sæpe meis.
Hac igitur causa merear fera spicula mortis?
Nec tales aliquid mentis habere puto.
Nam multi existunt qui ferro languida membra
Auferri vellent, quam mala tanta pati.
Sed si quis vellet modo sese opponere nostris
Verbis, in tales soluereque ora sonos:
Et reliqui morbi quotquot sunt talia præstant
Commoda quæ solam te dare posse putas.
Huic ego, nec temere, efficiam eo fortiter, atque
Iam faciam verbis plurima signa meis.
Multi sunt morbi qui nunquam frena relaxent:
Sed multos mittunt sub Phlegetontis aquas.
Contra ego morborum noui laxare lupatum
Quando opus, & multis stringere corda malis.
Et si plura forent quæ dici tempore possent
Hocce, sed optatis contrahe vela mei.
Cum prius exemplis paucis monstrauero nobis
Qui pareunt, vt sint magno in honore viris.
Hac mens censetur tantum generosa virorum,
Quæ varias didicit fortis amare vices.
Sunt & erant clari non tantum tempore nostro:
Sed quoque quos norunt secula prisca viros.
Me Priamus, cui Troia dedit sua colla premenda,
Ornatas auro iussit adire domos.
Me quoque Bellerophon genitor quoque fortis Achillis
Peleus, de propriis nullus abegit agris.
Sed nec Achiuorum turmis astutus Vlysses
Me voluit tectis longius esse suis.
Insuper, & quo non velocior alter, Achilles
Haud valuit casses effugere vsque meos.
Iam dicant Graci quod erat primatus ami a,
Qua causa multi deperiere viri.
Dicant quod nimium furiis accensus & ira
Cogeret in medio linquere vela freta.
Sunt nihil ista, meis fuerat detentus ab armis,
Ne posset captam continuare viam.
Illa ego sum Briseis cuius dum iussa facessit,
Græcorum spreuit iussa sequenda virum.
An non iam peterent quotquot sunt orbe, potenti
Cum grege ferre ingens nocte dieque malum.
Quam cum plebe rudi, nihili, potuque ciboque
Multiplici tristem pellere ventre famem.
An non sit melius maiorem mentis habere
Curam, quam [illegible] viuere more feræ?

Denique

Denique cum videor iam sat fecisse, quod ante
Promisi, & cœpti continuasse viam.
Quod magis, ac ego sum nostri sunt causa malorum:
Et nihili, faciunt me quibus, esse ream.
Id quoque quod maius, multorum dote bonorum
Orno, qui sceptro colla dedere meo.
Nolo plura loqui, ne sim tibi sancte SENATVS
Dura, sed hoc fessam littore sisto ratem.
Tu quoque iam iusta cau am hanc discernito lance,
Hæc eadem arbitrio stet cadatque tuo.
Nil nostri causa facias, nihil atque meorum:
Sed quæ iusta putas iuraque sancta probant.
Quod si præstiteris, sub quouis climate mundi
Charus ero vulgo nobiliumque choro.
Si vero contra iunc quauis vilior alga
Semper ero vulgo, Nobiliumq; choro.
Ergo tuæ fidei me iam committo, meamque
Causam, tu salua discute mente. Vale.

SALOMONIS FRENCELII A FRIDENTHAL,

Podagra terrore abacta.

NOcte duo tacita facturi furta Ratones,
Furtiuum rebus constituere locum.
Area complacuit prope templum sacra sepultis:
Nec mora: pagan as tentat vterque casas.
Sarcina plena nucum primo iacet obuia Furi:
Hanc rapit & noto congerit ille loco.
Ecce autem, socium dum nocte moratur opaca;
Frangit & audaci dente subinde nuces:
Aduehitur dorso Serui illa parte sacerdos,
Forte cui fuerat cœnula sumta foris.
Asportatne sacaua Fur vocem rumpit in vmbra,
Affeclam cepta fraudis adesse ratus.
Pastor opinatus sibi vim fraudemq; paratam,
Momento serui desilit ex humeris.
Et veluti rapidis ardenter omnia flammis,
Septa per atque hortos per latebrasq; fugit.
Hasque subinde tremens deuoto pectore voces
Ingeminat: Sancta o Sancta Maria Parens!
Miraclum! pedibus quibus ante Podagra negarat
Officium, hic alas vox breuis vna dedit.

IACOBI PONTANI DE SOCIETATE IESV

Morbidi duo, & laus Podagræ.

PODAGRICVS. CALCVLOSVS.

PODAGRICVS. Heu heu heu. ô podagra! Apud inferos te natam, ibique matrem Megæram, nutricem Alecto fuisse autumo. Quorsum Tantalus siti, nunc rota, Sisyphus voluendo saxo, aliis alii modis illic cruciantur? Tu omnibus excarnificandis sola sufficeres. Nunquamne discedes? Quamdiu miserum me torquebis? Si epilepticus essem, si paralyticus, si lethargicus, spleneticus, si diuicus, si morbo alicui sontico obnoxius; si peste demum affectus, ad salutem peruenire liceret. Hos dolores nulla tam singularis ac præsentanea medicina excogitari potest, quæ excludat. Quicquid medicamentorum edas, bibas, pedibus illinas, nihil agis; vincuntur. Non mentitur Pelignus vates.

Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

CAL. Satius est me queri isto modo. Quod vtinam cibi ac potionis minus assumere cõsueuissem! vtinam corpus non ita immoderate exercuissem! vtinam alia omisissem; quibus concoquendi & expellendi facultas mea debilitata est: id quod ad generandos calculos multum valet. Nunquam fuisset caseus, lac, raphani. O si abstinuissem alimentis pinguibus, viscosis, pituitosis, immodice salitis carnibus ac piscibus, iis etiam male coctis, lentibus, pisis, pyris, ouis duris, rapis, fabis, iuglandibus, auellanis, fungis, vino acido, cereuisia turbida, & iis demum omnibus, quibus cruditates mouentur: præsertim vero pultibus & placentis istis farinaceis, quarum esus prope assiduus vehemẽter obfuit mihi; quod nunc demum experior & credo. PON. Quis hoc ait? CAL. Medicus POD. Quid dicit? CAL. Valentis esse materiæ has placentas; si egregie valentem robustamque stomachum nactæ sint: succum autem crassum progignere, humorum crudiorum certum seminarium: siquidem crassitiem illam calor naturalis infirmior, percoquere nequit. ita humores illos crudiores sæpenumero omnes corporis partes replere, & potissimũ vias natura angustiores infarcire: ac modo grauare iecur, modo liene turgidum reddere, renibusq; calculi principia suppeditare. Quod si illa crassities viscosum quippiã admistũ habuerit; duplicatũ fore malũ. Non n. solum, inquit, quod crassum est, meatus vacuos implebit: sed viscosum, illud in angustiis illis tenacissime inhærebit alimentiq; distributionẽ, vniuersamq; nutritionis œconomiã impediet: nec naturã à suis fungi muneribus permittet; pessimorumq; affectuũ, & in primis lapillorũ istorum causa erit; quos in pulmonib. & in hepate, & in cerebro & in folliculo fellis, & in splene quorundã ab anatomicis inuentos audio. Hinc in renibus hæc mea calamitas, quæ me dies atq; noctes intolerabili cruciamento fatigat. PON. Nihilne remediorum medicus? CAL. Præscripsit; non adiuuerunt tamen, nec adiuuat vllum, nisi cum immittor in balneum vmbilicotenus: tum n. mitigatur aliquantum dolor. Podagram tuam esse tormentum hoc nostro maius & acerbius non fit mihi probabile: & testes inuoco illos, qui vtrumq; perpessi sunt; quiq; cõparatione calculi podagram vocant auream? PON. Habeant illi hue suum aurum sibi. Ah, vt æstuat, vt furit pestis? Vt per membra intima, perq; ossa penetrans, omnia depascitur? Ades mi sodalis, mi Scipio: tu mihi quod soles, pes tertius, & tremulum tege gressum: vt olim ille patris sui qui aba te nomen hoc primus inuenit. Ecce ambulonem? Hem quot dies in lectulo continẽter iacui? & summis oppressus cruciatibus iacui? Magis in mortuis profecto, quam in viuis numerandus sum. CAL. Et ego cultellis me discindi arbitror, quoties per meatus astrictissimus lapilli se penetrant. PON. Nihilne eiicis cum vesicam soluis? CAL. Aliquando frustulla instar pisorum. Interdum oblonga & acuminata aut hispida cum sanguine. Quod si particulę istæ in vesica concreuerint (& timeo, ne contingat) interitum mihi afferent. PON. Licebit tum lithotomum adhibere & secari; vt multi, quorum ego lapides prægrandes vidi. Ego vero non aliter secari possum, aut debeo; nisi si mihi ambo crura bipenni amputentur. CAL. Tu de sectione caue vnum mihi verbũ: horret cor animus, & assurgunt comæ, quoties clamoris recordor duorum, quos aspexi cum secarentur. Eorũ alter præ doloris acerbitate vitã deposuit. Seruas ne illa, quę solent podagrosis edicere medici, vt ne saliant, vt ne triuchũ agitent; vt remissæ admodũ & lente ambulent? PON. Nimis serio, atq; etiam libenter; quod illi prodesse nobis affirmant, lecticagestandum me curarem vel à lecticariis, vel, vt hodie fieri solet, à duabus mulis, si valerem opibus. Et tamen (o stultitiam hominum otio & literis abutentium) incidi nuper in librum, quo podagra laudabatur. CAL. Nec falso. PON. At ego

dico

dico falso. CAL. Multis priuaremini cõmodis, quæ vobis cõciliat benigna podagra. POD. Commodis? Quæ sunt ista cõmoda? CAL. Honor, quo afficimini quãdo vobis assurgitur; de via deceditur, potior locus datur: quando cæteris stantibus, vos assans cum puluino sellis sedere iubemini: quãdo currib. vehimini, equis portamini, cũ alioqui pedib⁹ ingredi oportuisset. In cõuiuiis primi discumbitis: quod melius & delicatius est in cibo in potu, id vobis apponitur: & beneficiũ se accipere hospes arbitratur, cũ libere eloquimini quid velitis. POD. Male tẽ intelligis. Hæc calamitatis sunt argumenta: nec vetus honor iste honor. CAL. Tamẽ constat vobis bene fieri præ aliis quacunq; de causa id tandẽ fiat: mallentque multi vestrã miseriam cum vestris voluptatibus, diuitiis, omniumq; rerum copiis & commoditatibus, quam onus paupertatis suę intolerabile cum sanitate corporis. POD. Stultorum vota nihil moror. CAL. A quam multis periclis seruamini, dum domi, & in lectis vestris detinemini? Quam multi ad vos rumores afferũtur? Quã varia de toto orbe apud vos narrantur? Quid? quod ab administratione Reip. vos Podagra plerunq; liberat: hoc est. à curis molestissimis, & grauissimis: Quid? quod interim in isto otio animũ literis & sapientia excolitis? Quid quod nullus vates, aut astrologus temporũ mutationẽ tam certo vt vos, prænunciauerit? vt nõ humanas tantum, verũ etiã cœlestes res illa vos docere videatur. POD. Nõdum intelligis, hæc non indicare quam beati, sed quã miseri simus? Lues & pernicies humani generis est, quæ exsorbet nostrũ sanguinẽ, immutat præclarã corporis speciẽ, colorẽ infuscat, vires attenuat, corpus incuruat, oculos hebetat somnũ adimit, hilaritates omnes fugat, manus, digitos, articulos, humeros, mẽbra omnia debilitat atq; frangit? CAL. Hoc est laudare magis, quã vituperare. Nam cum sciamus corpus continuum quasi bellum gerere aduersus animum, tum demũ potest hic valere bene, si illud valeat male. Quandiu vegetum ac sospes est, multorũ malorum velut scaturigo est, quandoquidem tam maxime cupiditates sese efficiunt, quibus ægre resistitur. Equus indomitus est sanum corpus, sessorem animum facillime excutit. Et nulli melius affectiones vitiosas comprimunt, quam quibus cœpit esse male. Quin etiam corpori commodat podagra, dum superuacuum adipem exsiccat, humoresque nimium redundantes & inutiles consumit. Vitam deniq; longiorem efficit. Nam nisi materiam illam furentem atq; noxiam in membra, articulosq; deriuaret, in stomachũ vnq, in cerebrũ, in hepar euaderet, spiritumq; vitalem extingueret. Nõ igitur apud podagrosos multum loci est ambitioni, superbiæ, inuidiæ, inimicitiis, fraudibus: secum ipsi satis habent quod agant. & domi plus negotiorum quam vellent. Nec est tam inhumana & agrestis Podagra, vt cibum vobis, vinumque prorsus neget. Quin eius concessu delicatius interdum cibo & potionibus reficimini. Quod si vos ingurgitaueritis, aut in Venerem effuderitis, tum iustitiæ munus exercens, pœnas sumit de instis sontibus atque meritas. Ob hoc sane laudanda est. Illa ex inhumanis humanos, ex iracundis mites, ex intemperantibus temperantes, ex libidinosis castos, ex impiis religiosos, ex auaris liberales efficit. POD. Hæc eadem cæteri morbi. CAL. Imo non. Quoniam aut citu homines tollũt è medio: aut ita sine intermissione vellicãt & affligunt? vt nisi de doloribus cogitare nihil possint. Hæc vero suas vires & intendere nouit, & remittere longaq; interualla concedit. Qua etiam conflictati sunt Philosophi, & Principes, & Reges, & Imperatores, cũ quibus, qui est ingenuus, malle debet aspera quæq; perpeti, quã cum plebeis & sordidis mortalibus voluptatum illecebris eneruari atq; effæminari: ac dum mens modo statum suum valetudinemq; rectam conseruet, de corpore, quo tanquam mancipio vtimur, non adeo laborare. POD. Quis hanc pestem laudauit è veteribus, quam tu ita prædicare instituisti? CAL. Quamuis nullius præconio exornata esset, non ideo tamen laudem non mereretur: Quot enim illustribus rebus, quot illustribus viris contigit, vt præconem nullum assequerentur? Et tamen nihilo minus illarum præstantia, & horum virtus laudibus digna est. Nec quia cuiquã facta est iniuria, ideo eam augere oportet. Cæterũ, ne omnino laudatore putes caruisse Podagram, scito Lucianum disertissimum hanc tyrannidem eam celebrasse. Mihi vero de ea cogitanti tam multa egregia occurrunt, vt si velim proferre omnia, citius diei quam orationis finis sit futurus. Etenim quod primo loco dictum conueniebat, non quæsiuit nomẽ splendidum. Neque enim Cephalæam se, aut Cardialgiam, aut Ophthalmiam à præstantioribus partibus, sed à contemptissimis, & infimis à pedibus, inquam, se nominauit. Tam antiqua porro est, vt etiã bello Troiano interfuerit. Quæ cum doloribus, quod negari nõ potest, homines premat, nullũ interficit, aperteq; inuadit, sine vllis insidiis, quos inuadit. Soli Deo subiecta, medicos ridet. Generosa est: siquidẽ imbellem ætatẽ contemnit: pueros, senes decrepitos, mulieres, spadones nihili facit: quod floret, quod robustum, quod nobile atq. inclytum aggreditur. Pauperes & rusticos relinquit. Nullæ illã minę terrent, nullæ blanditiæ deliniunt, nullæ machinæ expugnant. POD. Occidis me loquacitate tua. Lauda calculum tuum: & cum tibi per iussus habitet te in corpore tuo excellens bonum, tum mihi quoque persuadebis. Posset eodem modo laudari pestilentia, posset bellum, sicut ebrietas, sicut moria, sicut mors, sicut musca, sicut caluitium à quibusdam laudata sunt, qui sua ingenia suamque eloquentiam in rebus vel absurdis & incredibilibus, vel abiectis & humilibus ostentare venditareq; voluerunt. Non mihi foret difficile commendare lupanaria mendicitatem, & similia. CAL. Quod ergo remediũ morbis nostris cõgruentissimum? POD. Æquus animus, id est ærumnæ condimentum optimum. CAL. Sic existimo: & occurrit illud Senecæ: Nihil tam acerbum est, in quo non æquus animus solatium inueniat.

HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS CIVISque Bononiensis Medici Podagræ Encomium.

INgrati hominis officium, nedum immemoris esse existimarem, si vel eorum, quorum beneficio profecerim obliuiscerer, aut si beneficii memor, quibusuis modis possem, gratias non referrem. Nec quærendum puto in gratia cõpensanda quis auctor fuerit beneficii, nec quo animo id contulerit in te, sed quantũ per id profeceris: Et quã libenter fuerit impertitus. Nã de animo quid quæras cum vultum promptitudinem hilaritatemque dantis conspexeris? animum quidem solis diis notum esse tam Philosophi, quam Theologi constanter affirmant. Quod si coniecturis agendum sit, non nisi bono animo proficisci beneficia credendum est: atque eo magis, cum, qui dat, in plures alios fuerit munificus: si rogatus ægre dederit; si nemini non roganti dare voluerit; existimandum est parum liberali animo dare voluisse. Quod ad personam attinet: nemo vt dici solet bonus est omnibus nisi

nisi DEVS. Etenim quibusdam sunt boni pluribus, plerumque mali, at contra podagra plerisq; bona, paucis mala est, & grauis, cum vero liberalis atque munifica, sponteque accedit ad homines. Quo fit, vt, cum nemo simpliciter dici possit bonus, aut malus, sed in collatione muneris talis sit habendus, Podagra omni ratione bona dici debeat. Et cum malos eos credere soleamus, qui prima fronte iucunda offerunt, tegunt, quæ nocent; & hoc nomine rursus laudanda illa venit, quæ sub mali specie nos aggreditur, quicquid tegit, quicquid latitat, sub veste bonum est atque commodum. Non eo laudare velim podagram, quo cætera solent laudari mala mortalium, tanquam his ipsis iustę ab illis exigantur pœnæ. Sic enim & mors, & morbi, & tyranni solent laudari, sed non est hæc illorum laus, verum potius accusatio mortalis generis. Sint homines a suo arbitrio ingrati, scelesti, impii, sæui, auari, iniusti & omnino improbi, nil ad laudem podagræ tã turpis & abominanda causa prodesse potest. Nõ probabo pœnã, quam odero; & quã si ego ẽt immerito subire ex eorũ tamen genere sum qui eã subierũt. Non est hoc argumentum paradoxum, non ostentario facundiæ, aut ingenii; quorum vnũ in me minus est, quam mediocre, alteri cõscius sum, nunquã operam nauasse. Male laudantur ea, quæ iuste laudari non queunt, Velut stultitia, Caluitium, Quartana, in quibus quanto plus elucet Rhetoris eloquentia: eo in argumento leuitas maior deprehenditur: Oratio inanis, & vndique fides ac veritas historiæ desideratur. Est podagræ, quæ se ab initio ostendit ac probat, adeo vt sine verecundia prætermitti laus eius non possit, dubiumq; facit, an honestius ac prętantius sit, de illa verba facere; an turpius & iniquius illaudatã cum tot meritis tantaque gloria sinere. Quod si nihil esset mali, quod dignum laude foret: certe podagram laudare non auderem. Nunc video, tot esse mala laude digna: vt laudare podagram illis omnibus multo mitiorem, turpe videri non possit. Etenim menses, qui fluunt mulieribus fœdi & à quibus illæ adeo conflictantur, partus, dentium ortus, veneranda canities omnia mala sunt, ἐξανθήματα καὶ ἰλλιώδεις & tamen, quod plures ab illis bene se habent, laudem merentur. Obiicies quod hi ex ordine naturæ sunt; podagra morbus, qui casu aduenit. At nec familiaria adeo exanthemata ea, illa rubra, rotunda, parua, varis similia olim fuisse, credo: quæ à solis Arabibus sint descripta: quæ nunc. Variolas à Varis vulgus appellat, ac morbillos, nescio qua ratione. Et tamen his purgari sanguinem & meliorem fieri corporis habitum constat. Sunt timores, sunt dolores; qui nos commonefaciunt vitæ melius traducendæ. Deflorata virgo dolet; hoc casu accidit, & tamen laude dignum habetur. Si nulla est imbecillitas, si nullus est dolor bonus laudandusque: non inficior podagram non esse laudandam. Sed postquam tota vita nostra voluptatem habet in dolore repositam; edendi in fame, bibendi in siti; venereorum in pruritu, iam hoc, credo, me obtinuisse, non esse toto genere podagram illaudabilem; admittiq; iure posse, vt partes etiam illa suas tueatur. Non inueni ad hanc vsq, diem, qui illam laudauerit: an ob id laudari non meretur, etiamsi à nemine laudata sit? Quot res, quot viri illustres pręcone caruerunt? Quot morbi, mala insaniæ in contemptum bonorum laudata sunt? Nulla pestis ἐγκωμιαστοῦ suo caruit. An ideo augenda esset iniuria; quia facta sit? Quanquam nec defuerit egregius laudator; & qui etiam Deos Deasque laudare consueuerit, Lucianus ille Samosatensis; vir acer, magneque eruditionis, cuius exemplo moueor, non æmulatione ducor. Etenim velut in omnibus rebus egregiis nullus orator tam oculatus esse potest; tam præclara arte instructus esse potest vt rei dignitatem facundia æquare possit, ita in laudando podagram semper aliquid deesse necesse est. Tum vero id magis contigit; quod raro oratores aut sperant in arduis, aut studium in humilibus rebus adhibent. Neque enim vel nos hanc prouinciam aggredimur; quod pares laudes pro dignitate eius dicere posse speremus, sed quod nostris laboribus facundiores ad hoc munus incitari debere credamus. Vnumquemque enim in certamen voco; non victoriæ spe, sed vt victus sæpe gloriari possim, tanti certaminis, tam laudabilis operæ auctor fuisse. Vtinam reuiuiscerent illi Cicerones, Hortensii, Cottæ, Coruini; negotium pro dignitate susceptum & splendide illustratum. Etenim plurimum refert, in rebus etiam pulcherrimis; quomodo quidque dicatur, ornetur amplificetur; aut excidat, & propriis laudibus fraudetur. Nihil est tam præstans quod vitio orationis contemptum non euadat, imo odiosum. Optabat Alex. Magnus Homerũ laudatorẽ, maiorq; etiam nunc gloria est Vlyssis atq; Achillis, qui paruis in oppidis imperarunt, qui cum tota Græcia vix decem in annis vrbe vna potiti sunt, quam ipsius Alexandri, qui totidẽ annis solus orbem totum occupauit. Ergo si n[illegible] pro magnitudine aut dignitate laudem podagræ tractauero, merito illa doleat, quæ tam s[illegible]cũ & [illegible]gidum laudatorem, omnisq; facundiæ expertem, malo fato suo nacta sit: illi non imputetur, cuius voces quotidie ad astra vsq, feruntur. Verum ne amplius ipsam rem differam, eius historiam narrare simpliciter decreui. Nam

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

omnes fatentur, illam inter suas contribules principatum tenere, dico chiragram, arthritim, ischiam, mentagram: vt quod ad nobilitatem attinet omnium illa sit præstantissima. Quid dicam illius affines Nephritim, colum, regiumque morbum, & socios febrem, abscessus, omnium hæc dux est, atq; ad illã omnes referuntur. Nemo podagricum arthritide aut chiragra aut coxendice teneri dicet. At si quis horum vno laborauerit, podagra laborare illum dicunt. Quinimo quotquot morbi leues artus occupauerint, vt nobilitentur, nomen podagræ sibi assumunt, tametsi ab illa plurimum degenerẽt. Adeo nobile est atq; vulgatum hoc nomen; vt & ægri patiendo & medici curando eo se nobilitari putẽt. Neq; vero ambitioso illa nomine delectata est. Nõ se cephaleam, aut cardialgiam, vel ophthalmiã nuncupauit: nec turpi etiam nomine coinquinata est, quemadmodum mariscæ, fici, hæmorrhoides, tenesmi: à pedũ nomine suum traxit, humillima corporis parte, sed non sordida, neq; turpi aut fœda. De antiquitate nulli non nota medico, & multo ante Hippocratẽ atq; vsq; à Troianis temporib. nomine nobilitata suo, quod adhuc è Gręcia ipsa retinet, nõ quod latini pudeat, sed ꝙ antiquo magis gaudeat: argumentũ cõstantiæ suæ. Libertatẽ & ingenuitatẽ semper ꝓfessa, aperte inuadit: vi, ꝙ vult, obtinet; nulli insidias molitur. Et cũ maximis dolorib. homines premat, neminẽ tamen occidit, aut conuellit. Quin etiam in ipsis doloribus risum mouet. Ea sola spernit medicinam, vt Poeta:

Soluere nodosam nescit medicina podagram,

Quinimo bellum indixit medicis, multos etiam eorum conflictauit grauiter. Vnguenta spernit, medicamenta negligit, emplastris irritatur, fomentis sæuior fit, nullum medicinæ argumentum timet: recedit atque accedit cum vult, nullius arbitrio subiecta. Non amuletis aut incantationibus vllis pellitur,

tur: Imo ne divorum quidem pene supplicationibus, solus Deus eam depellere potest. Generosi animi res, quæ imbellem non fatigat ætatem, nec pueros, nec senes ultimos, nec mulieres aut spadones, quicquid floret & robustum est a[illegible] reditur ac evertit, ossa loco movet, d[illegible] robustissimos, nervos quatit, iuvenes prosternit, non minis terretur, non machinis pellitur, non blandi[illegible] elinitur, qu[illegible] sin vadere vult invadit, qui[illegible] infensa non est, ab hi[illegible] abstinet, simili gloria cum regibus, cæsaribus, pon[illegible] ifi-cibus, potentibus ac [illegible] pientibus, vt vulgus putat, pugnam init, pauperes rustic[illegible] relinquit, [illegible] re-ditur aulas Prin[illegible]ipum, & eos qui propri[illegible] uxor[illegible] [illegible] [illegible] studiunt, alii r[illegible]bida aggr[illegible]tur, dies ac noc[illegible]es [illegible] licet invitis, cum eis ver[illegible]atur, depulsisque charissimi[illegible] que pignoribus veteribus [illegible]que famulis

Dormit & in pluma purpureoque thoro.

Un[illegible] ientatienti, cantus ac citharas audit, mollia strata [illegible]ulvini serici, inter aurum, gemmas & pi[illegible] [illegible] tabellas [illegible] [illegible]cumbit, audit [illegible]abulas, degustat vina generosa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nim flores g[illegible] [illegible], & quicquid ambitiosum a[illegible], vel [illegible] multorum [illegible] tio annorum [illegible] [illegible] [illegible] vera omnino sunt, quæ de T[illegible] [illegible] [illegible] omnibus Platonici fabulantur, q[illegible] [illegible] in h[illegible]um corpora transferri, eos b[illegible] [illegible] [illegible] Podagra ipsa domicilia cor[illegible] [illegible] [illegible]tur. Nanque cum Vener[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] dapib. perpetuū fœdus [illegible] [illegible] [illegible] qui ea detinentur, pter [illegible] [illegible] vita ducere cogantur, neq; n[illegible] [illegible] [illegible] ad Venere[illegible] n acriores reddit, sed ad [illegible] [illegible] [illegible] A[illegible]lus ex eius fuit domesticis, & Lycon Tharsen[illegible]is ali-[illegible]q, ut non credas [illegible]odagram non philosophari. Vir magnæ eruditionis Eras. ē cubili Podagræ quicquid legi meretur, expromsit: in morbo sanior quā bona valetudine. Quot pulchra monumenta eruditorum virorum Podagræ debemus? sani operam damus negotiis, & si quid exit, temere effutitur, ægri studiis & contēplationi. Et quicquid emissum tunc fuerit, lucernam sapit & castum est. Sed hæc mittamus: de potentia agamus, quæ in illa est maxima, sola enim podagra totum invadit hominem. Primum quidem pedes aggreditur, inde manus genua, cubitos, suras, humores, dorsum, collum, mandibulas, denique etiam dentes, sed nec linguæ parc[illegible] & sunt quibus nasum invasit atque distorsit, adeo[illegible] omnes corporis partes dominatur. Quid ergo huic simile? febris universum corpus apprehēdit, elej hantiasisq; tum hydrops, atq; icterus morbus: sed universim dominatur? sola podagra in singula membra imperium habet. Quid quod exossat homin[illegible] enervat, excarnificat, contorquet crura, manus[illegible]ue mirum in modum, medullas depascit, gibbos, alios repandos efficit, ut vere sola nostri regina corporis dici possit. Sed mirum quoddam audi de illa. In[illegible]llexerat medicos quosdam haut gregarios scrip[illegible] [illegible], posse eam hermodactylis atque corallio depelli. Irata statim, nescio quo casu, qua arte ac bona ei fortuna contigerit: hos inimicos ho[illegible]tesque suos ita eliminavit ex orbe: ut sola nomina [illegible]rum nobis reliquerit: & coronorum seu corallium audiunt omnes & hermodactylum: sed quid sint, nemo docere potest, neque illum laudarim qui cum multis cucurbitulis langueotes in balneo beneolentium herbarum positos excarnificabat: cum plus esset in medicina incommodi, quam in morbo ipso. Quid profuit Agrippæ acerri feruidi balneum, quo simul levatus est dolore ac pedum usu? Quid cæsari n[illegible] [illegible] medicamentum illud ficulneum ac superstitiosum ēnigræ capræ fero cupidus lacte? Nonne præter id, quod nihil contulit, velut & reliqua omnia, quæ illam arcere forent

auxilia, vitam efficit breviorem, atq; tenuiores omnino illius vires? Quid fontes, quos seu casu, seu voluntate conclusenis brevi mortem afferunt Qu[illegible] ligni sancti decoctio, qui Sacræ Pardiæ, quique Thermarum aquis gloriantur, annos numerent, quibus vero curati vitam sanam degāt, aut supervivere incolumes. Non est depellere morbum mitem, vt lethalem excipias. Quid modo de me factur[illegible] sit, nescio quod eam depellere me po[illegible] iactauerim. Forsan enim aut c[illegible]ntem[illegible]net, aut non [illegible], postquam id præsidium adeo, m[illegible] [illegible] [illegible]xperior, vt propter me ipsum solum illud inuc[illegible] [illegible] [illegible]. Erit modo aduersum me sæuit, n[illegible] [illegible] [illegible]geru: quan[illegible]oquidē eam solum releg[illegible] quætiern, non ex[illegible]bat perpetuo e domo, nec alios docuer[illegible]m. Ita [illegible] e merito fuit Gughel. Budeo, qui eam tam publ. conatus sit docere elimi[illegible]re; ipsum auctorem ita cōcussit, vt [illegible] integrum ei reliquerit. Sed aliud est tueri partes [illegible] sua[illegible] commod[illegible] pcurare, aliud iactantiæ causa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possint docere. Aliud [illegible] [illegible]stum hospit[illegible]m aliquandiu detinere, ne a[illegible] [illegible] frequenter nos mol[illegible]stia afficiat, rarius vexet, aliud omnino e domo pellere & prorsus hospitio interdicere. At fortes viros forsan aggredi non ausa est. Nil minus vidimus ætate nostr[illegible] Antoniū Levain Alphonsumque Aualum, duo belli fulmina singularia, prudentia fortitudineq. tot claris gestis [illegible] ab illa ob[illegible] [illegible]los vt homines intelligerent, eam nihil inaccessum relinquere. Et fulminu Iouis exemplo ardua quæq; petere, concutere, quassareq; Q[illegible]id aliud fuisse credendum est, q Herculem domuit, licet Poetæ vltra fuisse dicerent. neq; enim voces il[illegible]l[illegible]s adeo iratas ptulisset, si malum in carnib. non ve[illegible]us [illegible]q; artib. fuisset. Sed omittamus dubia quandoquidē ppriis ac certis laudib. Podagræ [illegible]. [illegible] sufficiat, vn[illegible] [illegible] exem[illegible] [illegible] [illegible]ero Imperatore, q[illegible] [illegible] [illegible] omnium. [illegible] orbemq; occupauerit, [illegible] [illegible] [illegible] perpetuo decuberet & cui totus pa[illegible]ebat orbis [illegible] ipsi Podagræ seruiebat: ne[illegible] illa se vinci passa necis victus destitit esse terribilis. Hoc tamen ob id solū dixerim q. sciā nullum [illegible] nullas[illegible], fidiculas tantis doloribus hominem [illegible] [illegible] posse, lancinantur, trahuntur, distorquentur, pungun[illegible]r, la[illegible]tantur, franguntur, eroduntur artus eorum, q Podagra correpti sunt: nullum maius supplicium q. tam diuturnum ægr. ne sit Deus ac inferos tyrannos inferre posse crediderim q sint Podagræ dolores. Cessant vt grauius affici, aut intermittunt, vt maiori impetu inuadant: mitigatur, vt carnes quasi sanæ vberius excipiant malum: restaurantur ægri, vt diutius ad pœnam sufficiant. Nec tamen quenquam perimit, ne ministra alterius scilicet mortis videatur, exiguus coli aut stomachi dolor interficit, quia hi mortis ministri sunt, at Podagra sui iuris est sola, nec vlli paret, sed potius alii morbi obediunt ei. Etenim vbi illa fuerit: omnes alios depellit morbos, nec patitur corpus sibi ad[illegible]ictum, suæ ditioni subiectum, alteri parere aut quāquā admittere. Quor aliis sæuissimis morbis ad vi[illegible] desperationem laborātes, illius aduentu sanati sunt? Quid de illius pudicitia atq; iustitia, quæ cū vniuersum, vt dixi, inuadat corpus singulaq; membra, nunquam tñ adeo irata est & sui oblita pudoris, vt pudēda virum aut fœminarū aut anum a[illegible]grederetur? Abstinet & à temperatis: cum à nullo alio hominum genere, seu fortib. seu sapientib. seu opulentis: ne nomen temulentiæ subeat aut procacis. Simili constantia a pauperib. abstinet: ne crudelis videatur quæ victum miseris eriperet. Ergo iusta, mitis, fortis, sapiens, pudica, generosa est Podagra, seu contemptū eorum, quos non inuadit, seu dignitate illorū, quos subigit. Visa etiam est mihi aliquando e genere Illaminum Dtaliū quib. cum ad mortuos ingredi, veteri

instituere non liceret, huic nec ad mortuos, nec monitos. Quod si cuiq; infensa, perdere illum statuat, abscedit, traditq; febri aut orthopnϾ, aut attonito morbo iugulandos. Similiq; ratione irata quibusdā, qui eā depellere tentarunt, abscedens, febri doloribusq; ventriculi mādauit occidēdos. Nulla turpi aut abominanda, quemadmodum lepra, scabies, Indicusq; morbus nō cōtagiosa vt phthisis, pestis, ophtalmia, sed ad eam secure vt vadant amici, permittit. nunq̄ illa nos, vt cæteri morbi, clāculum adoritur, aut nobis nescientibus. Ea nihil ēt fœdum aut molestum secum ducit, non saniem, aut vlcera aut tussim, vel vomitus, aut alui profluuia, tota munda est & seipsa contenta. Quin ēt vnumquemq; pro mensura debita premit. Validos vehemēter ac diu, imbecilles, parū ac breui tēpore affligit. Forsan obiicies, vilem esse podagrā: q̄ etiam canib. iumentis, capris, auibusq;, plerisq; in otio detentis, aut vltra modum saginatis aduenit. Vnde ēt, qui eas aues edunt, promtiores sunt ad podagræ morbum subeundum. Sed non est hæc podagra, quæ dolores certe multos aut perexiguos excitet: cuius inditio est, quod nec quæruntur, nec clamant: Sed simile quippiam. Nam omnibus rebus egregiis natura simile quid excogitauit homini simiam equo hippocampum: sunt vt vuæ in vitibus, & in mari: vt etiam in Epigrammate Boussueti,

Vua marina semel vino permista bibenti.
Fertur magnum odium inducere posse meri,

Tympana multa, tubæque simul taratantara clangunt,
Respondent cæli, reboat taratantara sylua,
Exultant animi; totus narantis ab ore
Pendeo, at in partes varias rapiuntur ocelli.
Vidi ego prima acie, quantus ex ordine cœtus.
Et lituum, cytharis, fidibus strepituque probatas
Dulcisono, pulchro concordans iubila plausu.
Quos Tensa, Currus sacri, simulachra Deorum
Rite sequebantur, pompa ornamenta vehentes.
Martis ibi effigies, Bacchi, Venerisque, Iouisque,
Saturni, Solis, Lunæ cæterique superni
Et maris atque Orci, quorum hæc est numine freta
Excelsusque globus, quo pictus & orbis & vrbes
(Nulla excepta licet, quæ non subiecta Podagræ)
Et quo quisque modo captus sit, quoue regatur,
Splenduit, artificum ostendens insigne per omne
Ingenium, Augusta vires hominumque labores
Et mortis socia tabulis hinc inde puella
Vsque videbantur picta innumerumque scatentes.
Purpurei lectique viri aurea dona gerebant,
Crateras, Phialas, prægrandia cornua, mensas
Argento factas, aliaque simillima multa.
Multa accurate picta & rarissima texta,
Auratas torques, aurata monilia, saccos
Ægranti dextraque graues digitosque nitentes:
Gemmis atque auro, quibus olim luxuriarunt.
Infelix pat... sed qui simul omnia nouit
Dr... ...llanda Podagra
Imp... ...atibus vltro,
Quanc... ...re doloso,
Vel prece fœminea vi... ...a dona dedere
Et magni & parui nec non sacri atque prophani.
Vt docuit cuiusque datum, vel imago refulgens
Affabre formata: leuis ludibria vulgi
Cælites, vt visum est, ridere, ipsique ferentes
Qui dederat doluit, puduit, qui ceperat ipsum.
Post hos corniceum series noua procedebat,
Et noua lætitia resonabant cantica tempe:
Quæque vehebantur auiaria plurima plena
Passeribus, turdis, perdicibus atque columbis,
Atque auibus variis longe lateque petitis.
Ibant & capræ, tauri, vitulique petulci.
Altilium pecudumque genus conuenit in vnum,
Quod iuuat illecebras, gustum verremque saginat,
Omnibus instructas crapulis dapibusque tulinus,
Selectosque cados, simul & spumantia vina,
Omnia quæ tellus profert meliora, vehebant
Plaustra, coquos varios, varia instrumenta
Diuersumque genus populi, queis cura culina
Et potus commissa, haud vnquam educere luxum.
Hic Gula & Ebrietas, Ludus, Risusque, Iocique,
Luxuriante ibant e signo, prout ipsa voluptas
Iusserat in medio, multa comitante phalange.
Nec mihi sufficiet tempus, res, verba, notandi
Singula: nam celerem visu depromo triumphum.
Qua alii rursus (quorum pars magna) retortis
Aut oculis, collo, manibus pedibus misellas
Induti vestes, gallorum in vertice plumas
Gestantes, toto ore inflabant cornua & ipsis
Pellibus hircorum consutas vndique folles.
Parsque lyras misere digito crepitante mouebat.
Hos Apotheca sequebatur ditissima (plaustro)
Puluerihus, pillis, oleis, variisque syrupis,
Vnguentis & aquis, foliis, radicibus, herbis:
Pixides innumeras specierum quis numerabit?
Cum vrina humanum stercus, & cætera mille
Fœtida, spurca nimis redolentia, mixtaque pulchris,
Quid pro Quo, fierto, haud dico, patienter habeto.
Quis conata fuit plebs o miseranda Podagram
Tollere & inuictos impune eludere Diuos.
Hinc visu miserum, proh lamentabile dictu,
Hinc inquam captiuorum numerosa caterua
Mixtim irreptabat (non respicit ipsa Podagra
Personas, est vna parens atque omnibus æqua
Torsit inæqualis tamen hæc quoscunque rigore)
Iudicio Podagræ ad tempus langore remisso,
Captiui vt pedites possint ornare triumphum.
Hinc Laici & Mystæ, serui, denique Monarchæ
Artifices Medici, gens rustica perdita, diues,
Cursores, fabri, iuuenes atque ebrii & aulæ
Commessatores, collusores, ganeones,
Ast... Idates, Cantores & Cytharistæ,
Ex... viri iuuenesque senesque, sed omnes
Ordine confuso, vix illos nosse licebat.
Et pueri flentes vix matris ab vbere rapti
Ibant tarn atrum fatum hoc crudele querentes;
Quos Colica afflixit vel calculus acrior vrsit,
Arrida vel febris vel vermis viscera rodens
Aut patrio antiquo deductus sanguine morbus,
Aut dolor extimulans alio vel nomine torquens.
Spectaclum superos adeo miserabile mouit.
Eunuchi & casti genus & muliebre pudicum
Matronæque pia repleta luctibus ibant.
Tum Præceptores, nutrices inter eosdem
Et parui & magni & toto orbe recepta trophæa.
Torquibus auratis alii comptique & honesto
Induti, facie rosea, toto corpore recto
Ibant & pleno, pedibus tamen eneruatis.
Confecti quidam macie, quasi Phœbus ad ignes
Exussisset eos crepitantes vndique gressu,
Arida ceu sese pulsarent ossa vicissim:
Quidam vel manibus pedibus vel vbique misellis
Contorti, inflexi, quidam manes velut ipsi
Aut vmbræ, quidem defectu corpora membris
Nec pictor posset tantas effingere formas
Nec quamuis præstans complecti Carmine vates.
Vincti ibant omnes, oculisque madentibus omnes
Omnes deiectis in terram vultibus: alter
Alterius flebat sortem miseratus & ipso,
Ab propriam, metuens quæ sint ventura subinde;
Ridebant spectatores, dum murmure multo,
Singultu multo, suspiria crebra trahebant
Captiui dum lugebant miserabile vinclum,
Inuidia torquentes in lætos lumina diuis
Vidi fulgentes diademate, honore, Tiara

Torge-

Tergemina, pileis rubris multaq; caterva
Veste colorata atque humeris pendente cucullo.
Vidi infelicem Priamum, mirabilem Achillem,
Maximum Alexandrum, cum Bellerophonte & Vlysse.
Afflictam Pelopeque proem, medicumq; Chironem,
Cum sociis, quos cepit ineluctabile fatum.
Qui & se securos Podagra iactare solebant.
Causidicos scribas Doctores, sollicitantes,
Ostia qui seruant qui Cancellaria inhaerent.
Balnea qui curant, & qui medicamina formant,
Docti Apothecistae, docti ferroq; chirurgi.
Innumerum vidi gentem, multumq; dolendam.
Tunc portabantur lectissima dona Deorum,
Omnia flammanti mire fabrefacta metallo:
Agnus Iunonis, Hyacinthus Apollinis, ales
Ipse Iouis Cererisq; corona est frugibus aucta,
Eumenidum flores, Musarum cygnus, aperq;
Solis, Neptuni coelestes denique pisces.
Populus Herculea, Martis vulturq; catena,
Mercurii, Veneris myrtus, sacrata Mineruae
Noctua, Vulcaniq; faces semperq; flagrantes,
Quae circa currum Podagrae longo ordine laeta
Flammabant: & erat lampas mirabilis ignis,
Aeternus in medio Tacet iam dona minora.
Mox testudinibus, cytharis, cantuq; sonoro,
Prodibat festiva chorus chorus exultantum,
Orpheus in medio, nec erat quid suauius vnquam,
Auditum Cantu Diuos Deosq; mouebat.
Ecce triumphalis curru fulgente Pyropo,
Et gemmis variis, toto aureo cingit gyro
Turrita inuehitur mundi Regina Podagra.
Vestitu fuluo, stellis . . . . auro auctio.
In quo Diuorum f. . rta simul intertexta.
Aurato fulgens diad. . ate, myrto, hederaq;
Cincto pa . spinea supra contecta racemis,
Annosa & rescea facie, nec tam macilenta,
Nec pinguis, manibus gracilis oculisq; serena.
Celsa gerens sceptrum, Iouis alite vertice charum.
Pectore pendebat mo . . cum globus aureus, in quo
Inuidiam contra medicamina certa tenebat.
Respice, erat scriptum post te te hominum esse memento,
In curru: Non has Diuo . at sibi scripta putarent.
Tres lynces, totidem Panthera tres quoq; Tygres,
Ducebant currum Augustae, blandaq; mouebant.
Puniceis tunicis lictorum turba praeibat,
Aut sequebantur Bacchae, Satyriq; iocantes,
Carminibus, cantu, anratu saltando coronis,
Mirificum variumq; nimis spirabat odorem
Suffitus varius circum, non thure Sabaeo.
Quod redolebat erat magis nec nomen habebat.
Circum etiam Diuae multi Paeana canebant
Alternis vicibus: si vere est auctor Apollo.
Progenies D . . . . laude, tumiste triumphis.
Tu populi victrix fine . . ro, sanguine, bello,
Tu diuis . . lita domina . . s, dux q; . agistra.
Tu vera es, v . . . . cris patientia imago,
Tu tu re frenacu . . us, moderatio vita.
Tu pra lictorum magna informatio salue.
Quem poteras nemo, tu . . emocratem extraxisti
Circulo, & bis . primo tulerat o diua Coronam,
Tu facis indoctos, doctos, castrosq; sequentes
Luxuriam, madidos vino sibi parcere potu:
Tu facis indomitos domitos stultos sapientes.
Ex prauis rectos. Noua tu facis omnia sola.
Tu Martis Bacchi, Venerisq; simillima imago
Ex quibus orta Dea es, tibi sunt communia quaeq;
Paruit imperiis mundi gens tota seueris,
Paruit ille tibi, tibi parent sceptra potentum.
Hic viget vbertas, paupertas exulat isthinc,
Te nemo deflet, sicut qui luget amicos
Fortunam aduersam: risus tibi proximus haeret
Sublimes curru vel equis sellave quieti
Gestantur, capitumq; locum mollitaq; scamna.
Plurima, quaeis alias sors indignata negaret.
Quin quidquid aues, & quidquid mandas datur ocyus, inter
Conuiuas tibimet specialia fercla parantur.
Te penes omne nouum mundum, spectabile, pulchrum,
Conciliumq; hominum: varia vt discrimina rerum
Narrantur, secura audis, nec oportet adire.
Caelorum cursus & ab his pendentia nosti.
Bella premis, pacem firmas, contraria tollis.
Tu nullum cogis venientes atq; vocantes
Saepe coacta etiam admittis, tua sancta potestas.
Tu casta es, nullum . . . ecedis tu diua ministra
Nullius at morbis soli tibi quiq; ministrant.
Tu sat pulchra Dea es, nec habes contagia tecum:
Qualem te fingit . . git atq; ignobile vulgus
Nec quem clam aggrederis nil foedum vlque molestum
Diua trahis tecum . t . . vn . co gnoscere prolem
Descendentem ex te, quam totam Regibus atq;
Hoc toto prae aliis propono in orbe colendam.
Imperio validos vehementer diuq; coercet,
Mitior infirmos tractas, citoq; remittis
Tu morbos prohibes contra illos robora praestas.
O illustre tuum nomen, quod cogit amicos.
Consuetudine andire charumq; impendere tempus:
Tu Dea magna facis, memores nos esse Deorum,
Dirigis ad mortem, ad vitam post funera ducis.
Mors vt somnus es, tibi qua subdit alumnum,
Tu sensus reddis vegetos, gratamq; quietem.
Tranquillum somnum incorruptum in corpore succum,
Vitam longaeuam, . stu purum, atq; valere
Sincere rerumq; facis memorem esse suarum.
Officiis tuos famulos & honoribus imples.
Qui te qui nescit, nec amat inglorius esto.
Diua parens mundi Regina, propago . . orum,
Vita salusq; hominum, tua laus est vita tuorum.
Prorupit in laudes illectus honore triumphi,
Ille ego, qui scripsi, & magnarum carmine laudum
Applaudens breuiter dixiq; nouissima verba,
Verba quibus mota est, hedera mihi mittere sertum,
Meque suum statuit vatem monuitq; benigne
Illius vt laudes memorem, celebremq; triumphum.
Me per cam . . . me q; illam sic viuere posse.
Ludio ad han . dinam iactabat scommata contra:
Bellula, dulciola o mea pulchra meum cor,
Quid mandas? quid agis? quid ais? mea carmina carpis?
Na tu magna Dea es, cui vix in corpore vires.
Na tu pulchra Dea es qua non est turpior vlla.
Lata corona tua est? quid non speratis a se . . ?
Vt seder, vt fingis formos. vt pectora ludis,
Roma sedens in quo quondam tumida expirauit:
Magna Dea es: pater est machus, meretrix tua mater,
Quanta propago tua est, eadem si tota propago?
Sola tibi similis, tibi sola placere videris.
Hi clam te rident, qui nunc te publice honorant,
Ira, amor, ingluuies, te sic fecere superbam.
Si possent capti, quae sic & quanta uideres,
Hic tuus est hodie sed qualis iure triumphus?
(Cras tibi nullus erit totum despecta per orbem,
Tuq; tuum nomen, tua laus, vix gloria, si qua
Bellula puppa, an non bulla es? quam bellula bulla?
Foetor es hinc fumum circumfacimus bene olentem.
Dira tiri, tiri dira tiri tiri curva Podagra.
Tutricula & tiri bella tiri, tiri bestia inepta.
Talia multa etiam iocis alternando vomebant,
Quae non digna satis pro maiestate referre.
Pone sequebantur currus splendente Podagram,
Reginam famula prima semperq; propinqua.
Ischia & Arthritis, Chiragra & Mentagra Nephritis
Et Phthysis, Hydropisis, Ophtalmia, febrium turba.
Et tussis, scabies pestis, reliquaeq; . rores.
Quas meis nosse quidem poteram, neq; cernere recte.
Quidam equites tremor, aeger anhelitus, icteros, ardor
Calculus, hic alii innumeris pius mill . sodales,
Et pedites multi longe virtute minores:

Qui-

Quiq; suo modulo laudes viresq; Podagra,
Cantabant Domina, sed verba sono intercepta.
Præpropere adq; arcium strepitus, stridor, fragor, horror:
Ac si corrueret magna vi porta triumphi.
Auditum visumq; nihil nisi flammula acuta
Continue erumpens, multamq; notabilis æstus.
Internum quodcunq; fuit, sic vndique motum
In laudes Podagræ & magna virtutis honores.
Iam propè erat templum magni Iouis, ecce & vbiq;
Victima. laus, virtus, cantus, communia vota,
Tum Regina iubet cunctos ibi colligi in orbem
Edicitq;. Quod vnusquisq; sua si libera stet
Sit sorte, nulli sustulerit vim, candide adusque
Egerit, obruerit nullum, gens sit tibi rustica vilis
Et plebeia, sed hi Cytharis cyathisq; vocarunt:
Et se subdiderint: falso ego iniuriam eidem
Affingant: poscunt sanos se esse atq; valentes.
Qui temere abiiciunt medicamina certa salutis:
Quodq; suos vocet ad requiem, arctè ad gaudia amici.
Sicut pastor oues festas atque eius bat inter
Præcipuos cum laude viros, compescat inanem
Inuidiam, alliciant moderetur corpora crassa.
Nec tamen hi triviis cordis, tecori cerebroque
Fontibus irriguis vita nocuisse legatur:
Quod premat, haud perdat. nec nunc si iure petendas
Corporis exuuias aut mortem vrgere suorum
Seque suos aula Præfectos si quoq; gentem
Quatuor in magnas se diuisisse cohortes.
Pars abeat secum, quo nunc se conferat ipsa.
Pars Helicone abeant, Peneo flumine terna,
Atque maris terraq; tibi, qua vellet haberet.
Hospitia: at Gonnum Tempe fœlicibus vrbem.
Continuam repetat pars quarta exinde per orbis
Climata se longe & late diffundat. At hæc sit
Conditio. Præfectorem cuiusq; cohortis
Sit firmum officium, ius, fas, omnisq; voluntas.
Quos penes est dare quemq; necis pœnisque quibusvis.
Afficere aut tandem clementer parcere pressis,
Sub nece, sub pœna, subq; indignantis in omnes
Supplicio extremo. Quod numina confirmarunt.
Ecce autem quasi nos sic decidit imber opacus
Omnia & hoc subito, nec durans tempora multo.
Obstupui: nec quid præter vestiga vidi.
Et dum clamarem & peterem cognoscere finem,
Idem me socium rapuit perque æthera vexit.
Atq; meo lecto, quo cepit reddidit omni
Languore exutum, repetens mandata Podagra
Ne peiora feram, sua laudum encomia pangam.
Tunc exclamaui, Diis fors agitantibus [illegible]
Quisquis es infœlix & commota redde P[illegible].
Non est sub cœlo maior virtute Podagra.

IN PODAGRÆ [illegible]RIVMPHVM.

P Ontanum, Podagram, po[illegible], [illegible] Poeta,
Personuit pulchre: pul[illegible] a [illegible]dagra parens.
[illegible]ectra Podagri[illegible]la p[illegible] [illegible], [illegible]fausto, Pæan
Pangire, post; [illegible]stas ponere pone pedes.
Prælustris Podagra præludia pulc[illegible]a Poeta
Præcinuit: patiens pangere plura potest.

REVERENDISSIMO ET PRÆLVSTRI

DOMINO GEOR. BARTHOLDO PONTANO à Braitenberg, almæ Metropolitanæ Pragensis Præposito, &c. Triumphum podagræ publicanti: proprius & perpetuus ille vt sit, subsequens eum hastula sua pura Fersius subsonat precaturque.

POntanum, Podagram in currum? quis inque Triumphum
Quis non obstupeat? Pestem tam & acre malum.
Id cunctorum odium mortalium, amarum & fel,
Ille sua Musa mactet adoreolis?
Quidq; rei hoc? & quam miscet [illegible] seria ludo?
Quidq; poetatur laudis & [illegible] sue?
Ambiguumne facit? magis hic implere Poetam,
Ipse an constituit Theologum anne magis?
Namq; ita num Christi fuerat lex illa sequenda,
Vt tantumque mali, vinceret ipse bono?
An mage delicias facit, & sæuumq; suum hostem
Sic mulcet Musa blandulo amore sua?
Anne imitabundus veterem hic quoque & ille Poetam
Qui iustam nobis dixerat hanc Podagram:
Quam iustam ille olim, tam victricem iste Podagram
Quidue Triumphantum hic fingere læta fuit?
Anne Poetam implet, male ridentem alienis
Quodq; alter dixit, difficile esse, facit?
Tristi vt mente iocos fingat: vel carminum an arte,
Tantam sæuitiam mitigat ille suis?
Atq; Theophrasti repetit priscam ille medelam?
Et solatiola hæc publica restituit?
Vt quam se fassa est Medicina nequire Podagram,
Omnis istacce sua tollere scplasia:
Ille Theophrasti veteris promissa recantans,
Percurrer, Genio Carminis, Ischiada?
Quæque horum fiant, siue & magis omnia fiant:
Nec, nisi Pontani hæc, confieri arte, queant.
Clinium vt Podagra fulta infocalia, fiat:
Pontanus, nunc cum prime Poeta facit.
Dignior hisce suis ergo Laudum ipse trophæis:
Et si remque omnem denique scire voles:
Victam digna sequi Podagra est. non scandere Currum:
Idq; hic Pontani. vincitur Ingenio.
Sola adeo illum potuit hunc Musa triumphum,
De tanto nobis hoste referre nouum.
Sola istum potuit cunctisque præire triumphum:
Auxilii Medici vimq; docere nouam.
Digna triumphare hunc communem firmius hostem,
Et captatorem, pone, pedum Podagram.
In nexu merita hinc proprio atq; in compede habere:
Obstrictam Pedibus carminibusq; suis.
Pontani hoc potuit solius denique Musa
Sic Depontanam sternere humi Podagram.

EIDEM EPIGRAMMA

τυδιστιχον.


Tqui Roma vetus non indulgere triumphos:
Auspiciis nisi quæ vicerat ipso suis.
Ergo triumphum orbi cum post tot secula tandem
Edicis, de tam perpete peste sua.
Pontani quid Musa, triumpho es freta Podagra.
Quid? nisi quod Palmas has facis ipsa tuas.
Ipsa tibi auspiciis hos vincis perma Triumphos.
In pedicas Podagram ducis agnque tuam.
Atq; illo capto pedibus, suffultaq; talo,
Detrectabundo, signa præire tua:
In sua molliculè iam puluinaria strato:
Humanis carsim publico, & hoste, tuo:
Te vero fœlicem huius primumque triumphi,
Prouehit ingenii fausta quadriga tui.

Eamq; hac subsequitur gratulabunda voce, recto, quod perpetuum sit; pede, Vester Fersius.

ALIVD EPIGRAMMA.

In Podagram Pontanianam triumphantem.

ET quid Luxuriat, quid Marte, quid Arte triumphat;
Quæ secas innocuos, dira Podagra vitor?

Haud

Hanc ego non digner curru, tantoq; triumpho,
Aedibus expello protinus ipse meis.
Sed quia PONTANI [illegible] vbi iungit amore,
Me sine quam fugio, [illegible] dolere facit.
Vt placet, hanc amet, & recolat Lauroque coronet
Non equidem ingrate parta trophæa feret.

Nicolaus Steinius Notarius & Bibliopola.

DE SIMVLACHRO PODAGRÆ.

NOn procul à Delphis nec non ab Apollinis aris,
Monstrosis membris seruat imago locum.
Nunc huc nunc illuc mirans mea lumina verto.
An oraturus, an abiturus ego?
Forte senex, lippus, labris pedibusque vacillans
Et membris crepitans, guttureraucus adest.
Q[illegible], quid hoc monstrum? Simulachrum, ait ille Podagra,
[illegible]ra si nescis ipse notanda dabo.
Sunt oc[illegible]li, in latebris, latitant qui vincula Martis
Et Ve[illegible] seruant & fugiunt oculos.
Cum iam finis adest scelerum pudor obruit omnes
A vitiis cuperent se procul esse suis.
Neue ri agis videant vetita, ecce haspana, sed aures
Sunt vuda, vt capiant, quæ placere prius.
Vix os proloquitur, tam percipit illa loquentem
Auditosque tibi pœna, dolorque suus.
Nasus contrahitur quondam venator odoris,
Fœtorem exhorret pendulus ipse suum.
[illegible]lent labra, gena flaccescunt, oscula succum
[illegible]xtraxere bonum sæpe petita nimis.
[illegible]q[illegible]ueta etiam cum dentibus ora mouentur
Sæpe, docet malum sæpe fuisse, fugax.
Oscla, iocos, risus, crepitacula sola fuisse,
Rixas & strepitus dentibus ora mouent.
Aridus est vter, siccatur flumine vini
Guttur, & incuruum, quod fuerat rigidum.
Illa superbiuit erecto florida collo.
Sic inflata crepant, & tumefacta cadunt.
Et quoniam voluit se cunctis ante videri.
Arida, iam lucet corpore, pelle caro.
Molliculis digitis atque hac tractabat & illa,
Et nunc, vt solet luxuriare manent.
Ipsa tenet dextra crines barbamque virilem,
Viribus herculeis exuit ipsa virum,
Pocula [illegible] paulum Cyrcea sinistra,
In se monstrat opus, quod fuit ipsa, suum.
Pectore dependent scabra exhaustaque papilla.
Multa manus tetigit, nulla manus repetit.
Flexilibus pedibus [illegible] ad omnia ludicra promptis
Vincla, iuga & nodi, tum rigor ipse nocet.
Vt fuit insignis virgo florente iuuenta
Sic deforme malum ruga senilis habet.
Non stat imago, vides, sed nec iacet illa, sedet vt
Vita iuuentutis mosq; erat ille sua.
Viua quidem fama, [illegible] cunctis mortua membris,
Huc quotquot veniunt, scomrata multa vomunt.
Huic cœpi seruire puer, Comes additus illi,
At nunc iam miseros, heu mihi, viuo dies.
Plango prius, doleo præsens, timeoque futurum,
Qum mihi præteritos donet habere dies.
Nunc [illegible]rem quid vita fiet, quam labilis hora,
Quid deceat, senis commoda quanta boni.
Me miserum, perii ah ego ego sum causa malorum,
Cur florem miseræ me dominæque dedi.
Nulla salus illi, mihi nulla, breuique peribo
Ignotus terris, fors tuhumatus, inops.
Plura ne quæras, simulachri est altera custos
Parua, sic cani, querula, putrida, putris anus.
Va tibi [illegible] venit omnia nec mihi paruit inani.
Nequior haud vnquam bestia vixit humi.
Dum relego subito vestigia, & illa recedit,
Audio ceu ranas perstrepere aut anates.
Respiciens cerno visu miserabile monstrum,
Quod mea non plane pingere metra queunt.
Diriguere coma, et sudor, pes vterq; labascat,
Nesciens an vita, mortu an ipse siem.
Spiritus interea vitalis suscitat artus,
Et propero latus, quo reuocabat iter.
At vos ò iuuenes simul innuptæque puellæ,
O seruate decus & cohibete malum.
O risu digna, ridetur at ipsa Podagra,
Quæ vitam vestram turpiter atterit.
Temporis vsuram atque vsuram discite vitæ,
Multum est præteritos non doluisse dies.

IDEM AVTHOR TRIVMPHI.

ALIVD.


QVid iuuat exosam tandem ridere Podagram,
Quæ sibimet risus fabula & historia?
Rideri vosmet æqualis forte cauete,
Rideo, rideri, sunt prope iuncta sibi.

ALIVD.

Damnatam dices, sed res non vera Podagram
Abstrahit a prauis inuigilatque bonis.

ALIVD.

Non dolor est similis Podagra pœnaue reorum,
Illa cito hic lente corpora discruciat.

ALIVD.

In luxu non est Podagra: at primordia luxus
Robor & augmentum, viscera, vita, rogus.

ALIVD.

Si cupis exanimem iuuenis vitare Podagram,
Quicquid agis, caueas, ne tibi sit nimium.

ALIVD.

Si fueris heres Podagra quicunque paternæ,
Teq; dolor iuuenem corripit immeritum.
Non paterni delicta patris: ne tu quoque pecces,
Hoc patris fœlix impediere bono.

DE PODAGRA TRIVMPHANTE.

CVr mea gentilis de more Podagra triumphet,
Præ se lætitiam & parta trophæa ferens.
Est, quod gentilem viuat gens plurima vitam,
Nulla Dei ratio temporis atq; loci.
Nulla voluptatum satiam, lucemq; serenam
In noctem vertunt, inque diem tenebras.
Et iuxta desiderium ceu bestia currunt,
Quod placitum hoc licitum, sit voluisse satis.
Christiades docuit nos optimus ille Magister.
Contento paucis viuere, amare Deum.
Non frenum laxare gulæ, verum æqua tributa,
Reddere Naturæ, tum memorem esse sui.
Paucos inuenies sanctos, quos dira Podagra
Afflixit, inter quos Polycarpus erit.
At quibus obiecti fuerant hi casibus antris,
Frigoribus, pluuiis damnisietsque cibis?
Non herba nec aqua nocuere, fameq; sitiq;
Crus flexum & sanctis talia mille viris.
Sunt & Christiades, quibus olim frigore, ferro,
Mille viis altis deperiere pedes.

Quis

Queis non gentilis dominatur iure Podagra,
Nomine sed verso forte Toparcha praeest.
Sunt etiam Azades, nec non gens pessima vulgi,
Quorum deseruntur dira podagra pedes.
At velut (Aza) sacerdotes gentemq; sacratam,
Templa Deum, vinclis imperiisq; onerant.
Dum non aduertunt tam indigna piacla Deumq;
Postponunt. membris crescit agitq; dolor.
Ergo Dei immemores aequi, sanctiq; bonique,
Discrucia exanima, qua potes arte, rota.
Progredere euincens dominare podagra triumphans,
Illudiq; tibi nec patiare reos.
Otia donec erunt luxus, reuerentia Diuum
Nulla, erit imperium iusta podagra tuum.

Georg. Barthold. Pontani
à Braitenberg.

PANTALEONIS CANDIDI
DE ARANEA & PODAGRA.

FOrte à texendis cessabat Aranea telis,
Et sese teneros oblectatura per agros
Exspatiabatur. cui se non gressibus aequis,
Illinc ante oculos offert nodosa podagra,
Iungere amicitias & foedera mutua habere:
Atque iam, visam, simul, est procendere vtriq;
Et sic vicina succedunt moenibus vrbis.
Quaque sua hospitium pro conditione petebat.
Non magnam insumens operam, perueniet Arachne,
Diuitis eximias ostentatoris in aedes.
Illicet illa suas inibi longo ordine telas,
Prependebat, & vndiq; retia laxa parabat,
Laeta animis sed nescio quis ergo daemones illi,
Continuo textrinam omnem, vel arundine longa,
Vel virgis leuium proturbauere scoparum.
Sic adeo, quacunq; loca se vertit in aula,
Momentaneus is fuit. & labor irritus ille,
Infelix plane. vt, quae, rerum diuite in aula,
Cunctarum sola heu compellebatur egere.
At podagra. heu miseri tunc mendicabuli adinstar,
Pauperis hospitium tugurii vix obtinuit, quo
Postquam decubuit, nil non miserabile sensit.
Nam contracti ientis atra e siligine panis,
Vix & hianti aspris cum faucibus, vrceus illi
Sordidus insipido plenus de flumine lympha,
Apponebatur quo si velit, ora rigaret.
Deq; via lassescentis torus horridus illi,
Frondibus haud vllis haud vllo gramine fultus,
Sed paleis durus grauisq; rigentibus asper,
Insternebatur. non hic mihi dicere mens est,
Quam membris minime conuenerit ista tenellis
Atq; cuti molli, vt sic dicam, holoserica & isti,
Lectica aspera, barbari & isti in tegmine villi.
Vix tandem radiis illuxerat ignicomus Sol
Exaudire potius sol omnia, & omnia abire:
Conueniunt ibi rursum aranea, & agra Podagra
Illa prior varios casus, variosq; labores
Praeterita enarrat noctis, quos sumsit inanes,
Nunc & heri nimium exprobrans circum omnia tecta,
Munditiem. nunc seruorum purgamine crebro,
Sanitiam, inde suas quoque curua podagra querelas,
Aggerit. hospite quam sit paupere, & vsa, maligno.
Nec satis oris habet monstrare, atq; edere pandas
Vibices, ibi quas adamantina fulcra tenella
Impressere cuti. Placet hoc, vt aranea deinceps
Tecta inopum subeat, locupletum ac mollis in aedes
Se podagra insinuet. Venit Hesperus atra subit nox
Vicinamque simul post ingrediuntur in vrbem.
Consilii hic iusti non immemor ipsa Podagra,
Cuiusdam pedetentim se illatebrauit in aedes
Diuitis. hanc vt herus conspexit dicere non est
Qualibus officiis, quam voce manuq; benigna,
Prorsus & ambabus venientem exceperit vlnis:
Nec mora: supponuntur et per splendida tecta
Culcitra olorina. atq; referta toralia plumis,
Plumis, perdicum quae sunt sub mollibus alis:
Vt taceam omnigenum fragrantia pocula Bacchi:
Aut surrentinis natos in vitibus haustus,
Hesperiis procul aut vinum quod creuit in oris.
Non ego ficedulas, quasq; India. & vltima Phasis
Mittit aues referam, nihil & non omnigenarum
Ipsa gula indulgens exhausit deliciarum.
Pauperis ipsa casa successit aranea tectis.
Illic grata suos quocunq; in pariete casses,
Raraq; curuatis suspendit retia tignis,
Orbiculari operi, manibusq; & corpore toto
Intenta, & pede percurrit vaga flamina molli,
Fila tholos abrupta redintegrat, orna figurat,
Iamq; scopas omnes supra, non vllius vllas
Insidias timet, & vacua dominatur in aula.
Tempore dein quodam podagra ipsa inuisit Arachnem,
Ac epulas illi eximias, potusque suaues,
Deliciasq; omnes magno depraedicat ore:
Nec minus & multis commendat aranea verbis,
Imperiumq; suum libertatemq; laborum
Ex illo placet haec sententia, tempore, vtrique,
Vt quocunq; abeant, locupletum condat in aulas
Se podagra: ast inopum subrepat aranea caulas.
Est magis haec. locus in hoc. felix, magis alter in illo,
Morborum effusas domicilia dixeris Aulas.
Libertatis ibi plus est, vbi deliciarum
Est minus: in tenui vita securius aeuum.

Podagrægraphia,
Hoc est,

LIBELLVS
CONSOLATORIVS, DVOS
SERMONES DEFENSORIALES, PRO NObilissimo ortu, familia, aula, vtilitatibus, & nunquam satis deprædicanda laude, membripotentissimæ & tenerrimæ Virginis, PODAGRÆ dictæ, in se complectens.

PRIMO IAM TITILLATIONIS ET VEXAtionis ergo omnibus *Psoteugramicis athletis, neq; manus neq; pedes mouere valentibus in honorem, stylo admodum agili (adinstar Canis sub Grabato decumbentis) fusus & in lucem emissus, per I. F. G. Medicum.*

PRÆFATIO.

VIris conspicuis & præeminentibus, Dn. Theobaldo Braunio, & Dn. Adamo Kalten, ciuibus & mercatoribus in libera Argentinensium Republica, Dominis & fauitoribus meis plurimum colendis. S.D.

Primus ille in omni vita non satis laudatæ nec laudandæ in posterũ Philosophiæ & Auctor & inuentor Socrates, Viris conspicuis & integerr. patroni & fauitores submisse colendi, non malo præpostero ve animi eo ductus suasu (vt sinistre à quibusdã sæpissime interpretatum fuit) auditorib. & affectis suis, quorum in sapiẽtiæ studio cottidie numerum bene magnum alebat, persuasit, vt imperiti vulgi opinionem quam de re qualibet, absque omni præmeditationis iudicio semper haurire solet, maturrime subterfugere, & omne, quod ab omnibus è communi fæce hominib. tanquam authenticum & rectissime probatum quoddam, imo veluti delphicum oraculum approbatur & recipitur, adhuc in summã dubii considerationem ducere discant. si modo æternam & omnem perpetuitatem duraturam veræ sapientiæ comparationem seu thesaurum assequi voluerint.

Id Socrates facere fuit solitus, & me iudicante, haud quidem abs re vel reiciendo proposito, ad quod & Epicharmus ille olim collimasse videtur, loco quodam sic scribens: Facile qui credit, facile etiam decipitur.

Nam, ut exemplis & similitudinibus, quibus à nobis paulo ante nominatus Socrates millies & sæpissime usus fuit, res fiat planior & illustrior si turba vulgi etiam in visibilibus, & ob omnium oculos versantibus rebus valde, imo graviter, & ut vulgo dicitur, toto cœlo errare solet, ipsi e longinquo montes aspiciens viridis coloris eos esse denuntiat, aut baculum sub aqua cernens, non rectum, sed curvum diiudicat, & vastissimam luminis illius cœlesti, Solis videlicet molem ad orbis tantummodo magnitudinem, & ita sesquipedalem autumat: Quid quæso iudicii allatura est, quoad res invisibiles, certè non aliud, nisi quod cœcus de colore. Ut exempli gratia, si iudicandum ipsi foret: ex virtutene an vitio hæc vel illa res sit profecta: sitne opportuno vel infelici sydere peracta: sapienter aut insipienter ad finem traducta &c.

Nam, attendat modo & benignas adferat aures candidus lector, annon maxima hominum pars eos tantummodo beatos diiudicat, qui maximos pecuniarum acervos corrasêrunt, & res suas familiares quibuscunque rationibus exaggerarunt? Planissime. Unicum tantum, brevitati studens, Ciceronem adducam lib. 1. Officiorum sic loquentem: *Nec vero rei familiaris amplificatio vituperanda.*

Annon eos tantummodo sapientes & prudentes æstimat, qui ad proximum omnem dolum & machinam commoliri, eique omnis generis offucias os sublinere nôrunt? Etiam.

Annon eos formosos unâ & ore & voce deprædicant, quib. figuram oris novam, colorem verum, corpus solidum & succi plenum natura donavit, qui etiam vultu adeo sunt modesto. adeo venusto, ut nihil supra, velut illa Terentii Glycerium, de quain And. Ter. Act. 3. Scen. 1 Simo loquitur? Maxumé.

Annon eum virum manu promtum, ac in hostes animo magno infractoque, consentientibus votis proclamant, qui articulis bene est compositis? Imò.

Annon agilitatis speciem repræsentantes incorruptæ sanitatis & optima affectos valetudine homines esse dicunt? Verum omnino.

Utut autem iudicent, sapientiæ tamen indagatores unanimi ore consentiunt dicentes: apud hos omnes neque beatitudinem, neque sapientiam aut prudentiam, neque formositatem, neque vim, neq; magnanimitatis audaciam veram & constantem esse inveniundam, nisi ad hæcce corporis dona etiam virtus accedat, & virtutem solam, ipsam beatitudinem, divitias, ingenium, iustam staturam, vires, magnanimitatem & sortem prosperam esse: ratio hæc est: quia non est externum & accidens quoddam, sed res interna, indelebilis, semper & ubique constans, secumque ipsa contenta.

Quapropter, ut & antea dictum, Socrates à nobis allegatus haut inconcinne discipulis suis immaturâ cuiuscunque opinionis approbationem interdixit, considerans, hanc unicam, proximam & optimam viam ad penetralia Sapientiæ perveniendi esse: rem quamlibet animo vulgi conceptam non statim approbare, ac in rebus etiam certissimis cauto & circumspecto iudicio semper uti.

Et unica hæc regula temporibus postmodum sequentibus omnes Socratis asseclas ad omnes philosophiæ partes & artes, plenitudinemque omnium disciplinarum perduxit, ita, ut comparationibus & & oppositionibus res dubiæ ad veritatem deductæ, falsa à veris discreta, utile honesto mixtum, noxiumque ab innoxio separatum sit.

Quin imo non solum à Græcorum tantum, sed etiam Latinorum Philosophis res eo pervenit, ut ea à communi vulgo tanquam pestilentissima & damnanda, quoad externam considerationem, reputata, bona & innoxia inventa sint, & illud ideo, ut falsa opinione deterriti, haberent unde consolationem haurirent, ut cum verbi gratia demonstrarunt & experientia certissimisq; argumentis probarunt, mortem non esse omnium terribilium terribilissimum, ut Cicero quidem nugatus fuit, neq; decreptam senectutem molestam, nec etiam adversam corporis valetudinem intolerabilem, exilium, quod propter innocentiam suscipitur non infame, hostes haut noxios, paupertatem cum iustitia coniunctam non execrandam, sed divitiis iniustis longe præferendam, nullam adversi casus fortunam metuendam, nihil malum nisi quod inhonestum, &c. quæ latius in veterum philosophorum scriptis adinveniunda sunt.

Prædictis hisce, Viri conspicui & integerrimi, ad satietatem à vobis intellectis, non certe mirabimini, quod hodierno etiam tempore, ex prædictorum philosophorum numero doctissimus vir quidam, Io. Carnarius, natione Genevensis similem & dubiam talem materiam tractare & ad certum finem traducere conatus sit.

Et quidem talem, quæ primo statim nomine audito videtur cane peius & angue fugienda & execrāda, non minus ac Lavotini illius quartana, Cardani tyrannus Nero, aut etiam Isocratis epicuræus Thersites: Imo talem dico materiam, quam si quis modo nominare audiat, videlicet Podagra, Gonygra, & Cheiragra, derepente eius efficaciam & titillationem penetrabilem in extremis pedum & manuum articulis persentit.

Quapropter non immerito huius loci prædicta admonitio Sapientis illius Socratis de immaturo iudicio vulgi non approbando, omnibus serio inculcanda & in animum inducenda, singulisque à nobis hoc in casu dissentientibus Antidoti loco porrigenda est.

Vulgaris est & trita omnium recte sentientium regula, huius fermè sensus.

AEgrotans proprium nescit depellere morbum,
Sed iacet in Medico quo relevetur ager.
Vulneribusq; suis non scit adhibere medelam,
Causa est, nullus homo γνῶθι σεαυτὸν amat.
Febricitans propria doctus ratione, docere
Quæ capienda sient & fugienda, potest.

Hanc podagrici actsipodes observantes imaginationi suæ, de amaritudine Dn. Zipperlini, quam animo conceperunt, tantum fidei nō tribuant, sed alios audiant, qui tales insultus nondum experti, eisq; ad succurrendum promti & parati semper inventi sunt & eorum bonis animis confidant.

Præ cæteris vero authori huius tractatus, qui in indaganda laude tenellimæ Virginis Podagræ, tantum laboris adhibuit, ut eius Genealogiam & Ortum nobilem à multis Deorum avis, Abavis & Atavis deduxerit, & evidentissimis rationibus demonstrarit, Podagrosos omnes filios & nepotes esse Iovis, & id quidem summa cum laude. Et qui parentes cognovit, cur non etiam omnia filiæ secreta cognita habeat? præsertim vero qui professione medicum egit, &, dubio omni procul, ad hoc negotium omnem suam curam & operam, magna cum sollicitudine, contulit.

Et cum ab Hippocrate edoctus fuerit, in ægroto animoso omnia medicamenta maiorem vim exercere, quam in terrore completo, faciliorem viam ad addendum animum in hoc morbo non sequi potuit, nisi omnes dolores & contractus Dn. Krampffii contemnendo & exsibilando.

Addo quod, (extra aleam dubitationis pono) è libris

bris Plinii compertum habuit, podagræ cantilenis suauibus, facetiis & iocosis dictis, sententiis amœnibus carminibusq; ridiculis mederi posse. Vt ad hunc etiam modum de Quartana Villanoua dicit, quod instrumentis & melodiis harmonicis abigatur, cui celeberrimus ille Iureconsultus Tiraquella, proprio expertus exemplo, libro de nobilitate satis sufficienterque adstipulatur.

Et ob hanc autumo causam ethnici Medicinæ Inuentori primo, Apollini tuimirum, simul & Musicam & Musas adiunxere, innuere volentes, Medicinam non solum ad corporis dolores, sed etiam animi ægritudines subleuandas facere.

Si igitur ioci, sales, figmenta, facetiæ, & Musica, ad tollendas corporis & animi dolores, vt paulo ante dictum, vim habent, quin & Oratio hæc haut illepida, ab omnibus podagræ sub vexillo militantibus suum locum & laudem sit inuentura, nullus omnino dubito, præsertim si recte secum animo & cogitatione perquisituri fuerint, multas consolation im myriades, pedibus suis misere vexatis, curuatis, lente currentibus & adstrictis allaturam fore confido.

His ergo vtilitatibus probe probeq; consideratis & amore, quem proximo debeo, & sympathia humana permotus, non potui non intermittere, quin eam sub incudem reuocarem, prælo submitterem, & in lucem abire paterer.

Et dum circumspicio, cui isnam Reputatione opusculo huic satis artificioso authoritatem conciliare, quibus ve dedicare illud merito possem, naturalis mea me compassio edocuit, hisce præ cæteris offerendum, quibus consolationi in hoc morbo sufficienti esse queat. Cumq; mihi non sit ignotum V. V. E. E. per tempos nunc bene longum necessitudinis consuetudinem cum delicatissima hac Deorum filia podagra contraxisse, ab eademque ob hospitium satis commodum sæpissime visitari, compassionis suasu, vt dixi pluries, instinctus, & familiaritate vestra permotus, tum vt animum meum in vos non solum gratum, sed & gratissimum ostenderem, V. V. E E. hanc podagricam in cœlos euectionem dedicare & offerre intermittere non potui, multo minus debui, hac spe fretus, Deæ tam sublimis laudem nulli, nisi qui de eius gloria, num certa & constans sit nec ne, doctissimo animi discursu iudicioque differere sciat, coosectandam esse.

Cumq; temporibus ante hoc effluxis tantum podagricis dicta hæc laus oblata sit, ego nunc non præpostero mentis affectu V. V. E. E. offero, obnixe contendens, vt placita fronte vultuq; sereno eam suscipere nondedignentur, tractatumq; hunc non aliter, ac libellum in necessitatibus podagræ consolationis, è philosophorum fontibus petitæ, planissimum agnoscant, ex eoque more Philosophi Polemonis, omnino podagram annihilare discant.

Cumque libellus hicce apud V. V. E. E. id fuerit cõsecutus, vt mihi planissime persuadeo, me iisdem in offerendo satis fecisse rebor, quibus etiam in posterum officia mea, licet exigua, deferre, nullum non mouebo lapidem. DEO bene commendati valete. Dabam in Argentina, anno 1604. die Iuliani martyris, qui etiam (teste Eusebio hist. Eccl.) à Deo præpotenti podagræ vexationibus est visitatus, & tum temporis, quo ad supplicium fuit eductus tam valde, vt pedes mouere non valuerit, quapropter à tyrannis Cameli tergo impositus, & eques vna cum B. Cronio ad locum supplicii vectus est, cuius vitam & nomen non immerito omnes podagrosi pugiles Calendario cordis sui inscribunt, & annuatim meius memoriam singularibus ceremoniis & risibus peragunt, quod etiam, vt spero, facturi sunt, quapropter singulari fato eodem hoc die & hac dedicatione admonentur.

E. E. V V.

addictissimus

Tobias Iobin Bibliographus Argentinensis.

AD PODAGRAM, DEORVM FILIAM MEMBRIFRAGAM ET DELIcatam, Oratio.

Parce manus & parce pedes vexare PODAGRA,
Tu nam carminibus transis ad astra meis,
Ne mutes nomen, sed sis mancasq; Podagra,
Nen fias vatis herragra, quæso tuo.
Hoc etenim si tu feceris, non scripta capesces,
Quæ laudant nomen concelebrantque tuum,
Orbe sed in toto spreta ac obscura manebu,
Nec essent laudes, nomen honorq; tuum,
Gesticulatorem vanum pro more coerce,
Cuius agit bossos pesq; manusque leues.
Res peragenda mihi grauis est laudandaq; fructus
Quæ donat dulces, sed mihi non, aliis.
Dura virum visu legitur primasse Cupido
Doctum, quod famam dedecorando suam
Inuasit, rursus sed cum præconia laudis
Fundebat, visum & plurima dona dedit.
Edocuitq; simul, non, detrectare DEORVM,
DIVARVM, *& iustum laudibus, esse, bonis.*
Cur ego non caperem dulcissima dona salutis
Ad cœli qui te laudibus astra tuli?
Cum tamen instinctu tibi sit mens insita Diuo,
Vt adeas omnes conditione graues:
Nimirum quibus est argenti pondus & auri,
Amplecti quibus ac otia blanda placet.
Quiq; student cantum cupidum satiare palatum
Carnibus assatis perdicibusq; bonis,
Teque sciunt placide tractare per omnia, lectum
Haut durum & tibi qui mollia strata dabunt,
Vt doceas illos, Ortum de stirpe DEORVM
Non trahere at misero progenitore satos.
Non aliter veluti factis & nomine certe
Magnus Alexander prælia quando subit,
Effusoq; probe potuit cognoscere fluxu
Sanguinis haut DIVVM *sed miserum esse hominem.*
O tu si solitis hunc diuexare titillis
Capesses, certe seque suosque bene
Cognosset summus quod ipse vicarius esset
Non IOVIS, *fragilis sed suboles hominis.*
Non tamen est quod me sic exagitare velis tu,
Seu tibi me nulla conditione parem.
Ergo age parce manus, PODAGRA *vexare pedesq;*
In laudes recto tramite curro tuas.

OMNIBVS PODAGRA DIVEXATIS DOMINIS DE ZIPPERLIN ET FVSZVGcken, HandKrampff & Laufreten, Huldrich Ellepascleros S. D. P.

ANte annos ni fallor, septendecim; doctissimus quidam & in medicæ experientia versatissimus vir, nomine Elias Anhart Græzensis, Schemnicensium in vrbib. montanis Hungarorum, Physicus ordinarius tractato ad rem nostram facientem publici iuris fecit sub hoc titulo: Generale consilium podagricum, Quo demonstratur qua ratione, methodo, quibus ve medicamentis Podagræ odiosum venenum, modo nondum sit inueteratum, & longa cohabitatione vetustũ, depellendum, abigendum & vltra Sautomatas longe profligandum sit.

Inque hoc suo tractatu, quantum iudicio meo assequi possum, pro Podagræ n[illegible]itus & tyronibus (veteres etenim & huius morbi familiarissimi, quoad depellendum, medicamina nulla curant) media

[illegible] tat hospi- [illegible] in æli- [illegible] hat [illegible] qui [illegible] Lumi- [illegible] Bu[illegible] etum [illegible] nec mi- rabi[illegible] me[illegible], Hinc S[illegible] das, [illegible] m, quem q[illegible] fuerit, [illegible] epi[illegible] bitu pote[illegible] nomina- tus Doctor Anhar[illegible] ad p[illegible] n plus facere videtur, quam mo[illegible] us, qui omnia enodare, enucleare, expl[illegible] ere, exeu- tere, dilucidare, declarare, aperire, illuminare & (vt in trito est) ipsi Soli lumen addere, omnique Hippet- lino mederi pol[illegible] tus est. nihilominus tamen cas- sas nuces ostendit, & [illegible] na, quam in Dono hi- lari inceperat, miserrim[illegible] A. MI. fi[illegible]. Anhart econtrario autem non [illegible] m contra medicorum o- pera adhuc sanab[illegible] m Po[illegible] græ morbum [illegible] natio- nes certas [illegible] prop[illegible] as pro[illegible] m Podagræ contuma[illegible] & lon[illegible] oris usu indu- ratæ, quum do[illegible] facetiis sit mederi[illegible] describit consi- de[illegible] is quod [illegible]

Quæstio prima [illegible] firma
Num sit de sta[illegible] na.
Post animus misera est [illegible] me[illegible] la Videntur
Nullius auxili[illegible] Et
Tum demum miseris imp[illegible] aures,
Ut q; ferat nobis, sollicitamus, opem.

Hi etenim mundi huius [illegible] be[illegible] & mirabi- lis mores sunt, omnia incerto[illegible] & inutiliora utili- oribus præponendo: in [illegible] hil auditur nisi in- versum. Virtus, *ait*, post nummos. *Ist Geld da, so gelts.* De moribus ultima quæstio, secundum illud poetæ:

Pessima res dictu: Sed res verissima dictu:
Mundus amicitias utilitate facit.
Quærit quis dives sit, non quis honestus: amatur
Qui nummis notus, sit licet ille nothus.

Tandem quærere sole[illegible] P[illegible] h hominum fidem, de pietatis & honestatis quæstione nil egimus. Adest- ne illa: Imo pietatis & honestatis magnus cumulus,

Si fuerit præsens argenti pondus & auri.

quicquid ab aliis pe[illegible] Regulam Falsi est subtractum, id no[illegible] Practicâ Gallicana *durch die Welsche Practick* ad Summam redige[illegible] us.

Ita & hoc loco [illegible] te[illegible] let animam, *aiunt*, post co[illegible] pu[illegible] uod [illegible] hoc [illegible] animæ facillimè etiam me[illegible] ur. *W[illegible] o der Leib[illegible] S. Velten haben, da hute sich die [illegible]*

Ob[illegible] vit [illegible] idem philosophicum hoc Plutar- chi[illegible] loco quodam in hunc sensum scribentis:

Si te nulla iuvant Medi[illegible] relevamina docti,
Te recre[illegible] Vatis carmina ridicula.
Si tibi nec prod[illegible] medicamen, dulce tibi tunc
Consolamen [illegible]--------

Medico autem unde consolationes petendæ? Non certe [illegible] pharmacopœorum pyxi[illegible] ous, Harpyis, Satyri[illegible] h[illegible] tan[illegible] u[illegible] cervis a[illegible] anseribus frenati & [illegible] ep[illegible] is, quæ prius rideas quam videas [illegible] s [illegible] alen[illegible] c[illegible] e curandi, neque ex Urosc[illegible], [illegible] m fraudulentam, & qui- dem merito vt [illegible] Dn. Ioannes Hornun- gus, philosophiæ [illegible] c[illegible] icinæ Doctor celeberri- mus Heid[illegible] n[illegible] embergicorum Poliater & Ph[illegible] sic[illegible] or [illegible] uem[illegible] a nomino) in[illegible] lavit & argument[illegible] suum animi de eadem c[illegible] p[illegible] um in lucem [illegible] ulto minus ex a[illegible] vivorum, na[illegible] hoc [illegible] o[illegible] lius foret prius [illegible] di, p[illegible] sim[illegible], [illegible] Brembergero accidisse [illegible] mus [illegible] m[illegible] nec tam [illegible] h[illegible] o de[illegible] . [illegible] en in est, quod Geneven[illegible] tu[illegible] gardarum, Passomezarum,

& [illegible] mum[illegible] tate pedum morionem, in [illegible] pratum [illegible] em, [illegible] *[illegible] Capriols, ben [illegible]* [illegible] n [illegible] hibe[illegible] nt, nam

Id[illegible] m[illegible] tarda[illegible] dagra pedes.

Sed tan[illegible] v[illegible] libro cui titulum [illegible] t: De curandis animi morbis, quo dici opomum medi- cum philosoph[illegible] . Patet igitur e[illegible] ne medico consolationes ad [illegible] os [illegible] s tantummodo è Philosophorum & Sapientum libris esse petendas.

Nam quæ sunt testante Plutarcho de liberorum institutione, [illegible] d corpus humanum sustentandum à Sapientibus [illegible] inventæ artes, Medicina nimirum & corporis exercitatio, quam Gymnasticeo appella- runt, eo quod ad corroborationem & agilitatem corporis [illegible] um fac[illegible] put[illegible] bant, non aliter ac [illegible] edi[illegible] na ad [illegible] hrgen[illegible] o[illegible] corp[illegible] ri[illegible] cruciatus & sa- nitatis recuperationem pristinam sæpissime appro- bata est.

S[illegible] d quæ[illegible] rum esset. Si semel amissa corporis valetudo [illegible] ci[illegible] tmari, v[illegible] ue aut [illegible] de[illegible] pita confectæ [illegible] ollig[illegible], esset ne [illegible] qu[illegible] omni consolatione in Maulhenkolia & de[illegible] erat[illegible] ne sua derelinquen- dus? Minime gentium. Id enim inhumanum quod- dam foret & [illegible] uauis bestia cr[illegible] us, siqui denique illæ à suis similibus dis[illegible] dunt, quando in infirmam sunt valetudinem prolapsæ, & [illegible] illis con[illegible] ndo & medicando prodesse non possunt, latum tamen pedem ab eis non discedunt, quo ab aliarum insul- ta tutæ esse, maioremque dolorem cavere possint, Sed id si accidit, ratione præditorum hominum be- neficio & tertia ars duabus prædictis est adiuncta, Philosophia videlicet animam, mentem, corpus & omnia exhilarantem, quæ duabus posteribus de- ficientibus, sola tamen animo consilio Sapientiæ succurrere, animamque in qua omnis cum animo intellectus situs est, sustentare possit, vt hac sisten- tatione corpus sui alacritate & gaudio in ne cessita- ribus non privaretur, quod etiam Medicorum Apollo Galenus non reiecit, expressi[illegible] ns ver- bis? Quod animi mores corpori[illegible] sequuntur, ex quibus, si simplici conversione in- vertatur, intellicitur sensus:

Ad mores animi corpus componitur omnes,
Vxor vt ad nutus obsequiosa viri,
Vel vir vxoris (memini me sæpe vidisse)
[illegible] sese ad nutus commouet obsequio.

Quod teutonicis rythmis Rabelais in suo ebrio- sorum [illegible] o loquio, mot[illegible] uo phantastico verum esse probauit, in sequentem (ipsius verba ponam) mo- dum.

Der sein Seel nicht gern trucken secz,
Die man doch fur die klugste schezt.
Sucht stets, wo er den Schnabel necz,
Vnd also Seel vnd Leib ergezt.
Die Saw, die sich im koth gern salzt
Sucht kein Rosen, darinn sie walzt.
Der vogel der gern steckt im nassen,
Hat stets den Schnabel vnderm wasser.
Muß also stets der Leib volbringen,
Darnach das Gemuth pflegt zuringen.

Ex quibus omnibus planum fit, quod, cum ani- mus corpori idem sit, quod motorium horolo- gio, eques equo, fab[illegible] malleo (ut D. Cyprianus in prologo de virtute Christiana scribit) & ignis furno, ac membris corporeis tanquã instrumentis vtitur plus Corporis quam animi curationi interfit, pre- sertim cum & ipse E[illegible] cl[illegible] astes dicat: Summum a- nimi vulnus est animi tristicia, sicut summa malitia mul[illegible] eris nequitia & capitis colubri veneficia.

Hæc a. animi med[illegible] la nõ aliunde, nisi consolatio- nib. philosoph[illegible] ac Sapientum orationib. senten- tiolis conficitur. Quæ quidem philosophia & sapiẽtia

virtu-

virtutem & efficaciam duobus ponderosis capitibus prodit, dum nempe ea, quæ omnium calculo approbantur, tanquam nullius precii & cassa nuce viliora ostendere. econtrario autem à vulgo vitiosa & noxia proclamata, in ordinem vtilium & nullo modo noxiorum argumentis infallibilibus collocare docet.

Quod hoc loco etiam duos illos præclarissimos medicinæ Doctores, Anhartum videl. & Carnarium elegisse & secutos fuisse deprehendimus. Intelligentes etenim, & rei medicæ sciētia edocti, imperiosum contumax, superbum, & omnib. sese medicamentis opponens Podagræ genus inueniri, ad quod fugandum omnes Pharmacopol. horum balsami in aceruū cōgesti vix ac ne vix quidem sufficerent, imitati sunt quosdam in Belgia statuarum demolitores. His n. cum esset ingens & vægrandis D. Christoph. statua lapidea, nihil non intentatum reliquerunt, quo minutim collliderent, sed labore omni frustra impenso, dum ne minimum pedis digitum ipsi abscindere valerent, nec alibi caput è marsupio clanculum suffurari literas ipsi dabant securitatis, eumque fratrem ipsis carissimum à nemine lædendum deprædicabant: ita & hi medici nostri, sentientes se Podagræ vim nullam illaturos, eius vtilitatum præconia ad summa cœli fastigia incipiunt euehere, pedibusque humanis non nociuam, sed ex omni parte proficuam & salutarem esse statuunt.

Tractatus hic autem non solum iis, qui contra voluntatem huic puellę hospitium præbere coguntur, conscriptus est, sed etiam his quæ podagram habentes omnia habere posse se iactitant, qui medicis consulere volentibus medium digitum ostendunt, qui, cum eis Galeni libellus de bonitate aquæ celebratur, bonitatem tamen vini plus obseruant, imo qui libere effari non verentur, se malle per dies integros 14. aut etiam plures in certamen cum Podagra descendere, eaque victi in grabato decumbere, quam per vnicam saltem hebdomadam bonos socios cum vino euitare, insuper, si possent, nolle tamen vel baco dimidio aliis diuendere, imo qui contemnentes dicunt, Podagram nihil omnino eis damni adferre, nisi quod tibialia tā arctè nō possint ligare. Item: Consuetudinem esse alteram naturam, vt olim sponsa dicebat: Hanc si superavero noctem, plures deinde, volente Deo, sine vllo periculo superare me posse confido. *Es sey ihnen nur wie einer Braut vmb die erste Nacht.* Item: se optare ter cum podagra conflictari quam semel sub duro aliquo strato decumbere.

Postea vero quando manus pedesque deuincti, sine tamen Compedibus iacent, seque more piscis ab hamo dependentis incuruant, annon tali aliquo sermone, vt hic noster est, ipsis opus fore putatis? Maxime. Tunc enim relinquendus est canis cum cauda detinetur. *Da ist gut lasen wenn man den Hund beim Schwantz helt.* Iam semouenda crux est à lectulo, dicebat Illustr. Ducis Saxoniæ Georgii Medicus, Domino meo clementi Melancholiam indicit.

Hæc ergo Medicorum methodus minime est reiicienda, sed approbanda valde, hæc inquam methodus, quæ omnia praua in directa & aspera in vias planas conuertunt, & quicquid non communis & sæuiriis, facetiis tamen & risibus sanant, vt Præfator in Eulenspigelium rhythmis donatum ad Momum scribit:

Wo man nicht kan purgiren,
Daselbs fur sie laxiren.
Wo man nicht leids iustiren,
Daselbs fur sie lustiren,
Vnd was nicht zu poliren,
Dasselbig kuttentiren.

Hansone enim nolente, vt communi prouerbio frequens est, Cuntzius vocetur, *will Heintz nicht, so muss Kuntz, will die Fraw nicht, so vberrede man die Magd, sie muss aber hubsch seyn*, nam mundus vult decipi, & deceptiones summo ære coemere solet, secundum versum:

Maximus in morbis Medico promittitur Orbis

Hoc est:

Der Artzt muss ia etwas sagen
Damit die Krancken nicht verzagen,
Drumb holt man ihn mit Ross vnd Wagen.

Sermones eorum sunt efficaces sicut tonstrina, in eam enim qui venit, dolores dentium non amplius sentiet, scilicet. Meo n. exiguo iudicio, iuste faciunt, dum hac methodo diligenter obseruata, iocos, facetias & sales tanq̃ ad rem medicam proprie pertinentia sibi ipsis appropriāt & seruant, cōsiderantes nulli facultati tam apte posse inseruire quam medicorum. Theologo n. ad concionem nil faciunt. quare quia absq; lege & Euangelio nihil prædicare audet. Simili modo nec iurisperito, quia iusticia, cuius sacerdotes appellantur, non de reb. ludicris & iocosis sed e-nis & gladio puniendis agit. Sed medico plurimum quia non solum, attestante scriptis suis Theophrasto purgandi, vrinas inspiciendi, medicamina conscribendi & chirurgiam exercendi ei cura incumbit, quæ omnia ad conseruationem corporis faciunt, sed ēt, vt excogitet, Sanitatem corporis in vita, vitam in anima, in animo vero animum consistere, qui igitur medicus è fundamentis curam adhibere voluerit, necesse huic erit, vt ab animo incipiat, quod alio non fieri potest modo, nisi mediis oblectantibus, oblectatio n. è seriis atq; iocosis dictis prouenit, ita vt libere concludendum sit, Medicis potestatem hanc priuilegio q. datam & confirmatam esse, vt nimirum ad placitum ægrotantium, sese in omnes, omnis generis homines transformēt, more Prothei, Vertumni aut aulicorum, qui cuiq; suam cantilenam modulari norunt, iam tristem, mox hilarem vultum ostendentes, *ietzt vollig, nun schmollig, ietzt runtzeln dann schmuntzeln, ietzt hustig balds lustig.* Exemplū vniū atq; alterum adducam. Erat tempore quodā melācholia adeo infectus homo, vt sibimetipsi etiam mortuus videretur neq; quidquam cibi capere vellet: quid fit? Medicus eum sanandi hanc excogitat viam: sese lateri ipsius accōmodabat, mortuumq; etiam dicebat, nihilominus tn̄ cibis appositis fruebatur, hocq; suo haut inconcinno inuento hominem q. mortuum vitæ restituit. Italus quidem è Padua vrbe florentiss. oriundus sibimetipsi persuadebat nasum suum in tm̄ excreuisse longitud. & latitudinem, vt ipsi ēt transitum per ianuas vetaret, medicus haud multa mēte reuolvens, oculos ægrum linteo quodam claudebat, dicēs se ipsi supereminētiam & superfluitatem magni huius nasi mox ademturum, cultelloq; eius nares paululū lædebat, & subito saccum sanguinis plenū in terram proiiciebat, & ita nasui huic in continenti medebatur.

Ita nostris placet moribus, ælurı dicebant capti, si quis non vnius viri gratia hospitem agit, sed sese ad omnes scit accōmodare omniū mores, veluti Scultetus ille paganus tunica sua lutea indutus. Hæc autem omnia fusius explicantur in prologu miraculorum Pantagruelici M. Rabelais, qui suo etiam tempore Medicum egit, & iocusis eiusmodi facetiis facultatem suam perbelle adornauit, suosque ferme omnes libros Kruckentenētibus, Stabelanatoribus, Pfotenlamisq; Iunckeribus & Saltatoribus tardissimis consecrauit.

Quapropter bossos hosce Rabelistiens & perelegantes non è fimo suillo extractos putetis, sed à viro, quibus caput minime defuit, excogitatos, quibus si recte vti volueritis, cerebrum non minus vestrum adaugebunt, ac grana cerasorum putrefactione corrupta Nardum adaugent Celticam vel Rosmarinum.

Placuit etiam, præsenti modo Podagrosi consolationem adhibere, viris præclaris, præcellentibus,

doctissimo acrique ingenii iudicio præditis valde, ita vt ego primus non sim, qui in publicum meo hoc tractatu prodeam, sed ante me fuere quamplurimi, quos h[onoris] causa nomino, videlicet sæpe à nobis dictus D. Carrarius, vir doctissimus Dominus Bilibaldus Pirckheimer Noribergensis, cuius et stylo & opera aliquib. in locis [v]timur. Franciscus fuit idem ante me Petrarcha, qui epistolas aliquot Consolatorias ad Cardinalem Columnam Podagra bene [v]exatum, conscripsit; Fuit Lucianus, qui Tragœdiam de Podagra in lucem emisit; Medicus quoq; Christophorus Balista Parisiensis, qui concertationem & luctam, & depositionem eiusdem cum membripotenti hac nostra Regina instituit, Podagrosoq; Zittanensium Episcopo dedicauit: Item Petrus Doletus Medicus, qui Podagræ in se defensionem conscribendam suscepit. Antiquus item il[l]e poeta Claudius Claudianus, qui de Podagricis scripsit Versificibus, vt alios complures taceam, quorum omnium libri temporis successu in honorem omnium lecti Præfectorum publici fieut iuris, si videro sensero[q]; hunc quasi [p]rodromum eis gratum acceptumque fuis[s]e. Aliorum authorum Mentagram, Ferreriq; Pudendagram Hispanis viæ comites nūc adiungentius, qui magna copia ad nos iam properare dicuntur, & i[n] singulari in eos amore. *Auff lieb vnnd [...] man einem ein Schelm [...] nach*, ait Teuto.

Suscipite igitur omnes vos Leusstrete & Fußzucken, suscipite inquam [li]bellum h[un]c consolatorium: Se[d] quomodo? Non aliter nisi grata mente, mihiq; vel optate, quod vos cum tædio alitis id si factmos vos sensero antan mihi præbebitis, vt plurib. & melioribus in posterum vos titillem diuexationibus. Valete vt potestis, velletis quidem aliter si possetis, sed ex damno victos est facienda, & quæ non sunt mutanda, ferenda.

ORATIO
DE ORTV FAMILIA EDVCATIONE, LAVDE & VTILITATIBVS Nobilissimæ Filiolę Podagræ, omnibus Lamistis pugilibus pro consolatione certissima in lucem emissa.

CVm ab omnibus celeberrima de gente scriptoribus, tam veteribus quam neotericis vsu receptum & antiquitate probatum sit, vt in encomiis personarum, melioris dispositionis caussa primo otionium sit initium faciendum ab ortu Personæ, quæ laudanda est, nam, vt dicitur,

Principio iusto disponas ordine cuncta,
Sic medium iustum sic quoq; finis erit.

Ad hoc etiam nostrum propositum maxime necessarium aptū & nullo modo negligendū esse duxi.

Ordiar itaq; prima in ox fronte ab ortu, auditoribusque meis signi[fi]cabo, vnde vel qua familia, quibusue parentibus, toti mundo notissima, delicate pasta, [...] & applicabilis illa virguncula, quam Podagram vocant, ortum suum traxerit & progn[a]ta sit, vt manifestum fiat omnibus, q[uod] stirps hæc ipsi no[n] sit dedecori, neq; quid eius authoritati & præeminentiæ detrahat, sed indies eam titulis honorarioribus & effectibus mirabilioribus ac valentioribus adaugeat, & hanc ob causam non condemnendam, sed summo honoris cultu accipiendam esse, planissime hanc mihi spem in animo concipiens, vos ad dissecendam hanc & insperatam vobis materiam animos benigniores mihi præbituros, auribusq; capacioribus, [q]ui à vos cæpisse sentio, cum intentione omnis excepturos, quippe mihi mens non sit, vobi[s] de noua quadam, inconcinna & antehac nunquam audita sententia quid in medium proferre, sed quam longis ante nos annis ingenia doctissima quædam Poetarum & philosophorum inuenerunt & rationibus suis infallibilibus approbarunt: verbis dilucidioribus explicare decreuerim.

Vetustissimi Poetarum, qui quondam inter sapientissimos ethnicos omnia secreta [d]iuinum, licet atheorum & impiorum, suorum sub sua habebant custodia abq; omnibus & singulis ob summam sapientiæ & doctrinarum cognitionem, tanq; Musis sacri, in magno habebantur & pretio & honore, inter alia illorum mysteria, id posteritati reliquerunt. Bacchus, dicunt, vini & inuentor & cultor primus tempore quodam [...] mihi scriptum eodem fuisse, quando omnes dii annuam diei recordationem & memoriam, ob Gigantes cælum aliquando deturbare volentes, feliciter occisos & triumphali victoria funditus deletos, solemniter concelebrant, quo in prælio Vinipater ille modo dictus primus hostes inuasit & forma Leonis assumta vnum ex iisdem prostrauit) in symposio cum aliis Diis sedit, Charum n. cōuiuationum & helluationū Deorum suorū Homerus numerum [f]ere longum recenset) ipsiq; cælituum [Pin]cerna & Marescallus hæreditarius Ganymedes potum Nectareum vna cum vino præstantissimo ad satietatem attulit, vasaque euacuata vsque ad summum impleui[t] & toties, vt Bacchus noster vino omnino madidus blandissimaq, quædam verba cum amoris Dea Venere permutaret, eamq; ad concubitum mox allicer[e]t ex quo mulcro suppressi post tēpus haut ita longum filia ipsis nata fuit, [c]ui nomen dederunt Pod[agr]æ. Licet autem hoc commentum per se sit satis authenticum, & nostra non indigens confirmatione, vt facilius tamen et à vobis fides tribuatur, ipsis Poetæ verbis in medium prolans, demonstrabo, sic enim sermone tamen Græco canit:

Nascitur ex Venere & Baccho, soluentibus artus,
Filiaque soluit membra, Podagra, virûm. Item:
Membrifragus Bacchus cum membrifraga Cytherea
Progenerant gnatam, membrifragam Podagram.

Comprobabo itidem ex poetarum latinorum facile Principis Virgilii verbis, in fragmentis suis de venere & vino sequentia recitans:

Nec Veneris nec tu vini capiaris amore,
Vno nam [...] modo vina Venusq; nocent,
Vt venus eneruat vires, sic copia Bacchi,
Et tentat gressus debilitatq; pedes.

Hæc quidem authoritate & [ta]le sua dignis testimoniis acquiesco, & nunc Comparationem Parentum & filiæ, vt oratio certius appareat Ouum ouo esse simile, id est dignam esse talib. parentib. filiam, &

Imbelles aquilam minime generare Columbam.

COMPARATIONES BACCHI & VENEris parentum, cum filia, quam genuere Podagra.

1.

Vt Bacchus vino madidus clamatq; monetque
Iubila, post rixas addit & ipse nouas:
Sic virtute sua dulcissima virgo Podagra
Efficit, vt multos det homo ab ora sonos:
Sed miseros immo nisi vincula firma ligarent
Articulos, aliis verbera sæpe daret.

2.

Vt Bacchi temnunt non optima vina ministri,
Sæpe licet capitis multa pericla ineant,
Atq; manu faciant titubare pedesq; repente,
In terram lapsu quo grauiore ruant.
Sic etiam generum nigro colorare lapillis
Non vult, cui secuit tarda Podagra pedes.

3.

Vtq; potest proprio nullos configere gressus
Motu, cui sensus inclauere mero,
Ast opus est ipsi constipatore benigno
Ducat ad ignota qui sua tecta domus,
Stipitibus durus sic indiget ille, tenella
Ad quem Lenæi filia sæpe venit.

Vtque

4.

Vtq; viam porro concludit Bacchus eundi,
Sic vetat & standi dira podagra modum.

5.

Eructat vino plenus mala scommata, quando
Parte pedis minima (credite) læsus erit:
Ostendit Podager dirum sit mentis furorem,
Si tactu haud lento corpore prensus erit.

6.

Hedera multa soles velut exornare Lyæum,
Qui gaudet, compte si decoretur ea.
Pes molle est etiam sic ceruicale locandum
Gnata ægrotantis sub caput atq; pedes.

7.

Vtq; vehi tardo Bacchus congaudet asello,
Sic sellam, tenera & lecta Podagra premit,

8.

Olim hilares Bacchum vt circa duxere choreas
Et dederunt læto subila læta sono:
Sic circa lectum stant hic resident & amici,
Narrantes ægro dicta iocosa suo.

9.

Ad Bromii ceu non faciunt bona vina palatum,
Compotatorum quando caterua deest:
Sic tristis vultum Podagra est & tristis ocellos,
Congerrone domi si sedet absq; sua.

10.

Sæpe fuit Bacchus vultum malasq; perunctus
Et corpus totum, ficubus atq; mero.
Sic medicaminibus solet hic bene-olentibus vngi,
Cui dolor è Podagra est rure in vtroq; sedet.

Hæc patris cum filia comparatio, audiamus, quomodo hæc eadem cum matre conueniat.

COMPARATIO VENERIS MATRIS & Filiæ, quam genuit, Podagræ.

1.

Vt Venus est mulier, faciem corpusq; benigna,
Filia sic non vir, Virgo tenella sed est.

2.

Luxuriem magno Cytherea labore requirit,
Mollitiem semper Filia dulcis amat.

3.

Vt Veneri volupe est, teneras comprendere malas,
Sic petit & teneros pigra podagra pedes.

4.

Orta maris spuma Venus est, referente Poeta,
Atq; est e dulci nota Podagra mero.

5.

Excitat vt facile multos Dea Gnydia amores,
Filia sic nullo cara dolore caret.

6.

Vtq; Viros tantum Venus amplexatur amore
Sic Podagra est etiam dulcis amica viro.

7.

Vt Venus à collo firmo dependet amantis
Amplexu, ac illi basia multa refert,
Sic nata à pedibus scit dependere virorum,
At illos stimulo sæpe vagante grauat.

8.

Ipsa facit tacitos Venus exetranda dolores,
Et tamen est multis fœmina grata viris.
Ipsa Podagra licet sciat induxisse malignos
Mœrores, Dominis est tamen apta suis.

Hisce in rei veritate ita inter sese conuenientibus quis negare audebit, nostram hanc, de qua agimus Podagrulam lepidissimam, Bacchi & Veneris filiam propriam, tonantisque ac[...]cantis

---------- horrendo fulmine Iouis.

Nepotem esse? Bacchus enim huius Pater e Ioue & Semele prognatus est. Mater vero à congrediente cum ea marito, qui etiam Liber Pater dictus fuit, Libero & Libidina nuncupata est.

Vt igitur amabilis & valde delectabilis hæc nostra Podagra in vita Parentum copiosissima & omnibus voluptatibus plenissima prognata fuit, ita etiam successu temporis postea in omni Copia, sanetate & voluptate nutriri voluit.

Nam, vt probe noscatis, plumea hæc filia neq; ex infœcunda Lapparum regione, neq; Arabia petrea, neque ex inutilis desertis, niui[...] o[...] ex horridis silius aut specubus prodiit, sed e progenitoris sui Bacchi patria, satis frugifera & fœcunda, Nysa nimirum felicis Arabiæ vrbe beatissima, [...] cuius regione piper ad nos defertur, vbi omnia in magna copia inueniuntur, vbi aer temperatissimus, fructuum vinique maximus cumulus, vbi homines diuitiis ac opibus florentes, vbi abundantia omnis generis arborum & ex eis nascentium refertissima, inuenies enim ibidem aceruum malorum Cydoneorum, Armeniacorum, Puniceorum, aureorum, rubellianorum, claudianorum, melapiorum, volemorum, Dolobellianorum, crustuminorum, hordeaciorum, mustaceorum, tantum, vt videatur locus deesse qui omnia capiat, videbis ihidem cerasa. non communia sed nobis ignota, nimirũ Cæciliana, Actiana, Aprutiana, æquinnuca, duracina, Siciliana, rotunda, Iuniana, poracina, Campanica, laurea, anixrasia, visula, Macedonica, pruna itidem Seb[...]tena, Damascena, amyg[...]la, nuces myristicas, [...], pistacia, corna, Garyophylla, anacard[...], zizi[...]has, iuiubas, & quid multa? omnium numerum in[...] erabilem, vt interea taceam metalla, f[...]mas, aurum, obr[...]zum, arge[...]tum, gemmas, ada[...]tes, amethystos, carbunculos, pyropos, Lychnitides, Chry[...]thos Smaragdos, H[...]acinthos Sardos, Coralli[...], ast[...]des, Myrides, Thyitides Sapphiros, la[...]ides. margaritas, vtque nihil dicam de carnium multifariis speciebus, taurea, bouina, vitulina, bubalina, ouina, [...]ina, & quod omnium maxime mirabile est, veruecina tam pingui, vt esui sit apta quidem, sed non sine nausea, verui[...]ces enim [...], vt caudarum vna pondere æquet aut [...]m superet 24. libras. *da kent einer das Kraut mit ein[...] schmaltz feit machen.* Et quod naribus Podagræ o[...]ne arridet, inueniuntur ibidem confectiones variæ, vt aromaticæ, de anniso, de ambra, de thamaribus, de Calaminthis, de cumino, de cinamomo, de floribus roris marini, de margaritis frigidæ & calidæ, de moscho dulces & amaræ, & Galanga, de penidiis, de Iride, de costo, de Hyssopo, de Croco, de prasio, de ligno aloes, de tribus piperibus, de [...]zibere, de Acoro. Item opiatæ: de Libano, de castorio, de Satyrio, Philoniũ maius, Medulæ, Galeni Persicũ Requies Nicolai, Musæ confectio, Tryphera magna & minor, Saracenica itidem & Persica. Saccharatum et Buglossi, Cichorei, fumi terræ, lauendulæ, maioranæ, amaraci, melissæ, apiastri, méthæ, nenupharis, primulæ veris, rosarum, pæoniæ, violarum, Cardui benedicti, liliorum conuallii, flor. tiliæ Euphrasiæ Sambuci, Acetosæ, betonicę, de Cydoniis [...]plex & cõpositũ & de succo Cydoniorum. In hac regione tã felici, quid felici? Imo felicissima, (quis n. ex modo enumeratis eam felicissi. & fe[...]ilissimam negaret) tenerrima illa nympha prognata, & [...]nerrima educucata est, cum annis [...] crescentibus dolor, tremor atq; defectus manuum pedumq; ipsi accreuit, quapropter oleis atque vnguentis e[...]roborata fuit, sed pedes alio migrauit, sed equis aut currib. vecta. Annum ætatis cum ferme 4[...] attigit, vires suas per omnem ferme mundum, regionem, vrbes, oppida, pagos exercere cœpit, impetrata tamen prius, [...]t fas erat, venia à parentib. qui eam bene stipatam & dotatam ad eos misere homines, qui Venerem & Bacchũ sæpe magna cum reuerẽtia, suscipiunt, fouent & nutriunt, vt eorum nomine ipsis salutis plurimum significaret, quam proxime se eis adglomerando, & amorem suum ardentem omnibus ipsorum articulis impri-

le[illegible]o, mastychi[illegible] elat no [illegible], [illegible] no, pipe[illegible] ph[illegible] no, [illegible] no, [illegible] no, amethino, [illegible] no, [illegible] no, nustaceo, [illegible] : oleo item de c[illegible] de [illegible] orum, h[illegible] no- schiu, [illegible] & [illegible], naphthæ [illegible] & flauæ, [illegible] Zonis appensas, [illegible] ut caru[illegible] flor[illegible] Ceu, Au[illegible] malis cor[illegible] bus mal[illegible] aureorum, [illegible] ni, Indi[illegible], Em[illegible] calamo ro[illegible] C othami [illegible] ma, Adel[illegible] *zel rut*, [illegible] rum[illegible].

[illegible] P[illegible] huc[illegible] & qu[illegible] qui[illegible], W[illegible] hardu, [illegible] reuter, Sp[illegible] Ne[illegible] cheri &c. q[illegible] in die[illegible] & [illegible] tam filiam [illegible] Parente B[illegible] & Vene[illegible] hon[illegible] honore, & [illegible] non minus[illegible], hæc etenim amicitiæ incep[illegible] con firmat vincul[illegible] auget.

Hic comi[illegible] membripotentis nostræ Podagræ, quæ ma[illegible] ter[illegible] hominum partem [illegible] suam redegit & [illegible] potestatem, ita vt non solum tenuioris fo[illegible] una hominibus, sed etiam nobilibus Baronibus, Comitibus, Regibus [illegible] ipsi imperet: quam potestat[illegible] aliquando adscripsi[illegible], & sibi [illegible] dominationem populorum vendicauit, sed frustra, Podagra enim illa potentior multo est, quod si c[illegible] nolit accedat & ei aurem ab[illegible]ndat. Hunc[illegible], auditores charissimi de Ortu fam[illegible], aula, Com[illegible] & [illegible] subsidiis nobilissimæ Dominæ Podagræ [illegible].

Sequitur nunc vt de [illegible] aliquid dicamus, & quam ho[illegible] bene[illegible] tos suos donare asso[illegible] sit.

Primo autem omnibus & singul[illegible] notum est, vix ac ne vix qui[illegible] em viuam mun[illegible] reg[illegible] onem in[illegible] endam esse, quę non minus Podag[illegible] quam Bac[illegible] & Veneri debitum obseret honu[illegible] me extare locum, in quo non posse[illegible] hæreditaria, habitationibus & aulis propri[illegible] gau[illegible], caussa est, quia Parentum monitis [illegible] sob[illegible] tem decet, sese morigeram præbet, imo illos hac in parte longo post se interuallo relinquit, quod non solum diuitum, opulentum reru[illegible] omnium magnum aceruum poss[illegible] dent [illegible] recta subit, sed [illegible] dum etiam non e felicis sorte [illegible] visitat, qui eluendo gutturi valde student, [illegible] curis im[illegible] sese nimium angunt, & qui h[illegible] tempore contra expressa S. Scripturæ di[illegible], adulteriis, comessationibus, heluationibus velut sus in loto inquinant, otio & genio indulgent, & cura victus sese macerant, ac si quasi ęterna tabernacula hic mundus esset secundum ho[illegible]

Pars bibit, & Veneris sacra non-sacra sæpe frequentat,
Non aliter, quam si mors obeunda foret,
Pars inhiat magnis o[illegible], per [illegible] cula cuncta
Et sese mundo viuere [illegible] putat.

Diues vitra euacuat, [illegible] infundit, vt etiam suauitate meri perfruatur [illegible] mella eximit, pauper ei adiumento est, vt di[illegible] pertinctos lingat, diues pisces pauper vero canceres [illegible] pit, vt etiam in aqua versetur, diues fila net tenuia, quę paupere adglomerante, disrumpunt, vt etiam habeat quod conne-

[illegible]

Domo[illegible] [illegible] int. [illegible] [illegible] apel- [illegible] um & [illegible] pars plumas pe[illegible] situ[illegible] plet & [illegible] mus niteat & [illegible] lentium impon[illegible] da[illegible] cludit ne[illegible] petra parieti[illegible]

[illegible] lauti[illegible] pæ[illegible] Pue[illegible] uetut, [illegible] eis ve[illegible] boni [illegible] non ali[illegible] tuæ.

Sp[illegible] minus [illegible] lapi[illegible] & [illegible] attactu[illegible] batur & [illegible] fractum[illegible] Musicæ b[illegible] um Musis [illegible] omnis trist[illegible] cruciatu[illegible].

Musica en[illegible] data, & mag[illegible] gau- dio enim gaudio sup[illegible] in dolores.

Sed quid de dolori[illegible] sunt omnino Omnia enim execu[illegible] de- rando quod promptuari[illegible] ciborum sit refert[illegible]. Videas enim [illegible] & elixam, ferinam, gallinaceam [illegible] latum, can[illegible] pisces elix[illegible], artocreas laga[illegible] tortas, [illegible], Scri[illegible] frixum, [illegible] placentas [illegible], placentas [illegible], meliteendes, itria, panem [illegible], & ut multa [illegible] prendam breuibus, omnis generis esculenta, v[illegible] scita-

scitamenta Cupedias, delitias, lautitias. Imo

Qualia Diugentis comedunt obsonia Reges,

Quæ Episcopo etiam Suffrageno essent apta, licet decies ut centies esset rasus, perunctus, oleatus, cappatus, chrismatus.

Quid de vino dicam colore, odore ac sapore præstantissimo, anuotino & hornu inuenias eadem magna copia, videlicet apianum acinaceum my rhinum, dulce, forte, validum, Chium, Rheticum, Creticum, Hungaricum, Wibacense, Wangense, Rosacense, Zschermkalense, Luteuvvergense, Arboisense, Leonense, Ringauiense, Neccaricum, Mosellanum, Hasmashausense, Franckelense, Filzense, Horchheimense, Heinzenrockense, Bisenbergense, Kizendorffense, Austriacum, Traminianum, Reilfeldense, Keiserspergense, Andlauiense, Kizingense, Rangense, Marelheimense, Pfedersheimense, Astmanshusanum, Treekshusanum, Kozbergenanum, Gensfusenanum, Kalenpergenanum, Veltlinense, & alia arte parata & defruta, vt, ex infusione rosarum, ex infusione violarum, de artemisia, de Glycyrrhiza, Halicacabo, &c:

Quis Deorum aut Dearum sacrificiis tam splendidis honoratus fuit? Nullus certe, omnes ethnicos scriptores ad cōprobationem inuoco, vnquam. Olim sacrificia Diis offerebantur vel metu pœnarum vel hyprocrisi, hæc autem spontaneo voluntate, Inventi etiam sunt qui sacrificiis suis Deos deridebant & deludebant miris modis eos fallendo, putamina pro nucibus eis offerendo, id quod exemplis perspicuum redditur.

Auriga quidam Silesius in cœnum duobus curribus & equis prolapsus, Diuo Nicolao caballum pulcherrium vovit, si ipsi hisce in necessitatibus fuerit adminiculo. Nicolaus preces inuocantis exaudiens currusque e stercore eleuans, præmium inde se reportaturum promissum sperabat, misere sed circumuentus fuit non enim eqnum, sed equam macilentam, cæcam & trahendo curru minime aptam accipit.

Similiter fecit Nauta illa Erasmi, qui cum naufragii necessitatibus constitutus esset nihilque nisi bonorum & vitæ iacturam expectaret, magnis clamoribus eundem inuocans Sanctum, verbis plurimis post liberationem tædam ingentem ceræ pollicitans, cum tamen ne candelulam sebaceam ipsi porrigere mens esset, de quo hoc habe viri docti versus.

VOTVM NAVTICVM.

Dum Pelago remis findit nauta sulcos,
Insurgit Ponto tempestas horrida cali,
Effusi large caligant athera nimbi,
Bacchatur Boreas. Aquilo bacchatur & Eurus,
Nimborum pincerna Notus, Corusq; timendus
Confligunt cymbam, patet hinc pars magna carina,
Nulla salus nauta, superest spes nulla tuenda
Vita, Nicolaon quare flans crure recuruo
Ducit in auxilium, sic supplice voce precando:
O venerande Pater, nautis placabile numen,
Qui premis imperio pelagum, cui sola potestas
In tumido ventos ponto frenare potentes,
Quas fero ferte preces, precibusq; assuesce vocari,
Anne vides quantum sucvescant athera ventis,
Fessa velut puppis titubet iactata pro aquore?
Qua sublata vado iam calo pendet in alto,
Ast eadem praceps mox tartara fertur ad ima.
Aspice, scintillant ignes per inane micantes,
Vrentem nauis concepit fulminis ictum:
Ex quo soluuntur tabula, rimaque fatiscunt,
Da pater in dubio sint tuta silentio ponto,
Subsidant vnda Neres, nec sibilet Eurus,
Africus & Boreas venti sua flamina ponant.
Vesanum ponant pelago suo murmura fluctus,
Et cesset fulgor multo cum lumine fusus,
Discutiat miseram puppem ne forte labantem,
Illam vel crebrum fulmen sub tartara mittat.
En mea vota feras, precibus si flecteris hisce,
Atq; ratam saluam ponti perduci ad aulam,
Compa tam cera tibi tadam consicemus
Hunc monstrat digito superet qua pondere malum.
Inq; tuum semper flagrans ardebit honorem,
Audiit hac proles, genitor qua vota ferebat,
Suggerit ergo Patri tacito sermone susurrans,
Suppetet vnde tibi Pater ô dic, copia cera
Ah vereor quando promittis pondera cera?
Ne pariare tum modo dictis pondus abesse,
Cura promissis vt fleis seruandaq; serues,
Non mihi vota placent, si non quoq; facta sequantur,
Quinq; potest audax promissis ludere vanis,
Huic genitor responsa dabat: Compesce labellum,
Si nos exponet saluos in littore Ponti,
Vix pali, nedum mali, dabo pondere tadam.

Egregia certe mēs, egregius animus, nec hisce satis: inueniuntur n. & quidam eius farinæ, qui summo studio curant, non offerēdis suis sacrificiis sumtus nimium impendant, aut etiam Deos suos ab aliis ornatos despoliant, quod Dionysius Rex Syracusanorum fecisse legitur. Is enim Iouis effigiei & statuæ pallium aureum humeris detraxit, dicens, æstiuo tempore nimis esse molestum, & linteum appendit, vt quod & hiemis & verno tempore sit aptissimum. Simili modo statuam Apollinis imberbem deprehendens, filium a. Æsculapium ipsi à latere adstantem promissa & aurea barba adornatum, adimebat dicens: Esse magno dedecori Patrem sine barba, filium autem satis dependente conspici.

Quis igitur vnquam per immortalem DEVM putasset, eos, qui & sacra & prophana omnia temnunt, tantum cultum, tantum honorem, tantam reuerentiam Podagræ delaturos? Nesciunt enim qua ratione ei assurgere, eam obseruare & reuereri debeant. Vbi considerandum est, quam ex omnibus partibus filia matris naturam assumserit, dum non minus à singulis expetitur ac Venus ipsa. Consentaneum autem veritati videtur, eam hac in parte etiam Cestu, qui trahe me post te operatur, vti. Vtut autem sit, nemo eam tamen odisse aut sibi inimicam reddere debet sine magno periculo, melius enim est minorem tibi seruare amicum, quam maiorem reddere inimicum, isque meo iudicio incaute ageret, qui cum cupediis, paulo ante enumeratis, eam sibi placabilem conseruare posset & intermitteret, sine enim inuerso siue recto ordine catum mulceat, nil refert, vtroque enim crines ipsius manibus dependebunt.

Experientia compertum est, è singulari circumspectione plerumque hanc nostram Neonympham cæcum diuitiarum Patronum Plutum secum advehere, vt eo facilior sit ad eam sustentandam modus: Podagrosis enim fortuna de cælo demittitur tam fertili copia, vt licet nimia fustibus sua bona per fores diffugarent, alia tamen per fenestras eis aduolant, sua comparant otiando, sedendo & iaciendo plus diuitarum colligunt quam alii sedulo suo labore & industria indefessa, hoc est. *Sie gevvinnen das ihre vvie die faule Magd auff dem Rucken, ersitzen vnnd erligen mehr guts, als ein anderer erlaufft.* Id homines obseruant summa cum admiratione, & inde mirabilem Dei prouidentiam cognoscunt, idque verum esse, quod vulgo dicitur:

Benedictione IEHOVÆ *saturamur.*

Quod vir doctissimus Ianus Heermannus versibus his expressit:

Esurio, sed me saturat benedictio IOVÆ,
Qui quo plus dat, eo plus dare semper habet.
Et sitio, sed me saturat benedictio IOVÆ,
Ex qua dulcifluus fons bonitatis fluit.


Ilicet

Ilicet & Nelea fames, Phygalensis & adsit,
Attamen haud vllo tempore inanis ero.
Ille meum saturat Corpusq; animamque perenni
Hunc corpusque animamque ore bibo meam.
Ecce huius sum totus, & hic meus est quoq; totus,
Atq; hoc de toto pendeo totus ego.
Quis me igitur liquisse queat? quum mmo IEHOVA
Omnibonus donis gaudet adesse Bonis.

Item & hoc:

Frustra hominis homines orant poscuntq; salutem,
Ipsum ipsi homines quando salutis egent,
Aut si homines habeant, quid quam fortasse salutis,
Non a se, a Domino fonte salutis habent.
Cuncta salus Domini est fides hunc amplectere dextra,
Sic Domini illa salus fit tua tota salus.

Ad Summum, verum esse quod Ecclesia canit.



Quod ego omnis homines natura alias tenacissimos auaritiaq; prorsus deditos, qui ab eo tempore, quo Membricolam hanc Deam fouere cæperunt, benedictionibus diuinis sunt obruti: *Wæren Hans das Storiken beherbergt*, & plus commodi accepetunt, quam omnes Alchimistæ, etiamsi lapidem philosophicum, sit diu quæsitum, inuenirent, imo qui antea condos egerunt, e vestigio personam promi assumere soliti sunt? & recte quidem, ii enim largi & liberales esse possunt, cui tantam possessionem fortuna dederit, vt ad liberaliter viuendum facile sit sufficiens, & hæc liberalitas suo fructu non caret, Sicut enim infuso oleo ignis clarius splendescit, ferrum longo & crebro vsu nitescit, fonsq; quo magis exhauritur ei aqua, fortius fluit, sic etiam Opes expensæ cum vtilitate redeunt, secundum illud: Bibentibus vinum Deus vina largitur: *Trincken wir wein so beschert Gott wein, trincken die Gens wein so geb ihnen Gott kein wasser.*

Hisce non pauci permoti Fussiunckerinam hane noctesque diesq; indagando quæsiuerunt, tandemque Venere & Baccho adiuuantibus adinuenerunt, & vt pergam, quod maius beneficium, homini in summis facultatibus posito offerri potest? Nullum. Siquidem hac ratione pulcherrima ipsi via aperitur, & docetur, quibus modis cuticulam suam curare, variaque variorum ciborum & potuum genera internoscere, & optima vina præ mocidis, aquosis, acescentibus aut vappis eligere debeat: *Dann ein gut Mal ist wol bäckens wert, vnd sol eines Podagramischen ein gantze Nachbarschafft geniesen.*

O quot cibos [illegible]culos Podagra iouenit? quos adinuenit adhoc quotidie. Sane tot & tales, qui si ex Apicii arte coquendi parati essent, haut facile gratiores essent. Et hoc excogitat Podagricus ipse lecto defixus phantasiando & speculando muscas parieti adhærentes enomerat ex ordine, aut vxor eius valde sollicita noois quibus ferculis apparandis & coquendis sibimetipsi somnum adimit, auç hinc inde aliquid nooorum ciborum ab amicis mittitur. Aut forte fortuna aduenit Medicus, qui multa corrigere nouit & in culina emendanda præscribit, & vbi hodie erratum est cras non amplius eodem errore peccatur. Comparantur in eueutum omnem volatilia, gallinæ, gallinæ Africæ, nouellæ, capones, anseres, anates, pauones, columbæ, pipiooes, perdices, attagines, alaudæ. Cura adhibetur vt præter hæc ad manū sint pisces, Lucii, percæ, Gobii, Cypriani, truttæ, rubiculæ, Caneri, Salmones, antacæi, auratæ, murænæ fluuiaôles, Barbi, funduli, anguillæ, btenni, ferarum item species: Ceruí, captæ, apri, lepores, &c. Cui enim omnes enummerare fas foret? Cogitatur de mirabilibus coquendi moribus, audias hic nihil, nisi capita vitulina, posteriora veruecum, Maxillas, Renes, linguas, fatcimina, hoc nunc, mox alio modo coquenda, lactes & oua pisciom, nunc adoptatur embamma, mox coagulatio, nunc allatio, nunc elixatio. Cum voluptate adspicias, digitis vt subtilissime compositis testiculi gallorum, columbarum, chelæ & caudæ canerorum oua, cerebella leporina, renes, do Salmonum, pediculi anatum alaodæ assatæ, frustra angwillina, pisces prunari, ora barbonum, caudæ lopinæ &c arripiantur & aliis porrigantur; Vt qooque fuscinulis speciarim ad hoc opus paratis anseres, suculæ, anates &c: tangantur, & singulari artificio more apali *nach dem Pfaffen schnitt*, dissecentur, ita vt absque dubio credam, omnem de Cortosia doctrinam, quam scriptis suis Itali vsque ad decem choros angelorum euehunt, ex hac subtilitate & ornatu ortam esse. Ab amico (propemodum omisissem) referente accepi, artem hanc butyrum pipere, zinzibere aliisque condimentis additis coquendi, Podagrosum quendam Antuerpiæ excogitasse. Et quis omnes vtilitates e Podagra prouenientes enarrabit? nemo sane, licet tamen tentauerit, incassum laborabit.

Ne itaque & ego in recensenda eius laude longius à scopo discedam, ad præcedētia de ipsius sustentatione resilio, quemlibet sanæ mentis querens, num etiam summus Iupiter e cælo sors ad nos delapsus lautiori corporis cura, quam hac à Podagra fit, tractari queat? Ego quidem credam quod difficilime. Magna est igitur eius benignitas in inferiores, qꝫ suum hāc Nepotem non in cælo secum alere & sibi reseruare voluit, sed generi humano, vt haberetur singuli subsidium vitæ gratissimum.

Quapropter recte & prudenter ab homine agitur quod Consolatricem hanc Podagricam donis splendidis honoret, usque gratitudinem suam ostendat. Alii enim Sancti & Diui sæpenumero pauperes & tenuioris fortunæ Sacerdotes alunt, ob egestatem & penuriam, vel etiam auaritiam qui e Sacerdotibus in fures, & deceptores hominum transeunt, & ad rem augendam mirabilia varia excogitant vt in ministris BEL, cuius sacræ literæ mentionem faciunt, tale videmus Exemplum: Ii enim vt genio suo ad satietatem possent indulgere, hominibus persuadebat, idolum BEL esse nimium capax, rapax & vorax. Similem speciem per regulam falsi ediderunt Sacerdotes Isidis in vrbe olim Roma, te quibus Iosephus lib. 18. Dum populi perhiberent Anubin ingentes carnium Copias singulis noctibus deuorare, vt eo commodius aliorum facultatibus perfrui possent. Sed quid istis opus? Exemplis nostri temporis recentioribus isthæc comprobari possunt & primario Franciscani ordinis Monachos, qui Bernæ Heluetiorum spectabiliem Comediam Sartori cuidam exhibuerunt, me sine vllo periculo nominari posse confido, quia & ipse Pater beanissimus (beatissimus dicere volebam) Papa eos igni adiudicauit, quo etiam in paruos cineres fuor redacti. insuper ex epistolis etiam Erasmi in medium adducere exemplum pastoris qui candelulas cereas, nescio qoo artificio, canceris viuis appendebat nocturno dein tempore in cæmiterium abire sinebat, rumore tandem notificato, animas in purgatorio insidentium & vigiliis opus habentium esse dicebat.

Hæc non adduco infamiam alicui inurendi gratia, sed permonstrādi, Podagrā prudenti admodum consilio opolentissimos, ditissunos, præclarissimos, & maximæ authoritatis viros sibi sacerdores elegisse, vt sunt omnes ferme regulares, Papa, Garneffelu, Episcopi, Prælati, seculares itidem Cæsares, Reges, Principes, Comites, Barones cum subditis, nobiles

cum

cum ignobilibus, docti cum indoctis, diuites, oriosantes, qui omnes Deæ huic deuota mente inseruiunt & sacrificia offerunt, ex quo non exiguum honorem sibi, Patronæ vero suæ maximam sibi apud omnes reconciliant authoritatem.

Vt fides iam dictis firmior adiungatur, Heroum quorundam (è Luciano) initiam memoriam qui ante parentes nostros & vixerunt & vita discesserunt, & huic Reginæ Podagræ omnia seruitutis officia adhibuerunt, illis qui nostro adhuc æuo supersunt, non memoratis.

Primus venit Rex Troianorum Priamus, cuius nomen & præclara facta non omnes ferme Poetæ tantum, sed etiam historiographi præclaris encomiis exornarunt, sed etiam ab omnibus adhuc quotidie carminibus suis concelebrant, hic inquam Priamus maximę sibi laudi duxit, huic Reginę inseruire, & debitos honores offerre,

Sequitur fortissimus Græcorum Achilles, cuius insignia facinora hic enumerare superuacaneum duco, quippe quę cuiq; audito tantummodo Achillis nomine notissima sunt, dedecori sibi fore non putauit, sese contra hostes seuerum, ergà Podagram vero benignū & placidum præbere, non etiam erubuit vbicunque secum circumferre, & ei interdum ad placitum fidibus canere, vt ipse Homerus huius rei testimonium præbet, licet sinistre quæpiam explicet & dicat, se tristiciæ depellendæ causa ob sibi raptam amicam Priciden, cytharam in manus sumsisse; sed nos negamus, alius enim virginis causa, quam nec Agamemnon nec Hector ei sufferre potuerunt, aliquando cantilenam effinxit & fidibus cecinit.

Prodit post hunc Vlysses, qui non solum toti Græciæ, sed etiam aliis longisque semoris regionibus, quas periculosis nauigus perlustrauit est notissimus, sed non minus ac Achilles hisce etiam temporibus in omnium ore versatur, hanc Leistreterinam tam ardenti complexus est amore, vt non solum eam per maria & terras, per saxa & ignes secum circumuexerit, sed etiam pro eadem dimicādi nullum periculum, etiam grauissimum subterfugerit.

Succedit in ordine quartus Bellerophon, Regem qui egit Lyciæ, feras & mōstra crudelissima deuicit, sub Podagræ vexillo non solum manibus sed etiam pedibus & omnibus articulis militauit strenue.

Adest quoque Oedipus Thebanorum Rex, ille omnium quæstiunum intricatarum & ænigmatum solutor facillimus, qui omnes, vt dicunt nodos, etiam Gordios soluere mira ingenii subtilitate valebat, sibi ad augendam sapientiam facere putauit, si hanc membrorum & articulorum motricem belle tractaret, lateri suo adiungeret, solio regio imponeret & eius opera Sceptrum in manus sumeret.

Ordini huic nunc lubens sese immiscet Plisthenes, magnanimi illius Pelopis, à quo Peloponnesus Græciæ nomen sortita est, quique duos illos potentissimos Reges, Agamemnona & Menelaum procreauit, filius, in tenera statim ætate huius Deæ fauorem assequi summopere studuit.

Vltimum hac vice statuimus nunc Philoctetem, Herculis fidum & comitem & amicum, modos bella gerendi exacte & callide tenentem, cui Hercules iamiam moribundus pharetram telis venenatis repletam dono dedit, hac conditione, quam iuramento ab eo obtinuit, ne sepulchrum suum cuique manifestaret; Cum autem Græci ad obsidendam Troiā parati essent, admoniti sunt a cæpto desistere, propterea quibus impossibile foret hanc vrbem capere, nisi viso prius Herculis sepulchro, adhibitisq; eiusdem in bello telis, Philoctetem & pollicitationib. multis & donis corruptum eo permouerunt, vt in significationem sepulchri Herculeani consenserit, vt autē periurii accusationem euitaret, non manus, sed Podagram ei huic adhibuit, debilibus & contractis pedibus locum sepulchri ostenderet. Sed præmium, ipsi quidem promissum, non modo nō accepit, sed etiā vnà cū ingentibus cum Græcis ad Troiam proficisci, ibidéq; præliari coactus fuit, quia Herculeanis illis p̄ cæteris telis commodissime vti sciebat, sed illo in prælio pedes eius Podagrici læsi fuere vno venenatorū horū telo. Semimortuus igitur in Insula Lemnos derelictus fuit, Podagra nun benigna ipsi existente, vsq; dum spicula sæpe iā nominata semouit, Sanatus tandē fuit cura præstantissimi medici Machaonis, qui sæuiente Podagram placauit, pristinoq; statui restituit, id Propertio approbante versu tali:

Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon,

Colligendum inde est, Troiam deletam & euersam iacere non fortitudine Achillis neq; dolo Vlyssis, nec furto Palladeæ imaginis, multo minus equo Durateo, vel Neoptolemi audacia, sed vi & potentia tantum vnius Podagræ, quæ maiori cum laude, quam Juno dicere posset cum Poeta.

Troianos cineres statuo trophea &c. vel.

In cineres conuersa fuit quod Troia celebris

Effeci dextra sola Podagra mea.

Coniectura ēt hic locum habere, & ea colligi potest, Venerem, Patronam illam Troianorum vidisse, Ilium sic volentibus fatis in Italiam iri deportaturū, huneq; honorem lubentius filiæ suæ Podagrę, quam Troianorum hosti oblatum voluisse.

Heroum ad hæc, Ducum, Regum atq; Principum Podagricorum catalogum adhuc bene longum ex omnibus nationibus possem recensere, nisi breuitati mihi studendum esset, nihilominus tamen eundem conscribam & succedente temporis futuri progressu inlucem emittā, per exempla enim Consolationes optime instituuntur, nam

Gaudia sunt miseris socios habuisse malorum.

Ad scopum. Ex præcedentibus qui latitudinem & potentiam regni Podagrammici non satis percepit, is apud animum sibi proponat & cogitet se cottidie propriis aspicere quasi oculis accrementum & felicem eius regni successum. Fatetur quidem præclarissimus ille Medicorum Pater Hippoc. qui tempore Socrates circiter annum mundi 3440. vixit, libro suo aphorismorum, aphoris. 28. 29. 30. part. 6. hoc regnum tam late sparsum non fuisse. Podagra enim, in Eunuchos, mulieres, nisi quibus forte menses deleti fuerint, multo minus in pueros & iuuenes ante tempus coitus, quo sacra Veneri peragebantur, nullum imperium, nullam vim aut potentiam fuisse. Hæc tamen hominum genera hisce temporib. viris & heroibus fortissimis, hoc in casu ne latum quidē digitum cedunt, sed fœminæ pariter ac virgines vna cum iuvenibus sub vexillo Domini ab Vnmesslingē & Faulgenglingen militare spontanea voluntate cupiunt, vt Podagra ansam arripias, ipsa met eos inuisēdi, quarum mihi plurimæ notæ, & licet non essent, Galeni tamē testimonio, qui non solū ex immoderato cibi potusq; usu, sed etiam è sanguine traduce & ita hęreditario iure ea promoueri solita esse, aperte affirmat, sufficitus, pedib quasi in hanc sententiā accedo. Quæ hæreditas forte ita se habet, vt Principum aut Dominorū inter suos & Reginam nostrā comparationem lubentissime instituo,) territoria, quæ à principio possessionis nō etanrē iure hæreditario sed meritorio, vt Hi[...]i demonstrant (vnde & titulus Magnif. quo Itali virū strenuum & factis præclaris celebrē adornant) quia virtutes & res fortiter gestæ præmiis, vitia a. & desidia nō digna sunt. Territoria autē Principū virtutum esse remunerationes, extra oñ est dubitationis aleā positū & luce clarius, eaque quandiu possessores virtutibus nomen suum adaugere voluerunt, concessa tantum fuisse ę probatis.

batissimorum historiographorum scriptis fit manifestum, & quotidiana experientia promtum. Nihilominus tamen succedente tempore factum est, vt postea hæreditaria sint facta, eam ob caussam, quia ex vna eademque genealogia multi fortissimorum heroũ prouenicbant, qui nominis nobilitandi gratia nulla bellorum subterfugere pericula.

Ita & DEA hæc Podagra cum suis egit. Nam primo aggressu eos tantummodo inuisebat, qui & diuitiis & rerum affluentia præ cæteris erant famosi, futuris tamen annis vnius & eiusdem familiæ complures cum sibi admodum fauentes, adque præstandum hospitium haut difficiles sentiebat, innata animi prudentia non contemnebat sed pedibus eorum sese insinuabat & hæreditarium in iisdem hospitium adinuenicbat, quod omnes podagrici sibi & laudi & honori ducant permagno, siquidem hac rõe Potentiss. Dearum vasalli & ministri costituuntur. Simili modo mulieres huiꝰ æui longe feliciores existiment sese illis, quæ ante annos complures naturæ valedixerunt, propterea, quod arcano quodam consilio ad sustentationem eoru, curationem & educationem tenerrimæ Kizlerinæ præ multis millibus sint electæ, & viris suis per omnia æquales factæ. Quod tamen de vilioris fortunæ mulierculis patellarum, caldariorum, Scutellarum, ollarum, Cymbiorum, sitularum, vrnarum, peluium, & similium vtensilium elutricibus fuliginosis & caminariis illis vetulis intellectum minime volo inter eas enim, fuliginem & fumum necessitudo seruatur, quarumque conuersatione tenellimam hanc puellularum frui nunquam deprehendi: Sed de eminentibus & regio Spiritu incedentibus, inflatis & f[illegible] vigorem & colorem habentibus quibus est otium & nullum negotium, diuitibus vbique abstinentibus, culcitris insedentibus, Canes melitæos mul[illegible] nutribus, manus & collum smigmate perungentibus & hinc inde discurrentibus. Hoc n. mulierũ genus, cui Domina nostra *Zartlieb* quam lubentissime cohabitat. *Dann der faulen Sarr gebort auch der feulst Apffel.*

His probe intellectis & perceptis, quæ de sublimi, potentissima, late vagante & infirma potentia Serenissimę Dominæ Adelgundę à Fusach in mediũ protulimus, sub cuius imperio potentissimi quique Prælatorum, omniumq; ordinum & familiarum homines, nobiles, ignobiles docti, indocti, [illegible], [illegible]res, senes, iuniores, castrati & non castrati, nobiles, ignobiles, seruiuntem seruiunt agillimam, *sonderlich vran ihnen die Fuß mit vrehtbun*, neminem fore planissime mihi persuadeo, eam qui impotentem & nulla omnino laudis deprædicatione dignã effari audeat, nisi qui forte Penthei periculũ petulanter subire velit, qui enim honorib. Bacchi quem Podagræ Patrem ab initio diximus, qd detrah[illegible] ret, eumq; illusionib. inuadere tentaret, [illegible] colis & [illegible] ubditis, pprüs frustillatim, membratim & minutim discerptus est, cui sanius ac tutius fuisset Bac[illegible] honorare, & loco præmii filiam suam accipere, q[illegible] ero hoc modo dilaniari. Hæc de ortu, potẽtia, comitatu & habitatione Podagræ satis dicta esse arbitror, quib. & hac vice acquiesco. Sequitur nũc auditores humanissimi, vt ẽt Vtilitates eiusdem attingamus & dicamus quid potissimum beneficii suis hospitibus & receptoribus benignis adferre soleat. Principio autem neminem nostrum fugere arbitror, Deorum & Dearum omnium proprietatem imprimis esse: hominib. benefacere, animos suos [illegible] traducere, munerib. eis adferre & beneficiis explere, Vnde & a bonitate nomen sortiti sunt, Iupiter enim summus ille Deorũ quasi iuuans & bonus Pater appellatus, cæterique Deorum à sapientibus Philanthropi, hoc est benigni, clementes, amici generis humani dicti sunt Dignitatem itaq. ebunitate fluentem eum diximus esse Deorum proprium, merito certe [illegible] hæc poetica diuinitas Podagræ non est subtrahenda, [illegible] Dea nominand[illegible]. Quis (tacebo interim innumera alia benefici[illegible], quæ humano generi cumulatim adhibet) eligere docet quid sit optimũ & tamen iuxta omnem philosophorum recte consentientium opinionem difficilimũ quod est [illegible], Nosce teipsum, ne de te intolerantissime glorieris, nasum proprium prehẽde, tuipsius cor aperito vide id mantice quod in tuo tergo est, temetipsũ iudica & iudicaberis a nemine, oblitus quantum sordiũ in balneo reliqueris, proprium hortum emunda, Medice cura teipsum, ex oculo proprio trabe eiice prius quam festucam ex alieno trahere tentes, vide quid [illegible] max illa tua hæreat quæ tua sunt curato temetipsũ consule, tuas inspice in ollas, proprium lutum obs[illegible], tuis manib. chartas eiice, si lucrum facere volueris te considera, post alios, Emenda tuos næuos præ alienis, tuæ quid culinæ desit explicare Sim[illegible] in te [illegible] ru[illegible], a te initium facito &c. Hæc enim prouerbia pau[illegible] modum sunt verborum, & [illegible] dentur l[illegible]issima & tamen si ad actum deducend[illegible] grauiorib. omnib. grauissima inueniuntur, mi[illegible] eum alios norunt, semetipsos vero nullo modo: Poeta ait Gerlachius:

Difficile est proprium symmysla rodere nomen,
Si puer [illegible] acro fonte lauandus erit,
Sed grauius longe [illegible] propri[illegible] [illegible] re næuos.
Atq; si iam scopu verrere [illegible] omum

Cuiuscunq; enim stulto suum in Calendario scriptum nomen videtur, quilibetq; specul[illegible] inspiciens semetipsum magnum facit & sublatius de forma sua loquitur, is autem sapientia omnes longissime antecedit, qui semetipsum exploratum habet, & quid alii de se sentiant, quam sagacissime odorari potest.

Assequitur veri prudentis nomina namq;,
Qui cum sit, nihil se putat esse tamen.

Necesse itaq, fuit Podagram, Chiragram, conuulsionem, aliosq; tremores & morbos articulorum aduenire, qui semetipsos non considerantes homines divexant, intra ianuam & cardines macerent, ne asinum imitantes lasciuiam glaciei sese committant, super eaq; saltando crura confringant, nam.

Non facile est æqua commoda mente pati.

Et auium mores omnes imitamur, quę liberę cum fiunt retia expetunt, captæ libertatem.

Quando decus cœli radio splendente coruscas,
Vt petimus, terram proluat hymbre DEVS.
Si rigat vnda DEI situ [illegible] ta terra,
Opta[illegible] cursu prępete So[illegible] equos.
Commoda quando fluunt ex voto nostra parumper,
Mox DEI[illegible] nostro pectora lapsus abit.
Omnia quando redis subuertens durior fati
Vis, dextram optamus supplice voce DEI.

Quapropter intra limites variabilis fortunæ continendi sumus & cõmonefaciendi, nõ semper sub rosis esse nobis delitescendum, id quod Podagra cõmodissime nouit. [illegible] rius n. est membra doloribus agitata quam pectora vitiis repleta, quia miserrima status terreni cõditio viuis q. colorib. depicta melius cognosci, & neminẽ ante obitũ beatũ vocandũ verũ deprehendi à nobis queat Quod ille Antigon. probe cognouit. Dum n. quodã tẽpore è graui morbo resurgeret, dixit circũstantib. ne putetis, res meas in peius mutatas sed multo magis sciatis, morbũ hũc me edocuisse mortal[illegible] hõm numero esse, & cõmonefecisse, in vitiis & supbia vitã nostram õ esse transagendã. Vnde videre licet vel saltẽ colligere, amicos ac c[illegible] habitatores huius regis, more vulgi, eum infelic[illegible] putasse, qui morbo quodam fuerit grauatus. Regem a[illegible] lõge melius introspexisse dum se edoctũ fat[illegible] felicitatis plurimæ, cõsiderando, corpus quidẽ aliquãtulũ debilitatũ, animũ tñ temperantiorem, humiliorẽ & robustiorẽ redditum esse. Erat quidẽ veterũ S. Eccl. Patrũ, qui, quoties ægrotus lectũ visitabat, exclamauit dicẽs: Salue domꝰ pœniten. verę, hortule animæ

— Atque
Si noles sanus curres hydropicus, & ni
Poscas ante diem librum cum lumine, si non
Intendes animum studiis & rebus honestis:
Inuidia vel amore vigil torquebere.

Vt & Lucani lib. 1. bell. ciuil.
Variam semper dant otia mentem.

Non minus Ennii in Iphigenia.
Otio qui nescit vti plus negotii habet,
Quam cum est negotium in negotio.
Nam cui quid agat institutum est, nullo negotio id agit,
Studet ibi, mentemque animumq; delectat suum.
Otioso in otio animus nescit quid velit:
Hoc idem est enim neq; domi nunc nos, neq; militiae sumus
Imus huc, hinc illuc, cum illuc ventum est, ire illinc lubet.
Incerte errat animus, praeter propter vitam viuitur.

Plauti insuper in Rub.
—Nimis homo
Nihili est, qui piger est, nimisq; id genus odi ego male
Vigilare decet hominē, qui vult sua tempori conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad suum suscitet officium.
Nam qui dormiunt libenter sine lucro & cū malo quiescunt.

Illud etiam Ouidii, quod de Ægysthio narrat:
Quaeritur Aegysthus quare sit factus adulter.
In promtu caussa est desidiosus erat.

Et libro. 1. Tristium.
Adde quod ingenium longa rubigine laesum.
Torpet, & est multo, quam fuit ante minus.
Fertilis, assiduo si non renouatur aratro,
Nil, nisi cum spinis gramen habebit ager,
Tempore qui longo steterit, male curret, & inter
Carceribus missos vltimus ibit equus.

Senecae quoque.
Otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura, omnia vnbis mala solundo persuadit, circumspice singulos, nemo est cui non sanctius sit cum quolibet esse, quam secum. Sed manum de tabula.

Redeamus ad proposita. Quae quidem omnia quamuis generali significatione de morbis à suis authoribus, nulla speciei facta mentione, sint memoria prodita, non inconcinne tamen & de nostra Podagra intelligi posse arbitror. Luce enim meridiana, quod dici solet, clarius est, omnes istos, qui morborum adiuuamine meliores euaserunt, viri illustres & celeberrimi, diuites seu potentes, ex parte etiam voluptatibus nimiis inhiantes facti sunt, quae omnia Podagram certissime caussantur & promouent; imo talibus adeo familiaris & necessaria est Arthritis, veluti praecedentibus fit demonstratum est vt ab aliorū commercio prorsus abhorreat.

Reliqui porro morborum [illegible] & immanes sunt, vt homines non solum non [illegible] dant meliores, sed saepicule inimicum, men[illegible] mentem denique ipsam adimant & longe de[illegible] relinquant, veluti sunt in hoc genere epil[illegible] [illegible] fis, rabies, Caephalea, delirium, fur[illegible] [illegible] mi saepe iterata deliquia, Lycanthropia [illegible] ssio, *das lang vveh beim Nabelbor* & similes morb[illegible] orum seruitia articulari nullo modo est ascribenda, quippe qui morbus neque menti, neque vitae neq; naturae insidietur.

Ansam ergo arripiant Podagrici [illegible] en grates humillimas persoluendi, qui eos modo enumeratis & corporis & animi cruciatibus aggrauat, sed tam miti pedum vexatrice veteris Adami & eiusdem inobedientiae commonefacit.

Antea enarratis exemplis & Dnmocrates palestrita addi non incommode potest, huius n. à Podagra, optimo tanquā gymnasta ita confirmatos fuit, vt in circulo à se conscripto consistentem, nullus etiam robustissimorum & fortissimorum athletarum locomouere valuerit, quamobrem etiam merito & summa cum laude coronatus discessit. Addi nunc potest etiam podagricus ille philosophus Polemon qui è philosophiae fontib. hunc sibi animum inducerat, vt Podagram Deam salutare minime sit veritus, quippe quae de multis praeclaris virtutib. vtpote de patientia, constantia, temperantia, summo bono & maximo dolore cum philosophari doceret, Melancholiam propelleret, sobrietatem memoriae inculcaret, & ad omnes dolores quasi ferreum & saxeum conformaret, vnicum tantum membrum vexaret, totum autem animum recrearet. Similium exemplorum afferre in medium permulta adhoc possem, sed illis diutius me detinere & immorari haut volo quapropter ad alia transeundam & primo quidem silentio praeterire, nullo modo possum, crassam quorundam inscitiam: nedicam insaniam, qui Podagrā in Dearum Calendarium reuerendam esse negant, quia nullibi locorum & nusquam ipsi templum vt aliis Diis, satis probantibus historiis, & morborum nonnullis exaedificatum & consecratum legant, obiicientes nobis Plinium q[illegible] ptis suis reliquit, Febri fanum in palatio Romano dicatū fuisse, sed miseram, inquiunt, Podagram tanti alicubi nunquā aestimata fuit, vt illi vel minima quaedam ara aut vile sacellum erigeretur. Atq; rudes isti asini tam ocinarionibus suis non assequuntur, nec intelligunt. Podagram nostram hac in parte Deos Deasque omnes longe superare & maxime post se intervallo relinquere. Quis enim non videt, cunctas opulentorum fere domos, mulororum quoque Abbatum caenobia, plurium Episcoporum Cardinalium, aliorumque Ducum & Principum alta & pulcherimo modo extructa palatia diuinae podagrae delubra sacra esse?

Annon siccitati terrae pluuia larga vtilior est longe, quam breuis & contracta? Annon pruina, quae omnes simul fruges perdit multo noxior est illa quae tantum quasdam? Maxime. Ita & Podagra quae longo temporis spatio Persis, cum Monarchiae adhuc salutarentur, cohabitauit minime templis more Deorum Persicorum vult includi, nam

Cum sit ad cuncta diuina potentia terras,
Condere non possunt paruula tecta domus.

Non enim comparanda venit cum leunculo illo & nullius pretii homioe, dicente: Si paruulae sub tegmine arboris requiesco ab omnibus meis tectis tegor, eius enim altaria sunt quaecunque domus, omnes anguli & lecti:

Desinant ergo honoris nostrae Deae hi scioli detrahere, incipiantque tandem ocūlos talpa caecio res aperire, & tanta de maiestate honorificentius, quam aorea, sentire, ne forte iram tremulam Deae nostrae in sese irritent, incidantque in illius manus, è quibus ne Iupiter qnidem ipse postea eos eripuit, pelliceis n. quidē soccis me edit, sed manibus plumbeis laedit. Ergo si amans amanti & homo homini laudatoriā aliquando confecit epistolam q mox recensebo, cur non etiam id licitū fuerit multo magis Deae potentissimae, vtq; non de infima plebe virgo sed Dias potentib. sata & pgnata sit, Epist a. est talis;

Heu doleo, nimiumq; artus consumo dolore.
Nec iam plura queo dicere quod doleo,
Qui fons, qui caput est, qui tanti caussa doloris,
Tu fons tu caussa es tu, mea virgo, caput.
Captus amore tui, modo captus? amore necatus,
Te suspiro, tuas totus anhelo genas,
Cogito multa, die noctu quoq; cogito multa,
Multa loquor noctu, multa dieq; loquor
Sed te virgo, loquor solam, te cogito solam,
Te fero corde meo, te gero voce mea,
Tu desiderium, tu spes dulcedoq; sola es?
Tu refrigerium, tu mea sola quies.
Quando te video, mea mens pacata quiescit,
At sese intuitu seit releuare tuo.

Cum te non video, multum irrequieta labascit,
Et mihi [illegible] mala venisat, obit,
Vt de [illegible] ortus an[illegible], [illegible] tre [illegible] en mittius audi,
Me stimul[illegible] vultus forma venusta tua,
Illa tui vultus stimulat me forma venusta,
Qua superas Maiam, qua superas Helenam,
Nulla per immensum reperitur pulchrior orbem,
Non ita Lais erat, non ita Nais erat,
Non ita Deiphile, non sic formosa Lycoris:
Tu Veneris speculum, ni Venus ipsa, micas.
Altera tu merito merito Philomela vocaris.
In toto non est corpore menda tuo,
Auri splendorem vincunt me iudice crines:
Alta tibi frons est, & spatiosa tibi.
Docta supercilium natura tetendit in arcum,
Quod licet hoc tentes carpere, Mome nequis.
Non oculos oculos credo, duo sidera credo,
Quæ iugulant iuvenum vivificantq; iecur,
Conueniens faciem formosam nasus honestat,
Purpurat & niueas purpura pura genas,
An referam albentes omnis sine phlegmate denteis?
Aut labra, Corallis æmula labra canam:
An linguam memorem: linguam, quæ mellea profert
Verba, & Cecropiis illita verba vadis.
Linguam, quæ Charitum, quæ Palladis organon esse
Fertur: vbi salium profluit ampla seges.
An pectus referam? an referam tua poma rotunda?
Non referam, referens ne nimio igne coquar.
O ter felicem, ô natum felicibus astris,
Felicem innumera commoditate virum!
Cui licet hæc iussu mordere labella labellis:
Cui licet has licito lambere iure genas.
Cui licet angelicum digitis hoc tangere mentum.
Cui palpare licet colla gulaq; niuem.
Sed quid hallo? licet nulli, nec credo, liceret
Regi aut Cæsareo qui generatus avo,
Tam caste viuis, tanta probitate decoratis,
Tu velut es Veneris, sic pietatis apex:
Te queo mirari, nequeo laudare, nec ipse
Te satis elogiis posset Apollo suis.
Sum liber: sed iam non sum mage liber, vt ante,
[illegible] libertas moribus ista tuis.
Sum seruus mea Virgo tuus, seruusq; manebo,
Seruitium, subitam truder obire necem.
Si subeo, mea non sed me tua dextra peremit,
Væ si me perimis, væ mea virgo, tibi.
Quæ manus humanum profundet dira cruorem,
Hæc profuso iterum necta cruore perit.
Non credis: Lex est: nec lex quam sanxerat olim
Minos, hæc lex est non violanda Dei.
Sed credis, nam te probitas tua credere cogit,
Ergo me seruum dic mea virgo, tuum.
Seruitio tibi fidus ero, quod iusseris, omne
Efficiam, nunquam frangar inerte mora
Forte manumittar tandem, si vixero fidus:
Et ducar thalami pars aliquando tui.
Fido mea fortis. Regis diademata gessit
Sicaniæ figulo qui genitore satus.
Et non ex seruo fo[illegible]: liber d[illegible]
Fallor? an [illegible] POTEST.

Quid pulchrius de hom[illegible] venustius dictum est vnquam? Se[illegible] hæc omnia ad Podagræ laudes amplificandas nil faciunt, hac enim pecunimensium reperitur pulchrior orbem nulla [illegible] hæc duo progenitore sata, maioribus [illegible] tur ac [illegible] honoribus laudibus merito deprædicanda venit.

Magnam nunc orati[illegible]nis nostræ partem absoluimus. Cum a laudum & præconiorum beatissimæ Podagræ nullus sit neque finis neque modus, ut ratio tamen vt tandem aliquando finem habeat necesse est, plura addere non volo hac tamen conditione, vt prius quorundam male conc[illegible]atorum hominum peruersissimam de optime merita Podagra opinionem euertero. Proinde oro, vt hæc quoq; animis q̃ maxime attentis sicut in præcedentib. à vobis factitatum deprehendi, accipiatis.

Non equidem me fugit, multos in hac terra reperiri [illegible], qui diuinum nec sine honoris præfatione nominandum podagræ numen, ore sacrilego & sustibus dedolando inuadere non verentur, qui non solum diuinitatis titulum (quod per se enorme facinus & morte piandum) detrahere student, verum etiam ipsam esse malam, fugiendam & detestandam, podagricos etiam ab vno omnes infectos esse imperito vulgo passim persuadere conantur. Quæ si concederentur, necessaria sequela omnes podagrici miserrimi essent homines, quos infortunium præ cæteris exagitet. Sed podagræ res hoc loco sese habent, vt febris quotidianæ, quæ nihilo etiam minus à delirantibus carpitur, cum tamen præstantissimi medicorum aperte & liberi fateri non sunt veriti, se parum lucri esse corrasuros, si homines bonitatem & vtilitatem febris probe cognoscerent.

Annon Quartana diris & execrationibus ad Tartara vsque persecuta fuisset, in suam tutelam & defensionem Fauorinus ni accepisset, & pro viribus à maleuolorum iniuriis liberasset.

Quid? nonne reperti fuere omni tempore homines, qui caluitiem improbarunt, vt quæ dedecoris & ignominiæ multũ adferret homini, secundum illud.

Si non vis falli, fugias consortia calui.

sed ingeniosissimus ille Synesius oratione quadam eandem ab immaturo vulgi iudicio liberauit.

Stultitiam horum leui argumento omnibus deridendam proponam, Annon plurimi reperiuntur, qui Coryzam seu grauedinem, tanquam pestem abominandam omnibus persuadent? horum tamen insaniam mulieribus delicatulis quibusdam familiari sermone planam faxo, quas publice sæpius dicere audiui, rusticos non esse dignos reputandos, vt hoc morbo infestentur, ratione addita, quia & saniores & formosiores homines reddit, videte igitur omnes vos momi, quam Scipioni arundineo innitamini, quamque leuia & elumbia sint vestra contra Deam hanc nostram insania eructata scommata, merito ergo sic exclamo: O temerariam impudentiam? ô flagris cædendam vecordiam! ô nullo helleboro medicabilem insaniam! Quid (vos, vos apello, dicite quæso) quid inquam impudentius, aut quid iniquius, quid denique scelestius tentatum est vnquam, quam generosissimam summorum Deorum filiam, clarissimorum heroum summa veneratione dignissimam Dominam, nobilissimam latissimi imperii reginam, maximam omnium virtutum peritissimam magistram, miseriæ aut vitiositatis insimulare? explodere? ridere? naso suspendere adunco? & tandem ad Garamantas profligare? annon tremorem, spasmum, rigorem, paralysin &c. timetis dum verba tam execranda ore ab insano euacularis? Resipiscite homunciones miselli, ocyus eia resipiscite, delicta vestra enormia sane agnoscite, scissis cum veste capillis deplorate atque aures huc arrigite vestras tandemque stuporem conceptum mente excutite, vt rationes, quas in medium nunc adferam, probe intelligatis, ex iisque peruersam & sinistram vestram sententiam mutetis, sin minus, securim ad radices arboris positã esse sciatis. Fronte n. capillata ẽ post hæc occasio calua. Inprimis itaq; omnib. manifestum est, innumera esse, quæ vitę humanę insidiantur, morborũ genera? qui totum terrarũ orbẽ absq; intermissione peragrant, hominesq; circumstant, quorũ alii salutares & innoxii, alii vero perniciosi & pestilentes à Medicis dicuntur. Salubres sunt qui ægris certam spem salutis faciunt, perniciosi contra qui indubitatam perniciem secum ferunt. Salubres, si iam cum perniciosis contuleris, non malos certe, sed potius bonos, & cum Galeno [illegible] seu [illegible]

quod

quod facile ad bonum inclinent, dicere possis. At Podagram è salubrium numero minime eximere potes, non solum propterea, quia non è fatali infortunii libro, elapsa, sed ordine legitimo & iusto, (ut in principio orationis ad satietatem demonstratum est) a Diis nata est, sed etiam, nullam illarum trium partium, quæ corpori humano gubernando apta conveniunt, attingit: cerebro enim spiritus animalis ac rationis sedi non est molesta, nec cor, spiritus vitalis & caloris fontem invadit, neque hepar, naturalis spiritus ac sanguificationis officinam, occupat aut corrumpit, sed externas tantummodo & abiectissimas (cum Medicis loquor) corporis partes, pedes nimirum & manus infestat. Exemplo vobis proponite Archesilaum illum Spartanum, quem cum ardentem podagræ doloribus Carneades visitasset, atque exiret tristis, mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc pervenit, ostensis pedibus & pectore, sentiebat pedes quidem dolere, sed animum dolore vacuum esse.

Ex his igitur satis probatum esse reor, Podagram, cum sit morbus salubris, malum morbum minime dici posse. Caminus certe non est culpandus, quando fumus oculos exedit, nec Drama hilare in caussa est, quando vultu minus sereno peragi videtur. Ergo inique faciunt, qui malam & detestandam esse dicunt, nec dignam, quæ calceo vestiatur, cum tamen cotidie pellicea tibialia illius crura tegant. Nam potius bona est appellanda, quia homines velum discipulos erudit, & ad tolerandos dolores exercet, sæpiusque ab aliis gravioribus corporis & animi doloribus solet liberare.

Sed forte nullius momenti quibusdam, leves, & obscuræ è facultate medica petitæ (quibus hæc abunde satis possemus eius disciplinæ peritis hominibus probare) rationes, propterea ad altiora, & quibus nemo sese opponere potest (utpote sacrarum literarum autoritate confirmata) me convertá argumenta. Si igitur, ut hinc initium faciam, verum est, ut sine omni dubitatione revera est, dictum beati Apostoli Pauli: Quod per multas tribulationes oportet nos pervenire ad regnum cœlorum, illudque: Corpus hoc iucundo propterea tot doloribus subiectum esse, ut anima servetur &c. fortunatiores certe, feliciores & beatiores ipsis podagricis nullos reperio, quibus infima tantum corporis pars laborat, ut animæ præstantissimæ hominis parti bene sit, quibusque corpus perbrevi & momentaneo tantum tempore leviusculè exercetur, ut postea in omnem æternitatem stabili ac firma in Christo felicitate fruatur, quibus unum atque alterum saltem membrum dolore gravatur, ut tandem in æternam vitam cum omnib. beatis, toto corpore sani ingrediantur. Scriptum deinde est & Christiano homine dignum fateri: à Deo tanquam benignissimo & clementissimo patre morbos, rumpantur omnes licet [illegible] & Epicuræi, freman[illegible]ue quicquid velint, sicut & alias calamitates hu[illegible]no generi corrigendi, non autem ulciscendi c[illegible] immitti: qua quæso fronte morbos, salutis nostræ instrumenta, malos esse dic[illegible]mus? Cum pater noster cœlestis per Prophetam aperte fateatur, nullum esse malum in urbe quod ipse non creet, quod hoc sensu minime accipiendú est ac si mali quid in Iehova nostro deprehendi possit, sed quod ex instinctu naturæ nostræ corruptæ malum reputemus.

Si ergo morbi ex malorum genere eximuntur, cur podagram nihil commercii cum reliquis morbis habentem crudelitatis & efferæ immanitatis ream arguamus? quippe quæ nihil faciat ultra omnipotentis Dei, cuius se ministram fatetur mandata. Ad hæc, si ille felix & ter, quaterq; beatus est, qui à Deo diligitur, diligitur autem (attestante sapientissimo Salomone) quia à Deo corrigitur, quis Podagricum à Deo castigatum infelicem negabit cum Salomon Podagram non pœnam, sed correctionem nominet aliis potentius.

Si Podagricus beatus, qua fronte miseram audebis nominare Podagram [illegible]ius beneficio beatitudo comparatur? si flores p[illegible] quomodo arbor infrugifera, quæ eos protrudit? Multi sane ingenia multis conatis invehunt [illegible] illo nunimus barbæ eius nunquam [illegible] flulatus,

Cernitur in spretis divina potentia rebus

ait scriptura sancta, quod Podagricorum exemplis verum esse comprobatur, qui [illegible] plus sæpe proficiunt quam alii negotiando, ii. ut [illegible] plerique [illegible] cogitent, videntam aquarú tanta copia exoriatur, quæ molas circúrotet.

Est & insuper in consesso & omnibus non ignotum, non modo apud severiores illos & rigidiores Stoicos, verum etiam apud omnes sanæ mentis homines, nihil reputari malum, nisi quod turpitudinis præ se speciem ferat, ergo nec Podagra mala erit, nec misera, nec detestanda aut damnanda, quippe quæ nihil turpitudinis aut ignominiæ alat, imo multo minus inhonestatis ipsi [illegible] queat.

Pudeat igitur nos Christianos tanti nominis tam magnificos professores, in huius rei cognitione vinci ab ethnicis, superari a Stoicis, Interiores esse Epicureis, qui morbum seu dolorem unanimi ore & consensu omnes rem levem esse iudicarunt, tantum abest, ut malum putaverint.

Notum est enim quod Cicero in Tusculanis de Possidonio enarrat, ad quem cum venisset Pompeius ut eum disserentem & disputantem audiret, intellexissetque eum morbo graviter ægrum decumbere, quod vehementer eius artus laborarent, voluit tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset, & salute prius dicta moleste dixisset ferre, quod eum non posset audire, ad ille respondens, tu vero, inquit, potes, nec concedam omnino ut corporis dolor efficiat tantum virum ad me frustra venisse. Itaque graviter & copiosa verborum affluentia coram Pompeio in lectulo propter dolorum vehementiam decumbens, disputabat. Cumq; aliquantulum longius ei disserenti faces quasi dolorum admoverentur, sæpe in hæc verba prorumpebat: Nihil efficies dolor, quamvis sis molestus, nunq; te malum aut nocuum esse confitebor. Et Pater ille omnium Philosophorum Socrates, ipso Possidonio, cú ætate longior, tum etiam sapientia superior, dicere sæpissime quasi more prouerbiali solebat: Voluptatem perpetuam esse Comitem doloris. Nam cum vincula (quibus ille in carcere constrictus erat) ei detraherentur, atque ex fricatione voluptatem percepisset, astantibus dicebat: Quam mire hoc à natura comparatum est, ut hæ duæ res se invicem comitentur, dolor videlicet & voluptas, nisi enim præcessisset molestia, non sentirem hanc voluptatem.

Sed quid hic vobis Possidonium aut Socr. recenseo, quos fortasse quispiam ut rig[illegible]es reiiciat, dicendo: Quid mihi cum hisce naturalis, quorum vultus & facies, ut Aristophanes commonstrat, feles sæpe permingebant, quando sursum videntes stellarum operationes considerabant, quique vivos pulices sæpissime ceræ liquefactæ imprimebant, ut ex imagine possent dignoscere, quot illis pedes essent; Ego meos curabo pedes ne cum astrologis in foveá præceps cadam. Age, ut planum fiat tam in urbe q̃ extra eá stultorum plená esse omnia, aliud ab illorum palato forte sapiat, adponá: Nonne Epicurus ipse, licet summum boni in voluptate posuerit, forte sese præbuit in torminibus & sua stranguria, cruciatibus alias pene intolerabilibus, ac dolorem negligendum fortiter prædicavit? hoc sese consolans dicto:

Si grauis breuis, si lungus leuis & dicens: Hæc voluptatis nulla esse signa. Fortunæ cedere ac à doloribus opprimi.

Nullus igitur cruciatus, tam grauis est, nullus dolor tam acerbus nullaque calamitas tanta, quam humana non ferat natura, quemadmodum grauissime ab Euripide in Oreste scriptum est, cui & Plautus adstipulatur quando dicit: Animus bonus in te mala dimidium est mali, nam

Nobile vincendi genus est patientia, vincit
Qui patitur, si vis vincere, disce pati.

Ita Socrates omnes eos, qui calumniando & obiurgando dolorem suum mitigare studebant, animabat, dicens. Ferenda quę non mutanda, illud proprio exemplo verificabat, nam cũ aliquando pedibus à quodam calcaretur, adhortatus à multis fuit hominem ad iudicium vt citaret. Quid? aiebat, id me magnus prohibeat Iuppiter, si me asinus peteret, an etiam fas esset, eundem ad Prætorem deferre.

Quid cæcitate miserius est homini? Nihil fere. *Ein blinder Mann ein armer Man, der nicht vveiter kommen kan, sagt iener, vnnd schiss in die Stube hinder den Ofen.* Nihilominus cæcus quidam Philosophus adstantibus & commiserantibus dicebat, Annon & nocti suas esse delitias putatis? Hæc si cæci faciunt, quid nobis faciendum putatis, vt qui omnes eos, qui ante eos vixerunt, artibus & constantia longe antecellimus. vt testantur nouæ illæ omnium artium inuentiones, tum pacis quam belli vsui aptissimæ. Si quis sonum Brontei aut exostræ reboantem, & ita vt tellurem ferme concutiat, sine auditus læsione ferre poterit, cur non etiam sine pedum detrimento stridorem rotæ currentis, aut tosionem muris? Ego pro tenui meo iudicio concederem, quanquã tamen contrarium in quibusdam pedibus laborantibus me vidisse memini, qui opificibus aqua & igni interdixerunt, eo quod sæpe fragorem commouere solent (id quod etiam immanes Sybaritę fecisse leguntur) Gallisque gallinaceis clamorem prohibuerunt, testiculos eis excindendo aut omnino necando. Hanc tamen mollitiem nullus vir sequatur, multo minus Podagricus, qui verbo diuino edoctus scit, Patientiam omnia vincere.

Quapropter animum induite, ad arma concurrite, & ex singulari amore & voluptate cum Podagra certamen inire, veluti Iacobus Patriarcha cum Angelo, licet enim claudicare faciat, cumulum tamen benedictionis secum adfert. *Besser gehuncken als gar versuncken* Nolite nanem animæ nimio tristitię pondere submergere, nec quemlibet lapidem etiam acutum timete, nec vos deterreant omnes omnium gallorum cantus, nam dissimili eos sono edunt, prout ipsis far aut auena obiicitur, instar vestri, qui prout bibitis ita canitis. Auibus curas committite, post fletum enim risus & post nubila Phœbus. Aspicite iumenta hæc vtilia perquam humano generi, boues nimirum, qui hoc etiam morbo valde grauantur & tunc plaustro aptantur, vbi alias vsque ad mortem eis currendum fuisset, equi veredarii locum ad implétes, quid? an vos inferiores putatis boui aut tauro aut alio quocunque animali? Eiicite, eiicite inquam è mentibus vestris peruersas has opiniones, nec cura victus & amictus nimium sitis solliciti, cum alias nimio cibo & potu, si forte datur, corpora vestra grauatis, vt deinde nihil amplius palato vestro sapiat. Nolite imitari Camelum, quæ fœnum deuorabat metuens graminis forte futuram caritatem: nec araneam, qui tela sua omnes Ventorum flatus retinere studet. & tamen nil nisi muscas imbelles capit: maiores enim generis insecta vi perrumpunt: nec ruberam seu bufonem, qui meram terram deglutit timens, vt vsus eiusdem ei interdicatur, nec suem syluestrem, qui ob vnicum amissum aculeum ita tristatur, vt ieiunio nimio corpus macilentum reddat sed sequimini murem alpium seu montanum,

Qui metuens gelida durissima tempora brumæ

Sese intra viscera terræ proripit, hyemem totam stertendo & dormiendo transagens, & hac ratione præpinguis euadit, velut ipse loquitur sequenti disticho:

Tota mihi dormitur hyems, nec pinguior vllo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Ita & vos rem gerite, præsertim quoque hiemis tempore, quo sequentia vobis cum vtilitate esse tenenda sciatis, Famulos vestros hisce alloquentes:

Ingere ligna foco, vis frigoris aspera sæuit:
Eia age quid dubitas? ingere ligna foco.
Non audis quanto Boreas bacchetur hiatu?
Nonne vides multa vt iam niue canet humus?
Adspicis vt veteres viduentur frondibus Orni?
Cernis vt amissas sylua queratur opes?
Cernis, & vt pigro lentescant marmore riui?
Vt gelidus totis artubus horror habet,
Ferto age ferto huc vina puer, cyathosq; capaces,
Ante focum mensas explicuisse iuuat.
Iam tristi cælum est facie, iam nubilus aer
Omnia concutiens, nos vetat ire foras.
Ergo domi inclusos genio indulgere necesse est
Mos datus à priscis vt teneatur auis.

Possem in hanc partem, quoad contemtum doloris & morborum, priscorum & recentiorum exemplorum multas myriades adferre, non virorum tantum sed mulierum etiam illustrium, quæ in maximis etiam Corporis cruciatibus inuictos sese exhibuere, sed quia & vos audiendo & me dicendo defatigari video, sermo hic nõ vltra clepsydram (quod aiunt) protrahendus erit, quippe qui ex vestris vultibus & gestibus coniiciam, vos paratos esse non solum pro Podagra, sed pro eius etiam sororibus Gonygra & Chyragra dolorem subire acerrimũ: sed quid de morte? Gaudium & exultationem putabam, quia hic dolor nullus est, qui dolor non putatur, præsertim aliis iudicantibus, num dolor siue gaudia adfuerint, quippe per vitrum rubro colore tinctum perspiciens, omnia rubra esse autumat. Omnia tempore quodam membra acerrima conflictabant disputationis pugna, de claritate & tenebris solis, sit ne sol pellucidus aut tenebrosus. Huius certaminis neque pes gressu, neque manus tactu, neque nasus odoratu, neque os gustu, neque aures auditu veritatem consequi poterant, sed soli oculi, vt qui ea in parte experientissimi rei veritatem indicabant. Ita necesse est, vt illi qui vtilitates Podagræ capere non possunt, aliis in eo morbo exercitatis fidem tribuant quod & vos], nullus dubito, facturi & consideraturi estis, hominem hominem vt soletur natum esse, *vvie einer das Gelt hat, der ander den Seckel.*

Cum igitur & origine & progressu diuinam esse Podagram, nec non amplissimo imperio, rerumq; & difficillimarum & optimarum disciplina, & muneri admirabilẽ ad hæc humanæ vitæ salutarẽ moderatricem, maximarum itidem virtutum (vtpote frugalitatis, modestiæ, temperantiæ, liberalitatis, fortitudinis, scientiæque) benignam esse parentem, longo verborum ambitu demonstrauerim, eamque non malam nec miseram, sed potius bonam ac beatam bonis viris (nam explendæ omnium hominum curiositati neque satis quicquam esse potest, neque optandum est, vt satis fiat) abunde, vt arbitror, persuaserim, planissime mihi persuadeo, nullum esse qui nõ malit huius benignæ Deæ discipulus esse & minister, quam vnius aliorum morborum, qui homines morte repentina (quem à nobis clementissime auertat benignus pater) vel alio inopinato casu intereunt, vt eorum multæ possunt species enarrari, præ cæteris vero insignes sunt, morbi pestilentiales,

febres

febres, morbus Herculeus, paralyſis, peſtis venenum, &c. Præſertim quando Deus non pro voluntate noſtra, ſed pro ſuo beneplacito nobiſcum agat.

Nam veluti hoſpitem appoſitis contentum eſſe decet, nec nova fercula expetere, ita ut Patris noſtri omniputentis voluntate benigna contenti ſimus, ius poſtulat, & omnia ſilentio [illegible] ſuperemus, ſilentio enim ſperantes fortificamur, inquit regius Pſaltes.

Hanc doctrinam omnes Podagrici cordi & linguæ aureis inſculpant literis, hac enim probe obſervata omnis impatientia fugit. Nam quis non ægrotat? Reſpondet philoſophus: Qui ſe curis non macerat. Quod conſilium & vos ſequimini, DEOque ter-Optimo Maximo pro paterna ſua correctione gratias agite quam maximas, adque meliorem vos recipitote ſtugem, quod ſi fiet, oratio & expectatio veſtra non fruſtra erit in Domino, ille enim ſolus optimum & commodiſſimum medendi atque juvandi tempus cognitum perſpectumque habet.

Omnipotens æternus Deus, pater Domini noſtri IESU CHRISTI, peccata & delicta noſtra nobis clementer ignoſcat, Spiritumque ſuum Sanctum ac gratiam largiatur, ut non ſecundum carnem, quæ vermium tantum cibus eſt, ſed ſecundum Spiritum, in quo immortalitas & vita æterna conſiſtit, ambulemus: quo tandem in magno illo apparitionis die corpori CHRISTI clarificato conformes reddamur, & nomen ipſius ſine omni triſtitia in perpetuum laudemus. AMEN. AMEN. amen.

Symbolum cuiusdam Podagroſi.

SALVS ET SPES MEA DEVS.

Emergit duplex ſenſus ſub voce SALUTIS.
Namque SOLI una ſalus, altera ſola POLI.
Indulgent illam mortali ſemine creta,
Creti aſt hanc tantùm de genitore DEO.
In trullis (mirum!) fœcundis naſcitur illa,
Turpibus & medicis iſta paranda venit.
Hinc in magnatum tot pocula pota ſalutem
In gyrum ductus Bacchicus ordo probat.
Huius amore ſimul diducunt labra frequentes,
Abſorbent pota flumina magna meri.
Aſt hanc æthereâ tantùm de ſede fluentem
Non fictâ gignit cum pietate, fides.
Illa facit fragiles, agiles hæc, illa ſceleſtos,
Cœleſtes iſthæc, perpetuoq; beat.
Vade ſalus hominum, DOMINUS mea ſpesq; ſalusq;,
Hanc peto, non illam ſic bene ſalvus ero.

VOS PODAGROSI

omnes, omnes
HUC, HUC, HUC,
huc, inquam,
relictis omnibus,
celeri gradu, pro more veſtro, accurrite.

ATTULIT ENIM PRÆGRANDIS & capiroooooooooſus Doctor vobis remedium ſalubre & approbatum,

Lamentes, ſchnappentes, hinckentes, leiſenntes, & pelliceos pedes cornu duriores reddens.
Videte ut curam veſtri habeatis.

EXPERIMENTATUM, APPROBATUM, iuſtum, bonum, excellens & ſalubre hoc medicamentum eſt tale:

℞. Fures, Mures, Lemures, Vacca, Bracca, Caca, Ede, Linge, Minge, Pedes, Quercus, Stercus, ſuppellex, miſce cum allio & oſculare ancillam in culo, quę omnia ſi tibi non ſufficiant, ſume gentianam & paſtrianam, & admiſce ſtercus vitulinum, tunc pedem habebis heroinum.

Auff Teutſch ſo viel:

Veuſe, Meuſe, Leuſe, Niß, Schiß, Friß, Speck, Leck, Dreck, Haußraht, Sewdreck, Knobloch, leck der Magdt das Arsloch, haſtu nicht genug daran, ſo nimb Enzian vnd Paſtrian, vermiſches mit ein Kalberdreck, ſo iſt der Wol gethan.

Aut

Pedibus nuces perſicas calcate, ut oleum effluat, quo pedes illinite.

Trettet einen Perſichkern mit ewern Fuſſen, daß er Oel gibt. Iſt auch bewert.

aut

SÆVUM è BALNEO ANCILLÆ, ſi poteſtis habere, adhibete.

Eſt autem in hunc modum comparatum.

Ignavam lanio famulam perdives alebat,
Hæc nox quando recens animantis ſomnia ſuaſit,
Vnus & in terris rebus color incipit eſſe,
Ambo conſueuit committere crura lebeti,
Lymphis & tepidis (diſci, ſtanniq; patella
In queis innundantur) fibruars manusq; pedesq;
Dum facit hoc, ſomnum clauſis obrepſit ocellis
Sæpe ſuis. ſpernens hinc dulcia commoda lecti
Illic permanſit, donec res quaq; colorem
Naturnum capit & fulget Matuta per orbem,
Hoc famulæ famuli factum dum ſæpe notaſſent,
Conſpirant quendamq; dolum confingere tentant,
Hæc illis tandem donec ſtropha ficta placeret:
Effundunt lymphas quibus hæc mundare ſolebat
Nocte pedes, liquidum mox ſeuum deinde lebeti
Infundunt, ea more ſuo, dat ſura lebeti
Ante focum, ſtatuens primis ſe mergere membra
Vndis, interea ſomnus ſeſe inſinuat illi,
Obdormit, ſed adeps multum concreta gelaſcit,
Et iam fulgebat tenebris aurora fugatis,
Lucifer atque fugit ſtatione noviſſimus inter,
Innumeras ſtellas, famulæ ſua tecta ſopore
Soluuntur, vigilans ſeſe pinguedine captam
Miratur: fruſtra dum tentat figere greſſus,
(Illos nam pedibus prohibet quod ſumen adhæſit)
Sic auceps volucres viſcata fallere virga
Novit, ſic imitans hominum dum geſta pithecus,
Fallitur ac alio potis eſt haud tendere curſu.
Accurrunt famuli gaudentq; illudere capta,
Tempus erat, vivunt quo bacchanalia Bacchi
Mortales, cuncti celebrantur & Orgia vicis.
Per fora perque vias it perſonata libido
Ingens atq; ruit quo percita turba furore.
Hinc Baccho inſtituunt lauti ſpectacla miniſtri,
Imponuntque trabæ famulam, totamque per vrbem
Rite trahunt, pueri magno clamore ſequuntur,
Accurrunt quorum velantur corpora pelle,
Et quos larva tegit vultum fuligine tincta,
Pars niveam manibus compactam maxima maſſam
Pars grumos torquet, deſunt ueu tela furori,
Pars analecta legunt, alvus quæ liquit equorum,
Et iactu mittunt triſtantis in ora miniſtra,
Undiq; inſilitum rerum pluit horridus imber.
Und da ich erwacht da war es tag.

SERMONIS QVODLIBETICI PRIMI

De Podagræ laudibus, ortu, familia, imperio, donis & vtilitatibus

FINIS.

SEQVITVR SECVNDVS
non minus ac prior
MIRE FESTIVVS, IVCVNDVS, AC LEPIDVS.

Quo ipsa Podagra suos defendit honores.

Podagrosi
legite, intelligite & boni consulite,

Wolt ihr mehr haben, secht wo vnd wie ihr es bekompt.

Habetis enim hic titillationes, pruritus & scarificationes mirabiles, quas singulari studio ex ore Podagræ, Calecutice tum loquentis, omnes excepi, & in vestri gratiam conscripsi & edidi lingua vernacula.

Nun herein ietzt wollen wir anfangen.

PODAGRA LOQVITVR.

NON me fugit, æquissimi Iudices, quam difficile sit hominibus hanc vel illam opinionem, quam semel animo suo conceperunt, ita etiam, vt firmas in eodem radices egerit, è cogitationibus eximere, quod etiam absq; singulari inuidia fieri non posse arbitror, præsertim vero si res agatur cum ineptis, illiteratis, fatuis omnino & ipsa simplicitate simplicibus hominibus, qui non care & caute, vt decens quidem esset & aptum, sed imprudenter, prout quæque ipsis in mentem venerint, de rebus quibuscunque iudicium ferre solent.

Quapropter tripudiante gaudio exilio, quod tandem aliquando commodissima mihi oblata sit occasio, aduersariorum in me directa tela & argumenta diluendi, & imperiti vulgi de me conceptas opiniones & obiectiones refutandi, ne semper illæ aures meas circumuolitent, & mihi libera loquendi potestas denegetur.

Vestra autem non minus quam mea maxime interesse puto, ne quis causa prius bene cognita & demonstrata, nudis tantum hinc inde sparsis rumoribus condemnetur, quapropter vultus vester liberalis, benignitatem, gratiam & lenitatem spirans me non parum exhilarat, tum corona vestra amplissima, vt absque omni timore & suspicione aliquantulum liberius eloquar, facit.

Et cur etiam exhorrescam? siquidem vestra sapientia vesterque animus apertus mihi sit notissimus vt non solum nil omnino mali suspicer, sed etiam id quod spero, à viris tam summis & inculpatæ vitæ, prudentiæ & iustitiæ me consecuturum fore planissime confido.

Antequam tamen ad materiæ scopum me conuertam, vos honestissimi iudices, summissa animi veneratione oro & obtestor, vt mihi loquenti benignas & patulas præbeatis aures, ordinem & modum meum dicendi non abhorreatis, atq; iudicio publicando, vsque dum Colophonem meo sermoni imposuerim, supersedeatis. Si ergo animum aduersus me sinistrum & odii quasdam fauillas concepistis, deponite, & potius rem ipsam, quam aduersariorum meorum sparsa de me scommata, vt & meam personam aspicite, tandemque si verbis aliquantulum acrioribus opiniones de me falso conceptas semouero, argumentis firmissimis diluero, & veritate ipsa prorsus euertero, non animo præpostero id fieri intelligite. Quod si à vobis impetrauero, firmissima spe confidam veritatem & æquitatem plus vobis curæ esse, quam mendacia, inuidia & omnes incerti rumores aut calumniæ.

Demonstrabo etenim & probationibus euidentissimis planum faxo, multas accusationes in aduersarios meos potius quam me retorqueri posse, & licet quædam personam meam concernant, ea tamen non iniustre, secundum illorum exaggerationes, sed mitius exponenda esse, tandem probatura, multarum me virtutum & vtilitatum promotricem & auctricem existere, multosq; fortunæ felicissimos casus promouere. Hanc meam petitionem non admiramini, non raram & insolitam putate, sed me auribus benignis, vt cœpistis, audire pergite.

Si enim non omnia, quæ pollicita sum, vobis ob oculos posuero, vestrum erit, me tanquam ream secundum iustitiæ leges condemnare, ne conniuentes nimium & iniusti in ferendis iudiciis habeamini, aut ego etiam conuicta pœnas effugisse videar: Si vero cuncta præstitero, oro vt memores officii vestri me in clientelam & tutelam vestram recipiatis, vt meo iure possim, velut æquum est, perfrui.

Antequam vero aduersariorum meorum obiectiones aggrediar, maxime necessarium duxi, aduersus rumorem vulgi & famam audentior ire, eamque viuis quasi coloribus depingere: Est autem, vt Virgilius testatur,

Lib. 4. Æneid.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese tollit in auras,
Ingrediturq; solo, caput inter nubila condens,
Illam terra parens, ira irritata Deorum,
Extremam, vt perhibent, Cœo, Enceladoq; sororem
Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis,
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures,
Nocte volat cœli medio terræq; per vmbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes,
Tam ficti prauiq; tenax quam nuncia veri,
Quæ scit multiplici populos sermone replere,
Et gaudens pariter facta atq; infecta referre.

Vel vt Ouidius libro transmutationum nono inter cætera ait:

Fama loquax subito patulas peruenit ad aures
Deianira tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet, & e minimo sua per mendacia crescit.

Et idem lib. 12 Metamor.

Orbe locus medio est inter terrasq; fretumq;,
Cœlestesq; plagas, triplicis confinia mundi,
Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit
Inspicitur, penetratq; cauas vox omnis ad aures:
Fama tenet summaq; domum sibi legit in arce,
Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis inclusit limina portis.
Nocte dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, vocesq; refert, iteratq; quod audit,
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte,
Nec tamen est clamor, sed paruæ murmura vocis,
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntq;
Mixtaq; cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusaq; verba volutant
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio mensuraq; ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Ipsa quid in cœlo rerum pelagoq; geratur,
Et tellure videt, totumq; inquirit in Orbem.

Item:

[illegible]

hoc est:

Mendacii ortus vitæ humanæ lues.

Hoc me monstrum etiam proh dolor, satis diuque divexavit, ut omnibus ferme fabula facta fuerim, ac si omnium ince[illegible] orta [illegible]m & flagitiorum genera, velut ex hydra Lernæa, *Oder Wie von dem Babst alle Heuchel. y.* Ad[illegible]minam, omnium rea vitiorum esse cogor, veluti de quo semper sermo est, mutus ille & bonus [illegible] E M O.

Si igitur obiiciunt adversarii) tam egregiæ laudis digna habenda, tanque multorum bonorum origo auctrix & promotrix, veluti te iactitas, es, quid igitur caussæ, quod omnibus ferme hominibus tam es invisa? siquidem à nemine non male audis, diris & execrationibus ad tartara gravissimis ablegaris, considera quæso Virgilium tuum ante allegatum, non modo ficti & pravi, sed veri etiam nunciam appellasse. Nam

Multa quidem totum Fama est mentita per orbem
Sæpe tamen veri nuncia vera fuit.
Nec Fama falsam credo per cuncta loquelam,
Sæpe etenim veri nomina pulcra dedit.
Raro solet quendam raptorem dicere Fama,
Cui non sit furto commaculata manus,
Non vacca vaccam, non pica nomine picam,
Ni foret ambabus variegata cutis.

Non rumor per omnia est fictus, præsertim is, qui in omnium ore versatur.

His autem produnt suam in propriis cæcitatem, in alienis vero visum vere lynceum, ut Plautus verissime etiam de illis dixerit

in Sticho:

Sed curiosi sunt hic quamplures mali,
Alienas res qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.

Et Menedemus ille in Heautontimorum. Terentii, Actus tertii, Scena prima, summa cum admiratione:

------- Di vostram fidem,
Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius ut videant & iudicent
Quam sua.

Nihilominus autem rei familiaris curam & observationem non penitus abiicio, sed adhortor valetudinarios meos sedulo, ut corruptinis eam sibi commendatam habeant, quandoquidem illud facit ad lautiorem utrinque nostrum sustentationem. Quippe vasto podici conveniunt dilatatæ caligæ: hoc est:

Ein groser Arß muß auch grose Hosen haben.

Et quid hac administratione ipsis est gestu facilius, cum alias deambulationibus & peregrinationibus vacare non possint.

Nam etsi aliquando pedes captivi teneantur, hoc tamen cæteris artub. & membris nihil adfert impedimenti, præsertim in hisce expediundis negotiis, quæ sedendo, calculando, numerando, impendendo accipiendo, emendo, vendendo, locando absolvier possunt: & quo minus illis datur evagari, hoc fiunt his perficiendis magis idonei: Est enim

Nil miserabilius quam incerta sede morari.

Nam qui nunquam fixa sede morantur, vagæ mentis & animi sui inconstantiæ præbent indicium. Nullibi etenim est, qui ubique est, nec præclari quid errabundi illi stelliones posteritati relinquunt;

Nec gallina vagans pullos excludere novet.

At dum manere oportet belle fortunatos: nusquam lautius domi contigit vivere quam domi. qui felicem velit agere, dixerunt veteres, vivat domi, amat sapientia quietem.

Carmina secessum scribentis & otia querunt.

Hinc etiam meo remedio podagrici prudentiores & ingeniosiores aliis evadunt. Calcar ego pedibus addo, ipsi intellectui, sæpius inde vidi, quosdam meis irretitos laqueis structuras, moles, machinas stupendas, ædificia, hortos pensiles, tanta meditari solertia, ut architectos etiam exercitatissimus torserint, unde vins hæc Dædali calliditas. Quare nonnullis ego imperitioribus visus sum aut ipse albus Genius, aut mecum adducere Spiritum quem vocant familiarem.

Novi egomet hominem doctum, qui cum stimulos & tinllos meos senserit, volumina conscripsit & edidit exquisitissima. Similia exempla ministrant hac nostra memoria alii quamplures, qui domi suæ desidentes magis clarescunt divitiis & eruditione, quam ad dies vitæ aut fodientes, arantes aut quosvis civitatis vicos eentes quotidie remetientes atque nullum remittentes tempus inane.

Hæc bona, venerandi atque debita animi observantiā colendi iudices, tam illustria contemnenda non sunt, sed ea habenda, quibus primus dignitatis grad⁹ possit assignari, quoniam nobilissimam hominis partem, mentem sc. concernunt: nunquid enim ex præcedentibus sufficienter patet, me eorum, qui amicitiam mecum cōmunicarunt, non solum curiculam curare, sed, haut posthabita animi voluptate, ingenium etiam atque memoriam excolere & efficere acutiorem: nunquid hoc velut sacrum à quovis qui aliquid saltem de reb. humanis iudicare scit (non iam exacte & profunde doctos nominare libet,) recipitur, literas sc. omnibus præstare divitiis, quia hæ variis casibus, furto, incendioque sunt obnoxiæ: illæ nisi naturæ corruptricem nihil verentur; excitant in nobis honestatis igniculos: luxuriantes quasique fruticantes cupiditates stringunt, easque regunt rationis finibus: abducunt a vitiis, duces ac magistræ sunt ad virturem: prosperis rebus ornamento: solatio adversis. eam deniq; animi tranquillitatem efficiunt, quam multi finem bonorum dixerunt.

Atqui iam institutum meum repeto, & audacter libereque pronuncio me, me, inquam, principissam ac ductricem multis existere ad earundem ingrediendam rationem: prolixam eorum nominare possem seriem, quib. benignitas mea ad cognitionem artis fores aperuit. Quos enim meo subdidi imperio, cum ab aliis nullis distringantur negotiis, incumbunt solis literis, & ne ipsis minimum temporis momentum inane diffluat, nec prius absistunt, quam indies maius maiusque sapientiæ incrementum sortiantur.

Semel enim salutatæ Musæ perpetuas agunt gratias, id quod Horatius etiam innuit dicens:

Quem tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem. non equus impiger
Curru ducet Achaico
Victorem: ---.

Sola Mathematica digna erat, cuius addiscendæ gratia, omnes potius nomen apud me profiteri quā eius dulcedine carere deberet.

Astronomia meos agnatos sæpenumero extra se rapiens ad extremum cœli verticem usq; evehit.

Musica (consulto etenim cæteras Matheseωs partes transiliendo prætereo: quod mihi non tam laborandum est, ut copiam & varietatem consecter, quam ut effugiam satietatem) Musica, inquam, aures mulcendo suavi harmoniæ modulamine, curarum moesti-

morsibus medetur, ad cætera persequenda reddit alacuiores.

Sed anne fortassis deficit meos auditores Rhetorum aut Oratorum facultas? Tanto etiam minus, vt nemo ornatius, comptius & promptius possit dicere. Proponunt causam quamlibet absque cunctatione eleganter apte & composite, idque me tradente. Non enim rudem penitus huius artis me esse, ostendit præsens oratio. Imo vero vix sarcinam ad cuiusquam pedes deposuerim, quin ille non simul eloquentiæ lympha splendidissima imbuatur, & depromptis, ex officinæ oratoriæ capsulis ac myrothecijs, vnguentis excusationum pedes manusque illiniat. Quærentibus enim quid hoc morbi genus sit, amicis, centum parati formis respondere possunt: Hic, pedes sibi ex luxatione violenta nonnihil tumere: Ille, si digitulos ad proeminentes lapides imprudenter allisisse, hinc dolorem: Iste cruciatus principium suo caballo affingit, à quo nuper fuerit prostratus: Alius intensum nimis algorem increpat: Alius nimios motus: Est, qui se ab itinere defatigatum dicat; item qui inebriatum se ignoranter ad ancillæ suæ cubiculum deuiasse queratur.

Euiusmodi ridiculas extenuationes centies centenas audies, quibus effascinari hominibus oculos nituntur.

Idque non solum iuxta præcepta rhetorica, verisimiliter aut persuasive, verum etiam ex dialecticis necessario, additis etiam iuramentis, si qui sint ad fidem duriores.

Noui complures, quibus Geometriæ assequendi peritiam causam præbuerim, dum titillationes meas decepturi mappas Geographicas ἄνωθε καὶ κάτωθε sine adminiculo equorum, plaustri, nauium nunc ad has, nunc ad illas appulerent terræ prouincias, per cardines & decumanos maria emetirentur, atque ita omnibus naucleris Lusitanis peritiores fierent.

Porro eos dioptræ, astrolabii, amussis, regulæ, circini aliorumque huius generis instrumentorum vsum habere, cognosci potuit superius, cum Architecturæ mentionem faceremus.

Verum quiuis exercitatior affirmare necesse habet, vix vllam scientiã aut disciplinam æque illis conuenire, quam hanc ipsam, cuius modo meminimus, quia nullo eget robore corporeo, sed sola contemplatione perficitur, cui nemo alius maiori fructu vacabit, quam mei eurodipedes, qui aut supine in lecti grabato, aut sellis placidis cubantes admiranda subtili artificio automata inueniunt.

Sed desinamus tandem de hisce sublunaribus verba facere, superiora etiam nonnihil tangere decet. Anne fugit quenquam meos a me scholasticos etiam in cognitione motuum cœlestium mecum ire? Qui in Astrologia, diuina scientia & vetusta admodum, inuentum Deorum creata & in tanto olim honore habita, vt fere solis regibus pateret, qua laus omnis inferior, tantum proficiant, vt cum celeberrimis sæpe Calendariographis contendere ausint. Imo hanc scientiam animo & corpori eorum tam alte defigo, vt absque operosa inquisitione Arithmetica, vel ephemeridibus & tabulis Astronomicis Planetarum aspectus, præsertim vero Lunæ ac Solis coniunctiones præsciant. Quotiescunque Saturni gelidi vel furiosi Martis siue directæ siue collaterales constitutiones Horoscopum aut Lunam his inferioribus dominantem venenose infecerint, hoc illis incognitum esse non potest.

Quapropter nullus cœli speculatorum Solis & Lunæ eclipsis accuratius meis auditoribus lunatricis dignoscere poterit: Nemo tempestatum, niuis, grandinis, nimborum præsagio superabit meos capripodes, quippe qui quadriduo ante ea omnia præsentiscere ac vaticinari possunt, hac ratione nullis indigentes calendariis papyraceis, cum alia certiora in sinu suo circumgestitent, imo Meteorologia illa per omnes corporis partes à calce vsq; ad verticem diffunditur.

Nunquid hæc vobis, Iudices videntur res ponderosæ & intellectu humano longe superiores? annon quemque sanæ mentis ad stuporem rapere possunt? Cæterum nec illud minus laude dignum est, quod votiuis meis medicinæ facultatem, quæ excellentissimis artibus diuinitus humano generi datis annumerari recte solet, etiam inuitis obtrudam tanta cum cura, vt sæpissime de virtutibus herbarum, florum, seminum, plantarum & mineralium ipsis huius scientiæ professoribus expeditius & perfectius disserant, vt iam non dicam de vario animantium sanguine, sudore, pellibus, abdomine, lacte, felle, ossibus, venis, vrina & excremento, quorum omnium Naturam & sententiam penitus introspiciunt: Quid frigidum sit, calidum quid, quid humidum, siccum, purgatiuum, laxatiuum, resolutiuum, constipatiuum, quid expellat, attrahat, leniat, quid primi, secundi, tertii, quarti gradus sit & quæ sexcenta sunt alia exacte nouerunt. Nec ego nuda contemplatione contenta sum, sed praxin insuper vrgeo, quem vtiq; modum cum meis hypatosophistis obseruare soleo, vt non minus rerum vsu & exercitatione quam ieiuna scientia excellant.

Neque hoc mirum cuiquam videatur, cum omnium gentium historias, omnium Poetarum fabulas perscrutentur: commentum de Imperatore Octauiano, Hector de Galmy, Ponto, Wigoloe, fido Ecchardo, Brisonero, Leofredo cum chrysonemate, de Petro clauis argenteæ, Equite thurino, Melusina, Tristrante, Rege Lohero, Hugone Schapplero, Valentino & Vrso, Oblimere & Arto, Reinhardo ac Gabrioto, Eurialo & Lucretia, Florio & Biancefora, cum vniuersis Heroom Chronicis & Centonouellis, ne dum commemorem multa alia facetiarum volumina, quæ pernimpunt horis Melancholicis. Et, quod indicium indolis nobilissimæ est ad hæc omnia nulla cõducta mercede illos informare consueui, cum alioquin genus humanum turpi [illegible] vnisere corruptum sit.

Sed iam dudum ob oculos quasi versari visæ pusillum aduersantium quædam balistæ, quibus hactenus dicta oppugnare conantur. Aiunt, hæc omnia multarum calamitatum potius, quam cuiusquam boni argumenta firmissima esse meque humani generis corruptelam magis & virus pestilentissimum quam benefactricem: Siquidem à me humani corporis forma deuenustetur, venæ exhauriantur, color natiuus immutetur, consumantur vires, medulla exugatur, visus debilitetur, somnus frangatur, tollatur alacritas, in mœrorem risus, ioci in amulentiam, in melancholiam ludi, misanthropiã consortia, acerbitatem dulcia conuertantur, cutis, manus, digiti, articuli, humeri genua, tali, calcanea & reliqua omnia infirmentur, tundantur, cõtorqueantur. Et dum hæc longo ordine quandam præ se ferentes senetitatem, eructant, perinde eis accidit, veluti q̃ plurimis alijs, qui afflicta animi indignatione, non sano iudicio discernentes, vitium & ægritudinem cunctis produnt.

Nesciunt enim imperiti Asini, nesciunt, hac se excusatione mihi plus laudis tribuere, quam noxæ & criminis exprobrare.

Corpus enim debilitando animum corroboro, diuexando carnem excito spiritum, euellendo terrena cœlestia infero, temporanea tollendo æternum duratura confero.

Vestrum, iudices, nemo non intelligit corpus esse mẽtis ergastulum & inquinamentum, cõtra hanc

Etsi forte quispiam in casses meos incidens imperii iugum efferus (quasi vero indignum aliquid sua magnificentia ipsi accideret) detrectare conatur, irritos tamen omnes huius labores iam dudum reddere, motusque inauspicato acceptos componere valeo, eumq; humaniorem Gratiis & agno quouis mitiorem effingo. Quis enim est, etiam heroum fortissimorum, qui possit viribus meis resistere? Sed, quo contumaciam duriori sceptro premere mihi visum est, ita saniores qui iudicii sunt, benigno soleo vultu aspicere, vt eo constantiores euadant, in fide sua confirmentur, & omnem suam in Deo spem collocent.

Quei etenim Deo non confiderent, qui manibus quasi palpitant pietatem ad omnes esse vtilem, malitiam vero iri affectum æternis pœnis, quippe infallibilius æterni gaudii signum non sit, ac miseria qua in hac terrena vita premuntur.

Tandem, iudices, meas cum ad satietatem egerim partes, vt principio orationis promisi, aduersarios nempe meos proprii infortunii fabros existere, & me nullo modo execrabilem, siquidem rumore vulgi de me sparsa mitius sint exponenda, cum abunde beneficia quæ humano generi offerre soleo, enarrarim, vltra clepsydram, quod aiunt, vos non detinebo, sed ad finem orationis properabo.

Ne expectetis igitur, Rhetoricorum more, ornatam perorationem, sed quod colophonis loco addo, ne patiamini vos ab astutis hisce circumuenire, sed perpendite potius vestri quid sit officii. Quod si fiet, vt futurum spero, insons ego vestrum omnium consensu & votis omni accusatione & iniuria liberabor.

DIXI.

M. TVLLII CICERONIS

ENCOMIVM CÆCITATIS LIBRO V. TVSCVLANARVM Quæstionum.

NOn sine causa Epicurus ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem: quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, quod quærimus, vt sapiens semper beatus sit. A. Etiamne si sensibus carebit oculorum? si aurium? M. Etiam. Nam istæ ipsa contemnit. Primum enim, horribilis ista cæcitas quibus tandem caret voluptatibus? cum quidam etiam disputent, cæteras voluptates in ipsis habitare sensibus: quæ autem aspectu percipiantur, ea non versari in oculorum vlla iucunditate: vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa, vbi sentimus, parte versentur: in oculis tale nihil fit. Animus accipit, quæ videmus. Animo autem multis modis, variisque delectari licet: etiam si non adhibeatur aspectus. Loquor autem de docto homine, & erudito: cui videre est cogitare. Sapientes enim cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. Etenim si non adimit vitam beatam: cur dies nocti similis adimat? Nam illud Antipatri Cyrenaici est quidem paulo obscænius: sed nō absurda sententia est. Cuius cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur: quid agitis inquit? an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna? Appium quidem veterem illum, qui cæcus annos multos fuit: & ex magistratibus, & ex rebus gestis intelligimus in illo suo casu, nec priuato, nec publico munere defuisse. C. autem Drusi domum cōpleri consultoribus solitam accepimus: cum quorum res esset, sua ipsi non videbant: cæcum adhibebant ducem. Pueris nobis Cn. Aufidius prætorius, & in senatu sententiam dicebat: nec amicis deliberantib. deerat: & græcam scribebat historiam: & videbat in literis. Diodorus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi vixit.

Is vero, quod credibile vix esse, tum in Philosophia multo etiam magis assidue, quam antea versabatur: & cum fidibus Pythagoreorum more vteretur: cumq; ei libri noctes, & dies legerentur: quibus in studiis oculis non egebat: tamen, quod sine oculis fieri posse vix videtur, Geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, vnde, quo, quāque lineam scriberent. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitatum Philosophum, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, vt puero vno esset comitatior. Vt enim vel summa paupertas tolerabilis sit: si liceat, quod quibusdam Græcis quotidie. sic cæcitas ferri facile possit, si non desint subsidia valetudinum. Democritus luminibus amissis alba scilicet, & atra discernere non poterat. At vero bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia, vtilia, magna, parua poterat: & sine varietate colorum licebat, viuere beate, sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri animi etiam aciem aspectu oculorum arbitrabatur, & cum alii sæpe quod esset ante pedes non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, vt nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse. At eius picturam nō poesim videmus? quæ origo, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effecerit?

Quid ergo aut Homero ad delectationem animi, ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse vnquam arbitramur? aut, ni ita se res haberet: Anaxagoras, aut hic ipse Democritus, agros, & patrimonia sua reliquissent? huic discendi, quærendiq; diuinæ delectationi toto se animo dedidissent: Itaque augurem Tyresiam, quem sapientem fingunt Poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam. At vero Polyphemum Homerus cum immanem, ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiusque laudare fortunas, quod qua vellet ingredi posset, & quæ vellet attingeret. Recte hic quidem. Nihilo enim erat ipse Cyclops, quam aries ille prudentior.

HANC DISSERTATIONEM PENE IISDEM VERBIS HENDECASYLLABO CARMINE reddidit

JOANNES VVLTEIVS RHEMVS AD PEROSIVM cæcum.


Vid tu, vir sapiens & erudite,
Sensu fers animo graui carere
Visus? horribilem esse cæcitatem
Credis, te miserum, aut queant beatum

Tan-

Tanquam reddere lumina ipsa? tecum
Hac de re volo disputare. Primum
Cur captum esse oculis malum putas? quod
Voluptate (mihi credito) est carendum
Summa. Non ita, namq; vt est voluptas
Gustandi, olfaciendi, & audiendi
Tangendi quoq; parte non in illa,
Qua sentire datur, nec in fenestra
Nostri pectoris esse sic voluptas
Possit. nam accipit ista quæ videmus
Mens, at non oculus vir... or de
Docto, & sapiente, de perito,
Qualem te dubitabit esse nullus,
Illi iudicium modo adsit æquum.
Multis namq; animo modis licebit
Delectari etiam negante visu.
Non est viuere res videre, verum
Vere est viuere mente cogitare.
Nec prudens oculos vir aduocatos
Ferme adfert, meditans ve, cogitans ve.
Si nox multa etenim minus beatam
Nobis vitam adimit, dies quid ipse
Par nobis bam. adimat? rogo, audiamus
Cæcus Antipater quod ille dixit,
Paulo obscænius id licet sit, eius
Dum flerent mulierculæ orbitatem:
Quid inquit, facitis? carere noctem
Voluptate sua arbitramini? ecquid
Dicam de vetere Appio? suo qui
In cæsus officio adfuisse semper
Fertur, tempore defuisse nullo?
Drusi quid memorem domum extitisse
Consultoribus vsque & vsq; plenam?
Cæcus consilium dabat videnti,
Cæci consilium videns amabat,
Cæcus plus q; videns erat vidente.
Non Cneo Aufidio sacrum senatum
Ornatum legimus fuisse: eundem
Græcorum historiam labore multo
Scripsisse? ille tamen locum senatus
Nunquam viderat, Atticasq; partes.
Marcus hem Cicero ille non enarrat,
Quod vix credibile est vtroque captum
Doinisonum habuisse lumine vnum,
Nomen cui Diodorus esset, omnem
Qui præter sapientiam Sophorum
Præter dogmata dura Stoicorum
Quod Geometra id explicare posset?
Quidam Asclepiadem rogabat, in quo
Cæcitas foret vtilis, puello,
Ille, vt sim comitatior. Quid addam
Cæcum Democritum putasse mentem
Aspectu ipso aciem nihil iuuari,
Turbari at potius, premi, impediri?
Fingunt Tiresiam augurem Poetæ
Et clarum & sapientem, at haud querentem
Inducunt, videat nihil quod ille.
Vatum quid referam optimum, optimorum
Summum, Græcia quem dedit, fuisse
Cæcum? quo melius, q; clarius q;
Quis pugnas, acies, locos, figuras,
Quis naturam hominum, quis ... ferarum,
Vidit, vel poterit videre postbac?
Nonne sicut Homerus ille, res ista
Quæ non viderit, arte cernere cernimus?
Multos præterea licens tibi, quos
Possem commemorare, tam Latinos
Quam Græcos, quibus id fuit negatum
Quod tam fers animo tibi esse iniquo.
Ipsam fortiter vsque cæcitatem
Passi sunt tamen. Haud feras moleste
Ergo hanc, se roga, doctus ethnicorum
Exemplo, tibi nec putes beatam
Vitam lumina comparare posse.

IOANNIS PASSERATII DE CÆCITATE
oratio.

PRæter spem meam, & opinionem vestram quod huc longissimo interuallo, & quasi postliminio ... nunc reuertor, Auditores, nolim existimetis, id à me factum, vt ex amplissimo ad dicendum loco, meas apud vos quereras fortunas, & oculorũ defleam orbitatem. Scio vos Machaonas & Podalirios non esse, neca vobis consilium & auxilium, sicut nec ab iis alloquium & miserationem exspecto. Huius calamitatis, si est appellenda calamitas, vnicum & certum remedium animus æquus, quem Dei optimi maximi benignitate, mihi comparaui: præsertim admonitus ab aurea Euripidis sententia, quam, cum ille Athenis Orestem fabulam doceret, Socrat. dicitur reuocasse: adeo philosophica visa est philosophiæ parenti:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὧδ' εἰπεῖν ἔπος
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος
Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Eam sententiam, apud M. Tullium in quarta disputatione Tusculana, vetus poeta vertit barbare (falso putauit Muretus Ciceronis esse versus, cum sint Pacuuii: qui, more ac iure suo, paulo liberius, Euripideos reddidit.

Neq; tam terribilis vlla fando oratio est:
Neq; fors, neq; ira cælitum inuectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

Prorsus aurea, vt ante dixi, γνώμη, & digna, quæ imis reponatur sensibus: ideoque à præstantissimis auctoribus valde celebrata. Vsurpat hanc Romani volnptas theatri, Musarumque delitiæ, Plautus, in Captiuis:

Sc. Dii immort.

Dii immortales id voluerunt, vos hanc ærumnam exsequi.
Decet id pati animo æquo: si id facietis, leuior labor erit.

Vtitur & Horatius, ad mulcendam Virgilii sui ægritudinem

Imitatio Horatii in ep. 14. l. 1.

Varum mærentis, vari de morte dolentis
Insolabiliter.
Durum (inquit) sed leuis fit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.

Quod scite vereque dictum amico & sodali eius Maroni, tantopere placuit, vt carmini diuino intexeret.

Æneid. 6.

Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat: vel quæ portenderit ira
Magna Deum, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Ænean solatus vocibus infit:
Nata dea, quo fata trahunt, retrahuntq;, sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Quoties igitur occurret ista mihi cogitatio, τὸ φλαῦρον ἐκ ξυμφορᾶς θεήλατον saxo & huius continuo veniat in mentem, τυφλοῖς εἶναι ἀνθρώποις χρεών. Infortunium, & dirum quidem infortunium, est cæcitas: humanum tamen & humana omnia homini humane ferenda sunt. Huc accedit, quod sic iubet necessitas, cum qua nec superi, nec inferi pugnauerint. Præterea, minuit dolorem quod malum nec repentinum est, nec ante non prouisum.

Æneid. 6.

non vlla laborum
Nunc primum noua mi facies, inopinave surgit.
Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.

Quid? quod illuc mihi commune est cum pluri-

mus. Non longe abiero. Sunt in hac vrbe quindeni viceni (vulgus loquitur, & trecentos dicere religio est) quibus idem quod mihi obtigit, vt errent inter Orcum & solem: nec eorum quenquam ἀδυρόμενον, aut eiulare muliebriter audimus, nisi quatenus opem & præsidium vitæ suæ ab hominum misericordia petent. At miserum est, oculis non vti. Imo vereor, ne me superbum potius, quam miserum nonnulli existiment, quos salutatus, vt fere cæcis euenit, non resalutauero. Equidem malum id & miserum arbitrari minime decet, quod in vim, numen & maiestatem deorum cadit. Cæcitas, inquam, tam diuinum bonum est, quam humanum malum. Quid amore inter deos hominesq; maius? quid diuinius? quid augustius? Is & cæcus est, & cæcos omnes efficit, quibus imperat. Mihi non creditis? credite locupletissimo testi, & cultissimo poetæ Menandro.

Τὸν δ' ἔρωτα

Βλεπτικὸν τοῖς ἐρῶσι τῶν ἐνδόξων, καὶ τῶν καλῶν ἔχοντα.

Cæcus est diuitiarum Deus Plutus, quem ante Iouem, atque adeo ante Bonam Mentem, maxima pars hominum colit: meritoque cæcus, cum vt talpa in terræ visceribus nascatur, alatur & adolescat. Cæca nominantur ab Alcæo Venusino fata, quorum omnia geruntur arbitrio: & cæca rerum humanarum domina, ac regina, Fortuna: quæ sola, vt Plinius ait, in tota ratione mortalium vtramque paginam facit. Quare misera nullo modo est cæcitas, quæ cœlesti diuinæque naturæ conuenit: & cui cœlestis obnoxia,

Virg. lib. 1. Georg.

vos, ô clarissima mundi

Lumina, labentem cœlo qui ducitis annum.

Estis profecto cæcitati obnoxia: vel nequicquam stupemus

Virgil. lib. 2. Georg.

Defectus solis varios lunæq; labores.

Et quisquã indignetur oculis suis accidisse, quod æternis & omni-tuentibus mundi oculis, certis temporibus, interiectu interpositúque terræ, necesse est euenire? Sit horribilis cæcitas imperitæ multitudini: certe non erit sapientiæ studiosis, qui vel vltro sibi adsciuerunt. Memorare libet, quæ de physico Democrito refert apud Gellium Statius Cæcilius, Latinæ princeps Comœdiæ, si Sasernatem & Afrum excipias.

Democritum Abderites physicum philosophus clypeum
Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt posset splendore æreo: ita radiis
Solis aciem effodit luminis, malis bene
Esse ne videret ciuibus. Sic ego
Ess- lgentis splendore pecuniæ volo
Elucificare exitum ætatis meæ.
Ne in re bona videam esse nequam filium.

Satius esse tunc censuit Democritus oculis orbari, quam opibus & gratia florentes improbos cernere. Nunc autem, vt sunt tempora & mores, quibus est bene nisi malis? Quam optanda viris bonis, superiore decennio, cæcitas fuit, ne spectare cogerentur ea, quæ etiamnum animus horret refugitq; meminisse. Sæpenumero præstat, nihil omnino videre, quam multa videre, quæ nolis: & centies acerbior est, qui oculis hauritur dolor, quam qui aliis percipitur sensibus. Hinc existunt frequentes apud poetas miserorum querelæ: vt,

Infandum, regina, iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæq; ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

Item:

Vidi Hecubam, centumq; nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem quod ipse sacrauerat ignes.

Quæ sumpta sunt ex Hecuba vel Andromacha Ennii,

Cic. 3. Tusc.

O pater, ô Priami domus! & quæ sequuntur, mox,

Hæc omnia vidi inflammari:
Priamo vi vitam euitari:
Iouis aram sanguine turpari.

Miserabiles Anapæsti, præcipue cum funduntur ad tibiam! nec minus flebiles hi senarii,

Ibidem.

Vidi, videre quod me passa ægerrime,
Hectorem curru quadriiugo raptarier.

Poetas commemoro quid oratores? Lapidi silici mediusfidius lacrymas excuterent hæc Tulliana in defensione Cælii. Vidi enim, vidi, & illum hausi dolorem, vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioq; patriæ. Caret igitur acerbissimo dolore cæcitas: & si rem s[...] me[...]men is ponderare volumus, nihil ha[...] quod de fortuna sua magnopere conqueratur. Itaque apud Ouidium Tiresias, exprobrans cæcitatem Pentheo,

Metamorph. 3.

Quam felix esses si tu quoq; luminis huius
Orbus, ait, fieres ne Bacchica sacra videres?

Dicam, quod magis miremini: si cæcitas merito suo male audiet, vix iure quisquam nostrum audiet bene: pluresque in vita Oedipodæ, quam Lyncei reperientur. Quam multi homines, non vident etiam quæ vident? Quam multa quærunt quæ manibus tenent? & procul abesse credunt quæ iacent ante pedes? Propertium interrogemus. Dic, Sexte Aureli, de hoc genere cæcitatis in amantes testimonium:

El. 14 l. 2.

Ante pedes cæcis lucebat semita nobis.
Scilicet insano nemo in amore videt.

Dic & tu Qu. Enni, in aruspices, augures, astrologos:

Quod est ante pedes nemo spectat: cœli scrutantur plagas.

Quantulum differunt à cæcis, qui dormiunt, dormitantve? qui cantherino ritu astantes somniant? qui aliud agunt? quorum an[...] peregrinatur? quos aliqua transversos rapit, q[...] mentis luminibus officit, perturbatio? vt amor, odium, lætitia, mœror, metus, cupiditas, pauor, pudor, iracundia, ebrietas? quarum rerum exempla in comœdiis, vt in vitę speculo, licet intueri. Vno atq; altero contenti simus exẽplo. In Amphitruone Plauti, Amphitruo ipse inquit Blepharoni. A. vbi illic scelestus est? B. quis? A. Sosia B. Eccum illum. A. vbi? B. ante oculos: non vides? A. vix video præ ira: adeo me istic delirum fecit. In Asinaria: non hercle te præuideram: quæso ne vitio vortas: Ita iracundia obstitit oculis. Addite, si vultis, tertium ex milite glorioso exemplum, vbi mulier amatrix, quæ militem ludos facit, naso plus videre, quam oculis dicitur. ita illam excæcat amor. Ne singulas persequar vitæ partes, tota vita mera cæcitas: & omnes mortales tam in suis, quam in alienis negotiis cæci quod, tanquam per nebulam, si quis aduertat, nobis ostendit Virgilius in animorum natura describenda:

Æneid. 6.

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras
Respiciunt, clausi tenebris, & carcere cæco.

Hæc plerique legimus, nec legimus, operamque ludimus: nisi perspicimus adumbrari vitæ caliginisque humanæ imaginem: & à Virgilio hæc sancta esse ex Philosophiæ fontibus. Tangit enim quatuor genera perturbationum, vnde animis nostris oboriuntur

oriuntur& circumfunduntur tenebræ:quorum duo gignuntur ex opinione boni totidem ex opinione mali. Ex opinione boni, vel præsentis, vt dolor, vel futuri, vt metus. Ago pu[illegible]iore Mineruа, vt adolescentuli mentem do[illegible]mi Poetæ assequantur, simulq; intelligant, cur in libro secundo de natura rerum Lucretius exclamet,

O cæcas hominum mentes! pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis,
Degitur hoc æui, quodcunq; est!

Nam si nemo viuit qu[illegible] gaudeat, doleat, speret, metuet, quis obsecro, no cæcus? aut cui glauc[illegible] mam non obuciunt hi ratione auersi motu[illegible] & affectiones mentis lumine carentes? Eminus velitati, pr[illegible]pius nunc e[illegible] eduimur, manumq; conseramus. Vno certe vincemus argumento: nos omnes, *Quicunque terra munere vescimur, cæcutire.* Constat enim, totam vitam iter continuum esse ad mortem. Siqui[illegible]em

Man.lib.4.in hendeca.Lugeic.

N[illegible]scentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Iter vero ad m[illegible]rtem, si Catullo credimus, est tenebricosum, nec [illegible] clausis oculis itur

Illuc vnde negant redire quenquam.

Quod idem Virgil. intui[illegible]um iter designat q[illegible] insistebant Æneas, & Deiphob[illegible] tendentes ad Elysium,

Æn.6. *Ibant obscuri, sola sub nocte, per vmbram.*
Quale per incertam lunam, sub luce maligna,
Est iter in syluis, vbi cælum condidit vmbra
Iupiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

Quæ cum ita sint, nisi mihi contigit esse cæco, nihil noui contigit: scil. homini res humana, tolerabilis, peruagata. Multi diis chari, & inprimis Musarum alumni, cæci fuerunt:

Æn.6. *Quiq; pii vates, & Phœbo digna locuti*

Notum est de Anchisa,

— — Venus quem pulchra Dearum
Fari donauit diuinum pectus habere.

Vulgatum de Thamyra, Tiresia, Homero, Stesichoro, Antipatro, & aliis, quos longum sit recensere. Cæcitatis cãm grauiter, copiose & ornate, Cice. egisse me non latet: nec me verba Senecæ fugiunt, eod. pertinentia: Oculos per[illegible] Habet & nox suas voluptates. Oculos perdid[illegible] [illegible]m multis reb. carebis, quas ne videres vel erue[illegible]rant? Non intelligis partem innocentiæ esse cęcitatem? Huic oculi adulteriũ monstrant: huic incestum: huic domum, quam concupiscat, huic vrbem, & mala omnia. Certe irritamẽta sunt vitiorũ, duc[illegible]q; scelerum. Hæc Seneca: quib. adiungere[illegible] c. pote[illegible], qui in causa tã facili disertus esse volet. Ego pan[illegible]gere malo, & sic soleo mecũ: Cæcus sum: Cęcus er[illegible]t Appius Claud. sine quo Pyrrhi bello, rei Romano offu[illegible] sempiterna nox esset. Cęcus sum. pauciores habiturus sum inimicos, inuidum neminem. Cæcus sum, perferam speciem viri boni: multiq; me dignum existimabunt, qui cũ in tenebris micent. Cæcus sum. Vnum me faciam beatiorum, & alienis vtar oculis, sicut alienis quoq; aurib. magni quondam Persarum reges. Cæcus sum. Augebit familiam meã cæcitas, & vt dicebat Asclepiades, vno puero comitatior incedã. Sed bonos ipse libros amplius non legã: Dolebit hoc, fateor, & vehemẽter dolebit cordi meo: verũ est tãti non legere malos, me bilem mihi moueant, & stomachũ in eos erumpam.

Non legam pictas tabulas, nec legam facta, & in carcere iussu magistratus nũ bibam Ophiusam. Cæcus sum. Tãto fortior. Minus casias terrienlas, laruas vmbratiles, & lemures nocturnos pertimescã. Non formidat periculum, qui non videt: quis, vt amor, sic & timor, per oculos influit in animum: eaq; de causa leæna fœta, cum pro catulis dimicat, oculorum aciẽ in terrã defigit, ne venabula expauescat. Cæcus laudis, non probri nomen est, vnde præclarũ & insigne nomen Scipionum. Nam Cornel. ille, cui pater cæcus, velut Scipioni baculoq; innitens, firmabat gradum, sibi cog[illegible]omen ex ea pietate reperit: nomenq; ex c[illegible]g[illegible] e posteri[illegible] tradidit quo nullum eualit illustriu[illegible]. Antiquum illud chaos cæcitas fuit. Cæcitas philosopho[illegible] à Pl[illegible]tone ad modestiam erudiit, Academicos, vt eos ab assentiendi temeritate reuocaret. Cæcitas iudicibus persuasit, vt in causis maiorib. pronunt[illegible]rent. Non liquere, & amplius quærẽdum est e. Cæcitatem otio inertiæq, meæ prætexam, cum labo[illegible] s tædebit: &, [illegible] non dabitur in luce versari, desidebo in vmbra, neq, tutabor responso ducis fortissimi, qui solem non visurus præ sagittarum multitudine, vt hostes minabantur, hoc se [illegible] consolatus est, quod in vmbra pugnaturus esset. Cæcitas, in rebus cunctis acuit industriam. Non postremum & hoc ad me peruenict ex cæcitate cõmodum, quod si quid deliquero, deliquero impune: Quin & antiquis Grãmaticorum [illegible] accedet nouum [illegible]. Videte quo progrediar, nimia cæcitatis fiducia, cæcus aliis conor lumen accendere: & videntibus monstro viam. Heu doctorum inopiam. Heu solitudinem celeberrimæ quondam Academiæ! cuius me sane magis, quam mei miseret, pudetq, huius regiæ cathedræ, vbi res non ad triarios, vt est in vetere verbo, sed ad cæcos plane redijt. Valeant tamen querelæ, & habeatur potius cæcitati gratia, quæ me ad melius viuendum hortatur, pęne cogit mea voluntate, serio philosophari. Nunc enim demum incipio vim veræ, [illegible]lidæq; virtutis experiri, vt aduersus omnes minas impetusq; fortunæ præstare inuictam mentem possim, & ab argutis inanium quæstionum nugis, quibus miseræ scholæ personant, ad rectum animi cultum sapientiæ præcepta tradere.

ERYCI PVTEANI SCLOPI ENCOMIVM,

Seu

INTER PALLADIS ORNAMENTA SCLOPVS EST.

IN hæc subsellia conscendo, contra Doctorem breuiter declamaturus, lectissimi iuuenes. Ne miremini: nec inconsultus, nec insolitus hic meus conatus est. Nam per eloquentiæ exercendæ rationem licet, vt diuersum sentiamus ac loquamur: & Maiores nostri in hac ipsa schola Antagonistas delegerunt, quibuscum lingua prœliarentur. Togam suam in argumenti patrocinium produxit: futurum non arbitror, vt ex pallio propositum meum condemnetis. Sagum quoddam & insigne Martis mihi erit, ab inimica orationis nuperæ proscriptione SCLOPVM defendenti. Duas causas acturus sum, dum vnam agam: & nostram, & SCLOPI. Illa etenim ætas nostra, vt Sclopum proiicere manu sine generosæ mentis infamia non possimus: eiusmodi instrumentum Sclopus est, in quo non tantum vim fulminis effictam, sed artis & ingenii miraculum videamus. Mirari cogor, dum mente contemplor eius industriam, qui construit: eius animum, qui displodit. Nihil profecto, præter ætatem: nihil præter dignitatem facimus, si in armis quoque ingenium colimus & vsurpamus. Non omne tempus libris adsignandum: dare quoque hæc Palæstra debet, qui pro principe, qui pro Patria, qui pro Religione depugnent. Non hoc solummodo agen-

agendum, vt animo docti prudentesque se dactibus etiam fortes existimamus. Cui numini litamus? quas artes colimus? Palladis. Illa non sapientiæ tantum præses, verum etiam belli. Hoc galea, hoc ægis, hoc hasta restatur. Quam vna ex parte patronam habemus, ex altera quoque habeamus. Nullus nobis è manibus, è cingulo, SCLOPVM detorqueat; nisi ab otiosis & imbellibus litteris tantum censeri velimus. Non est in SCLOPO crudelitas, ô Iuuenes. Finxit aduersarius, vti proscinderet. Si taliter sentiendum foret; nec pugio, nec ensis, nec lancea, nec arcus, dirum crudelitatis nomen effugerent. Nimirum in idem cum Bombarda conspirant, vt fugituræ animæ viam patefaciant. Quid? etiam benigni sumus, etiam miseremus; cum non auertenda machinæ violentia tollimus, quem diutius in viuis pati per scelus suum non possumus. Hoc namque fit; ne mortis acerbitatem subiturus, mortis quoque tyrannico timore crucietur. In equuleo, in carcere, crudelitatem repetimus: quippe præstant, ne moriatur, qui cadauer esse desideret; præstant, vt tam diu necem patiatur; quamdiu exspectat. Nec ideo à nobis hæc machina non vsurpanda; quod à Maioribus non vsurpata. Pari ratione, veterem religionem amplecti non debuerimus, quia prisci caruerũt; nec typis vti, nec aquas eliquandas igni date, nec in vndis molas statuere, nec bõbyces pretiose laborãtes fouere licebit; si SCLOPVM nõ tractare. Nam sicut hunc, sic illa, Maiores ignorauerunt. Attribuendum ingeniosæ ac felici nostri temporis industriæ, quod inuenire potuerit; quo facilius victoriam pararemus: & hac inuentione præstitum, quod præcedentia secula vicerimus, subsequuturam posteritatem in admirationem rapturi. Quisquis es, honores tibi decernendi fuerunt; statua ponenda, quod in orbem primus induxeris vsum tonantis instrumenti. Auctor es; quod ingenio pugnare didicerimus. Auctor es; quod vti admoueamus intrepido, manu tractemus audaci; cuius sonum sine consternatione pleriq; non audiunt. Auctor es; quod Iouis officiũ exercere cæpimus. Dolebunt nepotes quod inuentum vsurpabũt, in fastis inuentorem non legent. Nequaquam sceleri coniuncta victoria, quæ SCLOPO parta; tametsi dolose repertũ; quod aduersarium simul & spiritu, & defendẽdi facultate priuemus. Fortiter agit, qui sic pugnat; vt sibi resisti non possit. Luculentum victoriæ genus est, ingenioso dolo posse superare. In armis si cum laude dolos versare non liceret; ab Ænea sociisque suis mutatos clypeos ac assumpta Danaorum insignia; grandiloquus Maro non cecinisset. Etenim hoc conatus est; vt Anchisiadæ cuncta facinora, laudabilia, magnifica, heroica censerẽtur. Damnandi forent Græci; qui tum demum gloriose sibi conflixisse videbantur; cum non armorum tantum potentia, sed industria quoque calliditate, victoriam peperissent. Damnandi forent Romani, qui dolosis stratagematibus, munitissimas vrbes, maximos exercitus, potissimam terræ partem deuicerunt. Audacis animi robur ostendimus, exonerare Bombardam qui non expauescimus. Ipsa miscemus elementa; vt tonemus. Dire sonanti fragore tonitru, coruscanti flamma fulgur simulamus. Miratur ales armigera, nõ suos in terra Iouis audiri. Miratur cœlum infra se tonitrua debacchari. Miratur ipse Iuppiter; annum totum nostris fulminibus inquietum: sibi fas esse æstate tantũ sua iaculari. Insigniter facis, quisquis SCLOPVM persequeris: crudelitatem doces, quisquis inimicum lenta morte perimendum arbitraris. Gaudebit tali patrono Mezentius, qui

Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora,
(Tormenti genus) & sanie taboque fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Gaudebunt Busiris, Diomedes, Phalaris, Sylla; talem si crudelibus aris, ignìuomis equis, feruenti tauro, sæuo carceri, defensorem reppererint. Omnis ætas Tyrannos execrata! quis suadeat, vti simus? moras mortis nullus non damnauit: quis excuset? Lugerent mites Musæ; squallerent hi parietes; langueret Athenæum, eiusce modi sententiam si probaremus. Esto: vigeant alibi leges, quæ SCLOPVM ne gestari quidem permittant. De vestris ingeniis, ô Iuuenes, tam sinistre statuere nec libet; nec licet. Celsior indoles, generosior virtus, in pectoribus istis dominatur, quam vt abuti tam præclara machina cupiatis. Nihil conamini, nisi quod cum laude perfici posse iudicatis: non facitis, quod condemnatura subsequi queat Metanœa. Vt aurum reliquaq; metalla, sic arma censenda sunt: isti bona, qui nouit vti, isti mala, qui nescit. Non vsurpare proponitis, nisi recte: eis subtrahantur? ita me Deus! nemo dexteras vestras exarmare poterit, nisi idem ingenito candori atrocis iniuriæ stigma sit inusturus. Exesto puer, exesto mulier; animis caretis, quibus audeatis. Sic à natura comparatum; vt rigidi stetis, arma districta si fulgere tantum videritis, non tubere. Patrare quomodo queatis, quod, si fiat, spectare non sustinetis? Pectus Herculeum geras necessum est, quisquis in arenam SCLOPO pugnaturus descendis. Lædes furrean hostem, non sternes; hic maximum salutis periculum, ni te viriliter tueatis. Ipso nimirum vulnere ferocior, suo sanguini nõ timebit, tuo pertinaciter insistet. Erras toto cœlo; sola si displosione certaminis fortunam concludis. Bombardam non tegamus, si gerimus. Quod sine gloria nõ tractamus; sine dedecore non occultabimus. Palam feramus; vt quiuis intelligat; inesse nobis animũ, qui pugnam non exhorrescat: palã feramus, vt hostis ipse cognoscat: quod imprudentem nõ simus innasuri. Sic generositatis famam merebimur, proditoriæ machinationis suspicione amoliemus. Cur Academiæ sci. a prohibeant: minatę studemus indoli, Principis saluti, Patriæ tranquillitati, cum non Mineruæ tantum, sed Marti simul operamur. Facimus enim, vt aliquãdo non minus dexteris, quam consiliis, iuuare possimus. Facimus; vt cũ res exiget, pugnare sciamus, non discamus. Accusabit PALLADEM, quod armata sit, quisquis ab Athenæis armorum exercitia secludenda iudicabit. Amænissima certe venatio, quæ SCLOPOS admittit. Quid iucundius adspectu? quam transuerberatas eminus feras sublimibus montium iugis delabi. Quid suauius factu? quam vnica glãde impetrare, in quod multorum canum ardens velocitas ad aboret. Quid præstantius? quam sic peritis oculis Bombardam dirigere; vt alites ipsa volatus mobilitas ab ictu non defendat. Intrepidi sumus hac machina: optamus obuias dari feras, quæ nullã victoriam patiantur, nisi difficilem. Quispiam censear nobis ipsis ab hoc instrumẽto verendum? Telum imbelle sine ictu coniicit. Neque enim tam supinæ sumus inertiæ; vt nostro corpore plumbum hausiamus: quod alienæ neci destinauimus. Artis & ingenii præstantia fecimus, vt in SCLOPOS imperium habeamus. Hæc dixi lectissimi Iuuenes: vt experirer, quid in eloquẽtiæ Palæstra sperare deberẽ; vt ostenderem: nihil esse, cuius contraria sententia rhetorico conatu defendi non posset. Ignoscetis, quod in hoc loco perstrepuerim; in quo nil, nisi meras Suadelæ Veneres semper audiuistis. Eloquar? optime mihi perorasse videbor: si non persuasero. MATTHIAS BONERVS.

THOMÆ LINEI BVSCI
AD ADOLPHVM A BVRGVNDIA,
Principem Beuerium ac Veranum Belli Encomium.

MARS LOQVITVR.

INuitis sane auribus, viri præstantissimi, falsas pacis laudes, prolixis orationibus luculenter celebrari audio. Nam perpetuos iam viginti dies (totidem enim elapsos puto, ex quo Cameracum veni: vt huic amplissimo nobilium hominum consessui adessem, idq; inuisibilis & clancularius arbiter) nũquam hic cessatum ab

eximiis ignauæ pacis præconiis, contra belli rei pariter & iucũdiſſimæ & honeſtiſſimæ iniuriis, calumnias. Porro autem dum expecto, quando aliquis aſſurgat belli vindex, vereris erga ſe noſtri beneficũ memor (quãdoquidem præſentium magna pars, bonam cum fortunæ, tum nobilitatis partẽ numini noſtro debet) qui vel extemporanea oratiuncula, in cauſa tam illuſtri, & ampla, vt exitus, magis quam dicendi copia quærẽda videatur, nos a maledicentia improbiſſimorũ timidiſſimorumq; hominum vindicet; ipſa re comperio: nomen noſtrum aliquando celebre, plurib. odiis & accuſationib. obſcurari in dies: & quo expecto diutius, eo minus ſalutis ſpei relinqui. Imo eo plane ſpectare video conſiliũ quorundam non infimi virorũ ſubſellii; vt ad gratiã hic præſentium dominatũ, ſexus videlicet imbellis, vniuerſis Chriſtianorum finibus me ſemel eiciant: nihil tale de illis commeritum; vt qui à me ſint non honoribus tantum aucti, verum etiam regnis diuitiiſq; locupletati. Verum dolorem, quem cum multis communem mihi eſſe fortuna voluit, fero potẽtius, ſolor facilius. Non enim nũc primum cœpit hic eſſe rerum humanarũ æſtus; vt mali peſſimeque de rebus mortalium meriti, gloriam, honorem, præmia ampliſſima pro maleficiis conſequantur: illi vero qui conſiliis induſtria, opera ſua maxima rempub. iuuere, negligantur, onerentur calumniis, proſcribantur: id quod alterum Romanæ ciuitatis cõditorem F. Camillum, parentem patriæ M. T Ciceronem, innumeroſq; alios (quorum fidem & conſtantiam miratur poſteritas) ſatis teſtatum memoriæ relinquere: qui cum in armis pariter & toga incredibilem ſuæ patriæ gloriam, poſt multos exantlatos labores peperiſſent, poſtea tamen compulſi fuerunt, accepta infami capitis diminutione, ſolum exilii cauſa vertere, aut certe non ante patriam, quam vitam amittere: adeo leuis eſt cum apud omnes, tum maxime multitudinẽ accepti beneficii memoria.

Neq; vero in hoc iudicio deſunt, qui re diligentius perpenſa, ac penitus introſpecta, quid ſibi & reipub. expediat, clare peruideant: dicere tamẽ ceſſant partim metu, partim ſtudio reginis complacendi: quæ ſummo ſibi honori fore pronuntiant; ſi quod ipſis regibus non licuit, aut certe non placuit, bellum ſaluberrimam rem populo, è medio auferre queant. Quod igitur multi clariſſimi viri, facundiſſimique ſedentes tacent; non eo referendum, quaſi affectu ſtudiiſq; cauſæ noſtræ deſint: quam etiam (ſi ſatis animos veſtros perſpectos habeo) vos ipſi iudices non nihil ſubleuatam velitis: ſed quod tam in periculoſo iudicio metu ab officio retrahantur. Equidem video hoc meo exordio, alios veluti è luctu & lacrymis ſubito ad gaudium reuocatos, miro congratulari applauſu ſtudio noſtro: lętarique ſurrexiſſe eum, quem neque metus potentium, neque ira plebeiorum, ſit facile ab officio remotura. Alios vero formidine contremiſcere, conſcios ſibi ſuæ turpitudinis, vt opinor: nam dum arbitrati ſunt neminem auſurum contradicere, tum per prætextum beneuolentiæ erga rempub. ſuæ conſulere volentes ignauiæ, tum ab reginis inire gratiam captantes, peſſima pro optimis laudare, optima pro peſſimis damnare ſunt aggreſſi. Ego vero etſi neque callidis Rhetorum ſtrophulis, neque ſubtilibus dialecticorum tendiculis, ſim inſtructus; prodii tamen in medium, facturus periculum: ecquid contra numeroſas, ac multo ſtudio elaboratas orationes, nuda valeat veritas. Quanquam minime obſcurum mihi ſit, Iudices animos veſtros nonnihil acclinatos, imo potius pertractos eſſe in aduerſariorum ſentẽtiam, improbis rhetorculorum & concitatis vociferationibus; quibus nos lacerarunt, nemine præſertim repugnante: tamen conſolatur me, cum vnicũ afflictæ veritatis præſidium, æquitas conſtantiaque veſtra; tum cauſa, ſi quæ alia, vincibilis, adeoq; plana & perſpicua: vt nulla prorſus eam oratione opus habere, ne dum vllo orationis cõptioris lenocinio amiciendam putem. Si cauſam haberem ambiguam; aut multis controuerſiarum tricis implicatam; ſiue apud eos dicẽdum eſſet iudices, apud quos nullum aliud ab orationis fuco veritati ſit ſubſidium; nunquam hodie ad orandum cauſam acceſſiſſem, atque tam multis infantiæ meæ commodia debilitatam æquitatem, irridendam, opprimendamque expoſuiſſem. Confidãt Batauus ille & qui aſtant haud ignauæ pacis ἐγκωμιασταί, in cauſa iniqua, eloquentiæ, quæ ſuperfluo fuci ornatu, aſſolet maniſeſtiſſima queq; ſuſpecta reddere: vincemus tamen re; vtut eloquentiæ viribus cogamur cedere: maxime cum apud iudices mihi dicendum ſit, apud quos ſic confirmata eſt veritas: vt nulla gratia, nulla dicendi genere poſſit exagitari; quæ ſane ne noſtram cauſam nonnihil commendet, adeo nihil periculi, vt vel volenti addere, defutura ſit dictionis venuſtas: nempe cuius robur ventoſa in lingua nullum, armata in manu vis omnis ſemper fuerit. Cæcus ille noſter Homerus virtutem belli, ac immanem vocalitatem, & vt ipſius verbis vtar Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος non temere nobis tribuit, orationis vero vel mediocrem leporem dicendarumue cauſarum forenſium artificium, nemo. Vos itaque iudices primum orantem * in vita audietis; quamobrem ſi non omnia anxie ad rhetorum leges exequemur, ſit venia τῷ πρωτοπείρῳ: alia enim eſt manus alia linguæ promptitudo. Hanc autem gratiam partim Italiæ, partim Theologis, Monachis, Iuriſperitis, Medicis, Dialecticis, Rhetoribus, Sophiſtis, Grammaticis libenter debeo, quod ab ipſis, ſi nihil aliud poſt longam conſuetudinem, certe popularem latinæ linguæ cognitionem reportauerim. Huc accedit & aliud grauius incommodum; quod non præmeditato mihi dicere contigerit, aduerſus eos, qui multa diligentia inſtructis copiis, & euigilatis orationibus ad Demoſthenis lucernam, in hanc arenam deſcenderunt: ob dicendi peritiam, & diuturnam exercitationem, iam olim famoſi. Equidem quiduis poteram ſuſpicari citius, quam iſthuc infelicitatis redituras res noſtras, vt quod antea nunquam, nunc ipſo pro me cauſam dicere compellerer; præſertim apud aulicorum gentem vſu pariter & poſſeſſione, vere meam; quibus ne vita quidem ipſa ſine me ſuauis videri ſoleat: qui toties abeuntem reuocarunt, toties calide ſopitum excitarunt; deniq; quibus quiſquis potius, atq; ego, inutilis: Etſi beneficii in ſe noſtri parum memores, tam grauibus oneratum calumniis turpiter deſerant, cauſamque aduerſariis taciti tradant. Ob cuius rei indignitatẽ immenſus mihi obortus dolor, aliquamdiu animũ quidem fuſi enſium, ſpiritũ vero interclusum habuit: incertumque animi fecit: diceremne, an me intra ſilentia continerem, vt marte indicta cauſa condemnato deportatoque, certius diſcerent quantum compendii tulerit, quantumque diſpendii ocioſa pax ſecum ferat: ſic enim ferme affecti ſunt mortales, vt præſentia commoda negligant, requirant auidius eadem abſentia. Cæterum vicit dolorem ſtudium meum erga rempub, cuius honor priuato commodo ſemper fuit antiquior. Vicit amor populi mei. qui coegit, vt omnem quæ paulo ante tuentibus vobis obducta mortalis hebetabat viſus, & humida circum caligabat, eriperem nubem; atque inuiſibilis viſibilibus, immortalis mortalibus, Deus hominibus me videndum darem. Sed iam dudum audio vos iunctis capitibus, neſcio quid conſuſurrare, & (vt coniicio) de nomine noſtro diſceptare: quis ego ſim tam temerarius, mirari, qui nihil verear multorum ampliſſimæ authoritatis virorum ſententiis ſolus obſtrepere, pacem tam gratam, tam plauſibilem omni populo vituperare, bellum anteferre. Ne hic quidem animos veſtros dubios diutius patiar: quanquam multos veſtrum credam vel ex ipſa fronte, vel hoc orationis noſtræ exordio, ſatis animaduertiſſe qui ſim. Ego itaq; quem præſtanti ac robuſto corpore, efferato vultu, toruis atq; flammiuomis oculis, coram conſpicitis, ſum

mars

mars ille, græcis Ἄρης ἐκ τοῦ αἴρειν ἢ ἀέρειν quemadmodum belliсosum Deum decet appellatus: Ἄρης ille inquam ὀμβριμόθυμος ὑπέροχος καὶ ἀρχὸς ὀλύμπου, qui solus leges stabilio, iniuria oppressos subleuo, malos coerceo, & vt semel dicam, vnica Deum pariter & hominum felicitas & beatitudo: quod post pauca ꝓ virib. commonstrare annitemur. Neq; enim alicui, maxime in hoc cõsilio hominũ nobilium, mirũ aut nouũ videri debet, si, quod alias semper soleo, quodq; cũ omnib. vobis mihi cõmune est, nũc destitutus omni aduocationis præsidio; ipse sim mearum laudum buccinator. Inter prima disciplinæ suæ rudimenta, stultitia me docuit: cuius diligẽtia sum educatus (vt postea per occasionẽ dicemus) vt quãcumq; oportunitatẽ nactus, sedulus essem mei ipsius admirator, & laudator. Quo minus eandẽ consuetudinem vobis quoq; manere generosissimis viris: nempe in nostris castris ab ipso marte, & nutrice nostra stultitia edoctis. Nouistis iuxta mecum, quãta cũ voluptate soleatis egregia vestra domi militiæq; perpetrata facinora recẽsere, cicatrices ostentare, quanta fide: verisimile enim est tua te melius neminẽ nouisse. Nam & ego nondum satis constare inter mortales de origine mea alioqui clarissima video: dum alii Ioue patre, matre Iunone progenitum, alii Iunone sola sine virili semine, contrectatione herbæ cuiusdam à Flora meretricum Dea monstratæ, autumant: nec desunt magni nominis viri, qualis Erasmus, qui stultitiæ filiam crediderunt. Si iuxta Rhetorũ præcepta non parum momenti habent, genus, patria, educatio, ad declarandum vniuscuiusq; ingenium quale sit: quid de Marte dicentib. iis, qui ne satis quidem nouerunt quid sit Mars, vnde oriundus, quibus parentib. quorum opera educatus, quib. virtutib. prędirus, deniq; quibus modis deuinxerit deos sibi pariter & homines, credemus? Quæ vbi aliqua ex parte exposuerimus (neque n. vt omnia dicamus vna sufficeret oratio, nec vestra requirit perspicacitas) tum demum, opinor, desinent immodici isti timidæ pacis præcones, rebus longe optimis petulanter obloqui, excusso somno, visuq; recepto, consilium in melius referent, mecumq; Mauortem monebunt rerũ Dominum, nisi malint perpetuo male currere, quam recurrere tempestiue. At quiritabuntur isti statim initio, sat scio, ad vmbram scarabæi trepidi, qui non tam paci quam suæ inertiæ (vt ne quid grauius dicam) consultum velint: indignum facinus, actum esse de reb. mortalium, si sic fit, iniqua oratione velis, æqua deprimi: non audiendum Martem suam causam orantem, neminem ignorare nihil esse tam turpe ac inhonestum, quod non orationis fuco, vel in speciem cõmendari possit, sansiam ostensum esse. Bellum malorum omnium esse officinam, publicum omnis calamitatis seminarium, omnium scelerum segetem vberrimam, religionis perniciem. O homines argutos si idem sit conuitiari scurriliter, & argumentis conuincere. At quid tandem, per Deos immortales, vultis vobis ineptis istis vociferationibus, vt oblique iudices dementiæ, principes insaniæ, populum stultitiæ, accusetis? recte sane an potius vt in me concitatius peroreris? O stupidos accusatores igitur, qui dum in aduersariũ inuehimini ardentius, iudicum apud quos dicitis obliuiscamini. Nã si bellum fœda res est, pestilens sentina, & lerna malorum, inimica religioni, quod vociferamini, non iam primum eiectum, post tam longam consuetudinem, sed ne initio quidem à nobilibus approbatum, à principibus denunciatum: à populo exercitum oportuit. Videtis ne iam iudices quibus cuniculis vos petant? quanta insania satagant inuoluere vos, summos orbis monarchas, populumq; Christianum vniuersim, quasi rei inhonestissimæ tot annos operam dederint? Priusquam igitur vlterius progrediar iudices, duo vos orabo. Primum, vt aduersarios sic vestra compescat authoritas, vt ne præter morem antiquum iudiciorum, dicentem obturbent: sed finem propositæ orationis patienter expectent. Alterum si tenellas suas aures nobis non denegabunt, quas in rebus delicationibus habent egregie patulas, non solum à nobis staturos confido, verum etiam gratias acturos certo scio, quod tam obstinato, ac periculoso errore ipsos liberauimus. Qui vulneribus, seu exulceratis affliguntur membris, vel leui digito stringenti vomicam chirurgo serio irascuntur: at eam iram sic obliterat consecutæ sanitatis voluptas: vt gratias quoque referant, nedum medico succenseant. Alterum est vt eam benigne audiendi beneuolentiam mihi præstetis, quam aliquãdo fortiter pugnando, patrandisque egregiis facinoribus præstitistis. Quod si quædam sic dicentur vt ad Hæreticos potius spectare, quam ad nos videri possint, ea in meliorem partem admittere oro ne vestra grauetur æquitas. Etenim cum videam naturam meam, studiaque erga rempublicam, mihi hodie apud vos explicanda, non tam mihi habenda ratio, quæ vestra sit de Marte sententia, quam quid moliantur aduersarii, & nostri seculi hęretici obseruandum. Quibus dum obiter respondebimus, meminisse debetis, iudices, me non tam à bello crimen depellere, quam à vobis regibus ipsis populoque Christiano. Quorum omnium si in præsenti causam suscepimus, iustum erit iudices, vos seposito omni affectu & odio (si qui vel illud domo huc attulistis) rem ipsam putare: & magnopere cauere, ne, quod olim, stultitiæ reprehensionem incurratis: quam quo pacto effugere possitis nõ inuenio, si iam inhonestum aut malum censebitis, quod magno studio multos annos fouistis, & amplexi estis. Primum igitur omnium operæ facturus precium videor, si paucis expediero genus, patriam, educationem, quod super his eruditi sententias variant, tum quod hodie moris est, non vt olim, laudatis facinoribus virtutem nobilitatemq; metiri, sed vetustis stemmatibus, superbis maiorum imaginibus: vsq; adeo pluris habetur, qui à suis nobilitatem velut iure hæreditario acceperit, eo, qui suis prælucens maioribus, progeniem suam clariorem accepta reddiderit, nobilitatisq; origo fuerit: reclamante interim Iuuenale, sed frustra, *malo pater tibi sit Thersites dummodo tu sis Æacidæ similis quam te Thersitæ similem producat Achilles*: Atqui omnium nobilitatem facile superant οἱ ἐκ βαλαντίων, ὡς εἶπέ τις, γεννῶσι: quandoquidem *& genus & formam regina pecunia donat*. Quod ad me attinet, *veniam quocunq; vocarus*: siue generis origine, siue eatorthomatis, siue opibus sit contendendum, nusquã nõ me rer maximum declarauero. Quanquam infra nostram maiestatem fuerit, in istiusmodi comparationis certamen, cum quopiam mortalium descendere, qui Iouem ipsum Deorum patrem, vt multis aliis dotibus, sic etiam generis claritudine, multis parasangis post tergum relinquo. Non enim ille è Iunone vt quidam fabulantur, neq; Iuno sola (quod putauit Ouidius) me genuit, verum ὑψιβρεμέτης ille καὶ νεφεληγερέτης ab æterno Deus, è iustitia, quæ & ipsa æterna cum ipso est, genuit: idque in cœlo non fabuloso illo deorum gentium sed vero: genuit autem non humano more: sed mirabili & difficili ad fidem, præsertim apud homines. Neque id de nihilo temere, verum Diomedæa quadam necessitate tantum non coactus. Quod intelligeret meo patrocinio opus esse: nisi statim turbato cœlestis hierarchiæ ordine, sibi creatori æquatas creaturas, suos angelos voluisset. Etenim Lucifer ille inter angelicus coetus tum primarius, & forma genius singulari, cum dixisset in corde suo: *In cœlũ conscendã, supra astra Dei exaltabo solium meũ, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendã super altitudinem nubium, similis ero altissimo*: suadente iustitia (quæ vnicuiq; digna factis expendit) fautoris S. Michael, per me superbum dæmoniacum omnib. eiusdem animi sociis, de cœlo in tartari barathrum præcipitauit: & hoc primum facinus in cœlesti patria. Hinc D. Gregorius nihil mirum putandum ducit si homines inter se rixentur belligerenturque cum arte omnia in cœlo vbi tanta tonus machinæ harmonia, tam constans animorum concordia esse perhibetur, sit acriter a spiritibus dimicatum. Verum in patria

rebus satis iam pacatis, rursum Lucifer caussa extitit, quamobrem in terras dimitterer, vel eo nomine mihi odiosissimus quod tam suaui patria, tantis voluptatib. me priuauerit. Nam postquam semel in hanc terram descendi, nulla spes reuisendi cœli vnquam affulsit, ὅθεν καὶ ἐδῶσι καὶ πίνησι μάκαρες nos obseruantibus hominib. Is igitur (quem dixi) Lucifer, ægre ferens tam splendida se possessione deiectum, intelligensque eam ad hominum vsum ab altissimo destinatam, quibus non poterat non magnopere inuidere eam felicitatem, quæ sibi adempta esset, cõsilium meditatur, si qua hominẽ quoque suo bono fraudare queat. Expertus itaq. cum Deo superbos recipi eodem contubernio non posse, quo ipse poterat, hominem aggressus, telo perdidit, paradiso pariter & cœlo exclusit. Quæ prima inter Deum & hominem, carnẽ & spiritum origo tam grauis belli, tam atrocis dissidii. Hinc à domino protoplastus ille homo per me Paradiso voluptatis eiectus est, positusq; cherubin ante paradisum voluptatis, & flãmeus gladius & versatilis ad custodiendam viam ligni vitæ. Sed & portæ cœlorum deinceps adeo validis clausæ fuerunt vectibus ac repagulis, vt nulli mortalium quantumuis pio pateret introitus, donec generosus ille heros exurgeret, qui sua humilitate humanã superbiã obfuscauit, sua obedientia inobedientię crimẽ extinxit & contuso versutissimi serpẽtis venenato capite, suos in victoriæ spẽ erexit, pugnãtes cum reliquis solum membris, parum ægroto & confecto iam capite, valentibus. Habetis igitur genus diis ipsis inuidiosum. Habetis patriæ solum, ad quod fortunatæ insulæ, non sunt fortunatæ: licet enim hic ἀνήροτα καὶ ἄσπαρτα proueniant, non tamen ob id infelicior mea patria erit, quibus vbi nullus prouentuum vsus, vbi nihil cogitare possis, quo non cum ipsa illico cogitantia affatim expleatis: Erasmus Roterodamus, qui alias quacunque occasione hostili, deuotissimoque animo punctim cæsimque me petit, planeque is mihi est, qui Agamemnoni Tersites, stultitiæ laudes enumeraturus, inter primas retulit, quod me (talem videlicet Deum) edidisset: cui si me honori esse vere credidit, quemadmodum sæpenumero visum est, ob liberorum virtutem, colo parentem: qua tandem fronte alibi post multas calumniarum sarcinas, publicam quoque rerum humanarum, omnis pietatis pestem appellitat? quæ hæc in Getu suo verborum constantia? vos iudices decernite, quid in reliquis suis logis vir iste fidei mereatur, qui veluti diuersis scenis inseruiens vituperat iam, quod paulo ante laudarat. Ego certe vituperium ignauorum hominum non moror, quod summam esse laudem sciam ab ignauis & improbis vituperari: laudari, verum vituperium. Et quid mirum? si bellum iis displicet qui summam vitæ [illegible] in ocio constituunt, & voluptates genusque illud [illegible] auide sectantur, qui omnes principes Mæcenates volunt, sibique omnem pecuniam, potius quam reipub. commodis impendi postulant, quo ociis liceat miseras ebattas perdere. Et quamuis, etiam parum falso me stultitia genitum putauit, tamen hoc nihil ad rem facit. Porro eius erroris hanc puto datam ansam, quod in cœlo simul & paradiso gesti belli immemor, tum primum me natum arbitratur, cum aothore stultitia inter heroas illos (quos Deus voluit antiquitas ob meam consuetudinem) versari cœpi. Quod sane licet etiamnum me puero, multis post natiuitatem annis factum commeminerim. At ne quis existimet me loqui pugnantia, admonendi estis, aliam deorum, aliam hominum rationem ætatis esse. Hi siquidem ζεραχιδικοὶ sunt, adulescunt maturius. Illi vero secus, qui ætates inter se quodammodo respondeant, ne contingat multo diutius senes esse, quæ ætas de se tristis, ac morosa est, quam pueros, adolescentes, iuuenes. Itaque redeuntibus ac relabentibus annis, cum omnia in deterius mutarentur, videreturque hominibus probabilibus, è sui libidine animi vniuersa attemperare potius, quam ex æquo & bono, adeo grauis visa mortalibus optime merita mater iustitia: vt non solum publicitus irrisa & conculcata fuerit, verum etiam tam acri exagitata inuidia, vt ægre saluti suæ consuleret, è terris in cœlum inita fuga. Me vero quoniam dentibus & vnguibus retinebant homines, secum abstrahere non valuit: sed tenellum & paulominus in crepundiis adhuc vagientẽ, sæua reliquit. Ex illo de nobis actũ fuisset, nisi nostri misertæ stultitia curã suscepisset, mammã præbuisset, præmandisset, atq; omnino matris loco fuisset. Cæterũ vbi officiosæ nutricis officio per omnia esset defuncta, iã & pubescenti consiliarios, fidissimosq; vitæ socios addidit, furorẽ, ambitionẽ, terrorẽ, timorem, inuidiam istis adiecit indiuiduam comitem, nulloque tempore satis laudatam, quam Græci ἔριν, Latini pertinaciam, contentionem, seu litem vocare possunt, quæ alias deas omnes facile antecellit. Nam etiamsi initio non ita erecta esse soleat, neque vehementer assurgere, mox tamen adeo attollitur, vt vertice proxime ad cœlum accedat, cum pedibus calcet terram. Vnde eam sic cecinit meus Homerus, sororem nobis esse asserens καὶ ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα, Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη, ἑτάρη τε, ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα, οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. Itaque splendido isto comitatum & luculento strepitu exornatum, omnibus suis cultoribus illum familiarem reddidit, Regibus, Principibus, Pontificibus, Episcopis, Monachis, Theologis, Medicis, Iurisperitis, Rhetoribus, Sophistis, Grammaticis, denique vniuersis comprehensim mortalibus, tam sacris quam prophanis. Quis enim ignorat latissime regnare stultitiam, nisi qui eius encomium forte non legerit? Plures sunt stulti, quam homines, cùm finiti numero sint homines, stultorum numerus, attestante scriptura, sit infinitus. Tantis ergo in nos collocatis beneficiis, nihil tale promeritos, ita me sibi obnoxium fecit stultitia, vt quicquid ipsius familiaribus lubeat, per me liceat: modò ea res in nostro luco fanoque (quod aiunt) fuerit sita. Nam non iniuria hominum familiaritate indignus videter, si tanta religione numen nostrum colentibus, vllum commodum in me claudi patiar. Sed quid dixi familiarem hominibus reddidisse, quæ tam amabilem, tam meracissimæ voluptatis plenum effecit, vt cum suauissimarum etiam rerum, &, vt cum Homero dicam, κόρος, καὶ φιλότητος, μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο, facile obrepat satietas, ζῶσι tamen μάχης ἀκόρητοι ἔασι, quod certe de Troianis dictum vniuerso hominum generi non absurde applices: postquam multas nationes esse constat, quæ viuere quidem vnquam sine bello sustinuerunt: quale de Romanis ac Hispanis Historiæ cõmemorant. Et quidem præstexant quæ visum fuerit mortales: nisi bellum amarent, od sent pacem, non sic iugibus bellis inter se conflictarentur. Sane vero nihil hoc dignius, atque honestis rebus operam dare, si est honestum expetendum etiamsi cum damno sit coniunctum, ante omnia bellum expeti debere arbitror, quod inter honesta vtilissimum, inter vtilia honestissimum est. Hinc factum vt in omni repub. bellatores tanquam patriæ tutores & vindices, pulcherrimum locum sortiantur, Et Aristoteles quintam ciuitatis partem assignat propugnatoribus atq; armigeris, quos dicit non solum honestos, sed necessarios nisi inimicis velimus seruire. Vnde existimo neminem in considerationem admissurum: sit ne bellum res honesta, nisi quis ambiget, laudene an vituperio digna sit nobilitas, immortalitas, diuinitas, quæ bello parantur & propagantur. Maxime quando vel solo belli nomine audito, quisq; pulcherrimæ cuiusdam rei imaginem statim animo concipit. Quoniam eum maioribus nostris pro more fuerit, non temere, sed rebus congruentia naturæ nomina indere; quod multis verbis in Cratylo suo prosequitur Plato ille diuinus, belli vocabulum bellissimæ & honorandissimæ rei voluerunt dare: ne postea alicui ambiguum foret, primum honorem in omni repub. Bello deferendum. Siquidem & primum populum in

vnum

vnum locum coegit; vrbes mœnibus vallisque cingere docuit; cunctas ab interitu vindicat. Hæc quia non viderunt aut dissimularũt vlla Grammatici aliquot ignaui, ne suum ociũ turbandi occasionem aliis darent, maluerunt inscitiæ potius reprehẽsionem incurrere, quam germanam belli etymologiã aperire. Atq; alii quidem bello, ita me dii ament, cõmento bellum, quasi minime bonum per Antiphrasin dictum prodiderunt; qui à suæ familiæ hominib. ita ridentur & imperitiæ traducũtur; vt miseratione citius quã grauiore animaduersione, dignos putem. Alii inter quos Festus, bellũ à bellua nouo, vt opinor, schemate dictum somniarunt: quæ hæc noua est etymologiæ ratio? dicamus igitur si sic placet literas sic dictas a literatis, tuoicas à tuoicatis, ocreas ab ocreatis; quæ q̃ sit ridicula, nemo est quin videat. Pluris apud me fuit eritque semper Plato, qui ex consideratis diu rerũ qualitatibus, imposita nomina luculenter demonstrat. Ego autem iuxta rei veritatem, assumpto aliquantisper Grammatici munere, contra doceo: vt literati à literis, armati ab armis, belluas à bello denominatas; ꝙ bello, belle videlicet rei haud infrequenter operam nauare sint visæ; qua sane veluti optima & cõmuni bono nullũ animãtium genus priuatẽ, æterna Dei prouidentia voluit. Quod quo euadat clarius, quæso paulisper animũ attendite, & videbitis singulis animãtium generibus, latentis odii quoddã seminariũ, de industria naturã indidisse: vt ad quem modũ elemẽtis nobiscum perfruuntur cõmunibus, ad eum belli necessariũ nõ minus necessarii, cõmoditatibus potiãtur. Terrestria inter se immani feritate cõgrediuntur. Piscis piscẽ vorat: non auis ab aue tuta: quorũ pugnas & odia si vacet p species exponere; nemo posthac admiraretur ranarum & murium pugnas; non agrestẽ canum cũ feris odium, non irreuocabile agathalli & acanthilidis dissidium: nõ murenæ & congri cruenta prælia: quippe videret & formicis suam itã esse; neq; vllum prorsus nominari animalculum, siue insectum sit, siue etiam minutius, ꝙ non in aliud naturali quodã odio feratur. Quod vt maiori studio exercerent, etiã armorum aliquo præsidio vniuersa animalia parens natura voluit munire: hinc videas aliis dentes, aliis vngues, aliis squammas, aliis testas, aliis rostra, aliis cornua, aliis setas, aliis spinas, aliis alas, armorum loco addidisse. Verum (dicent) hominẽ inermem, vt tenella omnino cute circumtectũ, natura edidit. Nõ quo bello interdiceret; sed ne præter morẽ suum quicq̃ frustra faceret. Videbat enim nihil op⁹ esse illi arma cognasci: quia ea suo ingenio multo meliora facile esset inuenturus. Iam si arma homini cognata essent, vna aliqua ac omnib. paria, vti reliqs speciarim bestiis fuissent. At cõueniebat qui cæteris erat futurus dignitate plurimisq; donib. superior, armorũ quoq; varietate esset præstantior. Quanquã non video cur homini natiua arma deesse querantur; dum constat ante istum armorũ vsum veteres pugnis, vnde pugna dicta est, morsu & calcibus certare solitos: Sic enim habet Lucretius, *arma antiqua, manus, vngues dentesq, fuerũt.* Id enim naturæ atq; adeo Dei Opt. Max. proprium, suo beneficio omnium cõmoditatibus consulere. Atq; etiã istud armorum genus, quo iam vtuntur mortales ad authorem naturã non inepte quis retulerit: nam antiquissimã hominum parentẽ & altricẽ terrã, iorer cæteras humani generis delicias, æs & vulnificum chalybem ꝓducere voluit, industriamq; aptandi ea, in arma, ingeniis horũ vltro inseuit. Atqui tmemur aliquantum vniuersi naturam profundius; & compertiemus, naturam, siue Deum potius, discordia rerũ mirifice oblectatum esse. Nam si oculos physicos ad cœlestis machinæ architecturã inflexerimus; videbimus errantium sydetũ (quos planetas græco nomine dicunt) interq; ea solis & lunæ meatus contrariũ mundo agere cursum, id est, læuum, semp illo in dextrã præcipiti: idq; necessario: nam si aliter fiat, conuolutus aër eandem in partem, æterna mũdi vertigine, ignauo globo torperet: qui iam hudiente aduerso syderum verbere discretus & dig. stus. Sed & vis sy derum eorũdem, multum diuersa

& pugnans, alia siccant, torrent, durant, alia humectãt, soluunt, laxant. Venti non ab vna mundi plaga spirantes quo laboriosum spiritum flatus concordia, & mutua opera iuuent: verum proprium eorumque quisquis antimachum fortitus, maximo conamine in mutuum exitium cõspirant. Iam oculos (si placet) vertamus parumper ad primordia rerum, quæ elemẽta nuncupamus, inter quæ maximam esse qualitatum pugnantiam etiam vulgus indoctum experientia didicit: *frigida pugnant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere habẽtia pondus.* Quod Homerus fabulosis quibusdam velamentis consignauit; compugnantes siquidem effingens Deos; nihil q̃ dissidentem naturam nobis innuit: vt dum Neptunus diuersum Phœbo in acie locum tuetur, tacitis fabularum inuolucris significat, caliditatẽ siccitatemque hume ris & frigoris potẽtiæ obluctari: ad eum modum, qui volet aliorum Deorum cõgressus, physica allegoria interpretabitur: nos breuitati studebimus. At ne his tam stupendis exemplis, approbasse satis discordiã videretur genitor meus ille, creator rerũ omnium; præsertim ꝙ pauci sint, qui aliquando veluti extra seipsos egressi, latẽtes naturę affectiones scrutentur: ipsum domestico exemplo, nõ modo id in humano corpore, sed omni naturali, testatum reliquit; dum ea nõ aliunde, q̃ pugnantibus istis principiis finxerit. Hinc in omni corpore belligerantur magnis tumultib. & ipsi corpori plurimum noxiis & exitialib⁹, frigus & humidum cum sicco calidoque: dum quodq; pro se, summo annisu ad dominium, cum submissione aduersarii, contendit: & ex cibo potuque maxime auxiliatrices copias cogit, ad imperium robur: donec corrogatis vndecunq; auxiliis, tyrannidem stabiliat; diuersam partem opprimat; denique corpus totum, vel affligat crudeliter, vel dissoluat omnino; nisi oppressæ parti medicorũ præsidium mature succurrerit: Et cum hæc ita se habeant; postea tamen miramur non modo belluas, verum etiam homines, nullo non sæculo ad contentiones, rixas, bella, propensiores q̃ ad pacem fuisse? quin potius miramini tam patientis auris esse aliquẽ, vt pacis vocabulũ vl o modo audire sustineat? quæ hæc insania est; postulare vt qui è dissidentibus partib. coaluerit, in pace vitam exigat: hoc est, sphæra in præcipitio quiescat, ignis non adurat? An non exemplo satis fuerunt Gigantes; quã non sit tutum naturæ repugnare? ꝙ θεομαχεῖν interpretat⁹ est Cicero? quanto prudentius Onomademus, (naturæ vi expensa, cũ videret, sine bello, non magis atq; aqua & igni, cõsistere posse vitã hominũ) censuit nõ auferẽdos è medio, qui diuersarũ essent partiũ; ne sublatis inimicis omnib. cũ amicis incipiamus bellum gerere: cõsimpris autẽ in hostes huiusmodi affectib⁹, magis comes simus in amicos. Videtisne igitur iudices priuatas ẽt amicitias, quib⁹ post bellum hominib⁹ nihil charius esse solet, vna cum bello auferri? hæc si nõ vident aduersarii nostri, stupiditatis est: si animaduersa dissimulãt, impudẽtiæ. Ego vero ꝓ mea erga rempub. religione, nõ quiescã donec publica rutius oibus fraus, q̃ sceleratissimi aliquot viri facere cõposito satagũt, nostra oratione proferatur, vestro cõsilio vindicetur. Cæterum de natura dicẽdi priusquã finem faciam, ẽt hoc videte; quemadmodũ ad belli gratiam, in viri idolo nõnihil sit prænaricata. Nam cũ mulierũ parti inferiori corpulẽtiam fere tribuerit; superiori vero dempserit; virum nullo modo mammarũ impedimento, superiori parte robustiorem fecit quo & thorax scutis, & lanceis telisque vibrandis sufficerent brachia. Inferna viri, noluit mulierum in morem, carnoso pondere prægrauari; vt foret ad saltus, cursus, & fugam, agilior: aliquando enim strenue fugere, nõ minoris laudis est, q̃ fortiter præliari. Si alicui nondum perspicuum est est satis; quãtopere discordiæ natura studuerit: dabo argumentũ euidentius. Quoniã similitudo amicitiæ conciliatrix est, voluit oẽs homines inter se nõ facie tãtum, sed animo, consilio, opinionib. iudiciisq̃ dissimilli mos esse adeo vt in tanta multitudine, haud temere duos reperias, qui aut vultu sint simili aut probent eadem.

Quot homines, tot sententiæ: suus cuiq; mos est: quod huic bonum, illi malum: quid illi suaue, huic amarum: Inde etiã Horatio *tres conuiuæ prope etiam dissentire videntur, poscentes vario multum diuersa palato.* At multo maiorem inesse ingeniis, quam palatos diuersitatem vel cæco appareat. Isti autem qui hominem paci, concordiæq; natura natum pertinaciter clamitant, hoc mihi respondeãt vehementer velim; an dum bellicis operam dant homines, cõtra naturam suam facere arbitrentur? quod si est, cur nemo miraculi vice habet, sed ne miratur quidem omnino, vniuersum terrarum orbem, iam inde ab origine vsq; in præsentem diem, perpetuis bellorum tumultib. æstuasse: & cum quasi fœda quædam portenta, eos abominemur qui vel leuiter contra naturam aliquid cõmittunt, hic insigni clementia (iustis credimus) solis bellatorib. ad nominis immortalitatẽ triumphos decernimus; statuas in publicis locis consecramus: cui ignaui vocabulum tam ferunt impotenter, etiam qui sunt ignauissimi, bellaces affectant omnes videri: cur belligerorum gesta eximia, tot monumẽtis clarissimi scriptores tradiderũt posteritati, quietorum vero ne nomina quidem memorabilia putauerunt, etiã illi qui otio plurimum sunt gauisi? si semel & iterum duntaxat bellatum est, furiis acceptum referamus; aut si placet in Aten Homericam reiiciatur. Si à solis Scythis, detur gentis feritati, si græcis, leuitati nationis tribuatur; si Romanis, origini, quã attrahũt imputemus: at nulla natio sub cœlo est, quin nullo non seculo Martis numini religiosissime litauerit. Percurrite vtramq; Asiam. Libyam, fœcundam bellis Europam; & dicite quæ sit regio, quod oppidum, qui pagus. quod collegium; imo si vacat, quæ familia quæ aut bello non tumultuetur, aut certe frequenter sit tumultuata; Hos extimulat ambitio, illos furor, alios inuidia, nonnullos contentio, non paucos gloria. Neque omnibus eadẽ belli facies. Hi ferro congrediuntur, istis calamus est arma, aliis lingua, cum mulieris in morem conuiciis venenatis concurrunt, & de lana caprina muliebriter rixantur. At multorum dissidiorum causas, si inuestiges diligentius; nihilo plus agas, quam si nodum (iuxta parœmiam) in scirpo quæras. Nam aut nullæ prorsus, aut tam leues & pueriles erunt, vt facile intelligas, inimicitias sumptas, pacis impatientia, belliq; cupidine potius, quam libidine vlciscẽdi. Alioqui excipe belli delicias & pacis incõmoda; deinde dic mihi, quid causæ sit, quãobrem Britannus Gallo, Gallus Flandro, Germanus Pannonio natura sit infensior. Nationis diuersitas. Audio. At rursus cur intra eiusdem gentis, imo ciuitatis pomœria, nobilis obscuro, equestris patricio, magistratus priuato, vrbanus rustico, pauper diuiti, prophanus ecclesiastico, monachus canonico, minor Coletæ, vterq; Iacobitæ, Iacobita Augustiniano, ille Carmelitæ, Iurisconsultus Theologo, Theologus Medico, Grammaticus omnibus sit inimicior? Fortunæ, conditionis, studiorum dissimilitudo. Bene sane, quasi res nihili qualis est professio, studium, habitus, color nonnihil diuersus, ac eiusmodi deliramenta, possint non dicam Christianos, sed homines in mutuum odium concitare, quos tam vnitatis sacramenta coniungere non possunt. Non sunt hæc, non sunt inquam ita: imo si verum fateri volumus, plurimum adiumenti ad concordiam, hanc diuersitatem afferre dicemus: dum varie distributis officiis, nemo viuat hominum ita αὐτάρκης, quin frequenter aliorum opera indigeat. Atqui (quãdoquidem quiduis potius bellum mouere insistis, quam ipsum sui causa appeti) si ista non leuis causa: verum quæram tertio. Cur igitur Theologus non communicat cum Theologo, cur Medicus Medico, Sophista Sophistæ, Monachus Monacho, Grammaticus Grãmatico, cantor cantori sit inimicus? Etenim æmulatio inter eiusdem mineruæ socios tam non est rara, aut noua; vt eam ante tot secula, Hesiodus non malus poeta, venustissimo carmine celebrauerit in libro cui titulus est, opera & dies, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Neq; tamen vt vnde studiorum isti, litibus & rixis, quibus omnia fora mire perstrepunt, odia finiunt ad ferrum & lapides concurritur. Dissimilitudinem qualemcunque vulos inimicitiarum matrem esse: & interim necessario confitemini maximam etiam similitudinẽ, hominum animos coniungere non posse: Cum contrariorum contrarios esse effectus philosophi sint authores. Alius igitur est bellãtium scopus, neque obscurus, neq; prauus; proprie hominis est, rebus amœnis, maxime si honestæ sunt, operam dare, ideoque nihil præter occasionẽ, quæ in omni negocio inuenienda est, quæritur. Hinc videas nullam iniuriam, ita leuem esse; quin bello vindice digna iudicetur. Ob verbulum vicinus in vicinum, quid dixi? filius in patrem, in fratrem frater, gener in socerum (est enim etiam hostiũ gratia rara) gladio, fustuario, vel quocunque tã lem furor armauerit, impetuosissime fertur. Sunt in pleno conuiuio, qui se magna contumelia læsos putent, atque illiso in caput poculo vindicandam, si recuses [illegible] appensum; sequendo præbibentem vigilare & ex alien a libidine, tuam sitim metiri. Quam multis meretricu[illegible] vilissimæ præbẽt dimicandi causas; vt riualibus [illegible], victores impurissimis scortis seruiant. Nõ desunt, quos obiectum corporis vitium prouocat; cuius habent authorem Deum. Porro autem mirabilius est, in morbis animi generale vocabulum, neminem nõ in se admittere: speciale vero, sic quemque exasperare; vt non vna morte litandum satis putet. Etenim peccatoris appellationem nemo reformidat, ebrietatis, adulterii, vsuræ, auaritiæ notam; non est qui ferat. Inter maritum & vxorem quos copulat totius fortunæ communio, idem thalamus, vna caro; quãtula quæso res, quantas ciet procellas domesticas? vere illud satyricus, *semper habet lites, alternaq; iurgia lectus. in quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.* Sed ista erant fortasse condonanda rudis populi imperitiæ, si eruditis literarum, suæ litium constent causæ. Inter theologos, vt omittam vetera quæ acta hodie certamen; quod studium inuolutarum partium? & cum sæpe de verbulis paululum immutatis, siue ab altera partium non satis intellectis, fit controuersia; non tamen intra verborum cancellos consistitur; itur ad sputa, quid? curritur deuotissimis animis ad gladios, ignes, culeos: ea pertinacia est vt perire multi malint, vita cum ignominioso mortis genere commutata; quam non pugnare cum patrum decretis, conciliis vniuersalibus, denique cum magno populi Christiani consensu. Quanquam in paucis pugnent; in summa conueniant omnes, si quis sensa ipsorum recte intellecta, benigne interpretetur: alioqui deplorandum erat multis lacrymis, si nunc primum sit statuendum quid cuique ad salutem expediat, quasi frustra Christus in vita versatus sit, atque tantum scripturæ thesaurũ, perpetuæ voluntatis suæ testamentum, ne quicq̃ reliquerit. Quanta altercatio de adoratione sanctorum, quæ (nisi amaretur contentio) tribus verbis tolli poterat. Si intelligant, bifariam accipi: vnam sic habere, vt ea ne Christum quidem ipsum dignentur, sola ipsius humanitate considerata. Alteram qua etiam homines in contubernio eodem, nobiscum versantes, adoramus, veneramur, colimus. Sed displicet causæ decisio, quia Mars placet: ille ingenii vires explicat, immortales tũ propugnatores, tum oppugnatores ecclesiæ facit. Medicorum pugna hactenus incruenta est; quod neminem factionis ergo fas sit, publice perimere, alioqui atrox & grauis. Veteris qui sunt factionis, Auicennam atque Auerroem summi ægre à neglectu vindicant; Recentioribus Hippocratem ac Galenum immittentibus. Et cum tot retro seculis, secure lusum sit de corpore humano vel alieno corio, toties sint apertæ venæ, iam demum in dubium venit (aliis aliud lateribus declamantibus) oporteat ne Pleuretici brachium affectu lateris an diuersi haurire. De iurisperitis tacere satius existimo, quam pauca dicere; quod vulgo nomine rabulæ omnes censeantur, dum tumultu & vociferatione omnia concutiunt. Sophistarum congressus, omnium impetuosissimi; pudet dicere quam de nihili rebus tricisque per

totum

tantum diem, vtrinque ad raulm clamatum fuerit: haud raro soluitur omnis contentio, si hic de signis, ille de signatis locutum testetur, alter naturaliter, alter personaliter seu simpliciter vocem accepisse.

Iam vero quæ lites circa punctū, quātitatem & quantum totum & partes, respectus & fundamenta, primas & secundas intētiones, naturas communes, Socrateitates Ioanneitates, motum ad terminum à quo ad quem. Sed quorsum ego hæc pauca commemoro? libros quibus hæc magno chartarum dispendio, sunt commendata, non ferāt vniuersi asini, quos habet Arcadia. Hoc genus hominum vel diis ipsis formidolosum est, dum pararis in hoc Epicherematis quibusdam, quoscunque visum fuerit, siue in asinum siue in scarabæum vel stipitem vertunt: sic ingeniose colligentes, cuiuslibet contradictionis partem alteram oportet veram esse, Iupiter est asinus, altera pars contradictionis est, consequitur igitur veram esse oportere. Alii subtili conuersione hominē in simiam veluti metamorphosi quapiam, ipsi Ouidio incognita, transformant; simia si est homo, est homo: ergo homo si est homo, est simia. *Grammatici certant & adhuc sub iudice lis est*: huic populo peculiaris arrogantia est, sibi iudicandi autoritatem de omnibus omnium artium professoribus vsurpanti: solos enim istos Aristarchos videas miro supercilio de eruditis intrepide pronunciare, ac veluti censoria quadam virgula, omnes in ordinem redigere; Quod ferendum fortassis, si sint quod dicuntur, Grammatici, id est, literis omnibus ad plenum instructi & omnium autorum in omni professione interpretes, quales fuerunt Græcorum, latinorumque aliquot commētatores. At hodie eum titulum, vt vulgarem passim sibi vendicant, qui qualemcunque declinandi nominis, & verbi peritiam, ex Despauterio aut simili autore, sibi parauerunt: plerunque ne Grammatici quidem vocabulum satis intelligentes. Tantos igitur iudices, tā graues censores, ad bella irritat pediculosus aliquis discipulus, vel abductus, vel interceptus; nonnunq̃ notatæ orationis minus latinæ proritum. Aliquādo iudicii diuersitas, qua plurimum id genus homines laborant litis occasionē subministrat. Alius Terentium inter comicos præferendū, alius Plautum contendit: illum, artificium, & natiua dictionis proprietas, hunc sales atq; vndecunq; conquisiti pueriles ioci capiunt. Iā circa voculas quasdam, q̃ acerbæ digladiationes: fermitandi verbum olim in discrimen salutis venerat, nisi vindicem Politianum mature sensisset. Ergo aduerbio, q; genitiuis iungi solet propemodum prosa oratione est interdictum. Multorum delicata capita birrum non ferunt; tulit Cypriani martyris, inter Theologos eloquētia facile principis: haud scio qua patientia Academiatū quæ tot myriadas bino donatorum, siue vt cum ipsis dicam birretatorum habēt. Res est magnis bellis digna, si me audiār. An non insignis infamia est tot doctorum tot magistrorum nobilia capita, birri barbarismo turpiter pollui? à grammatistis quibusdam triuialibus! quos ego! Camisias vobis detractas videris, longo vsu ferme detritas; periclitantur indusia, nisi ea femoralibus vestiis quam primum assueritis. Intollerabilior est horum immodestia, qui paucis admodum, iisque tritis autoribus, leuiter & veluti in trāscursu degustatis, ilico minus latinum esse putant, quicquid auribus seu oculis ipsorum non identidem incursauerit. Et quod in Budæo, vel paris autoritatis scriptore, felicem audaciam vocāt, deterriti splendore nominis graui censura condemnāt, in eius scriptis, qui nondum in clatam gloriæ flammam, diiectis inuidiæ fumis erupetit. Et quia de præcellentia decertatur, cum iis qui in circumiectis locis docent, alius aliorum scripta & dicta a multo examine vexat, donec inuenerit quod arrodat, atque ex reprehensione alienæ inscitiæ proprii autoritatem nominis apud suos parei . stabiliatque. Hunc alius carmine deprehendit, eundem verbis versoris, diuersis locis repetitum, & tribuit inopiæ quasi nequiuerit idem diuersis verbis claudere. Ignorans interim se Homerum & Virgilium traducere, quos non legit: domi sibi priuatim apud edētulam ancillulam, & quatuor discipulos triumphum apparat. Noui quendam nō postremæ, vt sibi videtur, notæ, qui nuper in æmuli carmine deprehēsis duobus epithetis, vni substantiuo iunctis: clamitabat indignum facinus, talib. asinis adolescentiam erudiendam dari. Cæterum discipuli, ad quos trophæum statuebat, vt fit, magistro peritiores; cū admonuissent id minime raro fieri; non modo apud poetas verum etiā clarissimos & classicos oratores, ira incensus coegit miseros, flagris propemodū enectos, epinicium suo capiti accinere. Videtis q̃ sint tenues tantarum irarum causæ: Atqui si vacet, mille recensere queam, multo etiam leuiores. Ergo cum late pateant priuatorum bella: miror inueniri homines ita impudentes; vt non vereantur in detestāda principum stultitia clepsydras absumere, quasi nulla frequēter iusta de causa bella mouentium, cœlum terramq; miscentium tumultibus bellicis. Quale est dum ob obsoletum titulum, ob verbulum temere, vel per ebrietatem elapsum, ob oppidulum, ob castellum, ob pecuniolæ summulam, siue etiam cunnum, teterrimam, vt inquit ille, Belli causam, graues bellorum tragœdias ciere vidētur. Hascine per deos res, obsecro, putatis regibus videri dignas, tot curiosis vigiliis? tanto odio: tot incursionibus? tot cædibus, tantis denique sumptibus? quibus certis quidem, incertum Martis exitum expectant? Non me Hercules: imo tam longe abest, vt ne harum rerum causa dignentur, vel vnam noctem insomnem trahere, quin imo semel vel chartas lusorias, vel aleas è manib. deponere, quibus assidue ludunt, vt aliquando vincāt, victoresque salutentur. Quæ igitur turbandæ publicæ tranquillitatis recta ratio? quam priuatorū esse & belluarū antea declaraui naturam, pacisq; intolerantissimam. Absurdum enim fuerit populi instar Euripi perpetuo æstuantis, regem esse tranquillum: quem, si diu imperare volet, id imprimis operā dare oportet; qui subditis sit q̃ simillimus. Ridiculum foret existimare, tot reges decennii obsidionē, muliercula gratia apud Troiam perpessos, atq; vnius cunni causa, tot laboriosos cūnorum patrus perditos, vel periclitatos. Præsertim q; & Menelao plurimas Helenas Sparta suppeditare potuisset: & Poltis ille Thracum rex, ad ferendum auxilium solicitatus, Alexandro duas exquisitæ formæ vxores vltro offerret: si reddita Helena, ab armis discederet. *Dea sola in pectore virtus bellantū viget*, vt ait Sillius Natura autē omnes ea quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntq; contraria. vnde si simul species cuiuspiam obiecta est q; bonum videatur, ad id adipiscēdum, impellit natura. Solo autē in bello, quis quē virtute antestet, deprehenditur: quo fit vt qui vllos igniculos, velut latētis virtutis quædā semina, in se sentiat, eius exercēdi publicandiq; materiam q; bellum est, quærat. Porro semel inuentū, facile in longos annos protrahit iūcta stultitiæ soror nostra peruicacia. Ex hoc fonte vberrime, eæq; clarissimæ bellorū causæ scaturiūt, nobilitatis gloria, immortalitas, diuinitas. Qui v. virtutis vmbras amplexi, ocio, deliciis, languori, desidiæ sē dedūt: quoniā ab omni virtute alienissimi sunt, paci student, inglorii consenescunt; naturam tamen nunq̃ vincunt: ea enim semper manet inuicta, si philosophis creditur; si ipsi vt ante probauimus, priuatis odiis exercendis, vtcunq; satisfaciūt. Atqui viuili, generosoq; animo sunt præditi, summo conamine euitandū putant: ne vitā ocio transeant, sed egregiis facinorib. illustratū nomen, ad posteros transmittant: quibus se aliquādo vixisse testent. Neq, id sane immerito, quandoquidem nominis perpetui gloria nihil optabilius esse, vel hoc documēto fuerit: q; nemo vnq̃ tam philosophus, tam pius, tā mortuus isti mundo sit inuentus, q̃ non toto pectore, atq; omnib⁹ regulis, vt dicit, ad nominis immortalitatē incubuerit; idq, haud secus atq; si certū sit, cū noīe corpora ipsa victura; siue iā mortuos bonā gloriæ illius partē sensuros. Huc igitur malo cōsilio videas properare alios austeritate & continentia vitæ, alios rerū nouarum inuentionibus; nonnullos p scelera & dedec⁹, vt Herostratus

qui Ephesiæ Dianæ templum incendit. Plurimos vero insanis literarũ studiis qui haud dubie nimis caram sibi immortalitatẽ parant. Nam allicefacti honesto titulo, dum dies pariter & noctes, tanq̃ affixi libris, ieiuni, macilenti, frigidi, insomnes chartis impallescunt, vitamẽt perdũt ipsam; promittẽtes sibi nescio q̃ immortalitatẽ. Tantisne obsecro miseriis redimendum putas, vt post mortẽ tuam, Meuius quispiã seu Clouienus, libri videlicet inscriptione admonitus, intelligat, nugas eas Titium cõpilasse, non Actiũ? Atq; scribẽdis libris in vita vacasse, et vitio apud posteros vertetur. Etenim cõtra officiũ ait esse Cicero artium ingenii quæ in veri inuestigatione fere versantur studio à reb' agendis abduci: Virtutis enĩ laus omnis in actione cõsistit. Quin igitur relicto Apolline, cũ Musis illis ærumnosis certatim ad me curritis? [illegible] Poetę, tinculẽti Philosophi, ꝓfundi Theologi, ingeniosi Dialectici, Sycophantæ & adulatores Rhetores? & quicũq; ambitioso glorię curru immortalitatis voluptatẽ tantis rerum voluminib. molestè molimini; cur nõ vt ad rixas & iurgia linguas sic ad ferrum manus instruitis? Hic dabit vna dies, q vix infinitis vigiliis, multisq; vitæ incommoditatib. infelicissime paratis. Ediscite nostram disciplinã præcipuum Imperatorum decus, qua sola multi mortales æternã sibi gloriam pepererũt. Quæ tanto literis anteponenda sentientib. viris, visa est; quanto dictis, facta præstant. Cæterum tametsi fortasse non desunt inter nostros, qui multis sudorib. seris aliis præluxerunt, attamen sexcentos enumerare queam, qui vna felici dimicatione, triumphos, ouationes, statuas, coronas, meruerũt: q si quib' laboriosior obtigit victoria; iis quoq; multo auctior. Quis Iouẽ deorũ omnium principẽ, ad cœli habenas, totiusq; mundi imperii prouexit præter vnũ Martem? Equidẽ cum didicissem multa bella feliciter cõficere, illico dignus visus est poetis, qui mundo rebusq; diis, perpetuo imperaret. Neque iam vero Deus factus, hominib. vt verisimile est, multo prudentior, nostrum numen tanq̃ malum, aut inhonestum summo deorum, est aspernatus: verum vti necessarium gigantib. opposuit; dũ conscenso cœlo ipsum detrudere sunt conati; quorũ per te insigne trophæum statuit, nomenq; Titanicidæ honoris gratia assumpsit. Quia & intestinis perisset odiis, nisi mature per Briareum Centimanum, adfuissem; & Deum ex infensis coniuratorũ manib. eripuissem. Verum non hic exatiatus dulcissimo bello, statim nostro nomine fretus, necessitatẽ in delicias vertit: adeo vt quosuis lacessendos poti' arbitraretur, q̃ vllo temporis momẽto belli ille crebris temperandum: donec & longæuum patrẽ de cœlo depelleret, eæteros deos suæ potestati subigeret. Nam quid tandẽ habet Iupiter, quo alios deos excellit, pręter vnã fortitudinẽ, bellandiq; disciplinã, qua se magnifice apud Homerum iactitans, nõ modo singulis diis se virtute superiorem, sed etiã collectim omnib. gloriatur? [illegible] Et alibi quoq, tantum virium sibi arrogat, vt iactantes se, pendẽtes è cœlo, dimissa reste vniuersos deos facilius posse in cœlum attrahere; quamuis sibi terrã & maria adiungant, q̃ ipsum detrahant. Porro maiestas Iouis quando augustior, quando diuinitas formidabilior, atque cum ægida horrendam, q̃ ei mulciber dedit ad terrẽdos homines, rotato turbine versat, aut fulmẽ illud trisulcum libratum vibrat, & in quos visum fuerit iaculatur? Non autẽ proprio Marte solum lætatum esse, sed hominum quoq; bella curasse & magna cum voluptate spectasse: deinde bellicosorũ summam curationẽ egisse non vno loco apud Homerum est videre: Achillis gloriæ studio, cæteris diis & hominib. dormientibus [illegible], solus peruigilẽ ducit noctem, Multos Gręcorum, somnio Agamemnonis circumuentos internecioni dat, Deos modo bello prohibet, modo iuuandi cuiq; quem velit copiam facit. Illi pro se quisq; & bellatores exhortantur, & nõ tantum cum hominib. congrediuntur; sed infestis armis inter se concurrunt: Iucundissimum Ioui præbent spectaculum; adeo vt mitere studio ne Deorum aut pertinacia hominum, bellum illud Troianum decem annos durauit. Hic videas Apollinem præsidem musarum, cõfertissimis hostium cuneis mistum, iaculis depugnare. Mercurium, Neptunum, Latonam, deniq, ipsam reginam cœli, Iouisq; sororẽ & coniugem, acriter præliari. Postremo & ipsam Venerem deam tenellam, licet semel sauciato brachio à Diomede, didicisset quid interesset inter molles amatorum thalamos & militum acies ferratas, esset à Ioue patre monita, sineret Martem, & Pallada bello præesse, ipsa res amatorias, amplexus, concubitus, basia curaret. Sperabam quidẽ eum fore, vt in posterum luxuriosi illi, qui sub venere stipendia faciunt, deterriti principis crudeli vulnere, semel militiæ nostræ gloriã, negligerent: quandoquidẽ Martem decet accipere viros, quibus robur & æs triplex circum pectus sit, non effœminatos: verum longe aliter euenire video. Nam venus quoq; cum suo satellitio lubrico, semel degustata gloria, quæ ex bello est, eius siti non aliter exarsit; ac is quem dipsas momorderit, aquæ. Id q ferẽdum, In iis qui aliquãdo egressi thoris illis genialibus, ipsimet militib. se miscent, Belliq; ancipitẽ aleam, exemplo veneris, aliquando periclitantur. At quis ferat gloriosos istos Sardanapalos, & Cleocritos, qui cum domi tanq̃ claudi fœminæ sedeant, neq; cõpluti, neq, sole adusti, tamen omnem gestarum rerum gloriã, iuis caronihomatibus ad..ou erant & contra Græcorum prouerbium: [illegible] ignari insignem gloriã, non nisi magnis periculis redimi. Quare non iniuria Clitus ille princeps Macedo inique ferre solet, omnẽ gloriam, quæ magna ex parte, ducum, & militum est, à solis principib. vindicari, velut propriam; etiamsi principem haberet ille Alexandrum, in quem ea torqueret, plus satis bellacem. Quid dicturus si hodie reuersus ad viuos, videret vniuersam belli bene gesti gloriam iis ascribi, qui laborante exercitu, in cubilibus alicubi, siue recti extra omnem telorum iactũ in vtrumq, oculum sterterunt, siue cutem commessationibus, ac repotiis diligenter curant; siue latrunculos & aleam, fortiter lusitant. Sed vnde digressa est, nostra reuertatur oratio. Itaque Deos imprimis bello delectatos fuisse patuit; Iouemq; ipsum ad cœlestis imperii fasces, primum bello euectum esse: quæ sola ratio persuadere poterat, nisi simus stupidi, bellũ omnium rerum charissimum & præstantissimum esse, vt cui Deos & salutem debeatis. Liberum enim patrem vt omittam; nonne Herculem virum vere Martium, post liberatum dire sæuientib. monstris orbem, post amazonas & centauros deuictos, post glorię suę æternas columnas fixas, factam q dicebam Iunonis gloriam, in numerum Deorum retulit? ipsiusq; nomen vel Ioui patri inuidiosum feci? Hunc certatim inuocant fortes, iuxta ac ignaui: hi vt [illegible] Illi vt fortem ac roboris largitorem. Verum non est huius instituti historias texere, & singulatim quid quisq; bellãdo promeruerit exponere: ea enim historiographorum partes sunt, ibi requirãt, si qui congestis exemplis delectantur: mihi pauci ꝓ multis sunt satis. Et quorsum tandẽ attinet recensere Thesea, Pyrithoum, Amazonas, Achillem, Hectora, Æneã, Troilum, Aiaces, Tydea, Diomedem, Agamemnona, Menelaum, Cyrum, Alexandrum, Romulum, Meleagrum, Hannibales, Scipiones, Camillum, Pyrrhum, denique innumeros alios Troianorum, Græcorum, Lacedæmoniorum, Romanorum, Aphrorum Imperatores, quorum vel sola nomina recognoscere sit laboriosum? Cum manifestius sit, quam vt vlla omnino probatione egeat, omnem nobilitatem mihi acceptam referri, matrique eam esse filiam. Nam ob eas res, quæ natura contulit, quemadmodum neminem vituperat, sic neque laudat pulchrum. Natura omnes, pares in hunc mundum edidit, iisdem malis obnoxios, [illegible]: *sed famã extendere factis, hoc virtutis opus, pauci quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera* [illegible] Quum igitur cernerent mortales, iisdem se naturæ teneri, & vt Boetius ait, omne hominum genus in terris, simili surgere ab ortu, præclaris operibus se alii aliis anteposuerunt, &

pulcher-

pulcherrimum nominis ſui rumorem ad poſteros tranſmiſerunt. Etenim ſpectata cuiuſq; virtute, alii reges, alii imperatores, alii legati, alii tribuni, alii centuriones, ſunt dicti. Tum enim decorum ipſis pugnam capeſſere ducibus & ſuo exemplo ignauos milites extimulare: nō, vt hac tempeſtate, ſua vice neſcio quibus demandata, in bene munitis oppidis, præliante milite delireſcere: procul Iouis, quod dicitur, fulmine & bombardarum crepitu. Quod quidem hoc erat laudabilius, quod illorū pleriq; non ſibi, ſed reipub. pugnabant: noſtri principes iam peſſimo exemplo fere priuata exercent odia, ad rempub. penitus nihil pertinentia. Si igitur tanti eſt, eſſe nobilē, quanti vos eſtis vobis, iudices, videte ne, ſi bellū propulſaueritis, nullum vnquā gentium paulo poſt relinquatur veteris nobilitatis veſtigium. Nemo ſiquidem nobilis eſt, niſi quem ſua virtutis laus nobilem reddiderit, cuius exercendæ, ſublato bello, materiam nullam reliquam feceritis. Quid genus & proauos ſtrepitis? Perinde ac ſi vt prædiorum, ſic etiam virtutum ſuarum vos hæredes reliquerint: quæ non aliis ſtudiis parandæ conſeruandæq; ſunt, atq; iis quibus maiores noſtri eas ſibi pepererunt. Quæ ergo dementia eſt, pace nobilitatem propagare velle, quæ belli armis parta eſt? Teres Sitalici pater dictitare ſolebat, ſi quando ocium ab armis eſſet, nihil ſe putare ab Agaſonib. differre. Alexander cognomento Magnus, adhuc puer, patre multa proſpere gerēte, minime quidem lætari ſolet, ſed ad pueros, qui ſecū educabantur, dicere, nimirū pater nihil mihi relinquet agendū: & cum illi dicerent, ipſi ea acquiri: quid prodeſt, inquit, ſi multa habeamus, ego vero faciam nihil. At nos quandoquidem nulla excitant exempla, contenti maiorum imaginibus, quarum in nobis gloria, deſloreſcit, exuto leonis exuuio, cum Hercule mileſia veſte induamur, & voluptatiæ ocioſæq; vitæ tradamus, colum muliebrem ad exemplum Sardanapali nobis aptemus, ſi placet ablato omni honeſto exercitio volutari per omnia omnis molliciei dedecora, ſemel deliciari, effœminari. Quanquā verear, vt hoc ſit integrum multis noſtræ factionis hominib. recuſante videlicet marſupio. Etenim bona pars nobiliū, vt interim alios prætereā, qui exercitum ſequuntur, regnante pace ægrè ſe à fame tuētur. Quocirca iudices, dum reb. adhuc integris licet, cogitate, malitisne viros fortes veſtræ familiæ, purpuratos, ſplendidos, glorioſos viuere, an ſub pace ſordidatos, ieiunos, inglorios conſeneſcere. At conſulendū multitudini: non iuerim inficias, ſi citra veſtrū incōmodū fieri poſſit, cuius prima cura habenda eſt. Etſi ne ſic quidē cōſulitis, tum quod inuecto pacis tædio, id tollitis, cuius ſtudio dii pariter & homines ſemper ſunt, tum quod laſciuiæ & inertiæ tradentes vniuerſā multitudinē, turpiter diſſoluitis, corrūpitis. Etenim quos Mars impiger ad maſculum animū cogit, eoſdē frigida iſta pax luxat ac eneruat. Quæ qualis ſit futura: quales luxuriæ, faces datura, ne primo quidē aduentu diſſimulat. Tū n. videre eſt, ferias indici, celebrari ſpectacula, choreas duci, potationib. dies pariter & noctes trahi, denique non ſolutius neminē, ac libidinoſius agere. Quid multis? deſunt verba quibus eloquar nouā illam faciē omnis laſciuiæ: deieraſſe dicas homines ſe nihil facturos per pacē, niſi quod ſit turpiſſimū & decem Anticyris dignū. Contra ſi me aduentantē cōſpexerit, ilico videas nominis maieſtatem ſeueritas omnem intemperantiam fugere, vitam pudicam, frugalē, compoſitā & decentē agere. Nullum tempus deputatur luxuriæ, nō perſtrepunt choreæ, tacent theatra, frigent proſtibula. Ad templa Deorum immortaliū, pacis maleficio ſitu ſqualentia, certatim curſitatur, renouantur neglecta ſacra: Iuuentus ad virtutem nō pocula, & choreas exercetur, temperatur crapula & ebrietate, vigilatur non libidini non gulæ, nō aleæ, ſed patriæ amicis, denique priuatæ ſaluti: & omnino metus hoſtilis quenq; in bonis artibus, atq; moribus retinet. Mileſios bello ſtrenuos, omnibuſq; vicinis aliquando ob virtutē formidabiles, ſic breui voluptatibus ſuis pax emolliit, vt qui multos annos belli gloria præter cæteros floruiſſent, Apollinis oraculo veluti imbelles & effœminati notarentur & in prouerbium abiret πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Lacedæmonios quoque à maioribus degeneraſſe pacis opportunitate græcorum depingunt hiſtoriæ. Qui imperium tot annis paruerat Græciæ, cui pro muris fuerant viri armati, luxuriæ dominio ſe permiſit. His exemplis permotus Gelon Siciliæ Tyrannus, quieſcentib. hoſtibus, Syracuſanos ad agriculturam tanquam expeditionem educebat, non adeo vt ager melior efficeretur excultus quam ne ipſi per ocium deteriores fierent, & ad res gerendas inepti. Appium quoque Claudium dicere ſolitum accepimus, negocium populo Romano melius, quam ocium committi, quod animaduerteret præpotentia imperia, agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui. Et ſane negocium nomine horridum ciuitatis Romanæ mores in ſtatu continuit, blandæ appellationis quies plurimis vitiis reſperſit. Idcirco etiam Cato à cordatis viris accuſabatur, qui delendæ ſtirpitus Carthaginis author extitiſſet, haud ſciens in quam calamitatem rempub. ſuo conſilio coniiceret. Æmula concertatio efficit, vt euadamus diligentiores: vnde quibuſdam dicentibus, remp. Romanam obfirmatam ſtabilemque videri, Carthagine funditus euerſa & impacto mœnibus aratro, Naſica Scipio reſpondere ſolet, imo nunc periclitamur maxime, quando nec quos extimeſcamus, nec quos erubeſcamus, nobis reliquos fecimus. Quantiſper ergo hoſtis erat, qui de vrbis imperio cum Quiritibus decertaret, tantiſper viribus ſuis ſumma ciuium concordia ciuitas inxa ſtetit. Quam vt de more habuerit pacis ſecuritas, de Romano quam me malo audiatis. Nimirum ſic ſcriptum reliquit Saluſtius in hiſtoria Iugurthæ, *Cæterum mos partium popularium, & ſenatus factionum, ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis ortus eſt Romæ, ocio atq; abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam, populus, ſenatus Romanus placide, modeſteq; inter ſe rempublicam tractabant: neque gloriæ neque dominationis certamen inter ciues erat, metus hoſtilis ciuitatem in bonis artibus retinebat. Sed vbi illa formido mentibus deceſſit, ſcil. ea quæ res ſecundæ amant, laſciuia atq; ſuperbia inceſſere. Itaq; quod in aduerſis rebus optarant ocium, poſtquam adepti ſunt aſperius acerbiuſq; fuit. Namq; cœpere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, populus libertatem in libidinem vertere: ſibi quiſq; ducere, trahere, rapere: ita omnia in duas partes abſtracta ſunt: reſpub quæ media fuerat, dilacerata eſt.* Nec mirum ſi hinc tot ſeditiones, tot bella ciuilia pullulatint. Nam vt iam antea ex Onomademi ſententia probatum eſt, ſublatis hoſtibus, contingit inteſtino, ſeu ſociali bello tumultuari. Quod ſi non multo crudelius eſt hoſtili, coeant iam in fœdera dextræ: nihil moror, facite periculum: quam non ſit conſultum cum exteris pacem habere, regna belli exercitus vegeta ocio tradere. Ex prædictis mihi ſubit mirari, quid Sillio Italico perſuaſerit canere. *Pax optima rerum, quas homini natura dedit:* an quia ipſi iam poſt tertium conſulatum defuncto ſummis honoribus, viſum eſt negotia cum poetico ocio commutare, ideo bonum factum putauit, ſi pollentem ætatis viribus adoleſcentiam ad ocium impelleret? an ſibi ipſi excidit? Nam multo aliter videtur ſentire in libro 15. vbi pulcherrimo figmento inducit virtutē cum voluptate digladiantē apud Scipionē de bello Pœnis inſerendo cogitantē. Verum quia longa eſt concertatio, pauca quædam ex verbis virtutis decerpta libuit hic interſerere. Tum quod elegantiſſima ſunt, tum quod ſuperiorem authoris ſententiam aperte confutant.

Huc age paulum
Aſpice, nec longe repetam, modo Roma manenti
Impar Fidenæ contentaq; creſcere Aſylo,
Quo ſeſe extulerit dextra, idem aſpice late,
Florentes quondam luxu quas verterit vrbes,
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas,

Ebrietas

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.
Mecum honor, & laudes, & læto gloria vultu,
Et decus, niueis victoria concolor alis
Me cinctum lauro deducit ad astra triumpho.

Et quæ sequuntur præcesseruntque, eiusdē sunt sententiæ. Hinc cuiuis colligere facile est, intellexisse virum prudentē: inter pacē & bellum tantum interesse; quantum virtutis & voluptatis discrimen. Et quidem ille descriptione sola belli Punici secundi nunquam intermoriturum nominis decus sibi conciliauit. Certe Roman. Imp. q cum orbe terrarum bellu exæquatum esse agnoscit, nō ipse modo, verum vniuersū mortales, constat pacis voluptate superatum, victricis leges accepisse: & quod mirabatur à Scipione reiecta.

Venient, venient mea tempora quondam
Cum docilis nostrum magno certamine Roma
Seruiet Imperium, & honor mihi habebit vm,
Id accidisse Iuuenalis conqueritur,
Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis
Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem
Nullum crimen abest &c.

Hæc prospiciebant prisci seculi heroes, quibus consuetudo fuit, magna diligentia cauere; ne multum temporis subditorum quieti concederent: Sed inuentis virtutum quibusdā certaminibus pacis tempora fefellerunt. Nam Hercules cuius nomen honoris gratia libēter nomino, primum Olympo, equestre & gymnicum certamen instituit, voluitq; victoribus oleaginam coronam præmium esse. Vnde etiā Tritādechmes Artabani filius, eo tempore quo Xerxes bellum in Græcia gerebat, audiens Græcis brauium certaminis coronā esse eamq; oleaginam: pape inquit Mardoni (is enim Xerxi persuasit vt in Græcos bellū moueret) in quos viros induxisti nos ad pugnādū? qui nō pecuniarū certamē agitant sed virtutis. Apollo deinde Pythios ludos, Theseus Isthmios, Archiui Nemeos in honorem Herculis instituerunt. Romul. quoq; saltationis genus quā bellicrepā vocauere celebrauit. Simile Pyrrhū ferunt exercuisse, quā Pyrrichā de nomine inuentoris appellauerunt. Qui ludi ea cōtentione statis tēporibus sunt celebrati, vt paruū admodum vel nullum discrimen inter eos & iustum bellū dicas interfuisse. Ex his igitur, quæ dicta sunt, clarum euadit Iudices: pacem nō modo non esse vtilem reipub. verum etiā omnibus nudis damnosam. Cum igitur veteres tanta cura ocium & quietem ab vrbibus arcuerint, nullis iusti belli causis se offerentibus, nō pacem corruptelam vitæ vltro inuitabimus; omissis tantis bellandi iustissimis de causis occasionibus? Dicet aliquis excipere id q boni est, dicere id quod mali, se quoque plurima pacis cōmoda enumerare posse: id vt non negem, dicere [illegible] nihil vetare foris bellum, domi pacem habere. *Suscipienda quidem bella* ait Cicero, *vt sine iniuria, in pace viuatur.* Etenim Bellum cum hoste pax & requies populi est. Et Vegetius *qui desiderat*, inquit, *pacem, præparat bellum.* Videris igitur fieri nō posse vt in pace viuatis, nisi p bellum. Quin & supra exposuimus, impossibile esse, hominē cū suis dum in quiete viuere si hostis desit, in quem id ferocitatis q à natura singulis inest, deprimat euomatq;. Huc accedit quod ne id quidem cōmodi, quod in pace haberi dicunt, ab aliquo percipi potest, nisi à nobis antea edocto. Quod animaduertens clarissimus ille Maro graphice vt pleraq; alia sic cecinit. *Quæ sint tranquilla cōmoda pacis, ferrea bella docent.* Sed cur his in rebus tempus inutiliter tero quando vel vno argumento facile conuincero: bellum omnium rerum vtilissimam ac præclarissimam esse, q cum multa maiorum nostrorum instituta, hominum incuria, siue neglecta, siue penitus oblita sint; sola belli disciplina digna visa est, quæ & scriptis libris iuuaretur, & assiduo exercitio excoleretur, propagaretur; sola fame etiam inultis veteris politiæ ornamentis relicta. Sane vero sic ingenium hominis comparatum est: vt asperis, duris, inamœnisq; rebus spretis, quod delicatum, amabile, suaue, est, modo tamen honestum sectetur studio, amplexetur fauore. Porro bellum sic dolce, sic gratum est, vt nulli non nationi, nulli nō statui, ætati arrideat, placeat, adlubescat, adeo vt si vera pugna desideretur, σκιαμαχίας potius excogitent, quam quiescant. Pueri in partes diuisi longis scipionibus decernūt; statim à teneris ingenii specimen prodentes. Senes qui per ætatem armis prohibentur, memoria rerum gestarum senectā recreant, aut certe q vnum restat, potationibus decertant: vt vere sit, q dicitur aquilæ senectus: nulla n. ætas nullo tempore, se dulcissimo bello priuari patitur. Inde orta in conuiuiis philotesiæ & bibacitatis certamina: ne videlicet id temporis quod reficiendis corporibus deputatur, imbelle elaberetur. *Quin etiā, exhilarare viros conuiuia cæde, Mos olim & miscere epulis spectacula dira certantum ferro sæpe & super ipsa cadentum, pocula respersis non parco sanguine mensis.* Intelligitis igitur, ne ipsas quidem epulas priscis ineruentas placuisse, sed dulcissimo cōdimento, sanguine gladiatorum fuisse vsos? Postremo adeo nihil suaue est q non contentione commendetur, vt sine ea nulla spectacula, nulli lusus quenquam satis afficiant. Audio vulgo dici inamœnas esse ac prorsus frigere lusiones, quæ nullo periculo, nulla pertinacia, nullis iris nascantur. Hinc videas viros graues, plerosq; etiā senes, in lusib° tesserarū, talorum, latrunculorum, chartarum, haud secus sudare, solicitari, tremere, quam si quis pro aris focisq; stricto machæris digladietur, cū interim certamen sit, de ligula, allii capite, aut obolis quatuor. Equidem nisi meracissimæ voluptatis plenū esset bellum, & quiddā vltra cōmunem sortem polliceretur, quis tantas militiæ calamitates, quis tantas miserias, inauctorat° vili auctoramento, fortiani animo perferret? longa inquam ieiunia, sitim, frigus, æstum, nocturnas vigilias, humicubationes, absentiam ab charissimis liberis, à cōplexu lepidæ vxorculæ, vitam inter spem metumq; dubiam; denique tam multa mala, quæ vel enumerare modo sit laboriosum? Quæ tamen omnia generosissimo & plane philosophico tolerant animo, quicunq; ocreis sacris sūe [illegible]; haud ignari; non fieri sine labore facinus magnū & memorabile: arduamq; esse virtutis viam, quam multis septā vndiq; laborib° esse voluerunt. Huc facit & illud: q cum reliquæ disciplinæ statim annexum secum habeāt amaritudinis atq; molestiæ plurimum: Bellum tamen vt laboriosum, etiam inexperto & tam primulum aggredienti dulce. Quā paræmiam in quem sensum tulerit aduersarius noster Erasmus, ipse viderit: ego id nō magnopere moror tacit τὸ ἐπίχαρεν: præsertim cum videamus, magnis & mirandis quibusdam theologis, sacras quoq; literas fieri lesbiam regulā, quoties visum fuerit non incōmodum. Denique tam delicata res omnib° visū est bellum, vt iniquum haberet, ei° copiam vlli mortaliū præcidere. inde adeo peruulgato prouerbio animi additi sunt victis, ne semel superati ideo Martē detrectarēt. vir fugiens de nuo pugnabit: quo moneant, fortunā pugnæ regressu habere, victumq; posse vincere: vnde etiā Homerus me° [illegible] vocat, & Alex. Hectori sic respōdentē inducit, [illegible]. Hinc factū videm°, vt q multoties momordissēt terrā, multoties pulsi, profligati, cæsi, sub hastā transmissi essēt, fœderib° violatis animos ad arma multoties desperata, iterū atq; iterū in spē victoriæ erectos, adiicerēt. Eius rei si exempla nostræ tēpestatis nō multa extiterū, licebit in T. Liuio quærere vetera. Talia n. scribit de Volscis, Equis, Veientib°, Fidenatibus, Faliscis; multisq; aliis populis: quorum fidē & cōstantiam populus Romanus frequenter coactus est desiderare. Cęterū clamitabunt fortasse nōnulli: parum momenti ad laudem belli habere, quæ hactenus dicta sunt: vel q gentilia, ac bona ex parte fabulosa sunt: vel q nō ideo optimum habēdum, q à multis appetit, à pluribus exercet, ab omnib. admittitur. Nam si semel admiserimus id optimum censeri, q plurimis probetur, necessum fuerit eo virtutum locum vitia quamuis illiberabilia surrogare: quando eo res redit, vt horum pars optima

optima pessimis studeat, capiatur, atque maior pars, vt Liuius quoque testatur, vincat meliorem. Quasi vero aut Deus pater belli non sit, aut nunquam ipse bellarit, aut vllo seculo Christiani minori bellandi studio exarserint ipsis gentilibus. Equidem non sum tam stupidus atque rerum humanarum ignarus, vt doceri me patiar, non optimum recte dici, quo plures afficiantur. Neque vero temere interrogat Quintilianus, vnde tantum boni: vt pluribus quæ recta sunt, placeant? At quis vnquam id optimum censendum vetuit, quod optimis quibusque placet? quorum consensum, viuendi consuetudinē rectam idem Quintilianus arbitratur: nempe quibus nihil placere potest, quod non & vtile sit & honestum. Me amplectitur nobilis, obscurus, sacer, prophanus, eruditus, idiota, puer, adolescens, iuuenis, vir, senex, imo vt in ecclesia Dei maxime dignitatis & sanctimoniæ quenque conspicietis, ita maxime Mauortium, minimeque ignauum: *principibus placuisse viris non infima laus est.* Verumtamen esto sane prædictorum (quandoquidem apud Christianos mihi res est) parua authoritas; nisi declarauero, non modo optimorum virorum tam veteris, quam noui testamenti, verum etiam Dei ipsius facta pariter & doctrinam, dictis nihil quicquam discrepare. Et quidem superius à Deo me originem trahere, atque omnem militiam cœli in officio continuisse abunde videmur aperuisse. Postea quam opinionem de me conceperit, satis declarauit, quando non modo totum vniuersum, verum etiam quicquid in eo esset, ex pugnantibus condidit partibus, tum quod nullo tempore figmēta sua belli deliciis passus est priuari; imo quanto hominum quemque præ aliis amaret, tanto voluit belli gloria cæteris prælucere. Abraham ille Patriarcharum primarius, an non debet mihi sanctissimam illam benedictionem Melchisedech sacerdotis Dei altissimi, qua ipsum benedixit in valle sane iam spoliis onustum, ac regum victorem & (vt verisimile est) hostili sanguine madidum? At quem virum? cum quo fœdus icere sempiternum non piguit Deum: cui loqueretur præsens præsenti; cui per speciem humanam apparerent angeli; qui bellatoris cruenti tugurium, quo minus diuersatētur, nō sunt aspernati. Hunc hunc sanguinarium ob spectatam domi militiæque virtutem, ante alios dignum iudicauit Deus; ex cuius semine nasceretur ipse rerum omnium conditor, in quo benedicerent omnes generationes terræ, qui pater esset multarū gentiū, & semē illud bellicosum æquaret stellis cœli: denique nihil reliqui fuit ad gloriam tanti bellatoris. Quare nihil mirum Iudæos sublatis superciliis iactitare, se patrem habere Abraham. Nam etsi nihil iam in ipsis reluceat, quod respondeat tam superbis imaginibus, non immerito tamen se beatos existimauerunt; quod à tanto propugnatore sanguinem traxerint: plane gloriaturi si vere filii Abraham essent: id est, iuxta Christi interpretationem opera Abraham facerent: nempe si tam forent strenui, vt exigua admodum manu, videlicet trecentis octodecim viris possint potentes aliquot reges conficere, spoliis exuere; quod ille fecit. Iam & Patriarchæ duodecim non veriti sunt dolo malo circūuenire Emor & Sychem; quos cū vniuersis ciuibus circumcisos, tertio à circumcisionis die, crudeliter necauerūt, propter oblatum Dynæ sorori stuprum: quin & asinos, boues, vxores, liberos ipsorum, sibi prædam egerunt: non iniquum rati, si vnius delictum tota ciuitas lueret. Ne quis forte hoc nobis denique obiiciat plerunque fieri, vt maxima belli incommoda, ad minime promeritos deriuentur. Huc referenda & illa; quod cum cor regis in manu Domini sit, ac quocunque voluerit vertat illud; tamen maluerit in forti brachio suos de Ægypto educere, quam cum Pharaonis bona venia. Neque aliud causæ fuit, cur omissa compendiosa omnino via, voluerit eos prolixis itinerum ambagibus circumducere; nisi quo plures pugnandi occasiones offerrentur. Nemo siquidem nescit, quemadmodum funestum esse voluerit illum de Ægypto exitum, non solum Ægyptiis, Amalechitis, Madianitis, Chananæis, Gomorrhæis, Iebusæis, Eueis, sed & Iudæis ipsis. Bone Deus quot bellis confectis, quot acceptis cladibus, vix post annos quadraginta, ad felicem illam promissionis terram peruenere! Atque hæc eius nutu atque auspiciis, qui sine bello, sine sanguine, omnia transigere potuit, si consilium & animus non defuisset. Etenim tam non improbat facta, vt ipsemet author omnium videri postulet solus; toties asseuerans, se pro suis pugnare; non pro populi multitudine, non ferro victoriam parari: se ducem populi esse, toties suos armans, & veluti classicum canens. Nam inter cætera sic quoque Moysen suum alloquitur, virum etiam ante exodon, de audacia & fortitudine famosum. *Hostes vos sentiant Madianitæ & percutite eos; quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & deceperunt insidiis, per idolum phogor.* Et ex interuallo ad eundē. *Vlciscere prius filios Israel de Madianitis & sic colligeris ad populum tuum.* Crudelitatem vero si quis audebit in bello accusare, illi opponam Iosue, qui typum Christi gessisse dicitur: quo haud scio, an vnquam gētilis princeps pugnauit atrocius; vt cui nō sat esset ciuitates euertere, homines à pueris vsque ad senes omnes occidere. reges suspēdere: nisi & muta pecora, omnis mali expertia iugularet: vnumq; æs aurū, & argentum domino afferret. Quæ facinora Deus Opt. Max. etiam atrociore paulo post cōprobauit, qui fugientes à facie inimici hostes, lapidib. qui pluebant, adobruerit: quasi parū fuerit visum, quinq; reges Ierusalem in manos Iosue dedisse, nisi & fugientem turbā perimeret. Quid q Saul reiectus est à facie Domini? q pepercisset Agog regi Amelech, optimis gregib. ouiū, & armentorū ad immolandū Domino; cū iussus esset, nihil concupiscere ex rebus Amelech, neq; vlli hominū parcere, sed interficere vniuersos, à viro vsq; ad mulierē, & paruulū atq; lactentē, bouem & ouem & camelum, & asinum? Sed quorsum ego vnum atq; alterum exemplum in mediū adfero, quando nihil aliud crepant libri bellorū domini, Iosue, Iudicium, Regum, Iudith, Machabæorum, præter immēsas bellorū moles, regum mortes, clades populorū, vastatas passim & funditus euersas ciuitates & vrbes; cū tamē is, qui omnium istorum author extitit, potuisset sine puluere vel totū mundū suis possidendū tradere; nisi bello mirifice fuisset oblectatus. Nam hic non tam humanis quam diuinis dimicabatur manib. Quod non ignorantes filii Israel, soli altissimo omnem victoriā acceptam referebant: nec hoc contenti, vt primario exercitus imperatori, bonā etiam prædę partem assignabāt: sic vt ex vna victoria sæpenumero magna vis argenti, auri, ancillarum, armentorū ad Dominum redierit. Quod exemplum imitati hodie milites, quicunque inter ipsos religiosiores sunt (est aūt simiarum vel pulcherrima deformis) nunnullam prædæ portiunculam diuis largiuntur, de alieno videlicet corio liberales; qui dignentur spolia ampliora concedere. Demum vel inter primas belli landes posuerim: quod Deus ipse non fuerit dedignatus, apud vadum Iaboch, cum Iacob noctē lucta æquare quo argumento clarū euadit, non veris modo Deum, sed ludicris quoque concertatiunculis delectari. Immensum quanta hic prudens prætercam: quod nihil attigerim etiā vluam cutem. Quod si pergam Gedeonis, Dauidis Sampsonis, & reliquorum regum populi Dei singulatim historias cōmemorare, nullum finem oratio hodie est inuentura. Sit igitur satis, Iudices, cogitandi alia vobis occasionem suppeditasse. Proinde ad Christi potius instituta, nouique instrumenti volumina, orationem conuertamus. Etenim non me præterit pręsens illud seculum nullos habere mortales, apud quos quod ex Bibliis retuli leue pōdus est habiturum: quiq; omnibus ingenii viribus studeāt, veteris testamenti authoritatem plus quam par est eleuare: in tantum, vt si ex eo aliquid sumas, ad causam tuam stabiliendā, effusissime te rideant, vti Moysen iam postliminio reducentem. At

si quid

rapiunt illud nõ oscitantib. ac pandiculantib. obuenit. Duplicem hanc pugnam adumbrarunt duo illi gladij euangelici, quos Christus paulo anteq̃ moreretur, apostolis suis, & qui ipsorum locum succederent, tanquam testamento ablegauit. Alterum quo inuisibiles spiritus propellerent, ac immũndi serpẽtis semina, quasi sarculo quodam reuellerent; Alterũ quo Christianorum fines tueri, & prophanos principes Petri patrimonium attentare ꝓhiberent. Etenim nõ humana imperij auida nihil satis tutum satisque munitum relinquit. Olim prior gladius assiduo vsu, corusco splendore renidebat, posteriore penitus ad ecclesiasticis neglecto, haud facile dixerim, quanta Martis iniuria. Atqui hunc vicissim excoluerunt, qui aliquanto interuallo apostolis sunt surrogati, correcta maiorum inscitia, & priorem illum vt parum gloriosum huic seculo facile passi sunt rubigine obduci, & exedi lo rugine. Cæterum in Simone Petro, publico Dei abnegatore, quid tandem prætulxit, q̃obrem ante alios dignus videretur, eum claues cæli accipere, tum etiam apostolorum omnium coryphæus & princeps constitui? præter vnam audaciam (si non temeritatem quis melius dixerit) ac martium furorẽ? qui non dubitarit vili machæra armatus tam multis hostib. stricto mucrone solus obuiã ire, in medios ruere, & primo ictu aberrando, Malchi auriculã amputare, cuius caput findere destinarat, idq; quo magistrũ suum C. tam. malitia Iudæorum circumuentum, ab iniuria vindicaret: Iam tum exemplo declarans, honestissimũ, ac piissimum esse ꝓ aliis arma sumere, & belli autorẽ virtutum oium, charitatẽ esse debere. Hæc adeo sola summi ponrif. atq; principat° ipsi Petro extitit causa, non leuiter à Domino animaduerso: vt vir quisq̃ legitimus, & idoneus ipsi° successor sit habit°, qui non ex ea parte primi potif. imaginẽ diligenter expressisset, neglectis interim iis rebus, quos vulgus doctor. ad episcopalem dignitatem & officium multũ pertinere clamitat. Iam antea ostendi: solis bellatoribus cœlestis regni ostia patere, hinc & Pontific. bellatorib. claues traditæ sunt; ne aliquos præter sui generis hõs, in cœlos receptarent. Simile n. simili magis afficitur. Deinde perspiciebat Deus Opt. Max. grauissimas bellũ procellas manere pontifices (sunt n. ipsi futura proinde ac præsentia explorata) proinde visum est, audacis põtificis exẽplo, omnib. in Petro proponere ꝙ si admirãda cõfidentia dimicauit, cũ potentissimorum Græcorum phalengib. ipse piscator infra hoẽs infimos oẽs, magis reiectamentũ terræ: quid facturum fuisse arbitrabimur, si ea diuitiarum potentia tali regnorũ præsidio, quale hodie ipsius successores, munitus adiutusq; fuisset? Nõ est igitur ꝙ triumphent classiani istius pacis buccinatores; si in primitiua ecclesia paci studiosos põtifices aliq̃ videantur. inuenisse: an hoc laudi ducunt, ꝙ factũ sit inopia: Nam in pauperculis illis effectus conatũ, non conatus effectũ destituit. Multo plures atq, inter eos sanctissimos, est recensere, qui velut amatorio pharmaco potionati, & toto gustata, totam vitam alacres mecũ peregerunt, oim aliorum negotiorũ quasi semel obliti. Pontif. exemplũ nõ grauant m seculi sunt cardinales, quorũ quisq; belli facinorib. se cæteris ante ponere p oẽm vitam sedulo contendit, qui pontificatus successione non indignus videatur. Cardinalium institutum libenter amplexantur episcopi, quo in demortuorum locum citius sufficiantur, episcoporum abbates, præpositi, postea quicunq; ab religione & spiritu nomen sunt sortiti. Inter quos & theologi classicũ canunt, factio nomine nostro studiosissima, qui parati sunt, citius obtorto collo adtrectas literas sacras mihi accõmodare quã improbatũ, paramq; scripturæ roboratum testimoniis, deserere, patroni ita me Dii amento officiosissimi. Ego vero nõ solũ non hæredici nõne, sed ne bestiæ quidem dignerum, qui neget nullum bellum, iustum esse, non pugnandum pro patria; coniunctissimis ciuibus, parentibus ætate affectis, lepidis vxoribus, melitissimis liberis. Nam bestia etsi rationibus expers nesciat quid cui præferendum, tamen natione cursum non remoratur. Isti abiecta ratione sanæ mentis Deo repugnant. scripturis obloquuntur, exempla sanctorum fastidiunt, atq; vtinam fastidiant modo, non etiam insectentur & quasi nouo euangelio Augustinianorum alicui bibliotheca (vt suspicor) reperto, omnibus orthodoxis patribus impudenter oppedant Ambrosius ille Mediolanensis præsul, vir spectatæ imprimis sanctimoniæ, libro quem de officiis scripsit primo, sic ait, *Fortitudo qua bello tuetur a barbaris patriam vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitia est.* Et beatus Augustinus Theologorum (extra omnem controuersiam) colophon, in verbo Ioannis præcursoris Domini, quibus militum vitam reformat, *neminem concutiatis, neque calumniam faciatis & contenti estote stipendiis vestris,* sic commentatur. *Quibus stipendium proprium sufficere præcepit, militare vtique non prohibuit Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius consilium salutis petentibus in euangelio diceretur, vt abiicerent arma, seseque militiæ omnino subtraherent.* Illis reliquorum patrum scripta concinnunt. At suaues isti homines cum palam recusent patrum tiac hominum authoritatibus conuinci, tamen arrogantia, quin potius impudentia ridicula, & ioculari suæ authoritati vniuersum postulant acquiescere, credereq; vniuersos mortales (cõtra promissionem Dei, qua se suis affuturum perpetuis semel recepit) profundo errare tot retro seculis, in tenebris excæcatum pancisse, se iam denuo videre, quæ hactenus nemo viderit, nempe omni bello Christianis interdictum esse. Nam de aliis disserere, nõ est Martis, Sane vero si non vetat religio, fontem recto iudicio cõdemnatum, supplicio extremo afficere; quid velabit totam ciuitatẽ, seu regionem gladio punire? In præsenti uori ob aliud passim Alemaniæ vrbibus extirbantur catabaptistæ secta mihi profecto inuisissima quam quod doceant non obtemperandum esse principibus, aut etiam magistratibus delectum volentibus, & quantacunq; vel iustissima caussa ad arma ciues cogentibus, rident urq; mento adunis naribus suspensi, aut omnibus cordatis, quod religiosum ac serio iniquum autument, vel efferatarum belluarum impetum ferro fusteue protelare. Atqui videte, vt hi sibi costent; quẽadmodum vel imprudentes nobis suauiter blandiantur: quando sacrilegæ affirmant, Deum ipsum per speciem serpentis primos parentes in terrestri paradiso decepisse: illud ipsum serpentem fuisse, serpentem inquam raræ pacis turbatorem, omnisq. belli & dissidii originem & autorem. Rectius isti sapiunt fortissima christianæ reipublicæ columna monachi qui ob vitæ integritatem religionis vocabulum sibi propriũ vendicauerunt Inter eos enim quo quisq; est religiosior, eo & pugnatior esse deprehenditur: atq; isti vt reliquos mortales vri aliis virtutibus omnibus, ita etiam bellis exercitiis videantur antecellere non satis habent vulgaram, & tritá militiam militare. ac cum vitiis bellum gerere, nisi difficiliores vel (vt apparet) pugnas affectent, diris capita deuouentes, votisq; solennibus se astringentes, violatæ religionis teneri velli; si non omnem vitam propriæ naturæ repugnauerint, quod θεομαχεῖν esse supra diximus. Quanquam harum optima pars reiecta dimicatione spiritale, verum parum gloriosa, corporali se felicius & id libentius exercet: Dum infectas diuisi odio plusquam Variniano committuntur: pro Doctoribus suis antesignanis & regularum primis conditoribus, cæsim punctimque inter se digladiantur: dum pro ordinum ordine hoc est præcellentia

 & digni-

& dignitate multis noxis, multis conuitiis puerilibus contendunt. Quiq; enim pro se optimũ amplexi vitæ institutũ videri volunt, quosq; alterius instituti parum gloriosos æstimantes. Nec conuenit idem sodalitium: nullũ equidẽ hactenus cœnobium inuenire potui, quod meis sacris non sit initiatũ: intestinis inquã dissidiis, aliis agrestibus, inuidia, ira, suspiris, maledicentia, litibus, calumniis. Iuniores, senioribus, vtriq; prælati sunt offensiores; & illi rursus erga cõuentũ, sæpe numero male animati. Iam & officiola, atq; aliæ quædã ceculæ minutissime, quæ ne puero quidẽ tremulo irã induãt, quos turbines, quas tragœdias cient inter viros ipso habitu verendos, & impense (vt sibi videntur) sanctos & eruditos. Cæterũ ne parũ videatur Mauortii, si tantũ inter se cõgrediantur: nullum hominũ genus est, siue sacrum siue prophanũ sit, q̃ non latrent, calumniis onerent, grauent inuidia, proscindãt maledicentia, idq; frequenter in publicis concionib. apud simplicẽ plebeculã: a qua ab opinione sanctitatis, deorum instar habentur: ipsis etiã monarchis formidabiles: cũq; gratiam apud stultam plebẽ inuenerint; tu ob telũ illud trisulcum, & decem cubitale, q̃ quoties visum fuerit, loco extorquent suo & in quos ipsis videatur cõmmodum, iaculantur ac defulminant. Quasi ea arma data sint ad priuati odii exercitiũ potius, quã malorũ reprehensionẽ, atq; correctionẽ. Maxime autẽ omniũ deuotissimis animis, & omnib. bellãdi machinis oppugnant bonarũ literarũ (quas vocant) peritos: quos per contemptulũ græculos appellitant. Et cũ alioqui sint rapacissimi, omniaq; quo iure quaq; iniuria in suos nidos cõuertant: hic tamẽ summa gloria est, nihil horũ, quæ homines magni facit, possidere; nihil in prædã taliũ rerũ abigere. Quanquã a præter professionẽ etiã ignauia ab vsu ferri absterreat, lingua tamen obtrectatrici, venenata, & (vt semel dicã) Thersitica neminẽ nõ petunt, vibrant, sauciant. At si liceat horũ aliquos, cardinalitiæ, vel episcopalis dignitatis occasione, caput exerere, & vitam solutiorẽ agere, tunc demũ sentias qui viri sint; quantũ rasus ille vertex, & promissum palliũ fefellerit pacis studiosulos. Verũ tamẽ licet murmurationib. iurgiis, seditionib. vnicè oblectentur, neq; etiã aliter cõstant illorũ sacra: immanib. adhuc vociferationib. assidue detonant: *Da pacem Domine in diebus nostris*, de nocte opinor in tenebris pugnaturi. Nam furore etiã Andabatas meos vincunt. Duplex profecto hominum genus in quo mihi vere accidit, q̃ in prouerbio est, lupũ aurib. tenere. Sed vt referat se, vnde digressa est oratio, tam nõ prohibet pugnare doctrina noui testamenti, vt & ipsum acerrime pugnet cum vniuersis rethorum poetarumq; fabulosis commentis, cum vniuersis gentilis philosophiæ sorde, cum Moyse id est, Iudaicis ceremoniis, cum prophanorum principum, ecclesiæ procerum, vulgi indomiti vita: id quod manifestum est, deinum cum omnibus monachorum institutis & plerisque ecclesiæ catholicæ ceremoniis, si Alemannorum theologiæ fidem tribuimus. Postremum nihil habet cœlum, nihil terra, quod non pugnet & militet. Vnde legimus prophetas frequenter appellare militiam cœli, militiam terræ, militiam aquarum, corpora cœlestia, quæ ex terris nascuntur pisces, quibus verbis Deum non temere vsum putarim. Etenim omnes creaturæ militant piis conscientiis in salutem, contra sic in piis, paciq; deditis, cum quibus & Deus & creaturæ peruertuntur: ipse enim militiæ, bellique Deus est: quod ipso nomine præfert; cum Deus sabaoth, hoc est exercituum dici gaudeat. Atque hinc est, quod ecclesiæ suæ caput, & fundamentum, noluerit alio loco iactum, quam Martio, nempe Romæ in ciuitate bellatrici, vt ex ea tanquam capite, in reliqua Christianæ Reipublicæ membra, belli gerandi affectus deriuarentur, & defluerent. Habet enim ecclesia Dei eundem affectum, & spiritum, quo regitur, ex vno capite, in vnius corporis omnia membra diffusum. Hinc tanto minus grauatim bellum admittitur; quanto in gentem religiosiorem inciderit. Vbi terrarum obsecro diuturniora aut frequentiora bella, atq; in vna Italia? in cuius Vrbe primaria amplissimum illud cardinalium collegium, vna cum pontifice summo, Christi in terris vicario, tales Episcoporum caterua, tanti Abbatum & præpositorum cœtus, tam numerosa canonicorum, Euangelicorum pastorum agmina, tam copiosa plebeiorum sacrificulorum examina, tam varia Monachorum genera, tot protonotarii, tot legum Doctores, tot literarum Professores, tot Poetæ, tot Rhetores, deniq; cuncta religionis propugnacula & fulcimenta: vbi nunquam crudelius pugnatur, vbi plus sanguinis funditur: bellare inquiunt barbarum est: soli igitur Græci & Itali nunquam bellauerunt, opinor, quia soli barbari non sunt. Minime mirum: Iani fores septingentis ferme annis bis tantum clausisse: Primum M. Attilii ac T. Manlii consulatu; deinde imperatore Cæsare Augusto. At mirabilissimum est, eos quibus pacis vocabulum semper natat in ore, tam multa belli seminaria in pectore conclusa gerere; nunquam bello exatiari, nunquam quiescere. Nisi forte fortasse eo consilio, vt intermissione aliqua, res noua videatur; recreet amplius, & maiori alacritate, & studio geratur & administretur. Nã prisci illi orbis domitores, insatiabilem illam bellandi appetentiam origini, quam à nobis traxerunt poterant iure imputare: erant enim Germani Mauortis pulli: isti vero professione pacifici, quid prætexent, quam quod res est, simulare id se esse, quod neq; sunt neq; esse debent; indicibilemq; Martis dulcorem, quo semel illectos alligo, cogoq; belli desiderio insanire? Valeant itaq; impudentissimi horum temporũ hæretici & ad glaciales vsq; Orchadas deportentur: aut si quid est vlterius; ne veterem ac bene sopitum grauissima conciliorum autoritate errorem resuscitent. Nam qua fronte reliquis mortalibus ferrum interdicere contendunt, qui sibi ipsis pugnandi libertatem, & in quosuis stringendi calamum, & linguam benigne indulgent? Quasi vero soli regnent, pugnandiq; priuilegio, præ cæteris fruantur, liceatq; solis seditiosis esse, contra principum imperia, & aduersus stimulum calces. Et hæc tamen leuia visa sunt; nisi etiam superis feciales mitterent, & bellum indicerent & inferrent; templa diuorũ magna religione à maioribus condita diriperent euerterent, aut certè in prophanos vsus darent, calices & nolas cõflarent; simulachra Deorũ merueto minimeq; ancipiti prælio, altaribus deucerent; prosternerent, confringerent; auro argentoue imbracteata desquamarent; alia mutilarent, exurerent. Iam & altaria ipsa quam turpiter ab ipsis fœdata & diruta? Quid commemorem possessiones, & prædia ecclesiæ violenter publico fisco asserta? quid cruentas verborum pugnas, scurrilia conuitia, insanas debacchationes aduersus orthodoxos patres, concilia, & ecclesiam vniuersalem? Quid hæc videntur? an non acerbissimum dimicandi genus? At quia vt vera sint, quæ dictitant, illorum tamẽ sententias iudices, sequendas iudicabitis, quorum mores & vitia amplius à nobis tolerari posse negatis? An non effrons facinus est, verbis pacem laudare, alios bello deterrere; re ipsa autem Marti operam dare? Equidem quasi satis negotii non facessant, quos per ignominiam papistas vocant inter se quoq; diuisi in sectas, manus conserunt. Lutherani omnibus copiis sacramentarios, (sic vocant) oppugnant; vtriq; iunctis cohortib. Anabaptistas, qui & Catabaptistæ cæsim punctimq; petunt. *Clamant pax, pax, sed nullis pax sedibus hæret*: nihil magis oderunt quã quietem. Quanto prudentius fecere qui arte

potius bellum imitandum & cohonestandum quam calumniandum sibi existimauerunt, & summis laboribus grandia volumina de re militari euigilauerunt. Animaduertebant homines sapientissimi, eos demũ libros posteris dignos, quorum argumentum orationem, oratio argumentum commendaret. Quare maiori admiratione ducor, quid D. Erasmo acciderit, viro in aliis perspicaci & callido, quod cum dissertendi ostentandiq; ingenii materiã requireret, pacem sibi oratione dilatandam, potius, quam bellum sumpserit. Nam si rem de se tenuem & prauam ita tamen rhetoricis pigmẽtis coloratam exornatamq; reddidit, vt videatur prima facie nihil absurdum dicere, quanto maiorem expectationem de se fecisset: vt ne dicam interim, eadem via & inconstantiæ notam potuisse effugere: quandoquidem absurdum est, stultitiæ laudibus asscribere quod me talem filium hominibus ediderit, post in eius filium omnia mala dicere, nullam destomochandi occasionem cum in meum fautores & Mystas meos prætermittere. Etiamsi ipse dissimulare nequeat, ad quantum eruditionis fastigium nostra contentione peruenerit, quos gloriæ stimulos addiderit inuidia. Dic mihi per Musas tuas hominum ingratissime, nunquam tute pugnas? nunquam porro pugnasti? quem inter Polymachos meos recensere soleo? Nam quid refert eundum pugnas, gladio ferias, an calamo? nisi quid sit crudelius calamo vulnerari, quam ferro: ferri enim vulnera sanabilia sunt, si non obducta cicatrice, certe morte. At calami etiam mortuos rodunt, & affligunt, nullo seculo, nullo emplastro medicabilia. Cæterum quam non sis bellandi rudis, præter alia, prodidisti satis in libello, quem adolescens contra barbaros scripsisti, in quo, dispeream si quicquam aberratum à veterum strata gemaris: cuique facti adeo te non pænituit, vt quod calida iuuenta scripsisses, iam frigidus senex ederes. Porro quo robore brachiorum fulmineum tuum ensem calamum rotaueris, & vt cum poeta dicam, quo turbine torseris hastam, intelligunt multi, suo malo edocti, deplorantque etiamnum hodie robustissimi monachorum, maxime mendicantium exercitus, quorum exhaustis manticis rem ad extremam tantum non famem adegisti. Qualem heroa, qualem Herculem te præstiteris, agnoscit mundus, monstris per te liberatus. Nouerant experti minimum, Lætus, stunica. Sutor, Beda, Egmunda, postremo quotquot tecum conferre pedem sunt ausi. Quę obsecro propugnacula, quæ scuta obstitere, quo minus tales tantosque bellatores vulgo fabulam redderis? Inter hæc tamen homo theologus, qui toties propitio Marte pugnasti, qui toties de potentissimis barbarorum & prochotyrannorum gentibus triumphasti, toties fusorum hostium Atrophæa statuisti, quoties in prælium descenderis, quã es gratus, quam accepti beneficii memor? Verissimum comperio græcorum iactatum senarium [illegible]. Hoc opinor te, tua theologia tam infensa, tam mala animata erga bellum docuit, pro beneficio maleficium reponere. Quin potius aliquando ad te reuersus intendis vires eloquentiæ, atque ea facundia, qua beatam nutricem meam, me quoq; populo commendas? Dignus per Iouem qui facias, digna tali facundia materia, magnam initurus eadem opera gratiam à Bathauis tuis, qui adeo non aspernantur bellum, vt feram laudem, ac etiam multis triumphis dignum existiment: si apud Cornelium Tacitum, vel alium quempiam sola antiquitate ueneraneum historiographum, è cariosa forte pagina eruerint, se olim fortes habitos, bellicosos, feroces pugnæ magis, quam prædæ auidus. Tametsi hodie nihil habeãt cum illa maiorib. commune, nisi quod quemadmodum illi olim hostium vrbes expugnatas fortiter sunt demoliti, hic isti hodie magno animo Struices demoliantur patinarias. Æquasse maiores laudibile, vicisse laudabilius, verum à maioribus degenerasse, adeo turpe, vt præstet eorum memoriam penitus obliterare, quam ea reuocata nos ipsos infamia & ignominia afficere. *Quanto enim* (vt ait Salustius) *vita maiorũ præclarior est tanto socordia posteriorum flagitiosior.* Sed postequam satis patuit, Deos pariter & homines tam Ethnicos quam christianos, inaudito belli studio nunquam non feruisse, nostrumque numen semper sacrosanctum habuisse: locus exigere videatur, vt paucis explicem, quid commodo tantæ Deorum & hominum beneuolentiæ grata manu rependam, tametsi eius nonnulli ceu in transcursu superius videamur attigisse.

Primum igitur omnium. nulli dii gentium culti sunt obseruantius iis aliquid subsidii ad bene gerendum bellum conferre crederentur, quod clarum faciunt templa, trophæa opima spolia non tantum mihi, Iouis Palladi, libero: verum etiam comitibus meis Pacori & Pallori passim dedicata. Quid quod dii isti absque meo fauore, si videlicet tam aduersus fuissem, quam fui propitius homines erant mansuri? Iam & Christum vestrum ego cœlo triumphatorem reddidi ad quod nullus patebat aditus nisi me deuictis pauci gloriosam victoriã reportassi. Cęterum quia hic vnde alios visus est in nos animo propensiore, non satis habeo quæ nostra est animi gratitudo, cœlo restituisse, nisi eundem & in terris ab obliuionis iniuria asseram.

Nemo enim ignorat: fugere Christianorum religionem. tum soli Baccho & Veneri ipsos litare. Deum obliuisci, & ceu exoletum quendam Saturnum ociosos negligere: ad quem aceruatum & conglobatim fit concursus, si me aduentantem conspexerint. Tum enim dictum & factum, obtunditur rogationibus, litaniis, pompis solennibus, missis, obsurd scit nolis grauiter crepitantibus, aduritur tædis & facibus. suffocatur thureo vapore, qui paulo ante vix languida lucernula illuminatus, in abyto templi alicubi delitescebat: quasi inutilis & rebus gerentibus abdicatus. Iam vero crucis signum vbi magis perspicuum atque in exercituum vexillis? quod si tam alte insidere omnium animis, quam in lignis sublatum conspicitur: aut fallors, aut feliciori subinde belli alea cum suæ fidei hostibus conflictarent.

Adde quod nullibi frequentior mentio sanguinis, vulnerum mortis Dei quam apud nostræ familiæ homines? nihil enim vel serium vel iocosum dicit a militibus quod non mortis passionis, vulnerum sanguinis Dei commemoratio confirmet ac robnret: dicere. nihil neque fixius, neque recentius eorum hominum animis inhærere. Parens autem virgo, si ac vllo hominum genere religioso, certe à castrensibus colitur religiosissime: quippe cuius nutu quando summa nauigationis, prælii mactatinnis committitur, non pœnitendam fore prædæ portionem indipiscitur. Ad Georgii nomen modo non obstupescunt reuerentiæ causa! Antonius Christo si non præfertur, sane æquiparatur à militibus, exterrente illos ipsius igne, vel parietibus picto. Nec minor Huberti venatoris metus, Christophoro monogrammo, & carbone siue creta in tentoriis deliniato, superstitiosissime supplicant, haud temere committentes, vt insalutato diuo è castris prodeant, certi quoties id faciant, se pridie eius diei mortem non obiisse.

Verum & D. Barbara numina non postremas inter istos fuerunt, quo excubet aduigiletque: ne qui

tam religioso proposito in proximi necem accinguntur, inconfessi emoriantur. Er quo res appareat religiosior, alio[illegible]unq; simulachra in signis, aliorum in bombardis & catapultis exprimuntur. Porro vt de sanctis finem [illegible]tam, singuli, prout numinum affectus fert, minime aspernandis dicantur anathematibus: signis ab hoste acceptis, gladiis, hastis, lanceis, galeis, thoracibus, scutis, loricis, ocreis, calcaribus, scorpionib. arcubalistis, bombardis, catapultis, malleis ac bellaris a[illegible]is, vt si veliut & ipsi bellatum ire, vt diui illi Homerici, non sit, quod arma se defecisse conquerantur. Relictis diis ad homines remeet oratio. Summos pontif. abs Turcorum & hæreticorum iniuria assero. nimirum actum esset iam olim de christianismo, ni [illegible] abiecto verbi gladio, ferri obuiam esset itum. Quid illos iactitem, qui per me patrimonium regnis & vrbibus amplia[illegible]? Quin vt principum vel ter christianorum dominandi libido est insatiabilis, quod olim plerique frustra attentare sunt ausi, hodie quoq; rapinam Petri patrimonium facerent, facta [illegible]orum anathemata negligentium manu, nisi [illegible] in pontif. & cardinalium armis magis quam [illegible] in vitæ moribus restonidarent. Q[illegible] hoc esse dicemus, quod bonam patrem pontif[illegible]um, cardinalium, [illegible]oporum ipse lego [illegible]imo & abbatum & p[illegible] orum non paucos ereo, modo dig[illegible]tes sit, in quis Mars neruos intendat suos. Exempla adderem, nisi obuiasse magis, quam grata nominare. Nam etsi multi per me intret in ecclesiam Dei, tamen auide adhuc videri cupiunt se via spiritus S. ingressos: quod sane prætextum si gratiosius est a; ud populum, situantur per me dum modo reliqua vita, declarét animum elegantem suum. Quoniam restituendi aut iustifi[illegible] furti, hæc sola ratio est ædificare templa altaria ædificata ornare calicibus, ornamentis, diuitiis, etiam monachorum rebus non male consulo: præsertim mendicantium, apud quos ad certamen profecturi milites ingentia peccatorum pondera deponunt: quo expeditiores (si sit opus) currant & absolutiones plenarias sibi emercantes, nullo labore partam pecuniam liberalissime profundunt, persuasi tanto se absolutiores esse, quanto plus istis adnumerauerint. Nullum genus sacerdotum est apud quod libentius conscientiarum pestilentes cloacas, & Augiæ stabula eructent expurgentque: nempe quibus ipsi anim, peccatorum trimodii cucullionem, modii vero manicas capaces esse. Illi vicissim qui [illegible] albitia ne quid grauius in religiosos dicam, si duriores forte nacti fuerint, dignos pœnitudinis fructus imperant, videl. missarum (vt voceant aliquod Myriadas, easq; dicendas à sacrificis non aperte vxoriis: quod quorsum tendat, cui potest esse obscurum? Cum authores sint theologi inter sacrum boni & mali sacerdotis, quod ad sacrificium attinet nihil quicquam interesse: Deum sacrificium sacrificatum imitabor enim ipsorum loquendi fartaginem) amplius quã sacrificantis ponderare. Quis Chrysippus, quis Carneades vel candido elleboro madidus & delibutus, hæc intelligat, nisi à magistris nostris fuerit edoctus. Cæterum quando hosti furtum nequit restitui, sibi ceu veris Christi pauperibus date persuadent, vt animi efficiant tranquilliores. Quam multos noui, qui bis arribus milites meos pecunia emunxerunt, & malos acceptos, peiores non numinatores, ab se amisertunt. Iam & ecclesiæ pastoribus vberrimus est à nobis ecclesiarũ prouentus, ex quib. vti fontibus quibusdam scaturit cæteris sacrificiis missarum seges. Breuiter vnius congressus decem vrbium oẽs sacrificos occupatos & solicitos in iustis persoluendis habet. Huc referenda & illa, quod ecclesia Dei rum maxime creuerit ac floruerit, cum tyrannorum belli & persecutionib. premeretur, q̃ paulo post acceptam nostris manibus, in qua vitiorum portenta cõiecerit se in auspicata pacis teques cõmemorare cum pudor vetat, tum vereor ne nimis comperta vobis dicere videar. Atq ô iudices, omnis maxima scelera ita sunt manifesta, & cognita authoribus, vt accusator non falsa ea dicere narrando sed antiqua & nimium confessa cõmemorare videatur, verum illa amplexanda colendaque, an ô tẽpub abscienda, excludenda[illegible]abitur? Religio per pacem peperit diuitias, [illegible] conuertiæ in matrem, eam necauere & penitus [illegible]erunt. Vnde quicunq; pietatem diuinis antiquiorem habent, multis lacrymis detestantur Constantini imprudentem beneuolentiam, qui in pace studuit ecclesiam Dei honorare diuitiis, onerauit vitiis, non considerans, quid discriminis, inter christianos & Babylonios esset, pacem igitur multi petunt non adeo vt respubl. melius habeat, quam vt ipsi reditus vberiores percipiant, voluptenrur, crapulentur, supini porrectim stertant: hinc illę lacrymę. Hæc hęc animaduertens regius ille propheta magna voce exclamat, sed surdis, *declina à malo & fac bonum*: at quid est declinare à malo & facere bonum, ipse inquit, *inquire pacem & persequere eam.* Audins prophetã suo Deum per propheram censere non modo non vltro accersendam pacem, verum etiam inquirendam esse, si vel clandestina alicui irrepat, ac inuentam, veluti omnium malorum fomitem insectandam, persequendam deniq; atq; extinguendam esse. Venio ad prophanos homines. Regibus itaq, & imperatoribus vnicum decus esse bellum non multa probatione indiger: nam alios in Deorum numerum retuli, & mortales eum esseni, immortales reddidi, aliis famã & gloriam nunquam intermorituram apud homines peperi. Equidem quod multorum principum nomina tot millibus annorum summis laudibus celebrantur, nobis deberi, nemo est, qui ambigat: quanto enim quisq; in vita fuit bellicosior, tanto post mortem gloria clarior. Solemnis vox est historiographorum, sub hoc principe nihil preclari, nihil memorant dignum actũ est. Quando non bellatum esse volunt significare: haud obscure indicantes: nihil citra bellum magni fieri in hominum vita. Neq; in postremis belli laudibus locandum censeo: eos quoq; nobilitatos esse, qui nobis parum fauentibus in bello ceciderent, vt hectora, Darium, Cræsum, Turnum, Deiphobum, Throilum, mulosq; alios quorum nomina percurrere sit prolixum: vsq; adeo enim nihil inhonestum in bello, vt & in eo occubuisse gloriosissimum fuerit. Vnde Telemachus suspicans patrem Vlyssem naufragio vel alio casu interiisse, grauiter doluit: mortem animo æquo laturum asseuerans, si apud Troiam pugnans, in armis vna cum sociis interfectus fuisset, & non potius ab Harpyis ereptus, aut in scopulum illisus esset inglorius. Adde nõ posse sine Marte subditos in officio contineri, non refractarios cogi, non iniurias coerceri, non maleficos mulctari, non leges sacrosanctas illæsas seruari: quandoquidem populum cura bellum regere, perinde est, ac si quis obtuso freno præferocem equum nitatur domare. Atque postquam sic comparatum est omnium boum ingenium, vt non possit non esse impeni impanens, nemo princeps iam est illustris, tam spectate mansuetudinis & beneuolentiæ aduersus suos, qui sit in tanta dignitatis præcellentia diu permãsurus, si non ipsi Martis formido patrocinetur. Proinde nequeo satis demirari, quid acciderit D. Carolo Imperatori semper Augusto ac triumphatori maximo, qui cum omnium principum, qui anteceesserunt glorias obscurarit, meumque numen, (vt nemo alius, sibi fauentissimum semper sit expertus, tam ociosæ pacis perpetuo fuerit, quam MARTIS studiosior. Nunquid non notabilis? ingratitudo dicum

cam, an contumelia hæc est, aduersus eum, cuius opera non tantum in Italia rerum sit potius, triumphatis post regna eorum potentissimis; verum etiam regnis suis spatiosissimas locupletissimas prouincias in India adiecerit. Hactenus non male responsum est symbolum, quod imperii terminos vltra Herculis columnas propagandos magnifice pollicetur. At per pacem vt responeat ipsa viderit. Magna per Iouem inscitia est, putare tantam vnius hóis potentiá, tam reliquis prîcipib. inuidiosam diu stabilem fore, si quod deliberato consilio decreuit, me omni ditione sua semel eiecit. Quod tamen si faciet, faxo omnem iniuriam cum fœnore sibi relatam dicat Martemque non inultum sagi habendum fateatur. Iam vero bellum velamentum esse ad expilandum populum, sine eo non licere quod libeat, & pleraque alia leuiora commoda ad alia properans scientes prætermitto. Duces vero exercituum, magistros equitum, legatos, centuriones, peius manibus enpio, miris artibus ditans: dum admiranda quadam Arithmetica, pro mille stipendiosis militibus, duo millia apud principem supputant: quippe qui domi sedeat, nec plura sciat, quam tribus aut quatuor familiaribus, consilii non ignaris, commodum videatur. Occisorum in pugna militum aliquod mensium stipendia, velut iure hæreditario sibi vendicare tolerabilius est: Quid dum paganos vtrimque pecunia emungunt? hostes, vt placeat iure belli abstinere: suos, vt potestas sit, villas hostibus redimendi. Noui quendam, excelso in paucis animo centurionem, magnæ satis à nobilitate existimationis maioris tamen à populandi peritia, nam furandi dicere mihi religio est: qui apud suæ farinæ homines non semel animose iactitauit, paupertati digitum medium ostenturum se esse, si non amplius duos annos bellum trahi posset. Atque generosos istos viros, si pax accessit, ꝓ dedecus, dispeream, nisi illico alios cogat superbos caballos diuendere, canes venaticos cædibus vix murem iam pascentibus exigere, vestes vndulatas, holosericas oppignorare: alios arma in vomeres, rastros sarcula, atque id genus instrumenta rustica conuertere, quibus aliquando patriam defendere. Quanquam leuia patiunt; hi præ illis, quos compellet per summam infamiam, lenocinium facere, vxore formosulas prostituere, ac calicem vigilanti stertere naso & Mæcenatibus (vt inquit ille) dormire, aut certe magno capitis discrimine furari, rapere, latrocinari. Hos sequitur priuatus miles, lecti primipilares, gregarii, lixæ stratores, ac reliqua exercituum colluuies. Isti sunt vere Martis Mystæ & discipuli obseruantissimi, apud quos paucis præceptis facile efficio, quod nulla philosophorú quantumuis magna volumina nullæ ingeniosissima, conquisite ratiocinationes, vnquam efficere potuerunt: dum eos ad masculum animum eueho, dum contra frigus, æstum, vigilias obduro, dum vitam vilem habere delitias luxum, denique ipsam mortem contemnere doceo: quæ virtus fortitudo est. Nam eius Cicero ait duo potissimum munera esse, mortis dolorisque contemptionem postremo dum ad omnium rerum indolentiam, quam Græci ἀναλγησίαν dixere, tantopre ipsis philosophis exoptandam vt tota vita ad eam contenderint tam difficilem vt vix paucissimi attingerint, idque excurso propemodum vitæ spatio, paucis diebus perduco: ita vt infinitas calamitates suus, non solum non sentiat, sed pro voluptatibus quoq; exosculentur amplectanturque. Sed audite operæ precium pro tali obsequio quid reddat bellum. Quoniam ex philosophorum sententia nihil natura priuatum est, concedit omnia communia, omnia prædam esse, furari libere, peierare impune, stuprare, adulterare licenter, leges conculcare petulanter, bonos calumniis opprimere, malis impunitatem solutis licentiam facere, sacra prophanare, templa diripere, inter bonum & malum iustum & iniquum, sacrum & prophanum nihil pensi habere, demum cælum terræ miscere, confundere omnia concutere, affligere, euertere diruere prosternere omnes vrbes, castra solo æquare. Verum prædictis, eo quod exercitum sequantur, in bello & sano & messis est, atque exigua pars videlicet, si cum hominum reliqua multitudine conferatur. Itaque pergamus ad eos qui [illegible]. Principio vt à capite exordiamur, magistratus alligeo honóribus, ærariis non mediocriter consulo. Nam quando agricolas compello relictis ærnosis vicis, ad munita oppida confugere, & quidquid tandem fortunæ est côuehere, desolutę ciuitates populo, frugibus armentis diuitus explentur: hinc excrescunt census tributa, vectigalia. Quod ipsum etiam publicanorum quæstum nonnihil iuuare minime obscurum, quibus præter antiquam consuetudinem, iam fere secunda in ciuitate honos, pessimo exemplo habitus non debitus, neque adeo virtute, sed fas & nefas partis diuitiis comparatur. Virtutem enim & prudentiam, iam olim testudines antecesserunt. Ab istis ne mortui quidem satis tuti & haud suo an canicidæ, adeo nihil est quod non accidant, & deciment. Quanquam hoc tolerandum, si non, qua sunt morositate, rem alioqui intolerabilem, sua improbitate adgrauerent. Iam & lites forenses ex eodem fonte scaturigine perpetua scatent: id quod aduocatorum, scribarum, actuariorum, iudicum, doniuorotum exentit marsupia cum inter simplices ac explicandæ re controuersias ignaros, longius protendunt, causarum decisiones: differuntur iudicia, quo diutius arrodere miseros, rabulis illis forensibus liceat. Demum vniuersa illa rixosorum hominum belli beneficio mirifice collocupletatur. Quid commemorem ænopolas, caupones, stabularios, pistores, lanios, ichtyoplas, salsamentarios, coquos, qui plerumque quod ciuibus duplo, militib. meis triplo vendunt ne nô male parta mala dilabantur? Sed despiciamus reliq hominum colluuiú. & figulos nostra beneficentia mire deuinctos comperietis. Quoties ipsi audiui textores sartore sutores, farinarotores, argentarios aurifices hispanorum aduendum precari. Sunt enim illi licet victu sordidi, pretiosarum vestium luxu aliis damnosiores, dicas non veteris disciplinæ milites, sed Sybaritas potius, proculos, & sponsos Penelopes. Quasi vero eo quisque sit nobilior reputandus citius quam furacior cæteris, quo vestium splendore sui qui alios emicet. Porro ex Germanis & Britannis iis plus quæstus est, qui Apitii delitias terent, deinde medicis chirurgis, tonsoribus, quippe qui quicquid vndecunque congesserint, ventriculi libenter sacrificant, atque medicorum, chirurgorumque opera frequenter vtantur. Adiungamus prædictis architectos, fabros, cæmentarios, lignarios, ferrarios, vitriarios, latomos; quos omnes non sine maximo ipsorum compendio passim exerceo, in dirutis & subuersis à me vrbibus & castris reædificandis reparandisque. Quid referam lenones, parasitos, meretrices, ambubaias, totamque illam Veneris scorteam familiam, quæ: qui nunc sunt militum mores, multo ferme religiosius obseruatur ipsis Martis, hominibus. Ad eam enim locupletandam cum omnis præda, omne stipendium conuertitur, tum æs alienum conflatur, armatura venditur. O quantum hic degeneratum à veteri disciplina, pudet quoties horum militum in mentem venit, quos Venereos rectius quam Martios dixeris. Fingant poetæ, quæ visum fuerit: lingent ad amarctitiis illis Vulcani vinculis Martem cum Venere, fabulen-

bulentur, igni cũ aqua conuenire, nunquam tamen cordatis perſuadebunt, minus inter Martem & Venerem, quam pacem & bellum diſſidium eſſe. Etenim inter quos & ſtudia & affectus pugnant, concordia eſſe non poteſt; Hinc olim ſanctiſſimis militum tentoriis eſt prohibita adeſſe: quæ ob id caſtra quaſi caſta & caſtrata, quod ibi caſtretur libido, dicta eſſe non peſſimi latinæ linguæ autores memoriæ prodiderunt. At nunc plures propemodum mulieres, quam viros exercitus trahunt. In iure cæſareo cautum eſt; ne adulterii ſeu publico aliquo iudicio condemnatis, fas eſſet militiæ nomina dare: quippe ſacra res militia eſt, q̃ nõ eſt æquũ ſcelerib. deturpare ac prophanorũ. Eos ſi hodie reieceris, ne milleſimũ quenq; in exercitu reliquũ feceris. Atq; interim tamen iſti tales, ſi quid ſpretis belli legibus (ſunt enim & belli ſicut pacis iura, vt apud Liuium Camillus teſtatur) ſi quid inquam per fas nefasq; geſſerint, nobis imputatur, totumq; in noſtrum redundat caput. Tranſeo ad pauperes & mendicos, qui certe beneficentiæ noſtræ non vno tantum nomine debent. Nã præterquam quod furta, & nocturnas rapinas militum nominibus prætexunt, bonam quoq; ſubinde prædæ portionem, à religioſioribus accipiunt; quo Deus dignetur, furtam atq; ſacrilegium proſperum concedere. Haut enim ſibi it illos Chriſto dari, quod ipſius nomine pauperibus impenditur. Quod ſi qui ſunt eiuſmodi vt aut nullam artem dedicerint; aut mercede manuum inopiam ægre tolerent, nec tales quidem noſtræ beneficentiæ expertes patior. Nam qui integris membrorum viribus ſunt, ſtipendium facere pedibus licet, aliis lixis ſtratoribusue eſſe. Quid quod nulli plebeio quantumuis prudenti aut forti, aut honores & dignitates pateat aditus, niſi per me promouentur. Syllæ tempeſtas Romæ ex gregariis militibus alios ſenatores, alios equites vidit; alios ita ditatos, vt regio victu atq; cultus ſplendore ætatem agerent. Qualia certè ſibi quisque, ſi felicitas in armis ſit, aut in raptu fortuna audacter ſperet. Sed quorſum ego antiqua exempla commemoro? quaſi parum multos hodie videatis, quos ex fabris murariis, lignariis, ſutoribus veteramentariis, furnariis, & id genus hominibus, ſubito exercituum duces, centuriones, ſatrapas creauerim: ſatellitio, caballis, veſte purpurea & verſicolore conſpicuos & claros reddiderunt? qui antea ſago militari & rencida veſte ſorditati, pedibus ſtipendia feciſſent, neque velaſinum quidem vnquam equitandum habuiſſent. Referat mihi pax iſta, ſi poteſt, de tot hominum millibus vnum, qui per ipſum aut clarus euaſerit, vel ad opes & dignitates ſit euectus, & ego viciſſim Myriades aliquos referam, quos à me ad ſumma honorum faſtigia ſublimatos, ad inopiam & infamiam turpiter deiecit. Reliqui ſunt ruſtici & agricolæ, quorum iuſtior aliis querimonia, ac Martis criminatio videri poſſet: ſed nos hominum opiniones ſuperficies ſummas tantum rerum intuentium, nihil moremur; rem ipſam opinionibus nudatam putemus; & ducebit iſtos quoq; magnam beatitudinis ſuæ partẽ, nobis debere acceptam referre. Principio nemo neſcit quantũ momenti hac tempeſtate ad gratiam & beneuolentiam conciliandam, apud omnes nationes habeat ciuilitas, adeo vt omnis eruditio, omnes animi & corporis dotes vileſcant, niſi ab philoſophiæ parte commendentur. Hanc ego ruſticos doceo, dum in vrbes compulſos, formandos fingendoſque vrbanis moribus & aſtutiis trado, & quidem iſtis narium ponere viulum, alienum ſumere, ſcite mentiri, diſſimulare, fraudes cõſuere, techas fabrefacere, veteratorie decipere, ſcortari, adulterare, pergræcari, aleam ludere, à quibus certe ruſtica ſimplicitas erat alieniſſima permanſura. Leuia ſunt illa quomodo ſalutandum, vtrum inflectendum, genu, vtra manu aperiendũ caput, quemadmodum deducenda labra, fingendi occidi, ſumendus cibus: & tamen tantum habent gratiæ, vt qui ea aut ignorat vel negligit, truncus & ſtipes potius quã homo iudicetur. Iam & annonæ precium intendo: hinc quæcunq; benignus ager tulerit, ſolito carius diſtrahuntur. Verum nonnulli exuuntur, expilantur, captiuantur; ne à ſuis quidem militibus ſatis tuti, fateor: ſed pauci illi ad incolumes collati, eiq; ferme in ipſis cõfiniis inſano plerumq; auaritiæ ſtudio, feram in ciuitates munitas fugam molientes: vt vt in genere tamen iſtis ex me plus boni eſt, quam mali. Quis enim tam eſt iniquus humanarũ rerum cenſor, qui nolit paucorum diſpendio multorum redimi vtilitatem? Quanquam noſtri inſtituti non eſt eam obiectionem anxie refellere, qui bello militiæq; non de prædationibus, latrociniisq; patrocinamur. Cur patiar meam cauſam exaggerare, quæ Mercurio & Harpiis debentur ſi qui dum egregii milites, ac bellatorum coryphæi videri volunt, ſub militiæ palliis fures ſunt, prædatores, graſſatores, ſacrilegi: ne momentis compos mihi imputandum arbitrabitur, ſed impuris hominũ ingeniis. Tollas cauſam inquiunt & effectũ abſtuleris. quaſi non vel pacatiſſimo tempore huiuſmodi exerceant vel quos naturę prauitas, vel audax magiſter venter ad ęa induxerit. An pacis tempore nulli prædones piraticam faciunt? nulli latrones, nulli ſicarii graſſantur? at non tam impune. Id imperatorib. aſcribendum, quibus ſi prædæ portiuncula aliqua decidatur; facile patiũtur os ſibi obſtrui *νῦν κέρμαν*. Percurre antiquas hiſtorias: & inuenieris agricolas ab iſtiuſmodi iniuriis tutos eſſe, vt quibus manus inicere, vel pilum adimere crimẽ capite plectendum cenſeretur. Auidius Caſſius milites, qui aliquid abſtuliſſent prouincialib. per vim, in iis ipſis locis in quibus peccauerant in crucem ſuſtulit. Et Peſcennius cognomento niger, ob vnius gallinacei direptionem, decem cõmanipulones qui raptum ab vno comederunt ſecuri percuti iuſſit. Ad eundem modum ſi principes iam in petulantem, & licentiorem iam militem aduerterent; ſaltem hac ex parte Gradiuus pater maneret inculpabilis. Iam hæc ſtudia alunt: & quorũ intererat corrigere olim gloriæ ſit, non pecuniæ; principes ad bella extimulabat; & barbaras nationes ſic ſibi ſubiiciebant: vt & vidi literis, moribus, legibus, vrbibus nobiliores euaderent: & victores ſolum formandi agreſtis populi laborẽ lucrifacerent: diuitibus enim imperare, quam habere diuitias malebant. *non cauponantes bellum ſed belligerantes*, vt ait Pyrrus apud Ennium. Hodie magis pecuniæ quam gloriæ certamen agitur, & neglectis quæ in priſtinis illis bellatoribus optima erant peſſima exprimuntur. Militare (inquit Auguſt.) nõ eſt delictum; ſed propter prædam militare peccatũ eſt: nec rempub. gerere criminoſum eſt; ſed ideo agere vt diuitias augeas videtur eſſe damnabile: propterea enim quadã prouidentia militantibus ſtipendia ſunt cõſtituta; ne dũ ſumptus quæritur, prædo graſſetur. Si ſtat ſententia ſemel abrogare; quicquid quoquo modo à ſceleratis in abuſionem rapitur, quin dico auferuntur in religione cæremoniæ, quarum nimio ſtudio plerique quæ vera pietatis ſunt, aut ignorant aut negligunt? Cur non indulgentiæ, quibus non parum multi ad libertatem peccandi abutuntur? cur nõ antiquatur euangeliorum authoritas, quorum prætextu multi diſſentiones, & hæreſeos diſſeminant virus. Cur pacis conditione (cuius ocio libidinoſiſſime abutuntur vniuerſi mortales) mea deterior? cur acceſſitur, cur tanta omnium patientia laudatur? Non, non: licet nonnulli, auro abutantur, non tamen ſtatim omnibus abiiciendum ſuademus; ſed ad vitæ neceſſitatem & ornamentum applicandũ monemus. Neq; quia per multi vino inebriantur, ſtatim exem-

plo

plo Lycurgi ad vites excidendus excutimus, ſed ad ſobrietatẽ & temperatum vſum exhortamur. Vere illud cecinit Ouidius, *nil prodeſt quod non lædere poſſit idem*. Non igitur explodendum bellum, ſed belli diſciplina reſtituẽda potius; ne poſtea nimis calidi cõſilii pœniteat. Cæterum mirum eſt, viros non dicam eruditos & (vt ſibi videntur) theologos, ſed Chriſtianos, direptiones & bonorum amiſſiones, vt grauia crimina nobis obiicere: quibus in cœlo theſaurus, quem fures vtiq; non diripiunt, quibus pecuniæ tudera, qui auferentibus pallium vltro tunicam adiiciunt, deniq; quibus profeſſio paupertas eſt, & diuitias omnes ſpinas appellare ſolemne. Pudetne nos dementiæ ô theologiaſtri, pudetne inſcitiæ? qui Marti non dubitatis magni criminis loco obiicere, quid ſpinis omnem pietatẽ & transfigentibus & ſuffigentib. miſeros mortales liberet? & tetib. curſum ad æternas illas deſtinatũ remorantib. ſpoliet. Atqui ſi bellũ inſtituiſſetis, nihil poteratis magis dicere, q̃ ad ipſius gloriam pertineret: Si Christus dogmata animos ab admiratione diuitiarum nõ reuocant, certè ethnicorũ philoſophorũ exempla vos moueant, aliquoq, pudore honeſto ſuffundãt. Crates ille Thebanus animũ philoſophicis præceptis imbuturus, in pecuniã redactis omnib. quæ poſſident magnã vim auri & argenti legitur in mare præcipitaſſe? abite peſſimi (inquiens) malo cupiditates ego vos mergam: ne mergar à vobis: nõ enim ſe poſſe putauit virtutes vna cũ diuitiis poſſidere. Quid cõmemorẽ Socratẽ, Antiſthenem, Diogenem, Biantem, quos diuitias conſtantiſſime cõtempſiſſe conſtat? idq, in tenebris vt quib. vera mundi lux Christus nondum illuxiſſet. Quare ſi periculoſa ſarcina ſunt diuitiæ, vt Christus nõ ſemel terrificũ illud intonet diuitib. huius ſeculi, aſſeratq, facilius eſſe camelũ tranſire foramẽ acus; quã diuitẽ intrare in regnum cœlorũ, non calumniandũ erat Martẽ ob prædas & ſpolia; ſed potius gratias agendũ, q̃ ad virtutẽ capeſſendã hominib. factis idoneis viã ad æternã beatitudinẽ aperiat. Sed priuſquã receptui canã, diluenda nobis adhuc duo crimina; quæ ſibi præcipua & laurea triumphali digna aduerſarii crediderunt: mihi ſane (quod ſunt) ficulnea videntũ, & reputatione ꝓpemodũ indigna. Primum eſt, Martem eſſe vrbium euerſorẽ Alterũ hominum occiſorẽ & perniciẽ. Equidẽ iam antea teſtatus ſum; multa in bello præter bellatorum officium committi; quæ ipſe neq; comproho defendo, quin ipſe accuſo iſtos, qui furore quodã pro fortitudine vtuntur; qui præclarum & glorioſum rẽtur arces bene munitas euertere, celeberrimas vrbes funditus excindere: quæ magnas adhuc bellorum faces ſi integræ manſiſſent, erant ſubminiſtraturæ, haud animaduertentes, quã multo ſit ædificare, quam demoliri ædificata laborioſius, ſibiq, ea quæ ſub vertũt, regni munimenta, ornamentaq; aliquando eſſe poſſe In euertendis itaq, vrbibus, diripiendisq, valde illud conſideratum docet Tullius libro officiorum: ne quid temere, ne quid crudelius fiat. Quanquam à furiis immitti bella finxerit antiquitas, gerendis tamen rectè bellis palladã deam ſapientiæ præfecerunt. Suppetirent bellũ furiæ, alant ſtultitia & peruicacia; certe hoc in confeſſo eſt: neminem vnquam feliciter bellum adminiſtraſſe, qui in conſiliis Palladam non adiunxiſſet Dubitari enim ſolet: fortitudo an cõſilium plus momenti in bello haberet. Etenim plures vincere, quam vti victoria nouerunt. Sylla cui conſtans cognomentum felicitas dedit, maximas ſuarum felicitatum exiſtimabat, Pii Metelli amicitiam, & ſeruatus à ſe Athenas, quas perdere potuiſſet Marcus Marcellus, cuius in Sicilia, hoſtes virtutem, miſericordiam victi, fidem cæteri ſiculi perſpexerunt, vrbem pulcherrimam Syracuſas cum vi cœpiſſet, non ſolum incolumen paſſus eſt eſſe; ſed ita reliquit ornatã, vt eſſet idẽ monimentum victoriæ, manſuetudinis, cõtinentiæ; cũ homines viderent & quid expugnaſſet, & quib pepciſſet, & quæ reliquiſſet. Et Philip. Alex. M. Pater, quẽ Theophraſt. ſcripſit nõ ſolũ dignitate, ſed etiã prudentia & moribus, multo aliis regib. præſtitiſſe, cum deuictis Græcia quidã ipſi conſulerent, vt ſeuerius eum vrbib. ageret, reſpondit ſe malle diu benignum, quã breui Dñ. appellari. Qui igitur in vrbium euerſionibus bellum potius accuſant, quã imperatorũ vel feritatẽ, vel impotentiã, perinde faciũt, ac ſi naufragus mare æſtuans potius accuſet, q̃ id cõcitantes ventos. Porro a. ſi ma ine cõtinere, ſubinde diui iure belli vel caſtellũ vel oppidulũ, ne id grauiter quidẽ exagitan. ſũ culpandum mẽ reor: quãdo è diuerſo tam multa extruo, reparo muuio. Sane vero vbi ego faciẽ hãc totuã alicui regioni oſtendere; videdis abſq, mora arces, vrbesq; foſſis, vallis, mœnibus, aggeribus cingi, turres mulcebrio & ſecuritate pacis collapſas inſtaurari, bombardas, catapultas, arietes hilipotes, carros, vectes, deniq; vniuerſas belli fabricas oĩa arma, à ſitu & rubigine vindicari caballos in pretio eſſe, nobiles viros, equites, milites à neglectu & cõtẽptu aſſeri, poſtremo nihil negligi, nihil nõ renouari. Adde quid nunquã vrbes erat is habituri ſine mea beneficentia. Ego n. (q̃ extra dubiũ eſt) primus omniũ populos agreſtes, ſparſim ſine literis, ſine legib in morẽ ferarũ habitantes coegi, vrbes extruere docui morib. literis, legib informaui; vt veriſſimum ſit quid vulgato prouerbio dicit᷑ bellũ omniũ rerum pater. Hoc igitur cornu facile diſſipato ad alterũ accingamur, quid nullis prorſum rationib. ceſſurum, antidici noſtri ſibi perſuaſerunt: hic mihi poſcenda bipẽnis tenedia. Hic ſi apud gentiles mihi dicere cõtigiſſet, reſponderet pro me philoſophia Mortẽ malorum nõ eſſe; ſed miſeriarũ omniũ, quib præſens vita obnoxia eſt, finẽ, verę vitæ initiũ: optimũ enim aiunt nõ naſci, proximũ quã primũ aboleri. Si apud Christianos defenderet religio, cui hæc vita mors eſt & mors vita: vnde & Paulus mori mihi lucrũ eſt.

Eſt n. peregrinatio vita hominis ſuper terram. Sed aduerſarii noſtro Chriſtiani verbis dici volunt, reipſa Chriſtũ abnegant, & ipſius religionem calumniandi ſtudio cõtaminant, ſcripturã ſubuertunt. At non iſti Deum blſphemant, qui ante parcas bello hõs cadere vociferãtur? Quid eſt obſecro ante parcas & fata mori aliud? q̃ ante terminus ꝓdeſtinatum, quid vnicuiq; à numine ab æterno eſt præſcriptum: ait n. ſcriptura, præſcripſiſſe Deum vnicuiq; vitæ terminos, quos excedere non poteſt. Neq; putandum eſt: nihil certi de nobis ſtatutũ eſſe, quid de fatis noſtris nihil compti habeamus. Non morantur noſtrã tarditatẽ fata neq; magis circa Æſchylum, Achillẽ, Meleagrũ, & quos ſua fata præſciuiſſe creditum eſt, laborarunt, q̃ circa vnumquenq; mortalium. Aut oĩum exitum aut nullus Deus ante conditum orbem ꝓſcivit, nullius dicere impium eſt, oĩum, Chriſtianum. Iam eius ꝓſciẽtia à voluntate dependens ꝑpetua eſt, nulla rõe mutabilis, iã qui finẽ ꝓuidit, media quoq; quorũ vſus ad finẽ eſſet ꝓuidit: quorũ vel maximũ eſt bellum, q̃ exterminare vt velis fortaſſe, tñ ſi ſemel à Dño ꝓdeſtinatũ eſt non poteris: quę ſane res magnam fiduciam mihi huius iudicii ꝓbuit. Hęc & ſimilia ignorare Chriſtianos pudor ſit, quandoquidẽ ea Homer. me⁹ nõ neſciuit, apud quem ſic loquitur Achilles noſter iliad. 19.

Ζεῦ πάτερ ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα.
οὐκ ἂν δή ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν
Ἀτρείδης ὤρινε διαμπερές, οὐδέ κε κούρην
ἦγεν ἐμεῦ ἀέκοντος ἀμήχανος, ἀλλά ποθι Ζεύς
ἤθελ' Ἀχαιοῖσιν θάνατον πολέεσσι γενέσθαι.

Intelligitis nimirum prudentiſſimum poetam Ioui aſſcribere, dimidium illud, Achillis & Agamennonis qui græcos cædibus multatos voluerit. Iam quid laudabilius, q̃ pro patria in armis cadere, ꝓ qua nullum periculum ſapientem vitare decet? ne ſi pro ea

cadere nolit, necessario cum ipsa pereat. *Vita*, inquit Cicero, *quæ fatu debetur, saluti patriæ persoluatur.* Et Phœdium fortissimum prodiderunt oracula, qui pro patria occubuisset. Cato scribit legiones sæpe alacres in eum locum profectas, vnde redituras se non arbitrarentur.

Quid commemorem Fabios, Decios, Horatium Coclitem, Atheniensium regem Codrum, Curtium, M. Scæuolam, Attilium regulum, quos non pœnituit certissimæ morti capita obiicere, quo rebus patriæ consulerent quorum mors si ignobilis extitisset, non omnia post tot secula viuerent. Viros narro, at quales tandẽ erant Lacænæ, quæ auditis filiorum in prælio casibus, alio se in hoc genuisse, vt essent qui pro patria non dubitarent oppetere, aliæ gloriosius esse in acie pugnantes mori, quam in Olympo vincentes viuere, lætabũde iactitabant. Quid quod earum non paucæ, è pugna profugos, domumque reuersos, vel ilico in mortẽ repulerunt, vel propriis manibus necauerunt, velut & se & patria indignos?

Hinc non inicia B. Augustinus, in hæc verba queritur. *Quid culpatur in bello: an quia moriuntur, quandoque morituri, vt dominentur victuri? ad hoc reprehendissime timidorum est non religiosorum*, hactenus Augustinus. Sane vero cum mors incumbat omnibus, sitq; ineuitabilis fati necessitas, hoc enitendum quisq; habet, vt mors quam potest honestissima, minimeque turpis obringat.

Mors enim honesta, sæpe vitam quoque turpem exornat. Turpis ne vitæ quidam honestæ, suam laudem relinquit. Atqui in bello mori semper pulcherrimum est habitum adeo vt christianæ persuasionis patribus visum sit vltimam illam mortis & vitæ colluctationem, non alio nomine quam agonis, hoc est certaminis censeri, & iam moribundos cruce munire, velut gladio ac oleo perungere, vt videantur ex molli thoro, sed recenti lucta, & pugna superis adesse. Hanc in fide habebat maiores, viros prudentissimos, non posse non turpem esse mortem extra bellum, nominemque ab Christo agro[?] theta coronandum, qui non legitime certasset: deniq; vitam in [illegible] hostium vi[illegible] clausisset. Neq; enim mea in homines beneuolentiæ sufficit, si omnes in vita beneficio iuuem: nisi & iam vita defunctis adsim: vnde etiam quoties contra Turcas adorior, indulgentiarum diplomata expedio, quibus inferni vel purgatorii cruciatibus destinatas animas liberem, & ad cœlestẽ illam gloriam perducam.

Liceat igitur tandem rebus sua dare nomina, liceat scapham, scapham, bonum, bonum appellare. *Væ vobis*, inquit propheta, *qui dicitis malum bonum bonum malum.* Quamobrem iudices æquissimi, quid reipublicæ expediat, videtis. Si pacem (quod obsit) expulso Marte admittetis, rem siquidem vulgo, vt iá videtur affectus, vtroque pollice approbandum facietis, ceterum id suspectiorem, quod fœci populari, quæ semper pessimis gaudet gratam. Sin relicta tanta insania putabiris honestissimũ belli exercitium, quod tantum gloriæ, tantum oblectationis, & vtilitatis habet annexam non auferendum, & vobis dignum facietis, & viragi[illegible]ibus [illegible]us maiorem laudem parietis. Neq; enim o regiæ viragines per pacem facietis aliquid tanta gloria dignum quanta Helenę factum, quo data Troiani belli causa, & seipsam, & multos viros mortales, vno adulterio immortales effecit. Porro si in bsumato animo placet, in plebeculæ instabilis gratiam, me principum aulis eiicere, ne sic tamen me exterminabitis: Verum delitescam interim in ciuitatibus, collegiis, monasteriis, scholis, deniq; priuatis familiis, paulo post resumptis viribus, multo grauiore impetu adfuturus.

DIXI. SCRIPSI.

JOANNIS PASSERATII

ENCOMIVM MENDACII EX PRAEFATIONE SVPER *Pseudolum Plauti.*

SI repente hic existet, & apud iudices non seuerissimos suam agat causam Pseudolus, vltro de mendacio confitebitur, & argumentis vincet, eam fraudem sibi fraudi esse non oportere. Principio assumpto pallio, barbaque philosophabitur, seque Platonis auctoritate defendet, in libro de Republica tertio: τοῖς ἰατροῖς καὶ ἄρχουσι συγχωρεῖ τὸ ψεῦδος. Cum Plato magistratib. & Medicis non putet indecorum sese mentiri, contendet sibi mentiri licuisse, vt argentariæ heri minoris inopiæ eo pharmaco mederetur. Deinde acuminibus Dialecticorum punget aduersarios, & negabit Iurisconsultorum fidem, quorum e numero fauet mẽdaciis Paulus in lege Electio, de noxal. action. Neq; hæredi, inquit, neque in hæredem, quod defunctus mentitus est actio danda, nec in ipsum quolibet tempore. Laudabit & testem Vlpianum in lege prima de dolo malo: Dolum esse quendam bonum (sic Græci [illegible] vocant) maxime, si quis aduersus hostem & latronem quid machinetur: Communem omnium hostem lenonem a se dolo superatum, id iactabit esse palmarium. Nixam esse mẽdacio probabit reginam fori, & concionum moderatricem eloquentiam: vt eximius Orator M. Antonius dictitabat: neque pensum suum absoluere posse, nisi circumuentis Auditorum mentibus offusaque tribunalibus & subsellis multa erroris caligine. Historiæ Græcæ & Latinæ exordia ab anilibus fabellis repetet historiæque Parentem Herodotum mendacissimum falsi coarguet, in eo præcipue: quod Persas à mendacio scribit tantopere abhorruisse: quoniam manifestum est, ex magicarum artium vanitate, tot sæculis damnata, Persarum Magos fallendi mentiendique nobilissimam disciplinam reperisse, posterisque vt arcana quædam & mysteria tradidisse.

Iam vero Poetæ vsque adeo falsa confingere, & quod nusquam est gentium excogitare coguntur, vt si vera semel mandare versibus ceperint, continuo nomen suum amittant. Commemorabit iura belli: plures insidiis quam aperto Marte partas victorias, magnos Imperatores, ex Lysandri Lacedæmonii præcepto, vulpinam interdũ assumere pellem leoninæ, Vlyssisq; astutis quam Aiacis felicius ad Troiam pugnantem esse versabiturque in ore Tragici sententia: *Cum contendi nequitum est, vt clam tentanda est plaga.*

Hortabitur vt Deæ sapientissimæ monitis cuncti pareamus, quæ suadet Telemacho vt inimicos de medio tollat ἢ δόλῳ ἢ ἀμφαδόν: Vnde apparet eos hallucinari, qui hæc verba Corœbo Virgiliano vt stulto affingunt,

dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Ac quoniam in deorum mentionem incidetis, Mercurii Venerisque præpotens inuocabat numen quorum alter fraudibus & fructis præest: altera δόλιος, δολιόφρων, δολόφρονα, καὶ πανοῦργος, ab Euripide cognominatur: quod vt ait Maro.

Dolos videt Cytherea repertu.

Numerabit inter mendaces Apollinem; de quo infra commodius: neque ipsum prætermittet Iouem, qui vt est in Amphitruone Plauti.

Veri-

Versipellem se facit, quando lubet.

Quæ tet, si mentiri sit iniustum, cur terra mater, quæ, & est & appellatur iustissima, non raro agricolis mentiatur, & cultores suos fallat? Vulgo enim hæc nota sunt.

Spem mentita seges
Et verberata grandine vinea, Fundusq; mendax.

Mari Neptunoque nihil esse dicet fallacius, & iure queri Palinurum, quod

toties tali deceptus fraude ferens.

Quare nihil se noui fecisse, quod fefellerit, aut mentitus sit, cum Philosophi, Iurisconsulti, Oratores, Historici, Poetæ, Imperatores, homines, Dii, Deæque, cælum, terræ, maria, fallant & mentiantur. Eodem alia quamplurima congeret, velut id ex Ciceronis Ligariana, *honestum esse quoddam & misericors mendacium*: vt Hypermnestræ laudem ob insigne erga Patrem mendacium, exsuauissimis Lyrici Venusini versibus.

Vna de multis face nuptiali
Digna, periurum fuit in Parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis æuum.

Aurem ei vellet Theognis, & hoc à se dictum iuuabit meminisse:

Πολύ ποδες ... πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσῃ τοίη ἰδεῖν ἐφάνη

Occurret maxima exterum turba, qui vota Lauernæ suscipiunt, & ita concipiunt preces.

Pulchra Lauerna
Da mihi fallere, da iustum Sanctumque videri. nec diram imprecationem metuunt ex sollemni iurisiurandi per Iouem lapidem formula: *Si sciens fallo, tum me Diespiter, salua vrbe arceque, bonis eiiciat vt ego hunc lapidem:* Censent enim eum à lapide minimum distare, qui timeat periurii testem & dictum de omnibus ciuitatibus, quod de vna Crotone scripsit in Satirico Arbiter Petronius? *Si vrbanioris notæ homines sustinetis semper mentiri, recta ad lucrum curritis. In hac vrbe non literarum studia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas sanctique mores laudibus ad fructum perueniunt: Quoscunque homines in hac vrbe videbitis scitote in duas partes esse diuisos: Nam aut captantur aut captant:* & quæ sequuntur apud Patronum. Præterea nobis obiicet non tantum multitudinis consensum, verumetiam eorum iudicium, qui sedent ad gubernacula, rempublicam administrant, & magistratus gerunt, proprium esse munus ciuilis prudentiæ, vti foro, seruire tempori, induere Theramenis Cothurnum, mutare velificationem pro ratione tempestatis, versare nauitam suam ac legere, quæ omnia Aquiliana doli mali definitione continentur *cum aliud agitur, & aliud simulatur.* Vbi inter hæc præsidia defensionis suæ, & causæ firmamenta: aquam sibi videbit propemodum effluxisse, & aliquando perorandum, tunc ita cuncta miscebit ac perturbabit, sic in atramento suo sepia delitescet vt a Prætore in Consilium missi Iudices, nisi absoluant, omnino pronuntiaturi sint, non liquere.

D I X I.

ELIÆ MAIORIS VRATISLAVIENSIS

ELOGIVM MENDACII

AD

NOBILISSIMVM FLORENTISSIMVMque Iuuenem Dn. Danielem Heslerum Patricium Vratislauiensem.

Qvantopere labes illa ingrati animi, quæ acceptorum fructum meritorum aut dissimulat, aut obliuioni tradit, vitanda sit, nemo ignorat ...est, qui quantum in illa sit sceleris, quantum exitii perniciei, Etenim si etiam ethnici statuunt *Deos percuntium beneficiorum semper vltores esse*: quo tandem studio crimen illud non fugiet Christianus homo, quem sanctissimus pariter ac sapientissimus Rex docet, *calamitatem ab ingrati fundo nunquam absuturam*? Bono nempe nullo is dignus est, qui bonum nec agnoscit, nec celebrat, nec pro viribus compensare nititur. Hæc dum ego mecum reputo, & simul ingentia atque commemorabilia beneficia expendo, quæ ab *Amplissimis tuis parentibus* hactenus in me fuere collata, *Daniel, iuuenis Nobilissime, Laudatissime*, dubitare propemodum incipio, num eo ... nomine felix magis, an infelix habendus dicendusque sim. Nam quemadmodum *in maxima beatitudinis parte pono*, quod vestris benefactis florentem me reddidistis, ita cuiusdam, nec paruæ, *miseriæ esse arbitror*, illorum meritorum magnitudinem me non posse assequi. Ea nimirum & semper fuit & etiamnum est mearum tenuitas rerum vt præter quotidianum meum, quo salute atque vita vestra vatum præterque honorem illum atque obseruantiam quo nos mente vestro colo, nihil pene à me proficisci queat, quod aut vos valde iuuet, aut minimam saltem beneficiorum partem rependere videatur.

De quibus quidem beneficiis loquendi copiosius forte alias aptior magisque opportunus locus dabitur. In præsentia enim, quando pro more illorum, qui infamia argumenta declamitant, id etiam hominum genus qui cum nullum calleant artificium, quo viuant ..., Parasiti audiunt commentaulmus, verendum fuit, ne auribus aliquid daret, &c, quod parasitorum est proprium ex musca elephantem, aut ex Pygmæo Atlantem facere etiam tum videntur iustissimis laudibus benignitates & prothymias vestras affecerimus. Illo igitur quantuluncunq; est, quod certe maximum est, nunc omisso, id saltem hic indicasse sufficiat, tanti me facere beneficia ab inclytissima vestra familia in me posita, quanti ea pendenda merita intelligo quibus maximam felicitatis suæ partem aliquis imputare, acceptamq; referre debeat. Quorsum igitur hæc, inquias? Nempe vt perspiciatur institutum hoc meum, quo nobilissimo tuo nomini, *Iuuenis genere otate, studiis florentissime*, dissertationem præsentem inscripsi, ab eiuscemodi causa fuisse profectum, quæ honestissimi gratissimique cuiusq; mentem, ad hæc similiaue officia exhibenda instigare possit atq; impellere. Quæ causa, si cui latius patere videatur, propterea, quod non tam ad te proprium spectet, quam vniuersam vestram familiam communione quadã attingat, aliud etiam est, quod & me ad hanc dedicationem impulit ac excitarit, & ad te solum pertinet. Etenim

quoties superiora recordor (recordor autem sæpissime) tempore, quoties triennium illud, quo olim *ex Magnifici Amplissimique tui Domini parentis*. Patroni mei meritissimi, plurimum obseruandi voluntate tibi in curriculo studiorum non iam dux necessarius, quam comes forte non inutilis, adiunctus eram cogitationib. repeto; toties prolixũ illum affectum, singularemque amorem, quo tum me, infimo loco natum, tum bonas literas complectebaris, ita mentis acie intueor, vt ea, quæ oculis cernuntur. Qua ipsa duplici propensione tui generosi pectoris id assequebare, vt, quando secundum illud tritum, *amor reciprocus esse debet*, non solum à Bonis literis, idem pectus tuum & scientia excolentibus, & virtute expolientibus, rerum etiam à meipso ita redamareris, vt dilectio hæc ab eo vsque tempore in corde meo firmissime hæreat, sed ita hæreat, vt charitati isti affectus alius, quem cultum aut obseruantiam dicimus, iungatur. Et qui non amem, qui non honorem, venererque eum qui amore suo lectas Camenas ita veneratus est. vt amabilẽ illũ, sed & irrecuptabilẽ æui adolescẽtis florem, tam in solo patrio, q̃ in exteris, prouinciis, liberali doctrinę, ac rerũ pulcherrimarũ cognitioni impendere nõ dubitauerit. Nimirũ qua indolees ac perspicacia, vidisti, instituta illa atque monita doctissimorum sapientissimorumque virorum, *& ad virtutem, & ad Dignitatem* maximopere conducere. *Ad virtutem* quidem: *sicut* (vt ait Philo) *in domibus vestibula sunt ante ianuam, & vrbes habent sua suburbia, per qua aduuntur ita & ante virtutem artes liberales sita sunt*. *Ad dignitate* vero: quia (vt ait Cassiodorus) *non potest aliqua esse in mundo fortuna quam non augeat literarum gloriosa notitia*. De qua tuo animo quemadmodum *& Tibi, & Tuis Amplissimis parentibus, totius familia, immo vniuersa patria*, cum omnibus bonis gratulor: ita huius affectionis erga te meæ signum quoddam & qualecunq; documentum dedicationem huius exercitiis esse volo. Quod vt tu tanta beneuolentia fauoreque suscipias, quanta ego obseruantia offero, ita rogo, vt maiori studio contendere nequeam. Argumentum ipsum scriptionis & res illaudatæ præconium, operosius exculandum non arbitror apud te præsertim, cui exploratissimum est, plurimos ab ipsa antiquitate viros eruditos, vituperabilia istiusmodi, sine suo vituperio, immo cum laude collaudasse. Quorum exempla, si forte cui non satisfaciunt, eum, vt rationem etiam audiat, ad magnum illum. *Erasmum Roterodamum* remittimus. Ille vero sic: *Non prorsus improbandum est si quis vel exercendi vel laxandi ingenii gratia ludat nonnunquam in huiusmodi argumentis, modo iocus sit eruditus & cum voluptate misceras nonnihil vtilitatis. Quandoquidem ridentem dicere verum quid vetat? Immo fit, vt citra offensam, & gratius irrepat in animos mortalium veritas huiusmodi lenociniis commendata, adeo vt A. Gellius non dubitet ridiculas Æsopi fabellas, tetricis illis & è calo delapsis statuorum dogmatis anteferre*. Et hæc quidem fuere, quæ tecum *iuuenis Nobilissime* præfari volui: nunc orationem ad id cuius causa tota hæc tractatio suscepta est, conuerto: & quidem, si vacat, si placet, audi nunc ipsum.

ELOGIVM MENDACII.

Mendaciorum encomia hoc in tempore scripturus. debebam equidem, immo & ex animi sententia volebam, dissertationem hac de re supra multorum opinionem magna, neque satis laudata eleganti quopiam vestibulo atque prologuio exornare, & veluti illo Pindari τηλαυγὲς πρόσωπον illustrare. Tantum enim dignitatis, tantum, splendoris inest illi siue naturali aptitudini, siue artificio instituto eorum hominum, qui pro re nata & verũ supprimunt & falsum exprimunt, vt non modo hæc mentiendi ratio non damnanda sit aut reprehendenda, sed ne quidem digne satis & pro merito extolli depraedicarique possit. Iam vero non modo vulgi & illius multitudinis, quæ præconceptis suis sententiis atque cognitionibus sic

Ducitur, vt neruis alienis mobile lignum.

Verum etiam eorum, qui vel eruditione, vel sapientia, vel quocunque alio fastigio supra fecem illam plebis eminẽt, tam sinistra, & prope maligna hoc de negocio sunt iudicia, vt orationẽ illam omnem, qua ad commendationem rei in se quidem præstantissimæ, verum censuris loquelisq; iniusto actionibus obnoxiæ, via impendere necessum habeam. Nam ô tempora, ô mores! immo vero ô sortem mendacii durissimam, iniquissimam! quas enim lachrimas (lachrimas nomino? diras debebam dixisse) non mereretur vulgaris ille hominum morbus, aut furor potius, quo quæ animis recte concipiant, palam profiteri non audent, nulla alia causa cohibiti, quam quod sapiendum quidem cum paucis, cum pluribus autem loquendum, non extra publicum illam sermonum viam sibi deflectendum statuant. Nam ex ignorantia hic eos peccare, si arbitraris, erras. Vident illi, ne dubita, non modo res priuatim, sed totum propemodum terræ orbem regi ac stabiliri mendaciis: non vident solum, sed etiam probant, licet factis potius, q̃ verbis: Id enim est, q vituperandum iure duco. *Sunt homines, qui cum opulenti magis* q̃ probi esse malint: nullis laborib. parciunt vt rem familiar quibuscunq; modis locupletẽt, atq; amplificent. Quorũ quidem institutum in præsentia sceleris hic arguere nec absoluere cupio: illud tñ à candore atq; aperto pectore videtur proficisci, quod hunc suum affectum minime erat, tectum, quin cum Imperatore illo asserere non verentur, *lucri odorem è re etiam putidissima, esse sibi suauissimum*. Quid *de ambitione*, immensaque honorum ac potentiæ cupiditate dicam: sunt qui sectentur glorias, sunt & qui sectari se glorias absque rubore confiteantur: Clarum id exemplo suo Cæsar facit, ille vltimæ monarchiæ author & caput. Eum enim paruum quoddam in Alpibus oppidum perpetuę aeris frigiditati atque inclementiæ obnoxium, forte prætereuheretur, *malle se isto in loco primum, quam Romæ*, hoc est, in illa vrbium gentiumq; Diua, *secundum esse* palam prolocutus est. Neque vero *voluptatum oblectamentorumque* ratio alia est. Quis deliciarum amentior aut studiosior Sardanapalo? Forma illa, qua nulla speciosior est humana carere gulamque suam collo gruis mutare voluit, saltem vt diutius iis posset frui suauitatib. quæ e cibis ac potionibus solent percipi. Quod votum licet est bonis sensu magis, quam ex hominis natura, exiuisse videatur, manifestum tamen inde fit, non dubitare plerosque ingenue foras edicere, quæ intus de voluptatum illecebris existimantur. Id vero falsa pronunciant? studio denegari vulgo videmus. Quotusquisque enim est, qui non modo magni alicuius emolumenti spe sed etiam alicuius saltem vrbanitatis specie mentiri sibi non puter esse liberum, immo nec inhonestum etiam? Qui vero mendaci loquentiam, & amari, & probari sibi clare pronunciet,

Millibus è cunctis hominum, consultus Apollo

vnum non monstrauerit. Ergo quod auaritiæ, quod auari, quod libidini, rebus profecto talibus, à quibus si vita hæc immunis esset, nihil illa posset cogitari beatius, cælestius, diuinius: quod, inquam, rebus istis solet contingere, eo miserum mendacium indigere prorsus carere oportet. Ne-

que

Neque enim illi licet esse tam felici, vt, quos in publicis priuatisque actionibus sibi, velut cuidam Numini, assidue litare videt, eosdem etiam laudum suarum audiret ebuccinatores: neque illud incommodum, aut iniuriam effugere potest, ne tam acerbis ac virulentis titulis a promiscua turba salutetur.

Quod enim de ingratitudine quondam *poeta Ausonius* cecinit, id nemo non (tanta corruptæ consuetudinis vis est) mendacio rectissimè se attribuere posse iurat, quam putat: *falsiloquum si dixeris, dixeris omne nefas.*

Non enim ad *Epanetum* aliquem, qui mendaces tibi iustis nominibus describat, accedas necesse est: obuium quemcunque interroga, audies, quod ab illo olim alii, *omnium scelerum & iniuriarum authores esse mendaces.*

Vt altera illa quæstione, quo affectu prosequendum sit hoc falsa loquendi institutum, facile supersedere possis, nisi e *Plutarcho* occini tibi cupias, *Mentiri seruile esse vitium, & à cunctis mortalibus odio insectandum.*

Verum enimverò, si criminari sufficit, quid erit inculpabile? Et scimus, nunquam tam bene cum humanis rebus actum fuisse, vt optima plurimis, quid dicam omnibus? arriserint: nec sine causa *Pythagoram* sapientum illum longe principem, in symbolis suis recondita doctrina atque institutione refertissimis præcepisse, *per publicam viam ne ambulemus.*

Nolite enim existimare, virum hunc perspicacissimum, illius hic curam habuisse ambulationis, quæ crurum atque pedum motionibus, locorumque mutationibus perficitur & describitur: & insanus ille atque amens, non fatuus aut ineptus foret, qui aliquo profecturus, edicto hoc Pythagorico malè intellecto pessime inductus, spreta via regia, iter minus tritum, *per salebras atque ardua tesqua* eligeret: longe aliud intendit mens excelsa senis; nempe à publicis erroribus declinari voluit. Quidem quidem errorem etiam mendaciorum lumini ac splendori officere, mox probabimus, & rem optima existimatione dignissimam, sed misere in publica communium opinionum semita conculcatam, cœnoque commaculatam, è terra velut subleuabimus, sordibusque ablutis, natiuo suo nitori restituemus. Idque facimus eo & audacius, quo plura pro mendacii non defensione modo, sed etiam encomio occurrunt: & lubentius, quo iucundiores forte disputationes argumentum hoc non valde pertractatum suppeditabit: & constantius denique, quo fortiori animo voculas illas ridemus, quibus forte nonnulli hanc nostram diligentiam criminabuntur.

Nouimus enim nihil tam bene laudabiliterque suscipi aut geri posse, quin ab aduersarius in odium, in inuidiam, in contemptionem adduci ac rapi possit. Proindeque nec illa ratione multum mouemur, qua vniuersum hoc institutum quidam funditus euerti arbitrantur.

Quærunt enim à nobis, verane sint an falsa, quæ in mendaciorum laudem & patrocinium dicimus? Siue hoc, siue illud affirmauerimus, causa cecidisse nos putant. Si enim falsa, quæ proferimus, frustra sumus, & quis fidem adhibebit? Sin vera, quomodo falsitas à nobis laudari poterit? Quasi vero si ab argutiis ponus & sophisticationibus, quam ab argumentis certis ac solidis causæ nostræ adiumenta conquireremus, ratiunculam hanc inuertere non possemus, vt reprehensores illi alienæ industriæ videant, nostræ illud defensioni inseruire plurimum, quo nos oppugnaturum iri sibi persuaserant. Si enim vera sunt, quæ proferimus, fidem merebuntur: sin falsa, falsitati suum constabit patrocinium. Verum non opus est ita ineptire, & habemus certiorem viam, & magis perspicuas rationes totius negocii, quam vt nugalibus illis id, quod intendimus, probare nos oporteat. Quapropter nunc, ne nimium longa sumatur præfatio, de re ipsa dicere incipiemus. *Si enim laude iustissimoque præconio digna illa ab* omnibus iudicantur, quibus & summa honestas, & singularis vtilitas, & optabilis securitas, & maxima necessitas, & denique non contemnenda iucunditas inest: firmissimis argumentis euincemus, mendacium, quod illa decora omnia in se continet, non modo non per contemptionem & vituperia deprimendum, sed etiam laudibus atq; elogiis in cœlum vsq; extollendum esse. *Nam que vt ab honestate, cuius ante* omnia rationem haberi consueuit, telam hanc præconiorum exordiar, mirabuntur, scio, si non indignabuntur illi candoris amici, fallaciarumque osores id nos laudis, quod summum est, tribuere ei rei, quæ si ipsis credimus, non modo vitium, sed vitiorum omnium est metropolis. Sed profecto mirari desinent, aut indignari, si simulandi illam fingendiq; rationem vsq, adeo a culpa abesse, vt non ex vna virtute constituta compositaque sit, persuaderi sibi patientur. Etenim quis *vrbanitatem*, lepidum illud conuersationis politicæ ornamentum, ingenuum hominem vel maxime decore statum, & non eadem opera iocutiendi studium approbat? Quis illam virtutum omnium normam, moderatricem, ac Reginam *Prudentiam*, pleno ore laudandam ducit, & non eandem ob causam, eorum consilium, qui pro temporum, locorum, personarumque rationibus extra veri fines non rarenter abeunt, magnifaciendum iudicat. Equidem mendacium aut ipsam *ciuilitatem prudentiamq;*. aut certò magnam istorum decorum partem siue fructum esse, ita perspicue demonstraturum me confido, vt sol manifestior esse nequeat, cum meridie splendet. *Nam de morum illa decente, &* ad externæ cuiusdam speciei splendorem compositione quis dubitet? Videmihi hominem aliquem, qui in congressibus, in conuenticulis, ad mensam, inter scyphos in eum se gerit modum, vt, quemadmodum res esse, putat, ita dicat, omnia suis appellet nominibus, nil approbet, nil improbet contra conscientiæ opinionem, nil simulet, nil dissimulet, breuiter, quicquid cogitat, ita vnde apertteque eloquatur, vt cor ipsi non sub pectore, sed in ore positum esse videatur.

Qua tandem in existimatione esse, qui eiusmodi est, existimabimus? Intra se forte, atque in proprio animo laudem candoris ac veritatis captat, apud alios rudis simplicitatis, & crassæ rusticitatis notam vix est, vt effugiat.

Verum enim ita liquido profiteri, non ex dignitate eorum est, qui per vrbium plateas incedunt, aut per aulas volitant: eorum hominum est *ficum ficum dicere, & ligonem ligonem*, qui in agris studiosi rurantur, apud quos omnia tenuia, nulla ingeniorum cultura, nulla corporum ornamenta, nullæ ædificiorum substructiones, nulla in vestitu mundities, nulla in moribus politics, nulla in gestibus elegantia, nulla in sermone facundia, varietas, dignitas. In istis igitur sordibus hæreat veritas, dum mendacium nitore suo in vrbibus palatiisque velut Diua quædam, se ostentat.

Nam vide mihi ex diuersa velut parte alius indolis virum, qui in foro, in diætis, in solennitatibus, ita cum aliis conuersari didicit, vt in morem πολυτρόπου illius Vlyssis.

Plurima narrando figmenta simillima veris
verba det audientibus, multaque tegens, & multa

multa transiens, quæ scit, nescit, quæ nesciat, sciat, immo quæ gratissima sunt & iucundissima diu repudiet, nec nisi coactus, accipiat, cæteraque, quæ ad cautelam dicam aut vafritiem hominis, quam ita nunc vocant, politius, spectant, obseruet: An non hunc vulgus demirabitur, amabit, prædicabit? & hic est ille vir, qui vel cum Ioue digne conuiuetur, vsque adeo linguæ imperare, & sermones, *quo nihil cognatum magis sapientiæ sapientes censent*, locis temporibus, accommodare nouit.

Quam famam atque commendationem si quis paruam putat aut contemnendam næ ipse à contemptu proxime abest.

Sidonium audist. *Quanto antecellunt belluis homines, tanto anteferuntur rusticis instituti.* Quod enim veri sibi conscius, satis esse putat, si ab animo ingenuitatis internum testimonium accipit, nihil est.

Nam præter bonæ illius conscientiæ sinceritatem, quæ propter DEVM opus est, *bona existimationem propter proximum operandandam esse*, etiam sacri Doctores nos monuerunt.

Vita eam, & cœlestes illos spiritus, quos vlli culpæ affines nemo sine culpa dicet, & ipsum seruatorem nostrum, illum ipsa sanctitate sanctiorem virum, aut hoc, aut non multum dissimili ciuilitatis genere vsos fuisse.

Quis enim oraculorum diuinorũ tam incuriosus est, vt ex antiquissimi omnium scriptoris Mosis de rerum originibus libro. Lothi historiam, legendo audiendoue non perceperit? Rogabat ille aduenas duos angelos, : ... secederent, secum pernoctarent, postero die si placeret, viæ se redderent.

Quid vero hospites? Venerant cælitus missi, vt sanctum Patriarchum de πανολεθρία vrbis atque ciuium monerent, & ex vltima illa flamma abducerent: attamen quasi id non agerent, negant se domum ingressuros, quod in publicis plateis sub dio per totas noctis commorari decreuissent.

Nihilominus vero instante Lotho precibus, quasi coacti, exorari se patiuntur, ædes subeunt. Simillimam Christi à morte iam exemti simulationem annotauit, Euangelista pariter & medicus præstantissimus Lucas. de qua non opus est afferri pluria, quando de ea etiam pueris ex solenni illa de Emaunticis viatoribus commemoratione constat. Sed & à *prudentia* decus quoddam ac honorem conciliare mendacio, paulo ante iam innuimus. Id vero comprobare, *tam in procliui nobis est, quam imber quando pluit.*

Si enim cum Aristotele eos censemus prudentes, qui ea, quæ sibi, quæque aliis conducunt, possunt dispicere, quo ausu ea eorum contubernio mendaces eximus?

Duo sunt in arte illa viuendi prudentia, intellectio & selectio *illa perspicit*, & animæ velut oculo intuetur res quasque: *hæc prospicit* sibi in futurum, profutura eligens, nocitura fugiens. Quid multis?

Ouum ouo tam simile non est, quam mendacium prudentiæ.

An non enim primum intelligit, an non perspicit res cogitationi subiectas?

Immo vero nihil est, quod rationem, hoc est illam hominis partem optimam ac præstantissimam magis excolat, quod animum magis occupatum habeat, quam technarum istiusmodi & fallaciarum excogitatio:

Neque enim existimandum est fingendi hanc & decipiendi consuetudinem cura omni carere & studio, cum nulla sit tam magna solercia & cautio quæ hic propemodum sufficere possit.

Si enim vllibi, certe in orationibus à re & veritate discrepantibus locum habet illud vsu tritum, *Lingua ne præcurrat mentem.*

Nam quemadmodum Rhetores artificium dicendi tegi mandant, secus, non esse artificium: ita & hic opera danda, vt falsitas occultetur: quia si appareat & vana est & sæpe etiam noxia. Ex quo fonte illud etiam præceptum manauit, quo *mendaces* iubentur *esse memores.*

Quando enim fictorum difficilius meminimus, quam verorum qui machinarum atque artium suarum felices successus ea parili cupiunt, solicite omnia animo imprimant, necesse est, ne quod modo sancte affirmare nisi sunt, paulo post negare turpiter deprehendantur.

Qui proinde vanitatis aut temeritatis mendacium insimulant hactenus, ipsi vani nimis temerariique fuisse videntur.

Vsque adeo enim hæc siue leuitas siue incogitantia ab iis aliena est, qui dolis commentisque solertibus suis rebus pro virili norunt consulere, vt quam ipsi, nemo minus, *quicquid in buccam*, vt est in prouerbiis, *venerit* effutiat. Ita nempe, quicquid habet neruorum ac virium animus in præmeditando, intendunt, ita in cogitationum velut quibusdam comitiis, de maximis minimisque omnibus deliberationem accuratam instituunt, ita nunc hæc repudiant, illa mente eligunt, ita nihil eorum non rimantur, quibus, quæcunque voluerint, persuadeant, vt non ob aliam causam *Socrates apud diuinum Platonem* mendaces hoc etiam elogio mactasse videatur, cum sapienter plane censuit *eum demum optime verum dicere posse, qui sit idem artifex mentiendi.*

Quæ si quis nondum satis intelligit, comicos adeat, setuulum aliquem veteratorem auscultet, & quibus ille consiliis grauiter ex cogitatis herum non circumducit, quos dolos non nectit, quos fumos non vendit? vrbem istis machinis expugnatum iri iures, ne dum hominis mentem deceptum.

Caue vero in caueis tantum aut scena hos ludos spectari putes. In omnia vitæ actibus, *tota die*, vt iuris sacerdotum filii dicunt, *hæc practicantur.* Vel adolescentes mihi in scholis, aut liberos in priuatis ædibus, de aliis ne dicam, vide.

Flagitio se aliquid perpetratum est, & quod impune dilabi non debeat. Rescisicit pater, aut magister, ferulas aduocat & puerum. Tota familia omnis iuuenum corona in expectando est, atque illud serui comici opinatur. Interea ille pulcherimas aliud tergo miseri illius paratum, quam *tax tax* meditatus secum astutias accedit, noxa alienum se, à noxia immunem esse debere asserit, multa fingit, factum aut negat, aut excusat aut defendit, pro vt commodissime posse se malum declinare putat. Quid multa? Vim sine vi repellit, ac vno eodemque artificio & oculis & manibus punitoris illudit oculis glaucoma obiicit, manibus virgas, id est *clauam Herculis* extorquet. Quamuis hæc minora forte pretiis videantur, quę fallaciarũ magistri in arena hac diutius paululum exercitati, emoliuntur. Sunt enim nonnulli, qui vsque adeo ingenium in numerato, quod dicitur habent, vt parum temporis ab fingendum desiderent, & acutissime celerrimeque, & vidare & explicare suas rationes norunt.

Neque illud mirum haberi debet: *multum mentiendo factum est, vt bene mentirentur, bene mentiendo, vt cito:* Ex quo animum munimentis eiusmodi dolosis circumcirca vallauerunt, vt de subito etiam, si opus sit, prima velut mentis intentione aliquid inueniant, quo præsentissima discrimina perrumpant, quam euadant. Nam & cum manifesto teneri videntur, *anguillæ sunt, elabuntur.* Sed quorsum hæc, inquiat, aliquis? Nimium vt appareat, nimios

illos

illos veri sectatores, falsi insectatores, non modo in mendacium, quod præter modum atq; meritum criminantur, sed etiam in vniuersam societatem hominum iniurios esse. Mentiri nos nolunt, quid hoc aliud est, quam hominibus præcipere, ne sint homines. Neque enim summam illam humani fastigii dignitatem in corpore, caducisque membris sitam, existimandum est: omne id decus anima sibi vendicat, illa nempe pars nobilissima, qua & bestias longe antecellimus, & DEO prope pares sumus. At verò anima à cultu nitorem accipit, cultus ab exercitiis est; exercitiis cum ab aliis, tum inprimis à mendacio. Quemadmodum igitur eum, qui immortalis DEI munus Philosophiam, illasque pulcherrimas artes ac disciplinas, quibus secundum poetam,

Pectora mollescunt, asperitasque fugit,

è mundo excindi atque exterminari cuperet, omnes merito damnarent, vitaque ac humanitate indignum statuerent: propterea quod auso isthoc nefario id videretur conaturus, effecturus, vt ex mitibus & mansuetis feri atque immanes redderentur homines, atque ad illud tempus reducerentur, quo in agris olim passim bestiarum more vagabantur, & victu ferino sibi vitam prorogabant: ita neque ii audiendi sunt, qui forte à natura adeo ingeniosi non facti, neque exercitationibus confirmati, vt callide aliquid comminisci, commodeque eloqui valeant, alios hac indole instructos dosent, inuident, & cum *mutila AEsopi vulpecula* omnibus caudam hanc resecari exoptant. Quin potius prudentiæ isthanc sobolem, condignam miris animi nostri dotibus magnifaciendam existimemus, cum non modo, vti hactenus monstrauimus, magnam vim in cogitando & *perspiciendo* habeat, verum etiam multum in præuidendo ac *prospiciendo* valeat: de quo iam videtur dicendum aliquid amplius. Non enim multa nimium afferri possunt, cum illa in sinistram partem opinio adeo inueterata, & diuturnitate iam corroborata sit, vt omnem orationis vim adhibere eum oporteat, qui ex animis hominum illam eximere & pro deteriore dexteriorem instillare cupiat. Quomodo autem prouidos esse atque admodum cautos, qui occasiones falsa fabulandi obseruant, demonstrabimus melius, quam si eosdem in contentionem cum iis adducamus, qui diuerso modo affecti sunt. Quando enim vt aiunt, *contraria cum contrariis collata magis enitent*, age comparemus res inter se discrepantes, vt ad leuidensem veritatis pannum preciosissima clarissimaque mendacii purpura elucescat. Si enim ignoratis, quinam illi sint, qui nuda & simplice, immo sæpe temeraria rerum negociorumque confessione pectus veloci aperiunt, audite illum eloquentiæ principem *Tullium*, quem authorem vehementer nos sequi addecet. Sic igitur ille: *Pueritia somnus, imprudentia, vinolentia, insania, eius generis sunt, ex quibus sæpissime verum auditur.* Quid verius contra veritatem, aut quid honestius pro falsitate dici potuisset? Explicemus paulisper, & verba hæc in se quidem non obscura, talia tamen, vt breuitatis quadam exilitate properantium lectorum oculos subterfugere possint, copiæ vberioris velut cumulo spectabiliora reddamus. Prodite enim vos veri sinceriorìs lumina ac columina, & nobis huic virtutes vestras ostendite: sed prodite separatim, non coniunctim, quo accuratius ab arbitris æquissimis censeri queatis. Nam quis tu pusille, qui omnium primus ex legione illa, si diis placet, candida, visui te offers? *Puer sum* inquit, *natus annos, nisi mater me fallit, quatuor aut quinque.* Statura, & ista membrorum teneritudo, haud multo maiorem te arguunt: sed ecquid istud sibi vult, quod adeo dissolutus incedis, astrigmentis illis dependentibus, nec thoraci alligatis femoralibus, hirquis insuper oculorum lacrymarum plenis, & genis vdore maculatis? *Pudet quidem est, inquit, confiteri: quando tamen ista nosse exoptas, recta via rem narrabo ordine omnem. Nondum hora est, cum vir quidam, quem si faciem, cultum, incessumque videas, quantiuis esse precii statuas, ædes nostras aduentaret: rogat, pater ne domi præsto sit: affirmabam ego, & recta in tabularium, vbi parens rationes tum putabat, ignotum illum adducebam, vllius mali adeo non præsagus, vt potius velut si gestirem, qui rem præclare gesserunt. Aberat interim aduena ille, accersor ego, & hic filium maxime omnium degenerem, pater intonuit: adeone incuria tua me enecare? cur adducebas, cur domi me esse non negabas? Vbi est pædagogo aduola, & solitis soluendis virgas expedi. Quid deinceps factum sit, noli quærere:*

Sic hosti eueniant, non mihi, sæpe dies.

Insipientiæ hoc tuæ asscribendum est, & cautius mercari debuisses. *Debuissem, inquit, equidem, eadem præsertim nuilla nuperrime affectus, cum quæ parentes libere inter se fabulari audiueram, vicinis omnia effutiueram.* Sed eccum prodeuntem alium veritatis vindicem. Quem vero te esse arbitrer, potesne mihi bona fide, vt soles, dicere? *Non soleo*, inquit iste: *& Romanum illum Regulum laudem potius, quam imiter, cui fides vita potior. Proindeque & illud sedulo caui hactenus, ne insomnia, quo supplicio virum hunc enectum Tuditanus refert, mihi pereundum: multas adeo horas dormitioni impendo: quamuis hac quidem nocte somnum oculis meis vidisse nollem. Ita enim somnus, nescio quibus, perturbaim, ea, quæ multis ab hinc annis hoc pectori inclusa, & velut penetralibus abdita circumtuli, quæque vigilanti mihi si fuissent proferenda, linguam abscidissem, ea omnia, audiente, qui accubuit, socio, tanquam ex ergastulo aut equuleo, elocutus sum.* Præclarum vero facinus! somnolentos etiam, præcones habet vis illa, si Græcis credimus, latere nescia: mirum si à mortuis, dormientium germanis, in posterum veritatem non audiuerimus. Sed iam adest tertius Tu vero quid ais bone vir,

--- quæ te tam vera tulerunt

Secula, qui tanti talem genuere parentes?

Quamuis norim, inquit, si nomen meum genusque intimauero, irrisui me futurum; ne tamen sint, qui hoc nesciant, aperte proferam: Imprudentem me vocant Latii, Onesorgum Teutones: Error me genuit, mater peperit incuria. Itaque nec personarum rationes, nec temporum opportunitates, nec locorum varietates obseruare soleo, quin, quæ intus cogitationibus contineo, foras pomam vocibus, licet non semel parum inde emolumenti retulerim. O mendacium, mendacium, vides istos, & in non canis, & Honestatis illum inclytissimum triumphum non agis? Ecce enim milites bellatricis tibi infensissimæ pueros, stertentes, incogitantes. Actum profecto est; conclamatum est, de omni hostis robore, nisi triarii honoratiores forte insidiis residui. Vos interim coronas; sed plura dicentem compescit, qui nunc quartus ingreditur, vestitu splendido, ornamentis magnificis, vultu ad grauitatem composito, vt vel hoc solo Atlante ruinosum iam veritatis cælum sustineri posse videatur. Sed audiamus virum dicturientem: *O si vel omnium temporum, vel nostri saltem seculi hominibus eadem mens fuisset, quæ Thracii illius ex vltima barbaria, qui vitæ suas omnes sibi detruncauit! quanto cumulo beatior foret mortalium vita! Vites enim tolle, & vuas, vinumque, ac illam vinipotorum loquacitatem quæque huic iunctari solet, reticendorum enunciationem, sustuleris. Vel a me exemplum capiatur. Princeps meus, cui ego sum à consiliis mensæ suæ heri me adhibuit: comestum fuit, bibitum fuit, & de rebus grauibus grauiter initio dissertatum: mox vino me paulatim sensi incalescere, sensit & Princeps ideoque mulsis vrgere calicibus, & torquere mero incipit. Quid fit? Vinculum linguæ solutum est, & ea*

septum dentium excessere verba, quæ magno, si res fieri posset, redimerem. Vera quidem illa omnia sed quæ a me nullus audisset sobrio. Pænitet, pænitet: atque vtinam vel ego mutus, vel qui assuere surdi fuissent: rectius erratum hoc corrigi non posset. O mendacium, mendacium (exclamo iterum) vides istum, & in hoc eum, & honestatis illum inclytissimum triumphum non agis? Actum profecto est, conclamatum est, de omni hostis robore, nihil triariorum, nihil præsidiorum super: etiam iste, qui alpha veriloquacium videbatur, en quomodo omne id, quod sine fuco aut dolo prolatum, ipse non probet, sed damnet. Vos igitur coronas nunc afferte, qui falsitatis viri, quam sinceritatis maiorem exoptatis, afferte, inquam, coronas, Reginæ ac Dominæ vestræ imponite: neque enim est, vt vltimus ille loco quinto potitus, vel quicquam vos meretur. *Insanus est, mente captus*, & illo rationis vsu carens, in quo versari mentiendi exercitium supra diximus, vt mirum non sit, si ab ipso verum audiri possit. Sed tanti nobis vel ipsa fides non sit, vt cum furioso sermocinationem instituamus: quin potius hunc abducite, & ad gregales suos reducite. Vidimus enim iam, recensuimus, & exauctorauimus vniuersum Veritatis exercitum: reliquum est, vt velut ex altera parte illam versicolorem regionem lustremus. Quam tamen id, vt decet, exequamur, facere non possumus, quin prius singulares *Tuæ* nostro persoluamus gratias. Quamuis enim non simus nescii, & ipsum vulgarium opinionum vortice abreptum, quandoque causæ nostræ non fauere, adeo, vt scribere non dubitarit, *Tollendum esse ex rebus contrahendis omne mendacium, nec cadere in virum bonum mentiri*: attamen & errorem hunc magis, quam culpam incomparabilibus viri in Rempublicam literariam meritis condonamus, & quod sententia sua, quam supra retulimus, commodam satis ansam nobis præbuerit, veri illos candidatos viuis coloribus, & velut in toga propria deformandi, eo nihil gratius opportuniusque nobis accidere posse significamus.

Quis enim in posterum sapientis ingenio ac grauitate dignam putabit veritatem? quis non potius, si saltem mentio illius alicubi iniecta fuerit, confestim animo nil nisi *rudem infantiam, supinam somnolentiam, præcipitem imprudentiam, clamosam temulentiam, extremam denique amentiam* concipiet? quis denique omnia istis contraria, hoc est, optima maxima quæque mendacio non assignabit? Nam vt & huius copias paucis tandem adiungamus, vidistis ibi imperitum puerum, *videte hic senem exercitatum*, & de quo Plautinum illud verum est, *sapere isthac ætate oportet, qui sunt capite candido.* Vidistis illic somniculosum Epimenidis fratrem: *videte hic summæ vigilantiæ virum. Æneæ Virgilianı, qui*

——se matutinus agebat,

germanum, semper ob oculos habentem id, quod est apud primum & sapientissimum poetarum Homerum:

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Vidistis illic improuidum: *videte hic tanti pectoris hominem*, in occipitio quoque oculus habentem, qui vt definit Cicero, *maxime perspicit, quid in quaque re verissimum sit, quique acutissime & celerrime potest & videre & explicare rationem, ideoque prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet.* Vidistis illic ebrium: *hic videte sobrium, qui Horatiani illius meminens,*

---corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægrauat vna,
Atque affigit humi diuinæ particulam auræ:

nimio cibo ac potione se non distendit, vt mente recte vti possit. Vidistis denique illic delirum, & nescio quo æstro percitum: *videte hic animo valentem*, & in quo ratio, *quæ*, secundum Senecam, *proprium hominis bonum est, eiusdemque felicitatem implet*, integra, recta, consummataque deprehenditur. Breuiter: In castris veritatis feritas, in tentoriis mendacii humanitas; illic Bœotica ruditas, hic Germana ciuilitas; illic imbellia, hic fortitudo; illic caligo, hic claritas; illic ignominia, hic dignitas potuere conspici. Quis iam adeo mentis oculis captus est, vt ex tot documentis, atque ex tam elegantibus rationibus non animaduertat, quam non modo licitum atque irreprehensibile, sed etiam pulchrum sit atque splendidum vafre excogitatis sermonibus animi sensa occulere, & è simplicitatis illa semita ad fallaciarum viam deflectere? Quæ omnia cum & adeo manifestis argumentis, & tam multis verbis à nobis disputata enarrataque fuerint, vel vnam vocem adiicere, religio nobis est. Neque enim verborum hic multitudinem, sed (vsque adeo causæ nostræ confidimus) rerum pondera examinari volumus. *Pergimus igitur ad alia, in quibus mendacii amplitudinem ipsa quoque vtilitas illustrabit.* Non enim dici potest satis, nec cogitari quidem, quantum illi emolumentorum atque fructuum thesaurum, & velut cornu copiæ possideant, qui *Megarici*, de quibus loquuntur adagia, *machinamentis* instructi sunt, quoties ficto falsoque opus est. Cuius quidem commendationis tanta vis est atque euidentia, vt vel ob hanc vnicam rationem, vsum illum commentorum & fallaciarum, plurimi è veneranda sapientum corona vel excusarint, vel approbarint, vel omnino præceperint. *Plato* ille magnus, *cui*, doctissimorum grauissimorumque virorum iudicio, *vniuersum orbem integritas vitæ, sanctitas præceptorum, & eloquentia conciliarunt*, mendacium, si magno vsui atque adiumento sit iis, quorum causa fiat, etiam sapienti & bono viro permittere non dubitauit. Quid de regibus, summisque mundi capitibus, politicorum vulgus statuat, non me latet: nempe *nefas illi ducunt purpurea veste indutum mentiri, Principemque, quid admittat, magnitudinem fortunæ suæ ignorare*: Sed bona verba quæso. Inuenti enim sunt, qui & subtilius, & vtilius de ea re censuerunt; licere principi fidem negligere atque fallere si id cum salute regni ac ditionis suæ coniunctum sit. Recte; & mirer ego reperiri aliquos, qui, si maximum emolumentum minimo mendaciolo comparari, aut diuturna felicitas auolante dolo acquiri Reipublicæ possit, impedire nitantur. Nimirum qui in vmbris, forte sic disputant; verum qui in luce publica, auscultare nolunt: vt appareat, illos scholis, hos vitæ didicisse, quæ vnquam cognouere. Sed mittamus hæc, & quæ nostrarum hic sunt partium, pro virili exequamur, vt manifestum fiat, nihil omnium in humanis rebus fieri aut geri, cui vel fructum afferre, vel damnum auferre, dolus & solers illa veri suppressio, si adhibeatur, non possit. Quod argumentum nisi in tantam varietatem diffusum esset, quam late ipsa mortalium negocia distracta sunt, facile profecto, nulloque labore totam rem ad oculus (vt dicitur) demonstrarem. Verum ego & studio breuitatis, & rei ipsius perspicuitate permotus, ex multis illis paucissima afferam, aut delibabo potius, atque id faciam, quod similibus in rebus fieri solet, vt cum omnia nequeam adducere, nihil tamen attigisse ne videar. Ergo vt ingentem illam vtilitatum syluam, strictim exponere incipiam, mendacia & fortunas, amplissimasque facultates consequuntur, & honores maximasque dignitates inueniunt, & voluptates atq; expetita oblectamina impetrant, tam læto successu, vt his rebus obtinendis apta nata iure videantur. Mendacia esurientibus dapem, sitientibus potum, indigentibus subsidia, parasitantibus quadras; blandientibus patrocinium conciliant. Mendacia

dacia & in bellis exercitus circumueniunt, vrbesque expugnant, & in pace præmia ferunt, pœnas declinant, amicos iuuant, aduersarios premunt, Iudicem in suam pertrahunt sententiam, & aut ad absoluendum, aut condemnandum, occulto quodam ductu rapiunt. Mendacia præsunt contractibus, intersunt mercimoniis, immiscent se societatibus, interueniunt hæreditatibus: denique perspice omnem vitam, omnesque actiones hominum, & nomina mihi si potes, vel minimum quid, quod fructum ab ista arbore non carpat: Vt merito hic Ciceronis illud, quod de studiis liberalibus ille elocutus est, vsurpare possimus, præsertim cum (quod ex superioribus etiam liquidum) logi illi callidiores cum disciplinis humanitatis in eo pulcherrime conueniant, quod ab vtrisque mens nostra excolitur atque expolitur: *Mendacia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.* Verum, vt antea dixi, vniuersum hoc maximarum commoditatum mare, hic quidem exhauriri non potest: & deflecteremiam hinc ad reliqua orationis nauigium, nisi singularem quendam vsum, mendacio penitus insitum, & velut natura insitum, quem in ciuili conuersatione obtinet, silentio pertransire nefas ducerem.

Illum igitur solummodo cæteris adiiciemus, & hunc tanquam peculiarem fluuium ex interminato illo Oceano deriuabimus in chartaceum isthunc campum. Atque vt intelligatur, quorsum hæc tendat oratio, in promptu est illud, aliam esse personam loquentis falsa, aliam audientis. Ad vtriusque commodum eandem rem pertinere dico; non dico solum, sed & probabo. Quamuis enim ad vtilitatis laudem ac decus sufficere videatur, si bono sit res possessori, licet ad alios frugis inde nihil perueniat: geminari tamen & plurimum adaugeri dignitatem mendaciorum necesse est, quando pluribus solertia eorum hominum prodest, qui, vt ait Sallustius, *aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habent.* Cum igitur tria omnium hominum, quibuscum viuimus, genera sint, & quidam velut in fastigium sublati honore nos excellant, quidam tanquam infra pedes positi humilius vitæ institutum sectantur, quidam quasi intermedii dignitate nec valde superent, nec valde superentur: ita singulis in familiari congressione ille vtitor, cuius sermo non in corde, sed in faucibus hæret, vt vndequaque

—egregiam laudem, & spolia ampla reportet.

Si enim ætas cum iis agenda est, *qui in summa laude versantur*, qui gloria circumfluunt, qui authoritate & gratia multum possunt, ita diligenter parateque ad confabulandum, quoties opus est, venit simulator ille, vt nihil nisi scitamenta verborum, quibus delicate aures capiuntur, afferat, comicum illud audiens elogium ab aliis exclamantibus,

Obsecro hercle, vt mulsa loquitur! nihil nisi laterculos,
Sesamum, papaueremque, triticum, & frictas nuces.

Vtque coquus aliquis principalis omni studio præcauet, ne escam suis apparet proceribus, quam gulæ minus aptam, aut suauem arbitratur: ita hic ne liberiore aliqua vocula, quos veretur, offendat, quam diligentissime curat, vsu nempe expertus, quod alii ex libris sapientum percepere, *Libera responsa reges contumeliosa vocare.* Significent igitur illi, summa se personam aut rem quampiam beneuolentia atque amore complecti: culpa habetur, laudes non accumulare, facinus dubitare, scelus prorsus tacere: quid dicam, oratione resistere, & quod deprædicandum fuerat, reprehendere? Consimili ratione institutum aliquod hominis illi insectentur acrius: existimationem suam, nomen, authoritatemque perdit, quisquis vel probri aliquid hic omiserit, vel commendationis attulerit.

Ita enim natura comparatum est, vt homines à vita quidem sua discrepare alios pati possint, à sermone autem dissentientes quotusquisque est, inter claros præsertim potentesque, qui patienter ferat? Nam quid de illa ægritudine dicam, quam plerique ex aperta motuum suorum notatione percipiunt? De Nerone scribit Cornelius Tacitus, *eum vt faciendis sceleribus promptum, ita audiendi, quæ faceret, insolentem fuisse.* Id vero in Imperatore adeo non est mirum, vt omnes potius hoc ingenio nati videantur. Hæc omnia cum optime norint, qua sunt perspicacia, subdoli illi fingendi artifices, facile & quid se deceat & quid maxime è re sit, videre possunt. Animum semper habent liberrimum, nullius voluntati aut libidini obnoxium, quo, quod volunt, credunt, quæ probanda ducunt, probant, quæ secus damnant. Valde enim ineptus sit, vel potius stolidus, necesse est, qui adeo abiecta alienarum cogitationum mancipia mendaces opinatur, vt quibuscunque [illegible] ore abblandiuntur, iis etiam pectore confestim adhæreant, non, non. Immo nulla tam potest esse splendens purpura, nullus tam preciosus torques, nullum tam venerabile diadema, immo nullus tam strictus terribilisque gladius, qui, ne sentiant, quod sentiunt, ipsos vel blande permouerit, vel violenter coegerit. *Verba, verba sunt, quæ aliis dant*, mentem sibi asseruant: & dum intus recte statuunt, paruum id quidem, sed tamen fructuosum seruitii genus arbitrantur, si forinsecus ad aliorum orationes, suas etiam accommodent voces, illos nempe sonos nihili, qui propemodum citius in aere disperire deprehenduntur, quam è gutture prolati fuerint. Poetarum Solem Maronem celebrant, nec immerito, historici, quod cum Ennii illius ingenio quidem maximi, sed arte rudis carmina peruoluens, quid faceret, interrogaretur: *colligere se è stercoribus aurum* respondetit: Et quisquam vafris nostris ac fallacibus dabit crimini, quod è verbis, hoc est, è re minima, & prope non re, maxima & omni auro nobiliora commoda colligant? Nam quis tam omnium & actionum & euentuum humanorum ignarus est, qui nesciat, quantam ii apud clarissimos amplissimosque viros ineant gratiam, qui non vera, sed dulcia loqui, & prout ventos (vt ita dicam) magni illi Æoli emiserint, ita carbasa sui sermonis expandere dirigereque didicerunt.

Ii nempe sunt, quorum consuetudine ita fruuntur illi, vt satiari nequeant, quos in solennitatibus vocant, quos mensæ adhibent, quos voluptatum participes faciunt, quos pro re nata vel studio & commendatione, vel ipsa re atque auxilio ad opes, atque ad honores attollunt, omnique ex parte felices efficiunt. Et hæc nisi fallor, illa est, in mysticis etiam literis deprędicata, diuitum & pauperum, clarorum tenuiumque hominum coniunctio, quam, si à mendacio recesseris, incertam, fragilem, immo nullam asserere, nunquam dubitabo. Res intellectu haud difficilis est: Paucissimi, ab eo vsque tempore, quo homines nati, extitere, qui laudabili quodam

freno ita suos coercuerint affectus, animique motiones omnes, vt aut nunquam, aut rarissime, imperium rectæ rationis neglectum visum fuerit: imprimisque eos qui honoribus atque opibus, hoc est, illis non modo voluptatum & facinorum instrumentis, sed etiam impunitatis adiumentis, instructi sunt, hac in re plus sibi indulgere videmus. Amant, odio habent; suspiciunt, despiciunt, eligunt, reiiciunt: affirmant, negant; quo cum iudicio, hic ego non disputabo: illud sufficit, si affectum mentisque inclinationem posteriores hic non tenere, constet. Iam sit aliquis è pauperrimorum contubernio, qui locupletum potentiorumque virorum notitiam, coniunctum, auxilium, defensionemque expetat quidem atque ambiat, reluctetur autem nihilominus ipsorum sententiæ & orationi, quæ illis magna, pro nihilo putet; quæ illis parua, admiretur; quæ affirmauerint, perneget; quæ non crediderint, sancte asserat; quæ laudauerint, deprimat; quæ reprehenderint, extollat: eaque omnia & citra errorem, & cum exquisito iudicio faciat; an huiusmodi qui est, quæsitam familiaritatem inueniet, exoptatam coniugationem impetrabit: *Corabo aut Meliside stultior* sim, id si fieri posse existimem, immo si verbum præterea adiiciam. Properandum enim est ad alia, quando tot tantaque decora in deprædicanda falsiloquentiæ amplitudine atque vtilitate se offerunt, vt sermonis exitus difficilius reperiri queat, quam quæsitus introitus. *Diximus* quantum assentiri, & occultos illos blanditiarum dolus adhibere, eorum intersit, quibus cum viris summis clarissimisque hominibus, res est: *sequitur*, vt quid fallax hoc variumque dicendi genus in se vtilitatis habeat, *si fortuna ac dignitate inferioribus* familiariter vtendum sit. Etenim & inter hos fructum non contemnendum laboris atq; industriæ in technas & fallacias collocatæ percipit mendax, vt nihilominus, quam *balneatoris* (secundum prouerbia) *asinus* haberi debeat. Non hic dicam multis de *Socratica illa ironia* atque dissimulatione, qua nonnulli ea, quæ in se vere egregia, tegunt, & quibuscunque modis possunt, occultant: continet ea res emolumenti nonnihil: explorantur ingenia, eliciuntur liberiora verba, pudor sæpe aliis temere locutis iniicitur: illud dico mendacium & sermoni aptissimum, & authoritati grauissimum esse, quo plurimos sæpe vti videmus, vt verbis ad ostentationem compositis, gloriose sese iactent, & mirificas suas virtutes, incredibilem doctrinam, singulariaque facinora domi & militiæ suscepta, apud eos deprædicent, qui aut propter imperitiam iis de rebus iudicare nequeunt, aut propter tenuitatem atque inopiam, hiscere contra non audent.

Ita enim fit, vt magno honore atque cultu digni censeantur, qui ita *paratragædiare*, & tam gloriose mentiri consueuerunt, propterea quod verba assensus sequitur, assensum admiratio, admirationem obseruantia. Nam de assensu res plana est. Vt historicis fidem habemus, licet non semper ea, quæ scribunt, talia sint, vt *veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt*, haberi debeant: quandoquidem aut ipsi rebus gestis non interfuerunt, atque ita dubioso illo famæ rumore, aliorumque relatione primum decepti, lectores deinceps suos deceperunt, & decipiunt: aut si forte interfuerunt, multa tamen sæpe in gratiam, quos coluere, multa in inuidiam, quos odio habuere, annalibus inseruere, quæ nullo modo sic gesta sunt, vt illi commemorant: nihilominus tamen iis, velimus nolimus, credimus, quia contrarium vel nescimus, vel probare nequimus: ita ob eandem causam splendida iactabundorum verba, digna auribus ac probabilia iudicantur, nec *ex Cretensi aliquo specu*, sed ἐκ τρίποδος profecta creduntur: quia certo aliquo indicio, aut indubitato argumento, falsitatis argui nequeunt. Vnde non raro quosdam sic audimus dicere: malle se millies vel fabulis credere, quam semel veritatem inuestigatum ea in loca ire, in quibus hoc illudue perpetratum à se bi illi hoc iactitauerunt. Quæ cum ita sint, quid miremur amplius, famam & *nominis celebritatem alios mereri, alios habere*? Vt thesaurum absconditum ignotumque nemo est, qui inquirat; ita virtutem latentem, nemo qui honoret. Indica, enarra; mox inuestigatores, mox cultores videbis. Cui enim, quam sibi obscuritatem famæque ignobilitatem imputabunt, qui mentis suæ opes, facinorumque amplitudinem in quodam silentii puteo delitescere malunt, quam magnificentioribus verbis in lucem publicam emergere, metuentes nempe, ne in se illud probrum expetat, quo vulgo *omnis ostentatio non carere suspicione mendacii existimatur*. At quanto non modo audaciores, sed & prudentiores, nec prudentiores solum, sed & feliciores ii sunt, qui Thrasonica quadam eloquentia, & quæ sibi insunt, augent atque exaggerant, & quæ sibi non insunt, ita efferunt, vt inesse omnibus videantur! Quæ opiniones honorificæ cum hoc pacto aliorum mentibus sunt impressæ, fieri non potest, quin musarum ille pariter & Martis heros, in quo tantæ dotes atque ornamenta, magnificat, quin reliquis præferatur, quin omnibus honoris signis, cessionibus de via, denudationibus capitis, salutationibus, primis sessionibus, aliis afficiatur. Nimirum si faxint aliter, intelligunt homines, & turpi sceleri, & certo discrimini se iri inuolutum. Etenim meritos cultu atque obseruantia defraudare, illud flagitiosum est: periculosum vero eos aut contemnere, aut irritare, qui tot & tanta prælia, vt alia taceam, in remotissimis confecere regionibus. Sed quid ego ista commemoro? *In iis conuersationibus, quæ inter pares celebrantur*, quæque amicorum & necessariorum propriæ sunt, quantam vim in eo, quod hactenus celebrauimus, falsiloquio inesse existimabimus? Equidem si quid intelligo, non video, quomodo mutuus ille familiarium inter se animus, vel coniungi, vel etiam stare ac perennare queat, si hoc glutinum remoueris. Nam vt rem paulo altius inuestigatam explicemus, disserunt illi, qui morum honestatisque præceptis ac officiorum præscriptis vitam communem instituunt, amicitiarum fundamentum virtutem esse, cuius tanta sit efficacia, vt eos, in quibus illa vnquam animaduersa fuit, licet oculis non vsurpauerimus, tamen occulto quodam affectu diligamus. Ita illi disserunt, nec nos dissentimos, modo vtraque, quod dicitur, manu, immo toto pectore id teneatur, disputari iam non in Paradiso innocentiæ, aut in cælo beatitudinis, sed in orbe imperfectionis ac defectuum. Etenim vt nunc sunt res humanæ, ibi fundum atque basin solidæ charitatis quærere, vbi omnis habitet virtus, omne exulet vitium, nihil profecto aliud est, quam vel in medio æquore ceruos venari, aut in supremo aere pisces arundine captare. Monstra mihi, si potes, vel vnum ab omnibus seculis hominem (purum pu-tum intelligo: ne forte ἀναμάρτητον illum *Hominem & Deum* in secula laudandum mihi obiicias) in quem hoc decus vere competat, omni vt labe, nulla vt laude caruerit. Nam quod Homeri illo gladio sententiam meam perfodi putas, quo Vlyssem suum παντοίας ἀρετῆς κεκοσμημένον decorauit, multum falleris. Vt nihil dicam *de poetarum fide*, quæ

quanta

quanta sit, qui nescit, Horatianum illud, *Pictoribus atque Poetis*, adeat: etiam tyrones facundiæ norunt, quid de scitamentis verborum excultique sermonis præcipiant Rhetores, exaggerandam quandoque, & quibusdam velut cothurnis attollendam orationem, vt res quam maxima appareat. Qui ipsi Rhetores vsque adeo à nostris stant partibus, vt si ex disciplinis eorum artem mentiendi deriuari componique posse dicerem, errare mihi non videar. Sed ne ad alia dilabamur, certum est, in hoc quidem rerum statu, nullum esse mortalium, qui tam absolute perfectus sit, vt nihil in eo vel boni desiderari, vel mali notari queat.

Quin potius sic vita hominum est, vt quemadmodum nullibi mons absque valle; ita nec virtutis sublimitas in quopiam cogitari, possit, in quo nullus vitiorum cliuus subsidat. Quomodo igitur iam constabit dilectio illa in intimos reciproca? Ita nimirum, si quem probitas, sanctimonia, virtutesque consimiles inflammarunt, amorem, næui illi vitiorum, velut verrucæ pulchro corpori adiunctæ, non extinguant. Id vero & secius & rectius fieri posse non videtur, quam si amicus, prouerbio etiam monente, *amici labem aliquam cognitam odio non habeat*, multo minus in eam verbis acrioribus inuehatur, quin potius & animo culpam illam communi fragilitati condonet, & sermone, quantum fieri potest, aut tegat, aut minuat, aut in laudem etiam connectat. Ea res quemadmodum blande illis effictis, & menti dissentientibus loquelis perficitur, ita à probro ac maleficio adeo aliena est, vt vel hoc nomine mendacium nostrum *Christianæ* potius *virtutis* titulo meritissimo afficiendum, quam ab aduersariorum iniquitate & reprehensionibus laboriose defendendum videatur. Si enim non dico humanitatis, sed religiosæ, & in sacris tantopere commendatæ charitatis est proprium, non modo delicta errataque *pallio quodam amoris contegere*, verum etiam omnia in meliorem partem interpretari: vnde tandem flosculorum satis gemmarumque orationis, quibus res laude dignissimæ insigniuntur, acceptabimus, vt causam nostram pro eiusdem bonitate, dignitate, atque excellentia, ornemus & illustremus? Nam quid per Deum pulchrius est aut præstantius, aut etiam fructuosius, quam vinculo illo amoris, mutuæque beneuolentiæ tam arcte colligari homines, vt si eandem copulationem conglutinationemque corporum natura permitteret, qua voluntates atque animi inuicem coniungantur, *vnus, non duo videantur*? Quid vero manifestius, aut magis perspicuum, quam affectum hunc prolixum, constantemque dilectionem, absque ficta illa ac simulata vitiorum vel excusatione, vel approbatione, sperari nullo modo posse? Nam candore & simplice nimis ingenuitate, dicendi, hoc obtineri

Ne tibi tam præstans vnquam persuadeat author.

Nonne audis reclamare opinioni isti vulgatissimum dicterium,

Obsequium amicos, veritas odium parit?

Audis opinor, obaudi etiam; nec in amici gratiam, verbula aliquot aut syllabas permutare, magna tibi sit religio. Neque enim crimen id esse, ex Quintiliani consilio & præcepto intelliges, qui sic censet: *Verbis eleuare quædam licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimoniæ, negligentia simplicitatis nomine leniatur.* Ita nempe fiet, vt & tuas maculas lynceis amicus oculis non inuestiget, sed potius pari comitate illas aut tegat, aut tollat. Superstitioni præter fas & ceremonias, deditus es: religiosum te dicet. Malitiæ forte alii & astutiæ te arguent: ille prudentem & sapientem nominabit. Prodigus es, aut diuersa labe auarus: liberalis aut parcus appellaberis. Audacia fortitudinis nomen induet, superbia magnitudo animi prædicabitur, scurrilitas vrbanitatis titulo gaudebit: Tyrannis, iustæ seueritati comparabitur, lenitas ac indulgentia, mansuetudinis atque clementiæ vocabulis exornabitur.

Qua quidem in re, Ciceronis quoddam insigne artificium expendere operæ precium fuerit. Commendauit ille alios multos, inter quos ii sæpe, qui nulla re, quam laude, minus digni. Sed commendauit tamen, ne animos aliorum offenderet, & à se abalienaret: & ita commendauit, vt si verba aspicias, nihil omnium, quæ ad elogium alicuius faciant omissum videatur: at si Tullii excutias mentem, toto cœlo ab illa collaudatione dissidentem deprehendas. Nam id ex epistola quadam constat, conuenisse inter ipsum & Quintum Valerium, vt quibus literis aliquis vere, & ex animi sententia à Cicerone commendaretur, signum quoddam siue nota apponeretur: quæ si abesset, colligeret ille, Marcum Tullium non ex sua voluntate, sed ex aliorum instinctu aut imperio scripsisse. Ita factum, vt & mendacio odium inuidiamque hominum declinaret Orator, & prudentia sua periculum subterfugeret. Quid vero multis? Quisquis vitam aut in solitudine, inamœnam, aut in societate hominum inuisam ducere expetit, nulla is compendiosiore via ad sui fastigium voti poterit ascendere, quam si quod apud Persium est, non dubitet

Auriculas teneras mordaci rodere vero.

Vos vero ô mei, quibus πολυδαίδαλα ψεύδεα, quoties opus, in promptu, quibus amabile charitatis necessitudinisque nomen, odiosa veritate est antiquius, qui denique, qua morum suauitate estis, παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγειν, soletis, saluete. Vos estis, qui in publica mundi atque hominum luce vel soli digne viuitis; vestro longe iucundissimo aspectu procerum palatia gaudent; vestra præsentia amicorum domicilia florent; vestra ora tenuiorum ædes & expetunt & admirantur; vestro sublato conuictu ac consortione, omnium mortalium communio sublata est. Hæc igitur cum ita; vt dixi, sint omnia, cum tantum vtilitatis & emolumenti habeat in quotidiana conuersatione mendacium; cum *apud superiores fauorem, apud pares amorem, apud inferiores honorem pariat*: quid obstat, quo minus omnes qui illud gnauo studio excolunt, sic amplexemur, sic in manibus habeamus, sic fruamur, sic osculemur, vt ea, quæ charissima sunt, amplectimur? præsertim cum *fructus ille, qui ad alios redundat*, vbertate similis, immo propemodum maior sit ea commoditate, quam ipsi fallaces ex suo instituto percipiunt.

Vsque adeo enim cautum, prouidum, circumspectum, & ad omnia maxima minima attentum reddiderunt humanum genus mendacia, vt quamplurimi reperiantur, qui optima queq; iis prectiur, à quib. secunda vice decepti sunt. Non quod volupe sit illudi ac circumueniri, cum nihil à sapientis solertisq; hominis dignitate magis alienum sit, quam labi, errare, falli: sed quod animo ac prudentia ita sibi confirmati præmunitique videntur, vt nullis propemodum dolis aut artificiis, in fraudem illici queant. Proinde ea est ipsorum oratio, quæ in veteri prouerbio expressa est:

Decipienti semel me, dii faxint male
Faxintque bene, si bis idem deceperit.

Cuius sagacitatis cautionisque salutaris vtilitas, quam late se in vniuersam hominum societatem extendat atque diffundat, si necesse foret, demonstrari posset. Nam vt paucis tantum quædam attingam, quomodo fieri posset, vt tetra illa atque insidias, quæ ab us etiam sæpe ponuntur clanculum, quibus admodum familiariter vtimur, effugeremus, nisi cautam hanc solertiamque adhiberemus. *Quanta infidelitates*, exclamat eloquentis sapientiæ Princeps Tullius, *in amicis, quam ad tempus apta simulatione?* conqueritur idem Pistoclerus Plautinus,

Multi more isto atque exemplo viuunt, quos cum censeas
Esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis,
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.

Illas tamen nihilominus fallacias iam non modo sapientiores, sed & ex vulgo plures, duob. velut arietibus expugnare norunt, *Nihil credendo. omnia cauendo.* Vt nihil dicam, tertiam sæpe adhiberi machinam, & dolos contrariis dolis retundi, cum forte mendaciorum promus in alium eiusdem farinæ hominem, velut *in Aeginetam Cretensis*, incidit, & vterque alterum fallit, nec fallit. Et ne ad priuatos tantum, & qui humilioris sortis sunt, cautam hanc industriam prudentiamque pertinere putes, etiam magnates, & qui ad regnorum gubernacula sedentes, *peccare sine summo Reipublicæ detrimento ac periculo non possunt*, prouident, *ne verbis illis byssinis aularum* circumscripti, in maximas calamitates acerbissimaque incommoda incidant. *Regum opes sæpius assentatio, quam hostis euertit*, ait Curtius. At vero *plerique*, si Liuio credimus, *quos opes regiæ alunt, vaniloqui*: quid restat igitur, nisi vt qui ad tale culmen honorum elati, *auribus acri aceto lotis*, quibus captiones quasuis statim deprehendant, aut potius *pectus oculatum habeant*, quo eamodo, quæ vident, credant, semper illud animo intuentes; οἱ μὲν λόγοι θαυμαστοί, οἱ δ' ἄνθρωποι ἄπιστοι. Quapropter hæc in causa ita maneant. Non enim dubito, quin probaturus sim omnibus mendacii splendorem. si id meminerint, quod obliuisci non possunt, magnam & honestam, & emolumentum instituto huic fingendi inesse. *Pergimus* igitur ad ea, quæ encomio nostro omnibus partibus absoluendo erunt. Ea vero addemus, quanta poterit fieri breuitate, ne dum falsiloquentiam à vitii crimine liberare nitimur, nosmetipsi crimen loquacitatis incurramus. Nam superiori oratione non tam affectu aliquo aut amore peculiari erga fraudum artes artificesque, quam quod res ita postularet, longiores fuimus. Etenim & confirmatione operosa egent ea, quæ contra inueteratas opiniones disputanda sunt; & erat ea mendacii causa atque fortuna, vt magnum quid præstitisse videretur, non modo qui animos veritatis supra modum studiosos in contrariam sententiam, dicendi vi adduxerit, verum etiam, qui eosdem eo saltem impulerit, vt tota de re dubitare atque alternari incipiant. Quod quoniam, nisi fallor, effecimus, reliquam laudem, quæ ad commenta illa egregia hactenus celebrata, pertinent, syluam cursim aut saltim peragrabimus. *Vtra enim tandem tutior* est, aut à periculis magnis remotior? simplicitas & apertæ frontis oratio, quæ libertate dicam an incuria peringulum multis verba redegit? an conficta illa atque à mente dissidentia fabulamenta, quæ circumspectiores à summis discriminibus, aut defenderunt, aut repulerunt? Equidem tam liquido rem hanc constare, plene mihi persuadeo, vt nulla disputatione egeat. Nam si vel præteritorum, vel nostrorum temporum euenta atque historias perpendimus, confestim videmus, nullos suis rebus consuluisse minus, quam qui *verum verissima fronte dicerent*, nullos felicius euitasse pericula, quam qui fictis illis verborum nebulis, pectus & caput occulerint. Qua quidem in re magnum non modo adiumentum, verum etiam ornamentum causæ nostræ illud affert, quod in diuinis literis, iisque scripturis, quarum, dicente Augustino, *maior est authoritas, quam omnis ingenii humani capacitas*, non pauca tum virorum, tum mulierum exempla annotata sunt, quibus vt mendacium in subterfugiendis damnis ac cladibus magno vsui fuit, ita probro vsque adeo non datum est, vt potius præmia quandoque diuinitus accesserint. Consulamus annales illos biblicos, in quibus scriptor omnium antiquissimus Moses sanctorum Aboriginum, quique hos & tempore, & pietate insecuti sunt, Patriarcharum vitas, posteritati consignauit: aspiciamus credentium illum Patrem *Abrahamum*: coniugem suam Saram coniugem negauit, sororem dixit, veritus, ne si ex animo, quod res erat, diceret, non modo vxoris, sed & vitæ iacturam faceret. Idem ab *Isaaco* filio factitatum percipimus, & quidem eodem in loco: neuter tamen, quod in salutis discrimine, ad mendaciloquentiæ velut portum, siue arcem aut aram confugerit, à Deo reprehensus legitur. Quid de piis illis fœminis, *quæ eo quod dolore, vel certe pignori obsistant, ne laxatis vteri genitalibus claustris in terram defluat, obstetrices dictæ*, vt ait Diuus Ambrosius, quarum in narratione calamitatum sacri populi in Ægypto fit mentio? An non & iis sæ egregie mentitæ regem decepere, & quidem euentu plane bono? Nam & parentibus incolumes seruabant liberos, & à Deo ipsæ, familiæ incrementa impetrabant. Illam vero in historia Iosuæ celebrem lenam *Rahab*, quis iure criminabitur, quod ciues suos muliebri arte atque dolo deluserit ac deceperit? Certe machinamenta ipsius adeo à culpa abfuisse mysticæ scripturæ edocent, vt factus hoc, quantumcunque fuit, quod certe pulcherrimum fuit, fidei illi sacræ, quæ sola homines hominumque actus Deo gratos acceptosque reddit, assignent. Nam de summis emolumentis, quæ in plures inde redundarunt, cum dubium sit, an ipsi mulieri, an mulieris domui ac familiæ, an emissariis absconditis an toti Israelitico exercitui, vafricies hæc plus profuerit, de his, inquam, emolumentis nihil hic, addam.

Prætereo & reliqua exempla silentio, quæ è sacris huc accersita, magnas quidem huic disquisitioni suppetias ferrent, multam tamen paginam implerent. De quo quia nobis prouidendum est, ne tædium afferat legentibus nimia prolixitas, iubemus, si qui forte quodam in nostram sententiam pedibus eunt, perpendant saltem accuratius, summa illa infortuniorum, quibus veraces fuere & sunt obnoxii. *Ab aure, quam lingua, minus est periculi*, inquit alicubi Augustinus: Verissime: nam vt leuiora taceam, *sine cæde & sanguine* multi humanis rebus potuissent eximi, si aut veritatem premere potuissent, aut simulatione quadam grauissima supplicia declinare didicissent. Quod amplissimi eminentissimique viri in aulis ac palatiis in se experti sunt, illo vero candore non illustrari, sed maculari, contaminari, cruentari honoris purpuram? Quod itidem & quales vel aliena spreta, vel propria defensa religio è regione viuorum dispulit? Ipse *Socrates* cur cicutam bibit, nisi quod publicos & vetustate iam corroboratos Atheniensium ritus ceremoniasque improbans, nouo cuidam genio deditus videretur? Quanto vero cautiores aulicorum

licorum illi, qui, quod est apud Cornelium Tacitum, *Cum fortuna potius principum loquuntur, quam cum ipsis*? Quanto etiam sapientior & felicior Socrate *Syrus ille Naamanus*, de quo etiam in sacrorum Regum historiis, coluisse quidem intimis sensibus verum Israëlis DEVM, sed tamen, permittente id & prope approbante Elisæo propheta, dum Regem suum in Idoli Remmon ædem comitatur, cum eodem illdem sacris gentilibus operatum fuisse? Quid multis? Quæstiones tormentaque gravissima in Rebuspubl satis superque indicant, vera tandem ex parte graviori si fortunæ iniquitas, maior vis tempestatum & calamitatum concursus frequentior. Cui enim illi æculei, fidiculæ illæ, illi vnci parantur, cui dolores quæsitissimi destinantur? Equidem falsitatem indubie sciomolestiis huiuscemodi, & prope intolerabilibus cruciatibus non exrorqueri. Veritas est, quam hæ expansiones, hæ vstulationes, hæ compunctiones perrientant. *Maiores enim nostri*, inquit Cornificius, VERI *inueniendi causa tormentis & cruciatibus voluerunt quæri, & summo dolore homines cogi, vt quicquid sciant, dicant.* Quamuis quid plura dispuro, & falsiloquentiam homini *Hermionis vice, tutissimique asyli loco* esse demonstro, cum ipsa *necessitas*, & ineuitabilis quædam rerum conditio, firmissime eandem & suadeat & commendet? Plurima sunt, ex quibus hoc intelligere non sit difficile. Attende sudes parumper vitæ nostræ curriculum. Est aliquis, qui hoc illud, illo alioue tempore, facturum se, aut secum tacite cogitat, aut disertis verbis apud alios asserit. Quid fit? Dies præterit, auolat septimana, mensis elabitur, breuiter, tempus actioni destinatum non instat, sed adest. Ille interea per rerum naturam fieri non posse intelligit, vt, quæ constituerat, exequatur: vel si forte eiusmodi sit negocium, quod per vires quidem expediri queat, attamen nec honestati consentaneum, nec propriis commodis opportunum id fore præuidet, si conficiat, quod decreuerat. Quid igitur faciat? Nimia imbecillitas, insignis turpitudo, manifesta pernicies impediunt, quominus vel possit, vel velit cogitata atque dicta suscipere aut peragere. Consilium proinde mutat, & mentitum se mauult, quam viribus maiora, flagitiosa, noxia aggressus. Vides mendacium esse necessarium? Sed vt clarius videas, en clara tibi clarissimorum hominum exempla, trium nempe primorum Regum sacræ & DEO peculiariter propriæ gentis. *Saul* magna voce leuissimum seuissimumque iuramentum iurauit, Moriendum Ionathani filio. *David* quoque seipsum execratus est, nisi stolidi Nabali vniuersam familiam radicitus extirpasset. *Salomon* sancte recep.t, quicquid mater petiisset, se denegaturum non esse. *Ille* tamen filium deinceps viuere passus est; *hic* inimici domum ac genus nulla calamitate affecit: *iste* denique matrem voti haud reddidit compotem. Quid igitur? Perpetamne & nequiter à viris istis principibus id factum fuit? Non existimo ego, non alii, *quibus iniurandum iniquitatis vinculum esse haud perplacet.* Immo quem medio dicebam loco Rex pariter & Propheta sanctissimus David, singulares non dubitat DEO gratias persoluere, quod Abigailis prudentia, ne conceptam animo sæuitiam facto exequeretur ipse, esset prohibitus. Ergo mendacium ab his, & horum similibus aliis institutis non abfuit, non abest? Forsan fuerint, qui hoc vocabulo hic quidem vti nolint, propterea quod oratio nullo modo ficta, sed cum intimis sensibus ex asse consentiens deprehenditur: quod vero deinceps ea, quæ vel per vires, vel sine scelere geri non potuissent, intermissa, id pœnitentiæ potius cuidam laudabili, quam infami crimini tribuendum sit. Ego vero vt eam voluntatis mutationem laudo, quam culpo; ita non video, quomodo veriloqui ij dicendi sint, qui asserunt, promittunt, iurant se facturos, quæ nunquam faciunt. Si vero non veriloqui, cur non in amplissimum splendidissimumque (*prorsum hoc dixerim*) mendacium censum referamus? Nimirum quia veritatis falsitatisque res est, tria omnino sunt, quæ attendenda veniunt, Res, Sermo, Animus. Hæc si omnia, cum loqueris, conueniunt, & amice conspirant, ecce fateor, aperte & sine fuco dixisti. At si non modo à mente oratio *dic δια πασων* discrepat; sed etiam vtrique res ipsa repugnat, iam subdole aut mendaciter dixisti.

Huc vero quoniam vt modo innui, nolis velis, necessario sæpe suscipiendum est: apparet inde, quantopere omnis hominum vita eo, quod commendamus, mendacio carere nequeat. Longum foret, si in statibus fastigiisque omnibus id demonstraremus: *Sacramentum abscondere bonum est*. Legatus quidam ecelicus dixit. Iam nota tibi sint arcana quædam Principum; percontetur aliquis, quem quo minus absque responso morose repellas, aut venerabilis pietas, aut intima necessitudo, aut summa auctoritas impediat, quo alio, nisi ad hanc commentorum ædem quam commodissime te recipies? Qua in re *Prætextatus* puer viris etiam exemplo præire potest. Cum enim hunc è Patrum concilio domum redeuntem mater sollicite interrogasset, quid in Senatu actum fuisset: ille ne & nihil diceret, nec reticenda tamen proderet, lepidum profecto festiuumque ethnxit dolum: Actum in Senatu, dixit, *Vtrum vid. retur vtilius, exque Republ. esse, vnusne vt duas vxores haberet, an vt vna apud duos nupta sit*, quemadmodum est apud Agellium. Quid de medicis dicam? Pharmaca, quæ quandoque adhibenda, sunt sæpe eiusmodi, vt ægrotum paucissimi, si exacte norint, admittant. Quibus igitur perinde est, qua arte laborantem sanent, modo persaneut, multa effingunt, multaque simulant, quo æger libentius fucos, emplastra, sæpe & ferrum suscipiat. Nomina medicamentorum permutant; amara melle & saccaro inctustant, aliisque dolis, licet haud malis, languentes circumueniunt. Exemplo suo ille hic prælucet medicus, qui tegiam quandam virginem ab omni sectione abhorrentem curaturus, ita delusit ægram: scalpellum affert, sed sub spongia occultum: Puellam bono iubet esse animo; curationem nec difficilem nec periculosam, nec asperam admodum fore affirmat: nulla alia re, nisi foru quodam lenissimo loci affecti opus esse: quem in finem mollem hanc intulerit spongiam. Credit virgo, mammam præbet attrectandam: vbi vafer ille bis aut ter primum summam cutem spongiola blande demulcet, mox opinione citius, scalpto incidit vber; sanitatem restituit. Sed ne huic narrationi immoreor longius, etiam œconomus, qui rei suæ familiaris satagunt, necessitate non obscura quandoque impelli ac instigari, vt verum negligant, fictum negligant, historiola quædam Ciceronistestatur. Vitio quidam Tullio verterant, quod à reo ingentem nummorum vim accepisset, quibus splendidam sibi domum esset eocmpturus Cicero vero, *Confitebor*, inquit, *ad me illam deucnisse pecuniam, si ædes mihi parauero*. Quid fit? Mercatur illas Orator, vanitatis eum arguit vulgus, cui hoc sermone iuit obuiam, *An nescitis boni patrisfamilias esse dissimulare, si quid constituerit emere*? Sed & in parentibus idem licet animaduertere. Nitois enim illum frustra esse oportet, qui ipsorum verba omnia, quibus ad liberos vtuntur, *ad cribrum* (quod aiunt) *dicta* existimat. Sæpe pater filio, cum ad virtutem atque laudem stimulos ei vult addere, centum montes

aureos pollicetur, ipse vix totidem nummum dominus. Sæpe mater eiulāte ad sobolem sane quam austeris increpat vocibus, Nisi conticueris, lupo te inscitum infantem deuorandum prouiciam. Istæ tamen voces ex diametro, vt dicitur, internis animi cogitatis oppositæ sunt, adeo vt nec patienter tolerare possit genitrix, si digito tantum puerum parum molliter aut placide attigeris, tantum abest, vt ipsa bestiæ obiiciat. Verum ita est, vident, qui genuēre se nec ad honestatem suos deducere, nec à turpitudine posse abducere, nisi strenue mentiantur. Id quod & hisce exemplis comprobandum nobis fuerat, & pluribus aliis demonstrari posset, quanta vis, quantaque necessitas falsiloquio insit, nisi promissæ breuitatis memores his omnibus ita in medio relictis ad alia properaremus. Maximam enim partem curriculi nostri iam confecimus, & prope est, vt terram videamus. *Diximus*, & magno argumentorum pondere euicimus, mendacium esse ingenuo homine dignissimum, esse fructuosissimum, esse à periculis remotissimum, esse maxime necessarium: *Superest, vt & à summa iucunditate* atque oblectatione idem commendemus: qua de parte cum dixerimus, & deinde ad quasdam aduersariorum voces, quibus causam hanc nostram deformare, aut premere nituntur, responderimus, toti huic dissertationi lætum apicem, & vt aiunt, colophonem imponemus. *Ac de dulcedine quidem*, singularique suauitate, quam ex arte sua percipiunt, qui subærati auri instar aliud sermone præ se ferunt, & aliud mente occulunt, dicere non est difficile admodum, cum nulla propemodum res sit, quæ maiore iucundissimi gaudii voluptate animos explere possit. Quanta enim illa sit oblectatio, vel inde potest colligi, quod plurimos sit inuenire, qui sine euidenti aliquo emolumento aut commodo à plano ac recto veritatis tramite deflectunt, sola ea amœnitate capti, quam in mendacii diuerticulis aut ambagibus esse experti sunt. *Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quam sui cuique liberi?* inquit eloquentis sapientiæ Princeps Cicero. Non male, opinor. Et sunt parentum pectoribus affectus illi calidissimi tenerrimique, quos στοργὰς vocitant, diuinitus inditi, quibus illi erga sobolem ita feruntur, vt vita eam propria chariorem habeant. Quo pacto vero & hi amoris igniculi emicant, & dulcedo illa magno quodam adaugetur cumulo? Si nescis, ioci id præstant, blanditiæ, lusus parentum cum filiis: à quibus si figmenta atque fabulas abesse putas, ego te, licet alias Candoris candidatum, hac tamen in re

Magnopere à vero, longeq; errare putabo.

Quod si nec ridiculariæ istæ puerorum deceptiones, nec, quæ in genitoribus inde exoriuntur, lætitiæ, in nostram sententiam te pertrahunt: age mecum paulisper è priuis velut ædibus in sacrum poëtarum nemus, animi gratia obambula, atque inibi, quæ Musarum illi mystæ ex sese, velut araneī finxere, commenta inspice studiosius. Aut fallor ipsus, aut tu confiteberis, miscuisse ipsos vtilibus dulcia ingeniosissimo temperamento. Quid enim? An non potuerunt viri omnium doctissimi sapientissimique aut naturas rerum cœli gyrationes, aëris alterationes, & animantium indolem describere, aut virtutis pulcritudinem, vitiique fœditatem, oculis mortalium subiicere, nisi monumenta sua ære ac saxis magis perennia, istiusmodi compleuissent historiis, quæ *veris Luciani narrationibus* essent simillimæ? Equidem vti potuisse eos non dubito, ita cur non fecerint, inquirendum duco. Qua de re quid statuere debeamus, vno versu nobis Venusinus vates ingerit: Sic enim illa.

Et prodesse volunt, & delectare poetæ.

Nempe, quo fuerunt acumine, viderunt optimam eam, gratissimamque docendi rationem esse, quæ doctrinarum seueriorum pharmacis, illis quidem longe saluberrimis, sed tamen nescio quomodo asperioribus mellitum saccarum aut potius nectar iucundissimorum figmentorum intemperaret, eademque dulcedine mentes hominum ad discendum cognoscendumque alliceret atque impelleret. Neque vero fefellit ipsos hæc cogitatio. Quamuis enim quod iure quis miretur, ipsum etiam vulgus falsitatem poëticarum fabularum cognouerit, adeo vt nec Iuuenalis id diffiteri ausus. inquit enim,

----Stygio nigras in gurgite ranas
Nec pueri credunt:

tamen cum ficta illa ita blandirentur doctis pariter atque indoctis, vt nihil gratius aut suauius ad animum & ad aures accidere posse videretur, factum est, vt vatum nugæ non nugæ in deliciis haberentur, summoque & studio & voluptate ab omnibus edíscerentur. Nam, vt alios taceam ipse Cicero quo animo in poëtarum scripta fuit? Nam τὸ ἀληθὲς in iis quæsiuit, an potius τὸ ψεῦδος amauit? Audiamus ipsum; *Nolite*, inquit, *putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui aliquid impie sceleratéque commiserint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus.* Et in alia oratione: *Suppeditant nobis poetæ, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ conquiescant.* Sed mittamus fabulas, & de iis loquamur mendaciis, quibus in communitate ac consortione hominum nihil propemodum videtur esse frequentius. Si enim phalerato aliquis aut fucato sermone circumuenerit alium, an non gaudeat, an sibi non blandiatur, an iucundum non sit aliena frui siue credulitate, siue stultitia? Cur enim non ita vocemus? Certe si decipere ingenii est & sagacitatis, decipi inscitiæ aut imprudentiæ sit necesse est. Quid vero exultationis atque amœnitatis ibi non erit, vbi dolis ac artibus illud est effectum, vt & incredibilis commoditas acquisita, & maxima calamitas depulsa fuerit? Sit in vrbe deparcus quispiam Euclio, de quo vno ore vniuersis attestetur populus, ex ipsius aut hircquis sexcentas lachrymas, aut ore mille deierationes citius posse exprimi, quam pauculos è marsupio nummos elici. Huc accedat veterator, & qui arte norit tractare homines, & solitis verborum præstigiis in captiones inducat, vt miser ille non vnciatim numeret, sed tantum elargiatur aut effundat pecuniæ, *quantum vel optido satis sit.* Maximopere scio lætabitur deceptor istiusmodi, nec maximum solummodo technarum suarum fructum, sed & summam voluptatem capiet. Illi vero, quos è carcere aut præsentissimo aliquo infortunio dolus, versutia, simulatio eripuit, an non pariter vberem gaudendi materiam habeant? Quid inventis Philocrati illi in Comœdiis fuisse, quid non gaudii dulcedinisque obtigisse putabimus, cum ab Hegione fraudulentis consiliis circumscripto, è seruitute liber, tanquam auis è cauea, ad suos dimitteretur. Quam suaui voluptate deliniri puerorū aut famulorum animos necesse est, cum castigationem ac pœnam meriti, id figmentis vndequaque acquisitis efficiunt, vt sine supplicio discedant. Quamuis, vt magni sunt iudicii, multumque prouident mendaces, ita plerunque gaudii sui vsura priuatim fruuntur, & velut *in sinu tacito* lætantur, raro cum aliis id dulcedinis communicantes, neq; dum aliis voluptatem creant, sibi damnum accersant. Verum ne non satis tempori orationis exitum inueniamus, ista abscindendum est. Quid enim in falsiloquentiæ encomio requiratur amplius? *Dignitatis, & prudentiæ, & vtilitatis laude* inter tuos florere exoptas? Mendacio studa: illud mentis atque morum

rum cultura est & decus. *Multa & prolixa rerum tuarum pers* vis operæprecia! Mendacio sacrifica: illud, si vtilitatum atque fructuum res sit, cornu copiæ est. *Discrimina salua* fortunarumque hortes, æuumque timoris vacuum capetis! Mendacio stude: illud

Munimen est quamuis frequenti
Tutius armatum corona.

Necessariis gaudes abundare rebus? Mendacium amplectetor: vt mundus sole, sic illo vita hominum carere commode nequit. *Iuuant te, quæ multum recreationis aut oblectamenti habent!* Mendacio vaca: non tantum refectu corpus in summo æstu afficit frigerans aura, quanta illecebra voluptateque illud animum. Denique, vt hoc etiam sub finem addamus, *sic a tibi uitanda censes*, quæ à summis æque ac infimis viris adeo factitari scias, vt nihil iam magis crebrum, magisque quotidianum sit, mendacio non poteris non fauere, quandoquidem illud omnium hominum consensus, tacitus licet, comprobat. Fieri potest, vt aliqui futuri sint, quibus nostra oratio non omnino arrideat, quique manifestam veri effigiem obscuris falsiloquii simulacris præuertendam arbitrentur: illi ipsi tamen, & quotquot reliqui in orbe degunt, in actionibus suis nihil magis, quam quod ore videntur damnare, spectandum exhibent. Vt credas, quod dico, ito per omnes omnis vitæ ordines, & videbis. Sed ito tu cogitatione: non enim ego hic verbis: non quod dubiolam hanc inexplicabilemque rem reas, sed quod dicta, quæ dictu vera quidem, sed fortean periculosa, ἐπιλογιστικὰ nolim. Sed de laude ac commendatione mendacii satis. Et poteram hic quiescere, nisi defensione etiam, & propulsatione criminum opus esset. Quando enim iniquis non modo præiudiciis, sed etiam voculis, totum illud, ficte doloseque loquendi genus, prægrauatur, nisi iis quoque occurrerimus, non videbimur nostro satisfecisse muneri. Id igitur nunc faciam, & quidem, quam potero, paucissimis faciam, ne prolixitatis non modo omnis, verum necessariæ quoque osor, illud mihi in aurem inclamet:

Quando tibi ad finem Persica ducet opus?

Quid igitur afferunt? *Dicunt mendacii patrem* illum esse, vt Ambrosius nominat, aduersarium, & circumscriptorem generis humani fallacissimum, & impuritatis authorem Diabolum: è qua causa facile de effectu sit iudicandum. Graue profecto, crimen, & quod horum alterutrum in se continere videatur, vt aut falsitatem ipsi, qui laudauimus, mutato quasi calculo, damnemus sceleris, aut hostis illius antiqui, ab initio mendacis, inimici veritatis, æmuli hominum, pudicitiæ aduersarii, luxuriæ magistri, quibus titulis apud eundem antistitem describit Syricius Papa, causam agamus. Verumenimuero ita responsionis nostræ nauigium, inter duos hosce periculosissimos scopulos moderabimur, vt & Scyllam illam effugiamus, & in hanc Charybdim non incidamus. Nemo natura, sed quisquis malus est, vitio malus est, inquit patrum ille quasi pater Augustinus. Scitissime dictum. Et ecce, Lucifer infernalis malus est, sed caue intrinsecam ipsius naturam aut essentiam talem putes: extrinsecus accessit vitium, quod spiritum ab origine optimum, scelere reddidit pessimum. Duo igitur sunt in Dæmone, primum ipsa substantia, quæ per se bona, vtpote Opt. Max. opificis creatura: deinde ea, quæ ipsi substantiæ adiuncta inhærent. Ea licet forte maximam partem praua esse & flagitiosa concedamus non tamen omnia eiusmodi esse contendimus. Quis enim negauerit genios illos ordinis sui desertores, & mira subtilitate, & incredibili agilitate, & exquisita scientia, & ingenti potentia pollere? Ista vero qui in bonis non numerat, eum dolo in metaphysicis modo plumbeum esse, verumetiam ratione prorsus carere, asserere vix dubitauerim. Quod si iam quis hoc pacto ratiocinaretur, potestas & sapientia, cæteræque dotes sunt in spiritu illo stygio, qui valde malus est; ipsæ proinde nonnisi malæ sunt;

Audiam admissi risum teneatis amici?

An non vero argumentationi illi similis esset hæc conclusio, Falsitas scelerata est, quia in ἀρχεγόνῳ scelerato? Omnino sic existimo: & quomodo consistet aduersaria ratiuncula, cum hic neruus iam incisus sit? *Sed pergunt, nihil esse magis ignominiosum, magisque* infame, quam ficta proloqui, adeo vt honesti atque integri viri nihil molestius audiant, nihil impatientius perferant, quam inciuile illud, &, vt volunt, iniuriosum verbum, Mentiris. Id quod suffragio suo poëta inter Epigrammatum scriptores facilè primus Owenus comprobare videtur:

Mentiris! caue militibus mendixeris vnquam;
Maius eo nullum dedecus esse putant.

Verum turpitudo illa, illaque infamia oritur non ex turpitudine aut infamia quadam mendacii in sese, sed ex ruditate, inscitia, & inertia eorum, qui incaute, minusque solerter, dolis figmentisque vtuntur. Est enim omnino ars quædam mentiendi, quam non satis callentes, quidam, id efficere, vt quod & in reliquis fit disciplinis, *in quibus*, vt Columella ait, *peccando discitur*, vitia imperfectionesque artificum, ipsi arti ascriberentur. Verum quam imprudenter importuneque illud fiat, plurimi iam ostenderunt. Et profecto si istiusmodi iudiciis non-iudiciis standum foret, iam non simulationem solummodo aut falsiloquentiam, verumetiam omnes in vniuersum artes cum Agrippa illo damnandum esset. Dedecus igitur atque opprobrium ad imperitos spectat: artifex mentiendi non labem, aut probrum, sed laudem ac fructum adipiscitur, qui nempe eum in modum, & tam ingeniose

Ore aliud profert, aliud sub pectore condit.

vt qui audiunt, fucum sibi fieri non animaduertant, nec loquentem mendacii prebendant manifesto modo. Hac enim in re cardo commentorum illorum videtur verti: &, quemadmodum, vt ille ait, *Perit procari, si latet, ita mentiri, si patet.* Nam quod quidam caulæ nostræ ideo iniquiores sunt, quod *effictores illi sermonum id lucri plerunque referant*, vt vera etiam pronunciantibus fidem nemo adhibeat, mirari id satis nequeo. Cur enim illi veritatem etiam ac candorem, vtpote eidem velut fato subiicerem, non aspernantur, non repudiant? *Sæpe veritas fidem facere non potest*, ait Scriptor ad Herennium. Et, *isthoc incredibile est, etiamsi Cato dicat*, vulgi est adagio. Nimirum vt, quod res est, breuiter dicam, prouide loqui, & singulari industria, quicquid velis, occultare, id in manu, vel potius ore, mendacis est: credere autem & assentiri, vel etiam reluctari & contradicere, id in aliena situm est potestate. Quod si itaque euenit, vt oratio illius, qui falsa effatus est, fidem inueniat, & solertiæ & felicitati cuidam merito hoc ascribitur: Sin secus; iam ante diximus, non ad vituperium, sed ad commendationem pertinere mendacii, quod non sibi modo suis technis consulat, sed & alios insigni quodam beneficio afficiat, prouidosque, & suarum satageos rerum efficiat. *Sed videamus & vltimam, idemque multorum iudicio* grauissimum obiectum. Vix enim dicere satis possum, quanto & verborum & exemplorum apparatu euincere ac demonstrare contendant, atrocissimis pœnis, mulctis, suppliciis, cruciatibus eos fuisse, ac etiamnum esse obnoxios, qui imposturam confictis orationibus fecissent, aut faciant. Hinc, vt è plurimis

mis paucissima adducam, *Artaxerxis* factum nobis ingerunt, qui eam linguam, quæ falsitatis conuicta esset exsecari, clauoque affigi trisulco mandauit. Hinc *Tenedium Principem* in memoriam nobis redigunt, qui in iudicio loquentibus à tergo destituerit hominem securi armatum, ferire paratum, quam primum illi vel falsum perhibuissent testimonium, vel alias, quòd à re ac veritate dissentiret, prolocuti fuissent. Hinc *Sophocleum* illud, quo ad senectutem peruenire mendaces negant, in medium afferunt, ἀλλ' ἴσχει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνον. Hinc denique *ex Homero* nobis illud occinunt:

ὦ γὰρ ὅτι ψεύδεσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγός
ἀλλ' οἵπερ πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια δηλήσαντο
τῶν ἦτοι αὐτῶν τέρενα χρόα γῦπες ἔδονται.

Sed & hic quod tegeramus, in promptu est. Neque enim difficile est intelligere, suspicionem isthanc non in omnem conuenire falsimoniam: propterea quod multi multa ab omnibus seculis menti fuerint, quæ nec dum dies, illa veritatis parens reuelauit, tantum abest, vt atrocius aliquod supplicium vindicarit. Quin si res rectè velimus arbitrari, illud etiam damnum & insignis calamitas, quæ doloium figmentorumque fabros pessundedit, non tam ipsi assignandum est fallendi artificio, quam, quod etiam ante diximus, stupiditati atque ignorantiæ eorum, qui ad fraudes animum prius adiunxere, quam rationem affabre ingeniosèque excogitandi simulandique penitissime cognouissent. Quæ si parum valeant, quæ rimus à pertinacibus illis veri propugnatoribus, quid tandem statuant, & num ingenuitatem, aptæque frontis constantiam damnent, quia pro confessione veritatis sacri illi Testes, mortem oppetierint, hoc est, rem terribilium terribilissimam exhauserint? Non, scio, damnabunt, & illud Ouidii, clypei loco nobis obiicient,

——*careat successibus opto,*
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Rectè; modo & nostro in negocio censione consimili vtantur, nec à malis illis externis internam attribuant inorantiæ illi à nobis iam sat deprædicato MENDACIO. De quo quidem tantum fuit. Nos hic desinimus; & aurem nobis vellit, nescio quis, illud *Palæmonis Maronis* magna voce inclamans,

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

CASPARIS DORNAVII

INVIDIÆ ENCOMIUM.

Ad Illustr. Dominum, Dn Albertum Ioannem L. Baronem à Smirzitz.

INVIDIAM vobis commendatum venio, Auditores Nobilissimi, Spectatissimi. Quid exhorruistis? quid contraxistis frontem? quod eius rei patrocinium me suscepturū dixi: quæ suffragio omnium, literis linguisque explosa diu & damnata fuit. Equidem haud infitior; quòd & ratio persuasit doctis, & plebeiis experientia approbat: clauam Herculi citius extorqueri posse; quam ex animo hominum euelli opinionem, quæ insederit altius; præiudicio, & autoritate, & vetustate corroborata. Ego vero in his dicendi initiis, tantum abest, vt vadimonium à me promissum deseram; vt potius in spem adducar: ex bonis paucos esse futuros; qui vel eo nomine dignaturi me sint quodam loco: quod communi opinioni, quæ & error sæpe communis esse consueuit, opponere me ausus fuerim & contradicere. Quæ enim res habita fuit vnquam tam exitialis; quam non vtilissimo fini, addo etiam honestissimo destinarit sapientissimus iuxta & benignissimus rerum Architecton? Feræ certe & bestiæ quanquam sunt immani natura; ita tamen cicurari possunt à peritis: vt non viuæ tantum imperio hominum fiant audientes: sed mortuæ quoque eorundem commodis aut ornamentis seruiant. Quid ignis, elementorum omnium vt tenuissimum, ita purissimum? Satyrus equidem cum primum visum osculari vellet & amplecti; Prometheus, bonus monitor, quales amici esse solent, abstinere iubet:

Τράγος γένειον ἆρα πενθήσεις σύ γε:
Καίει τὸν ἁψάμενον.
Barbam caper tuam deslebis protinus:
Tangentem adurit ignis.

Idem tamen quid non commodi præstat mortalibus? quippe & amœnissimo lumine collustrat omnia, & depurat volubili tenuitate; & calore suo excitat, vegetat. Accedit hoc & illud; quod nulla non seculi tempestate liberalissimis ingeniis concessum fuit: laudare solemni encomio atque ab obliuione vindicare ea; quæ vulgi dictis inimicissimis vapulabant, aut diris deuouebantur. An quisquam erit tam iniquus rerum æstimator? vt Synesio sapientissimo succensendum putet, qui caluitium; aut Fauorino disertissimo, qui quartanam febrim; aut incomparabili Erasmo, qui stultitiam prædicauit. Nisi forte nullo numero habendus Birkhaimerus; quod podagræ laudes recensuit: aut in insulam deportandi Frischlinus & Turnerus; postea quam ebrietatem laudibus prosecuti sunt: aut non litarunt Musis & Gratiis Passeratius & Heinsius, ingeniorum principes: quorum ille cæcitatem cæcus; hic putissimus, etiam pediculos patribus conscriptis meodicorum commendauit. Quod si denique nemo Brunoni Italo conuitium fecit: qui publicitus VVitebergæ Diabolum laudauisse dicitur: benignè & mihi polliceor; neminem fore tam prodigum suæ linguæ, vt sit existimationi nostræ adeo infensus: vbi & naturæ imitatione & exemplo hominum sapientissimorum Inuidiæ encomium recitaoerimus. Vos modo, qui gratiosissimam mihi audientiam facere cœpistis; qui pulchrum putatis, in argumento quandoque insolenti librare vires ingenii; vos cursum orationis meæ prosequimini fauorio beneuolentiæ atque attentionis vestræ: vt quem sibi proposuit portum, contingere sine malignitatis aura possit. Quod si mihi à vobis tribui concedique sentiam; euincam, quibus potero, argumentis: vt Inuidiam non modo non segregandam ab hominibus; cum sit honesta: sed adsciscendam propter eximiam vtilitatem puteris. Atque vt ex hoc stadio Inuidiæ dignitas sese efferat; vnde omnis honestas & gloria ducitur: nemo est tam hospes in hoc mundo, aut in Repub. peregrinus; qui ignoret: Inuidiam à vitiis, morum turpitudine, & vita sceleribus inquinata quam longissime distare atque abhorrere. Neque enim societate sua dignari eos solet; qui crasso quodam & Bœotico ingenio prædin, nec præsentia ordinant, nec prævidere futura, nec præterita recordantur: nec decorum in rebus obseruant. Cal Cæsaris stultitiam nemo profectò mortalium fuit, qui inuidendam esse putaret: cum non modo ridicule trepidaret capite, pedem

..em dextrum, traheret, & pro tribunali obscenos exhilaret sonitus: sed edicto insuper moneret: prouentu vinearum vberi bene pitarentur dolia; vt non immerito Antonia mater, si quem socordiæ argueret, stultiorem filio suo Claudio diceret. Aut aestimabit quisquam? se Inuidiam conspexisse sociatam cum vilibus illis & plebeiis animabus; quæ opinione, pestem familiarem nimis, arripiunt pro scientia, & in locum rationis veritatisque substituunt. Porro si omnem vitiorum percenseas numerum, aut familiam consideres: in quamcunque te partem dederis; sat scio, meridiana luce clarius apparebit; nullibi habitare Inuidiam posse; vbi vitia rerum suarum domicilia collocarint. Quis enim mortalium inuidit vnquam ei; qui vel alios iniuria lacessiuit: vel in commutatione ac distributione rerum prætereuectus sit iustitiæ terminos? Supplicia hæc mereri possunt; non negabo imprudens: sed quæ cum Inuidia commisceri nefas est. Aut quis ab Inuidia se in delitiis haberi; si, cum pro patria fortiter dimicandum esset, clypeum abiecit cum animo; stationem deseruit? Infamiam hæc notant, quam nulli inuidemus. Cæterum tam verum est; familiaritatem aut consuetudinem Inuidiæ cum voluptate esse non posse: quam planum est, seculorum omnium memoria: ipsas quoque inimicitias deflagrare magna sui parte; cum luxuria diffluere hostes ac delitiis colliquescere vidimus. Commiseratione certe, non Inuidia dignus est Tunetarum rex Muleasses: cui apud Germanos Italosque exuli, & aliena quadra, Caroli V. potissimum viuenti, vix tamen sufficiebant centum aurei nummi ad pauonis vnius condimenta: quique oculos obnupsit; vt Musicæ suauitas in aures influeret mollius. Nimirum vel in Apitii cœnaculo, vel Epicuri schola didicerat: duobus sensibus duplicem voluptatem percipi non posse. Quo itaque felicior est Inuidia! quæ non admittit in consortium suum voluptatem aut luxuriem:

——quæ dedita semper
Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus,
Membraq; Circæis effœminat acrius herbis.

Ex quo nemini dubium esse potest; tam procul à vitiis distare Inuidiam: quam longis spaciis à turpi honestum discriminatur. Id vero est, Auditores, in quo triumphat Inuidia: quod cum virtute omne commercium habet: ab hac non minus secedit, quam à corpore vmbra: hanc sequitur domi; non deserit foris: pernoctat cum ea, peregrinatur, rusticatur. Excute totam totius humani generis vitam: nonne Inuidiam protinus habebit sociam is, qui supra vulgus quidquam sapiet? aut etiam oratione vtatur, robusta magis & mascula; quam forte semiliteratus aliquis intelligat? Nonne Inuidia sororium in modum captabit eius comitatum: qui vel labantem patriam erigere consiliis? vel laterum suorum oppositu,

——admirandisque lacertis,

pro aris ac focis decertare præ aliis audebit fortius? Quid de modestia dicam, rarissima hoc impudenti sæculo virtute? quid commemorem temperantiam, liberalitatem, continentiam, iustitiam, amicitiam? quid vniuersam virtutum coronam? quæ iacerent in tenebris omnes; nisi Inuidiæ lumen accederet: vt

Paullum sepultæ distet inertiæ
Celata virtus.

Quis ergo tam est agresti animo; qui ex mutuo virtutis & Inuidiæ comitatu, mutuum vtriusque splendorem elucere neget? aut, vt de re amplissima amplius quid loquar; quis non animum inducet suum? duos indiuiduos socios spectatissimosque comites, paris honoris passu ambulare? Est enim hæc non scripta, sed nata lex: quam non Solon inuenit, explicuit, promulgauit: verum ipsa natura formauit, instillauit, impressit: vt cum iis iungatur stabilis aliqua familiaritas: quorum par est, aut similis nobiscum natura, indoles, morum studiorumque ratio. Miretor hoc, qui non obseruet quotidiano experimento herbam, quæ cichoreum à naturæ speculatoribus dicitur. Quod enim illa solem vel nubila tempestate, per omnes cœli & Horizontis regiones sequitur: quod illius exortu, florem ipsa aperit, occasu operit: quæ res amabile hoc coniunctionis & amicitiæ desiderium efficit? Naturæ similitudo. Quid caussæ est? vt virgula diuina ex corylo, si recta deferatur per loca metallifera, illico flectatur in transitu: quasi cum metallo amplexu mutuo iungi cupiat? Naturæ similitudo. Quid Pythiam & Damonem; quid Pyladem & Oresten; quid Nisum & Euryalum arctissima inter se societate copulauit? Nihil aliud, nisi naturæ, nisi ingeniorum, nisi morum similitudo, & quasi honestatis quoddam commilitium. Sed quid longius remota sollicito? Propiora sunt, quæ vel me tacente ostendunt; cum sint ante pedes collocata: quanta sit Inuidiæ maiestas ex eo concipienda: quod virtutem, quam sequeretur, præclara sibi optione delegit. Nam quis est omnium, tam nihil vnquam nec de sua, nec de liberorum salute cogitans: qui non animo doleat interiore, & angatur acerbissime: cum filium audit, prauorum se commerciis immiscere. Horum quippe vita protinus inficit: vt aconitum vel contactu solo nocere, aut torpedo per arundinis internodia virus suum traiicere dicitur. Quod si vero idem filius, abdicata malorum conuersatione, prudentibus se adiungat, consuescat: quam recipit spiritum sollicitus pater! quam sibi de solatio gratulatur, filio de salute! quem sperat, honesto conuictu excussurum esse, quidquid sibi vel pudendum antea, vel pœnitendum ex sordida conuersatione affricuerat. Cum apud Arragones Ferdinandus puer cum Ximenio viro cordatiss. deambularet: Rex Ferdinandus auus, è fenestra palatii cum conspicatus, voce interiori, suspiriis intercepta, exclamat: Euge nepos tali comite! à cuius latere, si quid mihi credis; nunquam discedes. Quod si ergo iam lætabile signum bonæ frugis videntur extulisse, qui hominibus se associant; quorum vel sapientia cognita sit aliqua; vel explorata morum tranquillitas: qui tamen consueuerunt sæpe

Καλλίστοις ὀνόμασιν αἰσχίστας πράξεις χαίρειν:
Speciosissimis nominibus res pessimas describere.
——vitiisque vocabula recti
Indere

quanto magis Inuidia omni laude est maior, quæ ipsam Virtutem sequitur, nullo honestamento fucatam; sed propria sua diuinitate conspicuam atque illustrem. Neque id obscurandum est verbis, quod in manifesta luce positum est: iisdem finibus & sublimitate Inuidiam terminari, quibus circumscribi Virtus ac definiri solet. Crescit enim Inuidia pro Virtutis incremento: crescit vicissim ipsa Virtus, Inuidia celsius adsurgente; diuerso modo, quam

Ascanius patrem sequitur, non passibus æquis.

Ac ne fortasse lentius rem disputare videar, sine exemplorum appositione: prodeat, qui volet in aulas Principum; quibus inter hominum consortia nihil magnificentius dari creditur. In illis enim quo altiori theatro Virtus explicauerit suum decus: eo sublimius quoque Inuidia conscendit: & parem altitudinis gradum cum Virtute sequitur atque adsequitur. Equidem anticipatum est informatumque mentibus plurimorum: posse in aulis vel diffidentia caueri Inuidiam; vel tegi callida dissimulatione, Protei in morem; vel Stoico quodam stomacho concoqui; vel

peri-

pertinaci ſilentio, quod olim in ſecris requirebatur, inuolui, vel denique ſeceſſu euitari. Mihi tamen ſtatios videtur, ſeruire in aula Inuidiæ, & eam prouocare in apertum: vt eius ſatellitio, ipſa Virtus, quaſi illoſtri iubare eaſplendeſcat. Perinde enim atq;

Nullus argento color eſt;
----niſi temperato
Splendeat vſu:

ſimilima plane ratione eſt

----Virtus futile nomen,
Ni decus adfuerit.

Sed hic dictionis noſtræ aucupem ſentire mihi videor; qui concedendum dictitat: Virtutis cum Inuidia eſſe aliquod conſortium: ſed ſuſpicioſum, ſed triſte, ſed metuendum; quale eſt inter hominem & crocodilum. Hic enim (ait antagoniſta) Nili accolas inſectari non dubitat, fuga maxime elabi conantes: non vt benigne cum iis agat; ſed vt ægre iiſdem faciat, vitæque vſuram adimat, non corporis tantum ſui vaſtiſſima mole, ſed vnguibus etiam & dentibus, quos pectinis inſtar ad immanitatem vſque exertos habet. Sic cum Inuidiæ natura moribusque comparatum eſſe volunt: quæ Virtutem ambiat, comitetur, amplexetur: ſed vt perdat eam miſere; aut turpitudine aliqua inceſtatam omnibus mortalibus pro derídiculo obiiciat. Hoc telum in nos aduerſarii iaculantur Auditores: quod cum ſit plumbeum & hebes; non ſumus adeo trepidi aut inermes: quin propulſare atque etiam infringere audeamus. Quis enim erroris opinione ſibi eiuſmodi finget vnionem; quæ ſit hoſtium inter ſe diſſidentium? ac non potius ita ſtatuet; pares cum paribus, amicos cum amicis facilime congregari: diſpares vero & odio hoſtico flagrantes diuortium amare, & diiungi remotiſſima locorum intercapedine. Quid enim? raphanum adeo vitibus eſſe inimicum conſtat: vt, ſi in vicinia illarum ſeratur, procul diffugiant ac diſpareant. Spini & Sali auiculæ ſunt, cætera commemorabiles & in poſterum longiſſime proſpicientes: ſed quæ tam acerbis inter ſe poſt mortem flagrant odiis: vt ſi quis earum ſanguinem in eodem vaſe permiſceat, coire aut congelaſcere nequeat. An diſſimile quiddam in fratribus Eteocle & Polynice viſum bello Thebano fuit? qui cum viui diſtractis fuiſſent animis, regnumque diuiſiſſent, mutuis ſe vulneribus confeciſſent: vnus rogus ne cadauera quidem ipſorum pati coniuncta potuit: quin

----primos vt contigit artus
Ignis edax; tremuere rogi: & nouus aduena buſto
Pellitur: exundant diuerſo vertice flammæ.

Tam eſt non dico difficile, ſed ab omni natura alieniſſimum; vniri, & odiſſe. Et nos Inuidiam ac virtutem alere capitalia odia ſtatuemus? quas conſtat in promtuque eſt; ab eo tempore, quo homines eſſe cœperunt, vna cum ipſo mondo, per tot annorum centurias coniunctiſſime ſemper vixiſſe. Foret profecto, foret; vt ſi Virtutis atque Inuidiæ vllum eſſet diſſidium, alterius ruinam altera procuraſſet: cum fieri nequeat; quin odio inflammati, diſcordes ſint: diſcordia res maximæ dilabantur. Quoniam ergo hactenus inſeparabilis fuit & immortalis vtriuſque ſocietas: illud quoque ſicco, quod dicitur, pede non eſt prætereundũ: ſi vel antiquitatis eſt dignitas quædam; vel in ea nobilitas verſatur: non video, quid dignius, quid nobilius Inuidia eſſe poſſit. Hæc enim cum Virtute eodem punctiſtitio, eademque cœli facie in ipſa mundi infantia in lucem prodiit. Niſi forte hanc opinionem quis opinetur: non omnem nobilitatem à maiorum ſplendore decus ſuum lumenque mutuari: cum nec ipſe Sol cenſeatur ignobilior; qui à ſeipſo ſplendeſcit, non alio ſidere ſuperiori. Sed quid ego diutius hic immoror? quid pluribus argumentor? Ipſa Virtus compoſito ad grauitatem vultu, in conſpectum veſtrum prodire videtur, & excuſare Inuidiam: Errat, inquit, quicunque imbecillitati me obnoxiam putat: vt deiici de throno meo poſſim: aut me ludibrio vllius mortalium eo vſque patere: vnde anguſtiſſimum hoc caput tantillum diminui queat. Maior ſum; quam vt noceri mihi vel arte vlla, vel Marte poſſit: ad inuictiſſimum Deum originem meam refero: vnde alta ſum, excelſa, regalis, inuicta, infatigabilis: omnia rerum aduerſarum onera ſuſtollo: non incuruor, non ſuccumbo: conſiſto recta ſub quolibet pondere noui me oneri ferundo. Qui ſub ſignis meis ſtipendia facere cupit, & tropæa referre, me decernente: etſi mare & cœlum vires ſuas conferant: Virtutis tamen bona nec ſitum trahere poſſunt ætate; nec eripi naufragio; nec ſuffocari incendio, nec cuiuſquam odio aut inimicitia contemerari. Accepiſtis, Auditores, ex ipſius Virtutis interloquio; quam ea ſit extra omnem teli iactum collocata! vt nulla res excogitari, ac ne fingi poſſit; quæ Virtutẽ è maieſtatis ſolio ſubuertat. Quouſque ergo periclitabitur Inuidiæ innocentia? quis denique finiserit contumeliæ, qua notatur illa, quaſi Virtuti inſidians atque inimica? Profecto ſi porro ſe iactabit effrenata accuſandi licentia; non iam amplius Inuidiæ detrahetur laus debita: ſed ipſam inſuper Virtutem ingrati arguemus: quaſi ea ſit miſeria, vt violari; ea fragilitate, vt vinci poſſit: quæ ab omni mutatione eſt immunis, nulli corruptelæ obnoxia; quæ

----repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus.

Sed ne in vno probationis firmamento hærere diutule videar; aut inopia quadam laborare defenſionis: ad alia nunc mea feſtinat oratio. Occurrit enim, quod nemo inficiabitur; qui modo habeat aliquid non ſolum ſapientiæ, ſed etiam ſanitatis: eum eſſe omni amoris, reuerentiæ atque obſeruantiæ cultu digniſſimum; qui vel nuntium nobis attulerit, vel inditium fecerit rei amabilis atque felicis. Exultant nimirum nautæ, & via non tripudiant præ lætitia: cum geminas flammas Caſtoris & Pollucis conſpexerint; vel ſua lambentes capita; vel in ſumma parte tentoriorum hærentes; aut aliquando in nauibus circa antemnas, vel carcheſiom. Tum enim lætiſſimum tranquillitatis concipiunt augurium; & ſperant fore, vt

----Venti ceſſent, fremitusq; minacis
Æquoris, aufugiant nubes, vrſæq; nitescant.

An nos Inuidiæ non aſſurgemus? non veneremur eam? non omni ratione defendendam putemus: quæ quotieſcunque nos circumſtat, non futuræ, ſed præſentis felicitatis tam eſt euidens ſignum; quam aurora diei albeſcentis. Qui hoc intelligi poteſt? Nihil habet commune Inuidia cum miſeria; nihil cum paupertie & mendicitate; nihil cum exilio: ſed vbicunque ſui copiam nobis fecerit; teſtis eſt felicitatis, index libertatis, comes diuitiarum, honorum ſocia, nuncia dignitatis: verbo dicam, & feſtiuiſſimi Comici verbo:

----illi, quibus inuidetur, rem habent.

Canthárides, neminem opinor eſſe, qui in ſcutellatis auri maculis viderit inſidere tritico; ſed non niſi lætiſſimo; aut miratus ſit innaſci roſis; ſed non niſi fragrantibus & florentibus. Eandem eſſe Inuidiæ indolem, nemo ignorabit, niſi qui perpetuo fuerit miſer; ſemper à fortuna in caſtris habitus. Nam ſimul ac præſtanti fortuna florentique viri contigit; præſto eſt Inuidia: vt non tam celeriter vicina flamma ad naphtham tranſuolet; quam facile illa ad viros opulentos tranſeat: eos quaſi buccinator aliquis beatos vigenteſque proclamet. Hæc ipſa Inuidia ſuo teſtimonio, quod res eſt, probat: homines locupletes curæ eſſe Deo; & in eius quodammodo oculis geri. Pleni enim ſunt bibliorum codices, plenæ Dauidis voces, plena Salomonis autoritas; quæ ſatis ſuperque teſtantur:

diuitias

diuitias à Deo proficisci in dilectos suos, etiam somniantes; nec nisi diuinam benedictionem diuites facere posse. Cuius dum præco sit Inuidia & tam locuples testis: quo quæso numero locoque est habenda? Quod si nondum satis cernitis; cum res ipsa tam claris documentis pateat: agite, Cratem Thebanum imitetur quispiam; & fortunas suas facultatesque in mare abiiciat: sentiet; Inuidiam protinus abscessuram esse: verum magno cum suo damno, maiori etiam infamia. Est enim ingratissimus bipedum; quisquis donaria Dei munificentissimi aut non admittit; aut admissa nefarie negligit, pedibus proculcat. Nec minus Inuidiam fugabis: vbi omne æuum duxeris inglorius: & iudicaueris, cum vitæ tempore dimittendam esse commemorationem nominis tui: quæ & ipsa res tantillum ab ignominia abest & scelere. Proinde illud in caussa maneat necesse est: nullum esse ingenii tantum flumen; quod Inuidiæ gloriam exornare satis possit: cum præsentia sua, quasi sublato signo prosperitatem, quanta in hac mortalitate contingere potest, denunciet. Bene habet; iacta sunt fundamenta defensionis: vnde facilior est mihi aditus ad contentionem vtilitatis; quæ ex Inuidia emergit, numero plurima, pondere grauissima. Quid enim caussæ excogitari potest? cur ornatissimi homines impatientibus votis vniri cum Inuidia cupiunt, anhelant, inhiant? nisi quod ea nihil ad gloriam magnificentius, nihil ad bene viuendum salutarius, nihil denique ad animi tranquillitatem aptius esse putarent. Themistoclem, illum summum Athenis virum, dixisse aiunt; cum ex eo quæreretur: cur adolescens nullum splendidum edidisset facinus: nondum enim sibi inuisum fuisse. Magnifica sane vox, & immortali cedro dignissima: qua præceptum dare voluit: nulli hominum ad templum Honoris patere accessum; nisi per Inuidiæ illud vna grassatus fuerit. Ergo Themistocles, cum id impetrasset; vt Inuidiæ disciplina vti liceret; quo non prudentiæ, fortitudinis, iustitiæ, fidei, temperantiæ nomine inclaruit? vt gloria eius cum omnis æui memoria adæquari debeat. Nam Inuidia cum cinctus esset, & emineret spectatissimus vndique: ambitionem Epicydis, qui adfectabat imperium, pecunia fregit: ne res ea pernicie patriæ constaret. Inuidia excitatus, intestina Græciæ bella composuit: ciuitatem Atticam ad concordiam reduxit: contentionem de principatu sustulit: & Atheniensibus hanc famam conciliauit; quod fortitudine hostes, animi moderatione socii ab iis victi superatique essent. Inuidia cum magis magisque cresceret; Xerxen tota Græcia fugauit; muros Athenarum ampliauit. Neque est, Auditores, vt quisquam inducat animum suum: quod Themistocli proprium ac necessarium fuit; eo se carere posse: aut sine Inuidia gloriam se consecuturum: quod perinde foret; ac si absque alarum remigio volare, spe præsumeret. Adeo verum est, quod inter Olympicas olim coronas cantabatur:

ὁ χάμηλα πνέων, ἄφαντον βρέμει.
Qui humilia spirat, in obscuro fremit.

Literis memoriæque proditum accepimus: Achillem fortissimum iuxta & integerrimæ fidei, Phœnici dimidiam regni partem, minerualis ergo obtulisse: cum institutione eius didicisset non modo

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων:
Verba ornate facere, res exsequi.

sed etiam qua dexteritate in acie staret,

Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus.

Tam honorificum indicium faciebat de magistro suo Achilles. Qua tandem fronte nos Inuidiam vel iniuriosis dictis insectabimur; vel è finibus humanæ societatis eiiciendam esse putabimus: à qua tot tantaque beneficia familiaris vtilisque institutionis in genus humanum, tanquam magistra fidelissima promanarunt? Indignum est, exturbari sede sua: indignius est iniuria. Calamitosum est, violari hospitem: calamitosius, socium. Funestum est, ab homine externo maleficus adfici: funestius ab iis, quorum rudis animi testula saluberrimis monitis imbuta fuit. Accedit huc & illud; quod nunquam satis laudata Inuidia pro rebus nostris excubias agit. Quod ipsum, Auditores, quam late pateat, attendite. Inuidia enim non tantum res nostras singulari industria oculis emissitiis obseruat; inquirit in vitam; actiones expendit: sed per amicos quoque, per ministros, per familiares scrutatur animi nostri consilia; & vix non somnia explorat. Quæ res socordiam nobis excutit, & negligentiam, & oscitantiam: facitque, vt domi nobiscum habitemus, non alibi: & nostrarum rerum satagentes, non simus curiose soliciti; quid hesterna cœna aut concubitu Iupiter in aurem Iunoni dixerit. Mirabile est atque etiam miserabile; curiosos esse homines in alienis, sibi desipere: imitarique Homeri lamias, quæ oculum, quem habebant vnum atque communem, domi in vasculo reponebant; foras duntaxat prodeuntes eo vtebantur: dentibus quoque ferreis in omnes sæuiebant. Ex quo & illud consequi necesse est: vt cum paratum nobis esse sciamus, atque etiam subinde imminere speculatorem tam oculatum, censorem quouis Catone rigidiorem: nihil admittamus dignum infamia, aut criminis notatione: sed habeamus domum clausam turpitudini & voluptati; patentem atque adeo expositam honestati & sanctimoniæ. Erat eadem mens idem animi ardor Druso Publicolæ: cui cum Architectus polliceretur; domum se fabricaturum, ab omnium adspectu despectuque liberam: Quin tu, ait Drusus, si quid in te artis est, ita mihi domum educito; vt coniici in eam atque admitti omnium oculi possint. Et profecto nulla est pestis capitalior Reipublicæ; quam spes celandi turpitudinem, & parietum latebris tegendi maleficia: vnde impunitas scelerum oritur; ex impunitate peccandi illecebra; ex illecebra audacia: audacia nihil sanctum atque inuiolatum esse permittit. O felicem ergo Inuidiam! ô iterum atque iterum felicem! quæ in apricum profert, quidquid simulatio incrustare fuco solet: quæ facit, vt pateat

---conscius, & tui feruens
Æstuat occultis animus, semperq; tacendis.

Miseram contra & ægram domum; in qua hæc vota impotentis animi audiuntur:

---sancta Lauerna,
Da mihi fallere; da iustum sanctumq; videri
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.

Neque id silentii velamis est inuoluendum: Inuidiam, quidquid aduersarii dicant, amplius quid de se præstare & generosius & vtilius humano generi: quam facere solent, qui speciosum amicitiæ nomen, sed in fronte tantum præ se ferunt. Quotus enim quisque amicorum ita est cordatus; vt, quæ velit, quę sentiat, dicat libere candideque! quanquam in societate publica

---cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant.

Alii insuper ad blanditias se conuertunt & assentationes: cumque aperte monere deberent amicum delinquentem; illi, vt gratiam eius aucupentur, virtutum & vitiorum nomina permutant. Etenim rudem appellant simplicem, iracundum apertum, superbum grauem, furiosum fortem, prodigum magnificum, auarum bonum patremfamilias, superstitiosum sanctum, bibulum politicum, scurram facetum, calumniatorem seuerum: & quis omnem hanc seriem implicatam explicet? Illud enim linguæ & pectoris diuortium non est familiare tantum politicis quibusdam huius seculi, vt appellare eos placet; sed

latius quoque serpit; & ad Pseudoprophetas permanat: & quo non? vt iamdiu sub Achillis persona sapientissimus Homerus exclamauerit:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς αΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.
Haud minus ille mihi exosus, quam ianua Ditis:
Mens aliud cui tecta tegit, quam lingua loquatur.

Non tam perniciosi moris est Inuidia; quæ scapham scapham, ligonem ligonem natiuo appellat nomine: quæ vitia tibi, vt in se sunt, ingerit: vt accuratius teipsum obseruans, rebus tuis minime blandiaris; sed pœnas, vt dici solet, io vulneribus tuis sentias. Æger est enim non minus animus, quam corpus tumore inflatum; quicunque sibi nimium placet, sua diligit, veneratur; cæteros putat esse fungos: aut si in aliquam laudis societatem admittere alios quoque cogitur; se tamen plusculum sapere; se

—delitiis extra communia censet
Ponendum.

Ad quam turpitudinem ne quis delabatur, monitore opus est; qualem videmus Inuidiam semper extitisse: quod Scipio Nasica, si quis vnquam, acu, vt dicitur, tetigisse mihi videtur. Cum enim existimarent plurimi Romanorum res tutissimo esse loco florentissimoque; postea quam deleta Carthaginensibus Achæi in seruitutem erant redacti: Nunc vero, inquit Nasica periculosissime res nostræ sunt constitutæ: qui neque quos metuamus, neque quos reuereamur, reliquos nobis fecimus. Et profecto verius Apolline oraculum edidit. Nam rei otio Carthaginis metu, sublataque imperii æmula; non gradu, sed præcipiti cursu à virtute desciuimus, ad vitia transcursum fuit. Neque vero est, quod quisquam inuidiæ succensendum esse putet: si quandoque verborum acrimonia & austeritate perstringit eos, qui secessionem à Virtute facere audent. Hæc enim reprehensio est & correctio boni doctoris doctorisque: quæ etsi in aures animosque cum asperitudine quadam & horrore primo influit; postea tamen dici non potest, quantum conferat: haud secus atque remedia primo gustu linguam offendunt: paulo post saluti cedunt ac voluptati. Quis enim ita omnes innocentiæ numeros compleuit: vt non vitiorum confinio sæpe contaminatus fuerit? aut quis tam excors sinque est oblitus; qui enim, à via exerrans in viam reuocatur, inimicis dictis lacesset? At, inquiunt, minime reprehenderemus Inuidiam; si, quæ obiicit, vera essent: nec, vt araneæ casses & filamenta è corpore suo gignunt; sic illa linguacissima fraudium argutos laqueos suopte ingenio fingeret: atque ea, vt dicta & facta referret; quæ nec per somnium in mentem nobis venerunt. Non est ita, Auditores; iterum dico, non est ita. Neque enim est adfingendum Inuidiæ, quod Calumnia admittere scelus solet; cogitandumque serio: non permiscenda esse rerum vocabula: vnde & maximæ conuersiones Rerumpublicarum oriuntur; & in Ecclesia nouis dictionibus nouæ hæreses excitantur. Quanquam si per calumniam quid obiicitur falsum, & ex nugis, aut etiam dolis confutum: non continuo suscipienda est vindicta: sed nec Iudicis inuocanda manus auxiliaris, Epæi more, qui ad pulicis morsum exclamabat; Deorum immortalium opem implorabat. Quid ergo commodi inde hauriendum? Dicam cum sapientissimo Plutarcho: Inuestiganda est caussa; quærendum, quod dictum, factum, consiliumue occasionem criminandi dederit: cauendumque, ne quid scientes aut per imprudentiam committamus; vnde maledicendi occasionem decerpere calumnia possit. Literis memoriæque proditum est: Postumiam, quod promtius rideret, cumque viris fabularetur licentiosius, in suspicionem violatæ virginitatis venisse: ita quidem vt caussam agere coram tribunali Prætoris necesse haberet. Vbi quanquam insontem criminis compertam Sp. Minutius salutari litera dimisit, monuit tamen; ne verbis vteretur, quæ vitæ sanctimoniam suspiciosam reddere viderentur. Adeo non crimine tantum; sed criminis quoque suspicione solutum esse virum bonum ac prudentem decet. Quod si omnino ne suspicionem quidé obtrectatori suppeditaueris, insidiandi maledictis existimationi tuæ: ausim tamen dicere: cum petulanti obtrectatore in certamen non esse descendendum: in quo, qui superior euaserit, inferior est; qui vicerit, victus est. Optimum enim est vindictarum genus, quod de maledico sumas; innocentiam opponere, quæ bonæ conscientiæ pretio constat: quo neglecto, sane

—Inuigilant animo, scelerisque patrati
Supplicium exercent curæ: tunc plurima versat
Pessimus in dubiis timor.

Nunc venio ad grauissimam querelam & atrocissimum crimen, quod inuidiæ intenditur. Aiunt enim plenum esse iniustitiæ: quod Inuidia quidquid à nobis proficiscitur, ornatum virtute, felicitate concessum, perfectum ingenio, elaboratum industria, oratione quam potest maxime eleuat atque obscurat. Graue est hoc telum, & quasi catapultæ missum: sed tamen est certum, qui depellam. Ego enim sic statuo; & quemadmodum spero, nemo faetle opinionem suam à nostra segregabit: nihil esse in vasculis nostris, ac ne in vniuersa hominum sublimitate: in quo placere sibi quisquam, nedum gloriari, nedum triumphare possit. Quid ergo habebis, quisquis es, quod Inuidia tibi detrahat? A Deo, rerum fortunatore prouenit: quidquid omnino aut dulce nobis, aut prosperum euenit. Quid ergo gloriamur; quasi non acceperimus? Deus est, cui adscribas, non tibi, si quid boni feceris, ait sapientissimus Bias: atque idem Deus iusto supplicio adficit eos, qui vel non agnoscunt diuina beneficia, vel suæ potestati transscribunt. Testis est Aiax Telamonius; qui cum sine Diis se vincere posse iactatet, furore percitus, propria manu sibi animam elisit. Testis est alter Aiax Locrensis, qui domum rediturus, in mari periit; quod gloriaretur: ad suos se reuersurum, inuitis plane Diis, atque etiam reluctantibus. Testis est apud Poetam Cyclops, fulmine percussus: quippe impurissimus homo gloriabatur; crepitu se ventris omnia Iouis tonitrua explodere posse. Qui omnes, si Inuidiæ monitus didicissent; quod

—valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens:

non illi pennas suas vltra nidum extendissent: nec superciliose oblocuti Deo, proprio quasi mutento malum sibi attraxissent. Quid plura consecter, quæ sunt infinita? plane quæ in Republica. Attica ostracismi ratio fuit; ea inuidiæ quadrat tam apte: vt ouum ouo, lac lacti similius esse nequeat. Athenienses enim collectis per sex mille testas suffragiis, eos in decennium exigebant vrbe; quos vi, tutis gloria, aut fauore populi, aut clientelis aut fortunis adsurgere nimis videbant: non iniustitia quadam Magistratus; nec iniuptobitatis pœna: sed vt potentia vtius imminueretur; ne ad dominatum atque tyrannidem adspiraret. Quid hic dissimile benignissimus Deus? an odio aliquo flagrat aduersus bonæ fidei probæque notæ homines; cum Magistræ Inuidiæ eos exercendos submittit? Non id agit & Miserator & Sospitator Deus. Quid ergo est? A fastu Inuidia, superbiaque auocat; eos præsertim, qui vel ingenii

aliqua præstantia sibi blandiuntur; vel in eminenti honoris & dignationis fastigio sunt collocati; vel diuitiis antecellunt alios. His enim plerumque adhæret arrogantia,

—vitium rebus solemne secundis,
Virtutumq; ingrata comes.

Nec quisquam tam sui iuris non est: quam qui dulci fortuna quasi ebrius, in deliciis ab ea habetur: adeo felicitatis, & moderationis plerunque diuidoum est contubernium. Proinde etsi cum laude est atqoe Inuidia coniunctum; leniter ferre sæuientis fortunæ impetus:

Fortiaq; aduersis opponere pectora rebus:

idem tamen & barbari gladiatores, & piratæ immanissimi sæpe fecerunt. Domitas vero habere libidines, fortunam lautam concoquere; esse animo masculo & cordato, citra insolentiam: ea demum est boni viri laos & sapientis propria. Quam qui captare nolit, iactetque intemperantius vel fortunæ dotes, vel naturæ muoera: ipsam prouocabit Nemesin, aut hostes excitabit, ablaturos ea, quæ possidet. Hostes enim (quæ loquor, Gregorl sunt verba) ad rapinam prouocat, qui suas eorum notitiæ diuitias deoudat. Miser itaque Horatianus ille coruus, & sua garrulitate miser: qoi

- --tacitus pasci si posset, haberet
Plus dapis, & rixa multo minus.

Expellit ergo omnem typhum Inuidia, viribus, quantum potest, maximis: & cohortatur, quos amplexu suo dignata fuit: vt, cum desultoria sit fortunæ varietas, animo sint humiles ac demissi; vultu gestuque verecundi; sermone graues & restricti: moto, gestu, cultu corporis, modesti; in honoribus vsurpandis parci & circumspecti: cum votis denique suis ooo luctentur: neque sperando aut optando coosenescant: nihil desiderent, præter animi tranquillitatem: cætera Dei manibus & tutelaribus & auxiliaribus committant. Complicanda iam essent dictionis vela; ne abuti viderer gratiosa vestra attentione ac beneuolentia. Sed dum iacere anchoram paro, vt oratio conquiescat; Poëtæ se mihi opponunt; qui vt omnia diuina & humana commentis suis aptant; ita Inuidiæ personam fictis fabulis induunt: & eius tetricitate ac monstrosa fœditate nos ab eius reuerentia abducere conantur. Atque ipsum horroris carmen & colores laruæ Acheruntícæ adspicite: sic enim ex Poëtis antesignanus quidam voce præit:

Pallor in ore sedet; macies in corpore toto:
Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno:
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.

Ego vero, Auditores, omnes has Poëtarum nænias absoluerem vno verbo: si, quod res est, dicerem; hoc est, extremæ eos impietatis arguerem. Quomodo enim non inclementer dicant in Iouidiam Poëtæ? qui Iouem suum, quem Opt. Max. dicunt, iam furti alligant; iam cœlos deserentem aiunt & abnoctantem, vt virgines inmiouat. Minorum vero gentium Deos promiscue omnes quasi prostibula quædam sceleris & flagitii cuiuscunque insimulant. Et horum autoritate est vtendum? cum ipsa re & ratione veritas exquiri possit. Quis enim sando accepit vnquam? fronti esse habendam fidem; & in externa corporis tinctura habitare id, quud honestum dicimus. Pulcro erat ac procero corpore Saulus; at vitiis insigniré turpis. Absolomus à pedis vestigio ad verticem nulla erat labecula adspersus: at impius in patrem. Adonias erat forma eximius: at perduellis. Sed nec hanc litem facio meam: aliud habeo caussæ meæ & defensionis firmamentum: vnde Poëtarum impetus elidere atque euertere possim. Eo enim ipso dum infamia notare Inuidiam cupiunt; fictione tam tenuis habitus, tam exsucci atque exsanguis corporis: Inuidiam potius summa laude euehunt, exornant, commendant: Nam nec ipsam Virtutem, cum Herculi in biuio appareret, corpore ad ornatum aut splendorem composito fingunt Poëtæ: nec

Τεθραμμένην εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπαλότητα:
ἐσθῆτα ἔχειν, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι:
Nutritam ad obesitatem carnis atq; mollitiem.
Vestem habentem, ex qua pulchritudo quam maxime coruscaret.

sed tribuitur illi

—frons hirta, nec vnquam
Composita mutata coma; stans vultus: & ore
Incessuq; viro propior.

Quid ergo ad laudem Inuidiæ magis pertinet, quam ipsam, vt morum imitatione, sic corporis quoque figura, si qood est vtrique, virtuti esse quam simillimam. At ex aduerso aderat Voluptas; quæ Herculem in nassam suam pellicere studebat, suada, vt poterat, mellitissima. Hæc forma erat picta vndique & ficta: hæc carne erat mollissima tenerrimaque: hæc

—Achæmenium spirabat vertice odorem
Ambrosias diffusa comas, & veste refulgens,
Ostrum quam fuluo Tyrium suffuderat auro.
Fronte decor quæsitus acu, lasciuaque crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.

Hanc suam formosam Voluptatem Poëtæ sibi habeant; valeant, viuaot cum illa. Dubia est, fallax & incerta cum pulchritudine sua voluptas; non absimilis Sodomorum pomis: quæ ocolis adulantur, saliuam mouent; si deores infigas, protinus in fuliginem abeunt. Liceat vero nobis macileota Virtute, sed immortali, cum Inuidia ei concolore vti fruique. Ac quomodo, per ipsam Virtutem vos obtestor, quomodo polposa quadam carne, aut delicata membrorum mollitie sese aut Virtus efferat, aut ostentet soror Inuidia? quæ tantis se laboribus frangit, tot curis vigilusque angitur; vt nullum liberum ociosumque spiritum ducere possit. Quod si probrosum est, ostendere corporis maciem atque pallorem: quo nomine tandem audient amantium generosissimi qoique? aut quid statuetur in nos? in nos dico ipsos, qui Musis operamur: quos noo piget, nec pudet, sed omnino

—-doctis iuuat impallescere chartis.

Proinde si hoc crimen porro intentabimus Inuidiæ: aut me fallunt omnia; aut Inuidiæ flagellatores perinde deludentur, atque Torpor, qoi Labori maciem in fabulis obiiciens & neglectum corporis habitum, dimittitur à Iudice

—--turpi impositus asello,
Vrtica caput ignauum amplectente corona;
Praeq; manu hirsutum portans cum germine ruscam,
Spectantum irrisu, & magno clamore sequentum.

Cogitate itaque cum animis vestris, Auditores Spectatissimi! nec enim io tam vasto Oceano vela pandam vlterius: cogitate, inqoam, pro ingenii vestri iudiciiq; acrimonia; quanta sit Inuidiæ dignitas; quam Virtus admittere sociam atque exoptare comitem non dubitat: quæ Virtuti, quamdiu mentes nostræ respicere possunt spatium antiquissimi temporis, nexu sane indiuiduo vnita fuit. An ergo in turpitudinis familiam migrabimus; vt Inuidia carere liceat? Videtis, quam Inuidia nollam noxam inferat Virtuti; quod Virtus ab omni corruptione sit immunis: quæ nec violari potest clandestinis fraudibus; nec hostili impetu frangi. Quousque ergo falsi criminis Inuidiam arguemus; aut virtutem fragilitatis accusabimus? Intelligitis, Inuidiam, quoties vt beoignum sidus illucescit, designare felices, opulentos, honoratos: qualia beneficia promanare ex diuinæ misericordiæ fonte nostis omnes, qui Deum nostis. Et quisqnam nolit cum Inuidia frui donis benignissimi Dei? Animaduertitis, & quasi manu tenetis; Inuidiam ad res præclare gerendas excitare torpentes animos, ex-

rumpere socordiam, ingenerare studium innocentiæ, obiicere candida παῤῥησίᾳ vitiositates nostras, patientiam docere, superbiam & fastum extinguere; concolorem denique Virtuti & corporis habitu à fictoribus fabularum repræsentari. O virum itaque beatum, qui inuidiam exceperit! inglorium, si excesserit! miserum, si amiserit! Sit igitur, Auditores, tutus in Republica, in familia vestra Inuidiæ locus: eamque sic in vestram accipite societatem: vt virtute vestra excitata potius, quam turpitudine violata esse videatur. Quisquis vero Suada nostra adduci non potuisti, vt ab opinione ad rationem reuocares animum: sane hoc vltimum à nobis, quod & argumentum est totius nostræ dictionis, accipe:

Si cupis Inuidiam sociali excludere tecto:
Aut esto miser, aut Virtutis desere castra.

CASPARI DORNAVIO, SVO.

VT nemo melius disertiusque
Laudarum Inuidiam isset ore culto;
Quam Tu, Flos hominum disertiorum,
DORNAVI, Aonio satur liquore:
Sic nulli meliusque rectiusque
Sacrasti Inuidiam Tuam; Patronum
Quam dum sollicitas, decus Camenum
Grande SMIRZICIVM, vnicam columnam
Gentis SMIRZICIÆ. Euge factum vtrumque
Perbelle! Inuidiæ velut maligna
Laudator bonus obtigit; vicißim
Sic illi bonus obtigit Patronus.

II.

Dum Tibi tot lauros, immortalesque amaranthos,
A Phœbo oblatas, virginibusque nouem
Conspicit, indignata fremit, moxque impete diro
Tot decora causa Tibi est eripere Inuidia.
Tu quid agis? laudem, quibus obstupet ipsa, nouarum
Elogiis miris euehis Inuidiam.
Fallor? an, vt laudem constaret summa Tuarum,
Addere debueras laudibus Inuidiam?

III.

Inuidiam dum Tu laudas, quam quilibet odit;
An non Inuidia maior habendus eris?

Christophorus Arnoldus
I. V. D.

FLOR. SCHOONHOVI GOVDANI.

Ad altissima aspirantibus Inuidiam non esse metuendam.

QVisquis conspicuum tollere verticem
Supra plebis iners ingenium cupit,
Altos semper anhelans
Ortus, mentis acumine;
Liuorem comitem perpetuum sibi
Adsciscet subito: qui veluti vagum
Corpus labilis vmbra;
Sic magnos sequitur viros.
Qui celsa tetigit culmina gloriæ,
Huius continuo spicula belluæ
Incurrit, scopus exstans,
In quem singula dirigat,
Carpit liuidulus, quod nequit assequi;
Infelix etenim pigritia huncalit,
Fortunæ inde resultat
Desperatio propria.
Sed rident tamen hunc magnanimi viri
Quos virtus superum vexit ad æthera;
Quamuis fulmine bruto
Tangat corda timentium.
Nunquam te hominum tam misero in statu
Sunt visa, atque malis tanta potentia;
Vt præcone careret
Virtus, nescia supprimi.
Vlciscitegregie qui cupit inuidum,
Contemnat, veluti fortis equus canum
Latratus minimorum,
Alto pectore negligit.
Exercet pauidos, præterit efferos
Liuor; Magnanimus, qui valet inuidos
Contemptus tolerare,
Et contemnere fortiter.
Virtus perpetuum postulat æmulum,
Quo pressante, magis surgat vt ardua
Robur nobile palma,
Insurgens oneri suo.
Vt ventus volitans per liquidum aëra
Libertate perit, sed penetralibus
Terra inclusus, ab omni
Parte emergere nititur.
Sic quos nobilior sanguis in intimis
Venis concaluit; inuidia licet
Spectatrice, per altum
Malunt rumpere tramitem;
Quam calles placidos ire sine æmulo.
O quantum Inuidia proficis inuide?
Cum calcaribus illos
Instigas mage, quam premis?
Nam cum perpetuum censor & arbiter
Sis adiunctus eis; solliciti timent
Rectum linquere callem,
Atque ad deuia cedere.
Ne sic lætitia parturiant tibi
Lætam materiem; ni videas enim
Infortunia alius;
Nunquam prospera noueris.

CONRADI LEI OROCRENI

Pro Zoilo.

HOs Idiotismos vmbrasque & somnia dixi,
Quos tamen esse pios ipse negare neges.
An læsam a Leio pietatem, Zoile, clamas
Atque illum capita grande patrasse tonas?
O Cerebri infelicis, & ô rationis inepta;
Atrum adeo & nulla religione pectus.
De pietate sibi censuram sumere velle,
Tanquam sui censet fœtida amaracinum
Si tamen est pietas, tanti tibi, Zoile dictum
En reuoco & dico: Zoilus albus homo est.

STEPHANI DOLETI

Expetendam Mortem.

CVm morte vitam quis, nisi plane iners,
Et mente nulla & stupidum pectus,
Mutare nolit? quis leuari
Corpore, quis miserum arbitretur?
An vsque eo insanimus, vt opprimi
Semper velimus carcere squalido?
Ante vt carina Austro furente
Hic variis subigi procellis?
Heu, heu! nimis ridendum hominum genus:

Quid

Quid non mali adfert posterior dies?
Quid non molestia atque acerba
Sollicitudinis vndique addit?
Cuiquam benignus Iupiter omnia
Concedat: vt vult, res cupido fluat;
Quem porro titillat voluptas
Mellibus illecebris liquescat:
Et cui tamen tum sors sua non grauis
Fastidio sit? peruigiles trahit
Noctes auarus: huic recursat
Immoderata libido semper.
Sed nec voluptas mollicie sua
Plus grata primo est, plus quoque blandiens,
Quam noxia ad extremum, & agra,
Plenaque tabifici doloris.
Exoptet annos fluxaque secula
Annis retexi perpetuis senex;
Mustum ac nouum toties regustet,
Rex Pylius quoties bene hausit.
Seris senectus longa quid adferet,
Praterque vultum dissimilem sui,
Frontemque crebra ruga bisulcam,
Atque genas carie sepultas?
Quid prater effoetum, occiduum & tremens
Corpus caputque? quid nisi sensibus
Truncum carentem: secum palati,
Ingenii & Veneris stuporem.
Nunc ergo vitam quo insipiens cupis?
Quo corpus aptas omnibus obuium
Morbis malisque? quo precare
Perpetuas tibi, stulte, poenas?
Ne mortis horre spicula, qua dabit
Sensu carere, vel melioribus,
Locis tegi & statu esse lato;
Elysii est nisi spes inanis.

IOSEPHI PARLISTANEI

De aduentu Senectutis.

IAm nec dulce mihi Venus
Arridet geminis blanda Cupidinis
Mater nec tepidi leues
Aspirant animæ dulce Fauonii
Nec vernos aperit sinus
Depicta omnigenis terra coloribus.
Venas viscera sanguinem,
Et rugis faciem contrahit aspera
AEtas, nigraque tempora
Spargit Threicia tristis hyemis niue
Ac vis ignea languido
Paulatim fugiens corpore deficit,
Vt flos aridus: vnica
Quod si tergemini gratia numinis
Præsens adsit, & ætheris
Quod si prauiteat lux mihi candida,
Flatus non ego Thracios,
Nec tristem metuam nubibus Africum.
Nec me dura necessitas
Quicquam diminuet rebus in asperis

Inter mille pericula:
Sed viuam Arsacida principe firmior:
Et cum fila legent mihi
Parca, qua nequeunt parcere, nexibus
Huius corporis exiens:
Viuam tunc hominum forte beatior.

Adhuc eiusdem argumenti.

Ruga iam vultus arat, & seueram
Contrahit frontem: capitisq; nigri
Albicant crines: tremulo & recedit
Corpore virtus.
Nec tamen cordi insita vis malorum
Ponderi cedit: neq; turbulentis
Fluctuat rebus; neq; mens secundis
AEstuat vndis.
Namq; seu dulci recreat sopore
Astra nox terras, oriens Olympum
Siue sol clausum referat fugatis
Orbe tenebris:
Me fouet dextra Deus, occupatos
Et mihi neruos, mihi membra & omnes
Corporis sensus glacie resoluit
Noctis, diesq;.
Alme Sol ergo, noua lux, & ingens
Flamma concordi comitata amore
Perge languentes placido medullas
Igne fouere.
Perge ne magnum tui amoris æstum
Vlla vis vnquam minuat; sed vsq;
Crescat & neruos graciles & ossa
Torreat vsq;
Vltima vt vita fugientis hora
Ocyor densis mea mens soluta
Corporis vinclis geminas ad astra
Explicet alas.

SENECTVTIS ENCOMIVM

INCERTI AVTHORIS.

IAm multis pallet facies mea languida rugis
Et riget incomptis hispida barba comis.
Caligant oculi, manat pituita molesta
Naribus, ægro vox gutture rauca tremit;
Egelidus iam sanguis hebet minuente senecta,
Vitalis corpus deseruitq; vigor.
Nil tamen hæc obsunt puræ contraria menti,
Quam sancto omnipotens excitat igne Deus.
Nam quamquam frigent vires, moribundaq; membra
Et tollit sensus curua senecta meos:
Viuida flamma tamen diuini me ardet amoris,
Ardet, & absumptis pectora visceribus.
Vt cum supremo me lumine vita relinquet,
Terrenosq;, artus spiritus, & cineres:
Purgatus maculis, & fæcis sordibus huius,
Depositisq; atri carceris exuuiis,
Elysias adeat sedes, & regna beata,
Lætus vbi æterno seruiat vsq; patri.

F I N I S.

